



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum**

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, 1649**

Index Discvrsvum Et Conceptvum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53012)

# I N D E X

## DISCVRSVVM ET CONCEPTVVM

Qui in his quatuor Tomis Homiliarum sequuntur, indicans quomodo possint vsui esse pre omnibus Euangeliis, quibus vtitur Ecclesia per totum annum, tam de Dominicis quam de Festis Sanctorum ac Quadragesima.

Numerus primus designat Homiliam, & sequens denotat numeros positos in singulis earum marginalibus ad indicem manus. ¶

### DOMINICA PRIMA ADVENTVS.

**I.** **E**ST VM Natiuitatis Domini magnum est, plenum luprenis mysteris & gratis. Ad has recipiendas, & illa intelligenda, instituit Ecclesia hanc longam vigiliam aduentus, vt in ea nos disponamus i iunius & orationibus. hom. 34. num. 2. & 3.

II. Predicatores sunt predicatores qui mittunt re ia ad vtramque manum, dexteram & sinistram. Ideo proponit nobis Ecclesia in discursu anni Euangelia semientia vtriusque manui. hom. 11. num. 2. Vtrique nos incipere annum mittendo recta ad sinistram de iudicio. Quia licet Euangelica lex, quam operatus est Christus aduentu suo in mundum, sit amoris, tamen fundata est in timore & per hanc debet incipere. hom. 28. num. 5. 6.

III. Tempore quo incipimus celebrare magnam misericordiam aduentus Dei in mundum, incipit Ecclesia representare nobis iustitiam Dei; vt nos doceat vnam non respicere sine alia: Dauid enim nos perdit procurando vt tantum respiciamus misericordiam. hom. 5. num. 36. Christus est lapis magnus, volue eum & aspice, non tantum misericordiam eius, sed etiam iudicium, opus iustitiae. hom. 13. num. 1.

IV. Dies iudicij erit particulariter, vt Deus conuincat peccatores, demonstrando se non desuisse illis; cum pro eis venerit in mundum ad operandum quantum illis conueniebat: sed peccatores desuerint Deo non capiendo vtilitatem ex tam magna aduentus eius misericordia quae iam incipit celebrari. hom. 34. num. 29.

V. Ecclesia volens celebrare magnam misericordiam, quam nobis fecit Deus veniens in mundum, incipit per iudicium, iustitiae rigorosum actum; quia *Ieron. Bapt. de Lanuza, Tom. 1.*

maxima ratio, quam a nobis exigit in illo erit misericordiarum eius, ad maiorem condemnationem, quia illis non sumus vsi praecipue incarnatione; vt quod Deus homo factus sit. hom. 6. num. 21. vsque 28. & hom. 27. h. 48. ho. 11. n. 11. 12.

VI. Conuenit predicatores conuincant ad timorem incitantia. hom. 13. num. 43. Sic Ecclesia incipit ab Euangelio terribilium signorum iudicij, de quo etiam proponit Euangelium in fine Anni Dominica praeterita; quia debemus semper habere ante oculos illud iudicium, ad beneficium nostrum. hom. 6. num. 1. hom. 11. num. 29. vsque 35. Dauid dicit punitiones factas a Deo in aliquibus peccatoribus fuisse admonitiones eius: & representatio faciendorum in illis in die iudicij, nobis efficacius persuadebit vt caueamus ne ex illis simus. hom. 11. num. 31.

VII. Incipimus tempus maiorum misericordiarum Dei quod est aduentus eius in mundum; ad illas celebrandas incipit Ecclesia proponendo actiones rigorosae iustitiae in iudicio vt manum apponat duobus extremis terrae & centerat impios vt se conuertant, quod est facere id quod dicit Deus Iob. hom. 26. num. 50.

VIII. Prima conuicio facta in mundo fuit de iudicio, & vltima quam fecit Christus in illo fuit de eodem iudicio; quia nobis tanti momenti est ista materia, vt ab illa incipiat Ecclesia annum & finiat. hom. 6. num. 21. vsque 28. & hom. 17. num. 48.

IX. De iudicio est tota Homilia sexta, & licet in ea agatur praecipue de actu iudicij & eo quod interueniet in illo: & in hac Dominica prima aduentus de signis quae praecedent; poterit in isto loco tractari, quod in illo dicitur quia multa sunt ad praefatis propositum.

X. *Erunt signa in Sole,* &c. Agit Euangelium de signis terribilibus quae praecedent Aduentum Christi *facti*

A

facti

facti iudicis rigorosi, quibus nos terret. Bonam erit  
refugere ad defensionem arcis Virginis purissima.  
hom. 28. num. 1.

X I. *Erunt signa magna.* Et horribilia signa præcedent iudicium rigorosum: in quo monstrat Christus magnam suam misericordiam, nolens nos repetere in flagranti dilecto; unde non veniet tacite sed præmittendo signa que nos admoneant. ho. 13. nu. 2; 4. Quando enim debet peccatores punire, non tantum minatur ut fugiant, sed etiam in signis ostendit viam per quam effugiant. Hocque est quod prædicit dans ista signa. ho. 13. nu. 4. & quando se ostendit ut Leo qui rigit, & magis elevat brachium cum virga ferentis iudicis, mutat se in patrem misericordem: ib. n. 4. & quando vult punire ut iudex, reminiscitur se nostrum esse patrem, & continet se. ibid. n. 4.

X II. *Erunt signa.* Punitioes Dei sunt per partes & pedetentim procedit in illis, ut homo timeat, seque emendet: sicque pedetentim ibit incipiens regem suum in creaturis insensibilibus Sole, luna, stellis, mari, &c. ut homo in quo desinet se corrigat. Homilia 22. num. 54. Et quantum peccator revertitur a cursu peccatorum suorum, retrahit se a minis, quas intonat per signa rigoris sui. ho. 13. n. 4.

X I I I. *Erunt signa.* Operando in istis creaturis insensibilibus, Sole, luna, stellis, mari, &c. incipiet Deus suum iudicium, ad clarè conuincendam rebellem hominis duritiem, sic enim assuevit facere. hom. 16. num. 31. 32.

X I V. *Erunt signa in Sole.* Deus vult nos inuenire paratos, utique habeamus computis nostros preparatos; atque ut tempestiue id faciamus prædicit nobis turbationem que futura est ante iudicium, quia difficulter poterimus id facere si differamus nos preparare vsque ad vltimum. hom. 32. nu. 52. & h. 34. nu. 30. vsque 33.

X V. *Erunt signa in Sole.* Iudicium cum hominibus debet esse, sed Dominus illud incipiet monendo creaturas insensibiles & sine iudicio; ostendens ea sim suam tam iustam, ut etiam creaturæ sine iudicio eam iudicabunt contra hominem. ho. 17. n. 5. & 6.

X V I. *Erunt signa in Sole.* Dissoluet Deus solem & lunam & stellas, auferens eis lucem suam, quasi in punitioem, quia luxerunt peccatori: quid faciet ipsi peccatori, qui fuit vltus illa luce ad offendendum Deum qui illam ipsi tribuebat medijs istis creaturis. hom. 6. nu. 12. Enormem adeo in illum traditionem machinatus est, ut proprijs domis suis ei bellum intulerit. hom. 35. num. 16. 17. 18. Quando Domina Iosephi sollicitabat eum ad Adulterium, declarabat h. e. ei magnitudinem offense, ex eo quod vteretur sanctis receptis ab eius marito ad eum offendendum. Quanto maior erit sti misericordis à Deo

nobis impensis ad maiestatem eius offendendam. ibid. num. 17.

X V I I. *Arescentibus hominibus.* Incipient detegi peccatorum culpe, & videri quales sunt, idque sufficere non tantum ut timore arescant, sed etiam ut moriantur. ho. 26 n. 49. & ho. 38. nu. 54. 55. 56. Cinere quem spargebat Moyses & quo Ægyptios grauiter vulnerabat, eorum peccata manifestabat, quo manebant confusi & periti. Vtique Deus consumat peccatores, manifestabit peccata eorum in die iudicij, quo non tantum arescent metu, sed etiam sufficere ad omnes consumendos. ibid. n. 49. cum vulnera Christi non essent ei propria; quia susceperat ea in computum suum, eius verecundia & anxietas fuit talis ut sudaret sanguinem videns se ante tribunal Dei. Casus notabilis. hom. 42. num. 110.

X V I I I. *Virtutes calorum mouebuntur.* Totus mundus dissoluetur quia completus erit numerus prædestinatorum pro quibus illum Deus fecit & conseruat, quo fructu collecto non habebunt cæli & stelle quod agant motibus suis. hom. 27. n. 19. vsque 22.

X I X. *Tunc videbunt filium hominis.* Veniet ut iudex iustus, sicque detegat omnia opera bona Sanctorum & mala peccatorum. hom. 26. num. 17. 18. 19.

X X. *Videbunt filium hominis.* Peccatores videbunt tunc Angelum cum nudo gladio, quem eis dirigit in pectora; & tunc detegitur ut in eum oculos coniciant & se contineant ut contigit Balaam. h. 24. n. 30.

X X I. *Videbunt filium hominis.* Erit magna poena malorum videre Christum & bonos quos persequantur; & magna gloria Sanctorum; videre ad pedes suos prostratos qui ipsos in hoc mundo suis pedibus subternebant sicque bene illis dicitur. *Respiciet & leuato capite vestro.* hom. 16. num. 46. 47. 48.

X X I I. *Isti fieri incipientibus respiciet.* Ut incipiet tormentum malorum; habebit initium consolatio iustorum. hom. 16. nu. 32. vsque 35. complebitur visio Bzechielis Domini qui ex vna parte emittebat radios qui terrent, & ex altera lucem iucundam que consolatur. hom. 23. num. 1. & Christus exhibebit se columnam que consolatur Israëlitas & terret Ægyptios.

X X I I I. *Respiciet & leuato capite.* Habentibus conscientiam bonam & non iminentibus peccatum in illa, nihil est timendum, licet Sol obscuretur & mundus tremat; quia vera radix timoris est peccatum, hocque est fundamentum confusiois & metus. hom. 26. num. 47. 52. & sequentibus, o quantum timor inuenient; se solum cum Deo offenso, sine societate bonorum operum. hom. 26. num. 54. & hom. 37. num. 53. & sequentibus.

X X I V. *Respiciet & leuato capite.* Habentes bonam conscientiam sitis iucundi licet mundus inuertatur.

tatur & finiat; hæc enim est gloria bonæ conscientie quæ fruuntur Sancti. hom. 37. num. 59. 66.

XXV. Præuenit Dominus, dicens nobis tam clarè pressuram in quâ nos reperiemus in fine vitæ, ne eo usque differamus agere penitentiam sed tempellivè præueniamus ne nobis accidat quòd Pharaoni, Sifarae, Sauli de quibus ante. hom. 13. num. 53. vsque 66.

XXVI. Ne maneamus victi à peccato in die iudicij remedium est illud fugere non differendo fugam in hyemem infirmitatis, Sabbatum & horam mortis. hom. 13. num. 63. Qui collectionem Manna differabant in Sabbatum, carebant illo, si tu etiam differas tempus penitentiae vsque ad diem mortis, quæ est Sabbatum quietis, priuabitis penitentia, licet hanc maximè quæratis, sicque est necessarium per penitentiam præuenisse tempus illud. ibid. num. 63. hoc me dicit S. Gregorius reduxit ad penitentiam Venantium Monachum. ibid. num. 63.

## DOMINICA SECUNDA

## ADVENTVS.

Cum audisset Ioannes in vinculis opera Christi tunc misit duos, &c. Matth. 11. Quia Deus misit Ioannem expressè ut esset præcursor Christi & prepararet mundum ad illum recipiendum quando nasceretur in eo, & illum digito monstraret, Ecclesia volens celebrare natiuitatem Christi representat primò Ioannem Baptistam & inducit fungentem officio præcursoris mittendo discipulos suos ad Christum ex carcere ubi erat. In hac historia multa sunt vitanda. Offert se primo fidelitas Baptistæ erga Christum, quod carcer non faciat eum retrocedere nec timor mortis. hom. 30. num. 6. 7. Quia fidelitas Sanctorum ostendit se in hoc quòd ob nullum laborem desistant ab incepto ex obedientiâ Dei nec ab eius sancta lege, nec à zelo honoris eius. ibid. num. 8. Si ab vnâ parte est navis quæ facile fertur huc & illic, ex alterâ est columna firma. hom. 37. num. 70. vsque 73. non minus eundem Job. ibid. num. 74. 75.

II. Cum audisset Ioannes in vinculis. Ne cogites forte itò tam magnum sanctum esse in carcere captivum & Herodem incestuosum in Throno regni; quam causam habeat declaratit Deus suo die. hom. 6. num. 29. vsque 32. nouit Deus quid agat estque ordo sapientiæ eius, licet videatur inordinatio. hom. 30. num. 26. 27. 28.

III. Incipit Dominus communitate præcursori suo Baptistæ gratiam notî Tellan eius, et est vivere & mori in laboribus manibus in pium ille est fauer communitatis maioribus sanctis eius. hom. 25. nu. 27.

IV. Ioannes in vinculis. Nullus miretur videns prophanum Herodem in Throno & maximum Sanctum inter natos mulierum in ergastulo, quia in hoc est secretum iustitiæ diuinæ tremendum & scim dignum. hom. 16. nu. 51. 52. 53. 54.

V. Ioannes in vinculis. Deus tradat Ioannem ut particularem amicum, sicq. e. dedit ei labores; hi sunt talenta quæ dat amicis suis ad excellens herum. hom. 32. num. 27. vsque 30. Secundum argumentum laborum in sanctis crescit messis profectus eorum, ut secundum gradationem cubitorum in undationis aquæ Nilii fiebat terra Egypti fertilior, si Ioannes tantum crescebat in afflictionibus quas patiebatur qualis erit messis sanctitatis eius. hom. 32. num. 27. Ad exitum de Egypto duxit Deus filios Israël per iter suauis, in quo se offerebant minores labores, sed postea longo tempore ducebat eos per vias magis laboriosas, quia iam plus profecerant, quia in tantum Ioannes profecerat ideo tanta patiebatur in carcere. ibid. nu. 44. quando ignis afflictionis accenditur in rubo iusti, vti Deus est, non tantum non consumit eum, sed rededit magis clarum, lucidum, & leuiorem ad feruendum Deo; & labores quos patiebatur S. Ioannes in carcere eleuarunt eum ad sanctitatem magis notam & maiorem animum ad patiendum. ibid. num. 46.

VI. Ioannes in vinculis. Videntur non conuenire, amicus Dei, & in carcere; sed nil magis ordinarium quàm magna afflictiones in magnis Sanctis, quia quantum crescut labores tantum crescut spes præmij maioris. hom. 32. num. 21. & sequentibus.

VII. Ioannes in vinculis &c. Videas Baptistam incarceratum inter malefactorès, & Herodem in latis palatii inter præcipuos, Baptistæ congruare & Herodi condole. hom. 32. num. 42. 43. 44.

VIII. Ioannes in vinculis. Herodes incarcerauit Ioannem quia reprehendit eum de peccatis suis, nil enim plus horrent mali quàm reprehendi. hom. 22. num. 28. hom. 40. num. 12. vsque 16.

IX. Ioannes in vinculis. Quia Baptistæ prædicabat veritatem & eam aperte dicebat Regi Herodi, incarcerauit eum. Hoc elicitur Sancti dicendo veritatem peccatoribus, incarcerari, mactari; ut autem eam dicant sine contradictione; metuque est eius eam prædicare extra mundum ut Elias Ioram sciens ex paradiso. hom. 34. num. 53. 54. 55. & hom. 36. num. 49. 50. 51. ideo iam in carceratur tam pauci prædicatores quia sæpè non concionantur viuaciter veritatem. ibidem.

X. Ioannes in vinculis &c. Ioannes aggrediebatur Herodem loquente non tantum in communi sed etiam in particulari dicendo: non licet tibi; hoc pungit, sentitur, male accipitur. ideo Herodes ut visus stringebat contra eum trachia potestatis suæ. ho. 34. num. 42.

INDEX CONCIONATORIVS

**Num. 54.** quantum enim placet veritas in communi, tantam offendit quando descendit ad particulare, acciditque quod mulier Leuitæ. hom. 34 num. 41. & sequentibus.

**XI.** Licet autem S. Iohannes ageret cum tam inuerecundo peccatore nempe Herode, non tamen reprehendebat eum asperis verbis, sed leuibus; sic faciendum debent grauiem corrigere peccatorem, & particulariter concionatori qui debet reprehendere publice. hom. 24. num. 53, 54 55. Et nota quod licet prædicet magnitudinem misericordiarum Dei, hæcque offerat peccatoribus penitentibus, debeat tamen etiam declarare diuinam iustitiam, quæ vult penitentiam & satisfactionem culparum proportionatam prauitati. ibid. num. 55.

**XII.** Iohannes beneuolebat Herodi ideoque reprehendebat eum; non enim est opus odij sed amoris & charitatis reprehendere peccatorem licet mundus sentiat contrarium. hom. 22. n. 29. non habetur enim res maioris in iustitiâ quàm reprehensio, vt S. Hieronymus dicit de eo quod sibi accidit. ibid. nu. 28.

**XIII.** S. Iohannes reprehendit, & concionatur Herodi licet obstinatum esse sciret, non enim licet desistere à prædicando contra peccatorem licet obstinatus sit, vt casta Dei maneat iustificata, & quæ concionator non perdit laborem suum coram Deo & ob alias rationes. hom. 22. nu. 31. vsque 37. qui debet corrigere alienos defectus sentit difficultatem, vt expertus est Moyses in reprehendendo Pharaonem ex Dei ordinatione. Sed debet eam vincere cum diu. o favore, qui fertur debentibus reprehendere, cum enim Deus eum mittat prouidebit de contentiombus ad illud opus. ibid. num. 31.

**XIV.** *Iohannes in vinculis.* Vitium inhonestatis & luxurie inuasit Herodem, unde non mirandum ad tantum deuenisse malum, vt Baptistam caperet & vitam ei auferret, quia illud vitium consumit omne bonum & fert hominem ad summum malum. hom. 18. nu. 30. vsque 40. Non est res quæ adeo debilitet, senectutem cauet, visumque abbreviet; & vitam vt vitium hoc, quia illi se dedit Ruben declarauit pater eius in benedictione quàm ei dedit, quod perderet primogenita sua maner tunc ab omnibus tam vacuus vt vas aquæ quod effunditur. ib. d. nu. 34. 36. & possumus credere diabolus redegisse illum in suam potestatem, quia per hoc vitium habet demon particularem potestatem in hominem quod ponderandum. hom. 18. num. 43 44. esseque tam difficile hoc luxurie vitium extirpare, vt videatur in aliquo damnatorum obstinatio: vt enim de illis dicitur, quod diabolus habet potestatem in illos, etiam dicitur habere in luxuriosum per obstinationem quæ in illo est. ibid. num. 43.

**XV.** Herodias totam hanc machinam direxit, sunt mulieres quibus prouidet satanas ad decipiendum, perendum & in carcerandum bonos qui prædicant veritatem. hom. 25. nu. 7.

**XVI.** *Iohannes in vinculis.* Herodes incarcerationem Iohannem; quo Principes sunt maiores eo audent maiores malitias, nullus enim ausus fuisset incarcerationem Baptistam & de ollare quàm potens adeo Rex, ideoque magni Principes faciunt celebres introitus in infernum. hom. 35. nu. 19. vsque 44. licet perditur vita particularis imò exercitus integri, petens haud negabit gressu suo desiderabile quod ei se offert, vt patuit in Dauide, qui vt libere frueretur Bethsabee fidelem suum ducem Viam exposuit morti & totum exercitum suum periculo. ibid. num. 20.

**XVII.** *Iohannes in vinculis.* Herodi appetitibus suis satisfacere desideranti, non defuerunt ministri qui inuarent etiam ad incarcerationem & derollandum Baptistam; quia ordinariè sancti magnorum Principum imitantur malefacta eorum ideoque valde puniuntur. hom. 35. num. 25. 26. 27. perditio famulorum non attendentium ad honorem Dei & legis eius obsequationem vt Dominis suis complacent, patet in Naaman, vt in Daniele exultatio eorum qui tuerunt vt ipse zelosi honoris Dei, & in omnibus facientes sanctam voluntatem eius. ibid. num. 27.

**XVIII.** *Iohannes in vinculis.* Sæpe ponit Deus in carceribus peccatores vt eos curet ab infirmitatibus eorum. Sed & permittit aliquando Sanctos oportere illis detineri vt crescant humilitate & virtute. ho. 24. num. 27.

**XIX.** *Iohannes in vinculis.* Deus ponit in catenis & compedibus suos, vt S. Iohannem, & relinquat peccatores liberos vt Herodem, vt currant quomodo & quantum volent, viam peccatorum suorum; ad horum maiorem condemnationem & illorum in auius bonum. hom. 35. num. 28. vsque 35. Sæpe putant homines damno sibi esse obstaculum quod impedit intentiones eorum, cum in illo sit maius bonum eorum, vitæque vt patuit in Balaam, qui libertatus fuit à morte, quia subsistebat asina, si enim vltra processisset illum perforasset gladius Angelus, qui ei's cuspidem dirigebat ad pectus illius, esseque magna misericordia, quæ Deus vitæ erga suos detinendo eos in afflictione; vt signum damnationis dare peccatoribus locum vt consequantur quicquid prætentunt, patuit in Pharaone, qui, vbi aperuit viam ad satiatandum desiderium suum contra populum Dei, ibi reperit seueram punitionem, & damnationem suam. ibid. num. 32. & 35.

**XX.** *Iohannes in vinculis.* Zelus honoris Deiternit S. Iohannem in carcere, vt posset dicere decolorauit me Sol, pauci volunt pati pro honore Dei, unde non honorat illos Deus vt S. Iohannem cuius laudes de-  
prædicat-

prædicat, hom. 28. n. 59. 60. respondet Deus curatque honorem S. Ioannis. agit enim Deus cum suis Sanctis ut hi cum Deo, etiam cum peccatoribus. ho. 24. n. 39. & h. 25. n. 50. vsque 55. Patuitque in Lot, Davide, diuite epulone. ibid. n. 56. vsque 61. Petiit Deus ab Abraham filium eius, non prætendens eum recipere ab illo, sed ut daret suum illi filium cumque dedisset eum in sacrificium, quod non perfecit, dedit prog-inei eius & semini Deus vni genitum suum, & in retributionem eius quod fecerat pro Deo, voluit in domo Abraham & stirpe eius conservari fidem & veram religionem. ibid. num. 55.

XXI. *Ioannes in vinculis.* Ioannes non erat in carcere pro peccatis suis, sed pro gloria Dei, quæ consistit in eò quod Sancti patientur pro Deo. in quo se recreat ut in spectaculo gloriae suae. ho. 4. n. 29. vsque 33. agit Deus cum S. Ioanne ut cum amicis; unde virtus eo & libertate eius. h. 32. n. 45. vsque 48. habetque S. Ioannes hos carceres ut signa amoris h. 9. n. 39. 40.

XXII. *Ioannes in vinculis.* Deus vult Ioannem pati iniustum carcerem ut in eo det nobis exemplum patientiæ. hom. 30. n. 30. Etiam ut monstraret constantiam tam magni Sancti & manifestetur mundo. hom. 9. num. 33. 40. 41. & 45.

XXIII. S. Ioannes non desistit à reprehendendo Herodem licet videret eum in malo oblitatum; iustum est enim, cum Dæmon non desistat à tentando excellentes Sanctos, etiam non desinat prædicare. reprehendere peccatores particulariter oblitatos. Licet Herodes non emendat se S. Ioannes non perdet præmium prædicationis suæ & correptionis. hom. 22. nu. 33. vsque 38.

XXIV. *Cum audisset Ioannes opera Christi.* Quæ fuerunt miracula quæ Ioannes audiuit existens in carcere declaratur hom. 31. num. 4.

XXV. *Tunc misit duos de discipulis suis.* S. Ioannes existens captivus corpore habet animam liberam ad audiendum miracula Christi, eisque latandum; iustus enim in afflictionibus & sine illis habet animam liberam ad res Dei; nec illa impediunt eam. hom. 32. num. 41. & seqq. potestque declarari per ea quæ acta sunt in Christo. hom. 42. num. 99. & 100.

XXVI. *Misit duos de discipulis suis.* Hi discipuli ostendunt bonitatem suam; licet enim videant magistrum suum in carcere captivum, non desunt eum; ut solet in mundo fieri in quo tantum cognoscitur aliquis in quantum videtur ei bene esse. hom. 30. nu. 15.

XXVII. *Misit duos de discipulis suis.* Bonus Magister & Pater familias novit se teneri habere curam domesticorum; quodque defectus discipulorum & filiorum impetuntur magistris & Patribus. hom. 23. nu. 4. vsque 7. & hom. 35. num. 25.

XXVIII. *Misit duos de discipulis.* S. Ioannes cu-

rat bonum spirituale filiorum suorum; pauci patres habent illius curam sed temporalis tantum. hom. 15. nu. 29. 30 & obliuiscuntur suisque ut relinquunt illis augmenta in temporalibus; sed debent eos conservare in statu quo sunt ut fecit Phocion cum filiis suis & Ioseph cum fratribus suis in Aegypto. ibid. n. 29. etiam sunt patres & matres qui non tantum non mittunt ad Christum proles suas sed volunt diabolum in illis esse. hom. 9. num. 19. vsque 23.

XXXIX. *Misit duos, &c.* Licet S. Ioannes sit in catenis non negligit discipulos suos, ut nec suos Christus in agonia sua. hom. 42. num. 91.

XXX. *Misit duos, &c.* S. Ioannes habet curam salutis proximorum suorum; hæc enim est lex domus Dei, ut Scholæ Dæmonis, ut quisque habeat curam sui tantum. hom. 21. n. 2. vsque 11. Deus autem punit eos qui non curant reparationem proximorum suorum ut eos obliget ad illud. ho. 22. nu. 11. 12. desse peccatum proximi, quia cum sit offensa Dei, est etiam tua, debetque deplorare ut proprium, cumque simus omnes membra unius corporis, damnum quod unus patitur, debet alius sentire, & sæpè punit Deus omnes unius Reipublicæ ob peccatum unius solius ex illa, quia est damnum commune omnium. ibid. num. 11.

XXXI. *Misit duos* Discipulos ad Christum; non quod dubitaret de illo quod confessus fuerat de ipso, sed ita protelans supremum magistratum Christi, quod ipse solus potest cordi infundere fidem; quia S. Ioannes & prædicatores tantum possunt voce suâ pertingere ad corporis auditum; mysterium profunda Theologia. hom. 30. n. 56. & ho. 33. n. 20. vsque 24. intellexit hoc David dicens, *nisi Dominus edificaverit domum*, ut declarat S. Augustinus. hom. 43. num. 53.

XXXII. *Misit S. Ioannes discipulos suos ad Christum ut operaretur in eorum cordibus*, novit enim doctrina Theologiae illud esse opus reservatum soli Deo; scitque quod debent pari passu & coniunctim ambulare eius vox ad aures corporis, & Christi ad cordis. hom. 25. n. 4. & h. 29. n. 11. 12. 13. ideo nomen Dei est Dominus magnus. ibid. n. 15. 16. ideo vocatur Sol. ho. 33. n. 20. vsque 23. expecta est id sponsa. hom. 41. nu. 14. 15. 16. & patuit in eo quod operatus est die Ramorum in principibus. ibid. nu. 3.

XXXIII. *Tu es qui venturus es an alium expectamus?* Nomen Christi est expectatus, quia in eo comprehendebantur omnia desideria mundi quæ debebat complere adventu suo. ho. 33. n. 25. 26. 27. ideo dicitur Sol mundi. ho. 33. n. 28. vsque 31. & desideratus cunctis gentibus. hom. 41. num. 46. & sequentibus.

XXXIV. *Tu es qui, &c.* Venerunt ad Christum Ioannis discipuli & quia erant pauperes recepit eos pacifice, excipiens Pharisæos divites cum asperitate, quia est bonus medicus, & non debet omnibus dare can-

dem medicinam; vultique ministris suis docere, quomodo debeant recipere pauperes, non minus placide quam divites. h. 2. n. 20. vsque 25. h. 21. n. 22. 23. licet mundus pratendat contrarium h. 16. n. 25. 26. 27.

XXXV. *Cæci vident, claudi ambulant. &c.* Illis discipulis Sancti Iohannis miracula non petentibus dat ea Christus; & Phariseis illa petentibus non vult Christus concedere, quia illi discipuli accesserunt bono animo, & Pharisei tentantes eum. h. 8. n. 9. & seqq. & cum mala dispositione; nullum inde utilitatem capturi. ibid. n. 14. & sequentibus & accesserunt ut hyemæ. hom. 8. num. 35.

XXXVI. Cum Pharisei petierint à Christo miracula quatuor vicibus, nulla dedit. h. 8. n. 39. & illis non petentibus dedit multa; quia illi petebant miracula servientia soli ostentationi, & absque utilitate; hæcque non debebat Christus facere sed quæ salutis erant, quibus illuminaretur intellectus & voluntas inflammaretur, ista enim prædixerant Prophete Messiam facturum. Talia sunt quæ iam facit: *Cæci vident, &c.* h. 8. n. 41. vsque 47. Christus respondit discipulis illis; non tam verbo quam opere, ut possit dici: *respondit eis in via virtutis suæ*, etque modis quo respondit eis, quibus faucebat. h. 9. n. 39. miraculis magnis supernaturalibus & tanti laboris ut operarentur in cordibus dat Christus se cognoscendum, implens quod dixit David: *Deus in fortibus eius cognoscitur.* h. 10. n. 3. 4. Facitque omne genus miraculorum maiorum & minorum quæ sunt ut stellæ maioris & minoris magnitudinis *cæci vident, claudi ambulant, &c. mortui resurgunt.* &c. hom. 32. n. 2. & Christus processit in miraculis, quæ audiebat Iohannes, ascendens ut Sol. hom. 31. n. 4.

XXXVII. *Cæci vident & claudi ambulant. &c.* Ad petitionem quam faciunt quisnam sit respondet operibus illi propriis, hæc enim probant legitime quælibet quisque sit. h. 37. n. 42. vsque 45. probatque bene Christus personam suam faciens miracula de se prædicta in Scriptura S. in qua venit Christus claudus ut Moyses in fidei hircum ne litæ & debebat detegi per miracula prophetizata in illa. h. 21. n. 16. 17.

XXXVIII. *Beatus qui non fuerit scandalizatus in me.* Vita mea est tempus operandi miracula, nec multum est eos in me credere quia illa vident, mors mea erit tempus patiendi; beatus qui novit facientem miracula, si non nesciat patientem ignominias. hom. 30. num. 28.

XXXIX. *Beatus qui non fuerit scandalizatus in me.* Loquitur de tempore passionis suæ ubi multi impegerunt qui postquam crederant in eum, & magni fecerant quando facientem miracula viderunt; non crederunt & parvi fecerunt, quia videbant patientem tam ignominiosam mortem; vsque dicit Gregorius ponderans ista verba; videbatur hominibus stultitia mori

pro se auctorem vitæ; & inde cepit homo scandalum ad non credendum, unde debebat motiva capere ad plus amandum & impletur illud Prophete: *Cum fecerit mirabilia non sustinebitis.* hom. 45. num. 46.

XL. Non est multum sequi Christum quando facit miracula & dat beneficia; hoc enim faciunt omnes. Felix ille qui eum sequitur & non impingit nec scandalizatur quando dat ei crucem; aquis amaris probatur vera fidelitas mulieris. h. 30. n. 6. vsque 9.

XLI. *Illis autem abeuntibus capis dicere de Iohanne, &c.* Dominus permisit discipulos Iohannis discedere ad hunc laudandum, quia si laudaret eum in præsentia illorum, videretur adulatio; sed illis abeuntibus cepit eum laudare respondens pro eius honore, ne quis propter afflictionem carceris crederet eum retrocessisse à confessione suâ & sanctitate, factique integram concionem in eius laudem; & cum tam molitur dixerit adverte quod tantum *capis dicere*, obliquis nos ad prosequendum illum, nullus agit verus de honore Sanctorum quam Deus; qui ad honorandum Centurionem voluit admirari. hom. 2. n. 60. vsque 52. non enim permittit Deus nec vult Sanctos suos honorem & bonam famam perdere. hom. 3. num. 27. vsque 30.

XLII. *Capis dicere, &c.* Virtutes S. Iohannes erant rectæ & conclusæ; Deus cepit in se onus manifestandi eis mundo. h. 26. n. 17. idque facit cum tanta sinceritate ut omnes Sancti Iohannis excellentias in publicum producat. hom. 38. num. 113.

XLIII. *Arundinem vento agitatam.* Laudat S. Iohannem quod non sit arundo, quæ vento tribulationis & carceris sit distorta à confessione quam fecerat. Iustus non est arundo, sed firmus & columna & in hoc patet vestra sanctitas. h. 37. n. 70. vsque 73. firmi sunt famuli Dei, nec ventus agitat eos. hom. 15. num. 45. Vos & me agitant venti ut arundines. hom. 38. nu. 31. Res mundi & divitiæ & dignitates sunt venti hom. 4. num. 19. vsque 26.

XLIV. Iohannes non est arundo, quæ quanto plus crescit; tanto plus virtus eius & natura extenuatur, sed est palma quæ quo plus crescit grossior fit & robustior, dicitque ut Iob: *Quasi palma multiplicabo dies,* quia nos sumus ut arundo, qui sumus tenuiores in honore; venit Satanus ad nos vincendum qui procedit ut balena. hom. 18. num. 41. 42. hom. 41. num. 10. 31. 32.

XLV. *Ece qui mollibus vestiuntur in domibus Regum sunt.* Non est Iohannes aulae sectator, in qua nec dicitur nec cognoscitur veritas; & si extra illam cognita fuerit, ut quis in eam pedem misit, iam eius cognitionem perdidit: vide Iohannes in confessione semel veritate firmus perseverat. hom. 43. num. 36.

XLVI. *Qui mollibus vestiuntur.* Non est malum vestiri honeste secundum statum vestrum sed excessus in vestibus est reprehensibilis. hom. 16. n. 5. 18. malo nostro,

nostro, vestis quam Deus instituit ad remedium nostrae necessitatis facta est instrumentum stultitiae. hom. 7. nu. 33. 34. particulariter in mulieribus, quarum excessus in vestibus & affectionibus sunt reprehensibiles. h. 32. num. 17. & 18.

XLVII. *Hic est de quo scriptum est: ecce ego mitto Angelum meum. S. Ioannes fuit Angelus & excellentior multis Angelis, id enim praestare potest gratia; pro ut malitia potest hominem facere diabolum & peccatorem multis demonibus. hom. 8. num. 19. vsque 23.*

## DOMINICA TERTIA

## ADVENTVS.

I. *Miserunt ab Ierosolymis Sacerdotes & Levitas ad Ioannem. Ioannis primo. Expectantibus Nativitatem Christi proponit Ecclesia S. Ioannem ut praecursorum qui dat nobis testimonium de lumine: S. Ioannes est coelestis hortus divini Sponsi, cuius flores contrahis ventis agitati excellentem spirant odorem. Dominica praeterita persolavit hunc hortum, aquilonaris ventus alper Herodes. In hac agitur blando aultro honoris exhibitio principibus; quo fiat vestigantem det odorem fidelitatis suae in honorem Christi. h. 9. n. 38. & 45. non fuit vicus afflictione sed in ea offendit se fidelem et mulier dicens amaras aquas. h. 30. num. 6. vsque 9. nec superbiuit in honore sed sicut firmus et columna. hom. 37. num. 70. 71. 72.*

II. *Miserunt Iudaei ab Ierosolymis Sacerdotes, &c. In hac legatione quam miserunt principes Sacerdotum ad S. Ioannem offerentes ei Messiae dignitatem ostendit Deus se Dominum scientiarum & cogitationum: per has enim hominum errantium exequitur illa Sapientiae suae divinae proposita. Fuerit intentio eorum bona credentium realiter Ioannem esse Messiam ut alii qui suspicantur, vel fuerit mala ut praetendit S. Chrysostomus dicens adisse illos S. Ioannem offerentes ei Messiae selem et auferrent Christo; ex his cogitationibus traxit Deus de fisionem veritatis, quod Christus erat verus Messias; quia illi cum teneant S. Ioannem et hominem tantae sanctitatis & veritatis se offerant et recipere illum pro Messia, si vellent, obligabantur ad credendum id quod eis diceret, et eis dixit in hac occasione dans testimonium de Christo; quia non est reus magis concludens in vestrum favorem, quam ille quem vester inimicus vobis offert. ho. 34. n. 47. Impletque hic Deus quod dixerat per Isaiam: *ducam caecos per viam quam nesciunt, &c.* quod dixit David: *Cum superbit impius incenditur pauper.* hom. 23. nu. 35. vsque 40. permittit Deus peccatoribus ut erigant se contra Sanctos ut in mundo plus respiciant illorum sanctitas. ibid. n. 37. & ho. 30. num. 32. & 60. & hom.*

39. num. 30. & 31.

III. *Miserunt Iudaei. Volebant hi Christum lancea occidere capientes S. Ioannem pro lancea; qui si acciperet Messiam quem ei offerebant videbatur eis quod Christus lancea confoderetur, sed fecit quod Bauaias occidens Aegyptium sua lancea propria, non dans ei locum ea vitendi. hom. 44. num. 9. 10.*

IV. *Miserunt ab Ierosolymis. Ex intentione inimicorum suorum quod conabantur auferre Christo Domino nostro quod haberetur pro Messia, trahit Deus coronam quam locet coronatus et verus Messias, testimonio hominis tam Sancti, scilicet S. Ioannis, cuius dictum non poterant reprobare cum iam approbassent eum, ut supra dictum, habentes eum ita sanctum ut crederent esse Messiam unde non poterant de illo dicere quod mentiebatur. hom. 29. num. 28.*

V. *Miserunt Sacerdotes & Levites, &c. Mali principes qui ex officio procurare tenebantur ut populus reciperet Christum pro Messia, diuertunt eum ex invidia qua contra Christum feriebant, & dirigunt ad S. Ioannem Baptistam. hom. 35. nu. 13. vsque 16.*

VI. *Miserunt, &c. ut interrogarent, &c. Videntur principes Ierusalem velle implere officium suum, quod est esse natus in facie sponsi; quaerendo ex vestigio Messiam; sed non faciunt, cum eum S. Ioannes quem adhibant, eum ostendit eis clare, melius quam Eliezer Isaac, volebant eum recipere. h. 7. n. 19. vsque 22. patet fuisse proditores, quodque euntes ad interrogandum cor non haberent sincerum, quod suadet Spiritus Sanctus talibus ut secum deferant. hom. 37. num. 35. & sequentibus.*

VII. *Miserunt, ut interrogarent, &c. Probatur clare eos ire ad interrogandum malo corde & fide, desiderantes sibi responderi secundum desiderium suum, statim enim cum respondit eis Ioannes veritatem, recedunt ab eo, & incipiunt eum reprehendere dicentes quod baptizaret non habens potestatem reprobat: tenentur iudicium: quae perit a Doctoribus, & Confessoribus tantum cum voluntate ut eis dicant quod desiderant. h. 37. n. 35. vsque 39. Sed nullus consultor est tibi fidelior ad consulendum quam ille qui non attendit suam veritatem sed bonum tuum. ib. n. 37. videtur illi quoad murmur exterius apes, sed sunt fuci, ceteri Crabrones. hom. 23. num. 9.*

VIII. *Miserunt, &c. Illi poterant clare cognoscere Baptistam non esse Messiam cum scirent non esse de tribu Iuda, nec descendere ex Davide; sed male voluntas quam habebant erga Christum coarctavit intellectum eorum, sapientiam abripit voluntas intellectum ut in dicit quod ipsa vult, hom. 29. num. 32. 33. 34.*

IX. *Ut interrogarent eum, &c. Offerunt S. Ioanni Messiae dignitatem quem vident esse filium Sacerdotis valde honorati & divitis, desiderantque Christum quia videbatur*



videbatur esse filius pauperum: mundus enim iudicat de rebus tantum quia videt in illis exterius diuitias quas vocat substantiam, & fundamentum accidentium honoris. ho. 16. nu. 25. & 26. h. 21. nu. 19. 20. licet inhabitantes Nazareth cognouissent, & confessi fuissent quam caelestis esset doctrina Christi, quia tamen videbant pauperem contempserunt eum & statim aduecfabantur ei. ibid. n. 19.

X. *vs interrogatus eum.* Hi fecerunt iniuriam Christo & gratia Spiritus S. contemnerunt illum quia videbant eum pauperem, & iudicando quod Deus pauperem & filium pauperum non faceret Messiam. h. 21. num. 21. 22.

XI. *Miserunt. &c.* Misit Deus S. Ioannem ut medium per quod homines reciperent Christum ut Messiam, & finem legis. Ipsi autem subtrahunt in medio ista recipientes ut hinc: haec est consuetudo hominis, abuti medijs quae Deus dat eaque pro fine habere. h. 28. n. 34 & seqq. proditores ut mulier Putipharis. Multi sunt illis similes qui media habent pro fine. hom. 28. num. 34. 35.

XII. *Confessus est quia non sum ego.* Rectè potest dici de S. Ioanne quod Spiritus S. de Dauide dixit: *In omni opere confessionem dedit Sancto,* idque debes facere & referre in gloriam Dei totum quod habes bonum ut S. Ioannes. hom. 29. num. 45. vsque 5.

XIII. *Non sum ego Christus.* Hoc Verbum Christus, absolute sumptum significabat Messiam unde colligitur quid Baptista intenderit dicendo quod non erat Christus. hom. 37. num. 32.

XIV. *Non sum: non.* Summa festinatione Baptista exiit nomen Christus quod ei dabatur ac si ardens carbo fuisset; hoc enim modo resistunt Sancti tentationibus eas abiciendo. h. 4. n. 12. vsque 18.

XV. *Non sum.* Baptista subtraxit se subito illi tentationi, non dans ei locum; fecitque ut cancer, & Ellisus, vsque tu facere debes. hom. 5. num. 32. 33.

XVI. *Non sum ego.* Magna fuit ista tentatio quia ambitionis est grauissima, & non acceptare honorem oblatum etiam rogatum. hom. 1. num. 2. & 28. quot off. ndunt ad lapidem hunc honoris? h. 2. n. 23.

XVII. *Non sum.* Cum S. Ioannes haberet tot excellentium dona virtutum, se adco humiliavit repens: *Non sum, non.* Ut intelligens non plus pro honoribus factam superbiam, quam alas pro campana. h. 15. num. 31. 32.

XVIII. *Non sum ego.* Detruncat vanam gloriam quae poterat ei omni ex tam excellenti l. gatione medijs quam Iephte filiam suam & cum maiori fortitudine & resolutione. hom. 1. num. 35.

XIX. *Non sum ego.* Videtur Baptista sentire se gratatum ab his qui venerant ad offerendum ei dignitatem istam, idque videtur ita sentisse ac si ei aliam iu-

figerent, protocando eum ut esset Christo infidelis. hom. 5. nu. 29.

XX. S. Ioannes fugit cum magna prudentia officium oblatum, quia magnarum obligationum officia potius fugienda sunt quam recipienda. hom. 15. num. 37. 38. 39.

XXI. *Propheta es tu?* Per nomen Prophetæ prolatum absolute intelligebatur Messias quo nomine fuit promissus Moyfi. h. 7. n. 25. & 26. vide etiam patet illorum condemnatio quia noluerunt recipere Christum ut Prophetam promissum ut declarauit Deus eidem Moyfi. ho. 29. num. 38.

XXII. *Non sum.* Non fuit S. Ioannes ut Lucifer qui in veritate non stetit & transiibat muros beneficiorum quae receperat, S. Ioannes fuit homo factus à Deo, qui recognoscens beneficia recepta, stat in veritate firmus. hom. 17. num. 32.

XXIII. *Num sum.* S. Ioannes stetit firmus in sua confessione quia Sancti, quales ipse, sunt firmi in bono ut columna. h. 37. num. 70. vsque 73.

XXIV. *Ego vox clamantis.* Ob multas rationes dicit Ioannes se vocem, dicitque bene in hoc testimonio quod dat de Christo: *Qui post me venit ante me factus est,* &c. verba magni mysterii. hom. 33. n. 17.

XXV. *Ego vox, &c.* Faceret officium suum quod est legati, sicque non est pluriquam vox sui principalis, & per consequens non vult gloriam pro se, sed pro Domino qui eum mittit. hom. 29. n. 40. 41.

XXVI. *Ego vox.* S. Ioannes fuit contentus eo quod est officii sui & personae, nolens capere aliud superius, sicque se confirmauit integrum in suo statu praecursoris. O quam bene dispositus esset mundus si quis tantum praetenderet quod est officij sui, nolens ad superioris ascendere. hom. 27. num. 62. vsque 65.

XXVII. *Ego vox clamantis.* Est vox vehemens clamorosa & fortis, talis debet esse praedicatoris Evangelici: non vox mulieris debilis, ut effeminatum de qua conqueritur Deus per Ezechielem. ho. 10. n. 41. 42. In quatuor conditionibus, quas requisit Iethro in iudicibus, quos designauit Moyfes pro coadiutoribus suis, declarauit eas quas debent habere ministri & praedicatoris Evangelij scilicet ut sint viri, timentes Deum, Sapientes, & mundi ab auaritia. ibid. n. 41.

XXVIII. *Ego vox clamantis.* Vult dicere se loqui clarè de Christo, & non inter dentes, sic enim loquendum peccatoribus. ho. 33. nu. 17. Quodque loquebatur clarè detegens Christum ut ipse Christus loquebatur clarè reuelans nobis beatitudinem; implet illud Dauidis; *Eructabo abscondita à constitutione mundi.* hom. 41. num. 80. 81. 82.

XXIX. *Non sum dignus soluere, &c.* Habens se & confitens indignum, fecit se dignum non tantum veniendi ad calcamentum Christi sed etiam ad caput eius

eius & vocari amicum eius. hom. 2. numer. 35.

XXX. *Quare ergo baptizatus?* Cum S. Ioannes daret tam clarum de Christo testimonium, & postea Christus confirmaret operibus quod S. Ioannes dixerat verbo de personâ eius, necdum credunt ei homines, & cum facilitate credebant S. Ioannem esse Messiam cum esset mendacium; unde cum tantâ difficultate creditur veritas cum quanta facilitate creditur mendacium. hom. 34. num. 50. 51. 52.

XXXI. *Quare ergo, &c.* Bene probatur istorum rebellio cum noluerint recipere Christum non obstante probatione tanta quam facit testimonium S. Ioannis ad recipiendum Christum ut Messiam, potestque contra illos fieri discursus S. Cypriani contra gentiles, quid vidistis in Ioanne ad habendum eum ut Messiam, & quæ opera vidistis in eo ad credendum quod esset, & quid vidistis in Christo ad credendum quod ipse non sit, & quæ opera Messie omittit facere ut non recipiat eum ut talem. hom. 19. num. 71. 72.

DOMINICA QUARTA

ADVENTVS.

I. **A**nno quindicesimo imperij Tiberij Casaris. *Et Luca 3.* Cum Deus misit S. Ioannem hominem factum ut daret testimonium de Christo, statim ut natus est, tulit eum ad desertum ex domo patrum eius. Videtur cum eo egisse ut cum Adam, quem cum creasset in campo Damasceno, statim transtulit eum in paradysum ut eum perficeret & custodiret. Sic in vno sensu declarant S. Augustinus & Chrysostomus hæc verba: *misit igitur Deus hominem & posuit illum in paradiso ut operaretur & custodiret illum.* Sic tulit Deus Ioannem ad desertum ut paradysum; est enim illud locus ubi Deus perficit Sanctos suos dando eis indicium gloriæ suæ. hom. 11. num. 12. 13. 14. & hom. 12. n. 25. vsque 19 quia ad considerationem gloriæ requiritur secessus; unde etiam philosophi antiqui secedebant ad considerandum elementa & cognoscendum motus stellarum cœli, ibi, 12. de secessu quem fecit Plato ad studendum philosophiæ in horto Academii; unde derivatur nomen Academicæ quæ est locus solitarius: quanto magis debemus ad illum secedere ad considerationem gloriæ. ibid. num. 12. & in eodem deserto ut in paradiso custodit eos qui malè custodiunt se in mundo, qui est omnino plenus laqueis, & periculis. hom. 4. num. 17. & hom. 5. n. 24. 25. 26. non educat in palatium cum qui debet esse prædicator veritatis, quæ in illis non cognoscitur. Extrahit Moysen palatio Pharaonis ubi trahebatur valde delicate & transtulit ad desertum Madian. hom. 43. num. 56.

Hieron. Bap. de Lanuza, Tom. 1.

II. Tenuit Deus Ioannem in deserto liberans eum à tentationibus & laqueis, quibus plenus est mundus, ad nos docendum obligationem quam habemus fugiendi pericula eius si nolumus cadere & vinci. ho. 36. num. 16. vsque 27. licet alicuius audacia sit magna non sibi fideri dormire circa viperam quia noscitur periculum: minus debet Christianus audere se exponere occasione peccati, quia est vipera quæ occidit animam veneno suo. ibidem num. 27.

III. *Anno quindicesimo imperij Tiberij Casaris.* distulit Deus aduentum suum in mundum tanto tempore, quia disponit gressus suos, ut plus conveniat gloriæ suæ & utilitati nostræ. hom. 31. num. 50.

IV. *Imperij Tiberij Casaris præcurante Porcio Pilato, &c.* Talibus præsidibus & capitebus, vide quale fuerit corpus illius reipublicæ quam plenum viciis, siquidem damnum provenit civitatibus ex malitia principum, qui sunt ut cœli istius terræ, vsque fundamenta istius ædificij. hom. 7. num. 30. & hom. 27. nu. 19. 20. 21. & hom. 39. num. 23. vsque 26.

V. *Imperij Tiberij, &c.* Ista Respublica Iudæorum erat quasi in quatuor diuisa, quia deerat iustitia, quæ integras conseruat respublicas. hom. 28. num. 8. vsque 13.

VI. *Factum est Verbum Domini super Ioannem in deserto.* Imperat ei Deus exire ad implendum suum præcuratoris officium; & licet exire desideraret, detinuit se vsque ad trigessimum annum, quia opera bona quæ desideramus in seruitio Dei, debemus facere quomodo & quando ipse disponit. hom. 36. n. 29. vsque 32. hoc est quod ait Dauid; Deo placere Sanctos, qui ordinant sacrificia sua, supponendo legem eius, ut fundamentum. hom. 23. n. 53. 54. Deus vult primam vestem quam debet ferre sacerdos sacrificaturus esse tunicam albam ex lino, valde angustam quæ bene conveniat, & perueniat vsque ad pedes, ad declarandum quod is qui debet offerre Deo sacrificium, totus debeat vestitus esse sanctitate, virtute, & munditia, sine qua non est Deo gratum sacrificium. ibidem num. 34.

VII. *Factum est Verbum Domini, &c. & venit in omnem regionem.* Exiit statim cum Deus ei iussit, non contradicens, nec disputans, sine sero vel tempestivè, facile vel difficile, habeant oves Dei simplicem in audiendo & faciendo quod Deus imperat obedientiam. hom. 38. num. 41. vsque 44.

VIII. *Factum est Verbum.* Sufficit Deum Ioannem dicere exi; quia etiam in creaturis insensibilibus, ad promptam obedientiam sufficit vox Dei, solus homo resistit ei ad magnam confusionem suam. hom. 3. n. 22. vsque 24. estque ille qui eum tenet suspensum & fatigatum ob rebellem suam duritiam. hom. 25. nu. 24. vsque 31.

IX. *Venit in omnem regionem:* Cum Deus eum m-

tar, exit, confidens quod prosperum faciet iter suum. hom. 4. num. 46. vsque 50. Nullus labor est timendus, quia totum dependet à Deo, qui vult nos eum ferre, & in eo posuit nos, & tantum possunt & faciunt quantum Deus permittit eis, datque locum, & non plus. ibidem num. 47. hinc est quod iusti habeant maiorem securitatem in maioribus laboribus, quia sciunt Deum, qui in eis posuit eos, esse Dominum virtutum & Dominum fortitudinis, qui potest eas dare ad fortiter ferendum. ibidem num. 47. & si dicis, quomodo p. remisit eum in carcerari & decollari? Dico quia fuit prætor gratiæ Noui Testamenti, discursus dignus ingenio S. Augustini hom. 15. num. 27. hincque vidita Deo se, tractari vt magnum amicum suum. hom. 32. num. 21. vsque 30.

X. *Veni in omnem regionem.* Idem S. Ioannes fuit missus à Deo ad hominum remedium, quia si expectaretur donec homines requirerent suum remedium nunquam se mouerent. ho. 22. nu. 7. vsque 10. hæcque est misericordia Dei licet videatur contra iuris ordinem & inuersa vt fili. Noë. hom. 41. num. 41.

XI. *Veni predicans baptismum penitentia.* cum mundus esset perditus, submersus in peccatis, intrat prædicans penitentiam, quæ illorum est remedium tam efficax, vt licet magna & multa sint, tamen possit omnibus esse remedio hom. 8. num. 8. vsque 13.

XII. *Predicans baptismum penitentia.* quis fuerit ille baptismus penitentia & quomodo realiter confitebatur peccata sua qui baptizabantur à S. Ioanne declaratur. h. 19. n. 34. vsque 38. vnde patet magna suauitas nostri Sacramenti penitentia. ibid. & n. 60. 61.

XIII. *Predicans baptismum penitentia.* Baptismus penitentia quem Ioannes prædicabat erat quasi figura pro illo Christi, vnde sicut Ioannes erat Christi præcursor, etiam baptismus eius erat baptismi Christi. hom. 19. num. 68.

XIV. *Veni in omnem.* S. Ioannes prædicando exiit de deserto, vbi fuerat tora vitæ suæ, qui secessus importabat ad eius honorem & utilitatem auditorum, tales debent esse prædicatores non familiares mundo. hom. 21. num. 47. 48. 49.

XV. *Veni predicans.* Misit Deus S. Ioannem, vt disponeret gentes ad recipiendum Christum, & quia vera penitentia est bona dispositio, illam prædicabat: eadem præparare vos ad eum recipiendum in die Natiuitatis hom. 34. num. 2. & 3.

XVI. *Ego vox clamantis.* Videtur dicere quod Abacuc: *Ante faciem eius iussit Verbum.* hom. 2. num. 10. videnda notata Dominica præcedente super eadem verba Ioannis: *Ego vox.*

XVII. *Parate viam Domini.* Preparare iter quod Deus veniat ad vos, & videre quo vos eatis ad Deum, hoc enim est infortunium peccatoris non at-

tendere ad iter, quod vadit, ideoque est tam insensatus, hom. 18. num. 25. vsque 28. quia est proprium peccatoris, qui est iuuenis in suis consuetudinibus, esse temerarium & periculo, cundo quod eum ferunt affectus sui vt significat Ezechiel ibid. num. 20. & h. 31. n. 69. 70.

XVIII. *Parate viam Domini.* Deus misit S. Ioannem vt tolleret offendicula viarum. Satan autem maxime conatur illa ponere ad pervertendum euntes per illas; quod Deus tam aperte fecit vt declarat historia Sansonis. hom. 12. num. 55. 56. 57. & sequentibus.

XIX. *Reddas facite semens eius.* Non sicut via recte oblique tortæ vel circulares, vt dixit David, tendendo ad peccatum quod reliquistis hom. 37. num. 67. vsque 70. sic penitentia vestra recta: desponsate illam vt David Abisag. hom. 43. numer. 21. 22. 67. Non sicut vt mulier Lot. ho. 3. num. 49. Ninive fuit prima ciuitas edificata post deluuium à Belo Patre Nini à quo cepit idololatia, quia dedit occasionem hominibus adorandi patrem pro Deo. Hanc ciuitatem quæ fuit origo tot & tam grauium peccatorum elegit Deus in magistræ penitentia, quia ad vocem vnius tantum Prophetæ secuta est vias veræ penitentia, conformiter, & in satisfactionem deuotionum suorum peccatorum. ibid. num. 49. quia penitentia provocat sapientem suum & lambit statum salis in quam conuersa est vxor Lot, quia non fecit veram & prudentem penitentiam ibid. n. 49.

XX. *Parate viam.* Audite ergo clamores eius quia clare vobis loquitur baptista, quod est signum prædestinationis vestra. ho. 37. n. 24. vsque 31. Simus obediētes, non differamus istas voces audire vsque mane vt Pharaon. ho. 38. n. 41. & sequentibus.

XXI. *Quomodo debeat vera penitentia fieri.* quam petit S. Ioannes, faciens tam magnam mutationem vt ipse dicat: *Omnia manserunt & collis humiliabitur, &c.* Videatur in conuersione Magdalena. h. 38. particulariter. num. 36. vbi dicitur quomodo debeat esse totalis mutatio, & S. Petri. hom. 45. particulariter num. 61. vsque 69. & scito si velis Deum in natiuitate recipere te debere relinquere esse quod habes & alius esse.

## IN VIGILIA NATIUITATIS

ad Calendas.

I. **A**duentus Dei in mundum est omnium bonorum nostrorum fundamentum, vt que nobis communicentur est necessarium, cum considerare vt presentem vt enim aduertit S. Bernardus; ideo dicit nobis Ecclesia ipsa Calendis, loquens de presenti: *Iesus Christus, &c. in Bethleem Iudaie factus.* h. 42. v. 4.

II. Magna Festa exposcunt magnas vigilias in quibus nos ad illa disponamus vt Angelus disposuit Eledram. hom. 34. num. 2. & 3.

III. Ecclesia præuenit nos bonis nouis quæ nobis dat Calendis, vt Deus præueniebat Ierusalem per Prophetam suum Zachariam dicens: *Exulta satis, &c. Ecce rex tuus uenit tibi*, vtque verba Prophetæ continent multas rationes lætitiæ etiam dicit nobis Ecclesia: *Iesus Christus Filius Dei in Bethleem iudea nascitur* quæ singula considerat S. Bernardus & persequitur longis discursibus. h. 41. n. 37. vsque 98.

IV. Manna quod ueniebat è cælo erat cælestis gustus & supremorum effectuum recipientibus cum dispositione debita & hæc non habentibus conuertebatur in vermes, idem continget non disponentibus se ad recipiendum Christum Manna diuinum: cum enim illud opus sit summæ misericordiæ ad peccatoris saluationem mirabitur in districtum titulum iustitiæ ad eius damnationem. ho. 6. no. 12. vsque 28. & si Iudæis Manna cæleste uerebatur in vermes eisque nocebat, maiori ratione accidet nobis. li. 17. n. 48. vsque 53.

V. Sicut tam citò ac Pastores audierunt, quòd Angelus eis dixit Christum natum esse in Bethleem, disposuerunt se ad eundem eò dicentes: *Transeamus vsque Bethleem*. Faciamus idem tam citò ac audimus in Ecclesia eadem uerba: *Iesus Christus Filius Dei in Bethleem iudea nascitur*, disponamus nos & dicamus, *Transeamus vsque Bethleem, &c.* quia multum ibi uidentum & debemus esse vt Angeli ascendentes intellectu & descendentes à naturâ diuinâ ad humanam & uiderere uisionem grandem tibi, in quo existens diuinitas ignis non consumit spinas eius. ho. 36. num. 2. Effique de omnibus eius de quibus ipse dixit, quòd intrabant & exibunt, & pascua inueniunt in uia & altera natura. ibid. num. 3. 4.

VI. Ecclesia nobis dicit quòd Christus nascitur in Bethleem, id est domo panis; ne tardemus in accurrendo pro nostra sustentatione, quia multis potest dici quòd Iacob filius: *Quare negligiti? audis quòd alimenta uenduntur in Agypto*. In Bethleem autem non uenduntur sed gratis dantur omnibus uolentibus. ho. 10. num. 37. & hom. 25. numer. 79. 80. & hom. 31. num. 2. 3. est valde dolendum nos ita sedule quærere alimenta corporis, quæ magni constant, nec satiant animam; relinquentes cælestia animæ alimenta quæ dantur gratis. hom. 25. num. 73. 74. 75. & possumus intelligere quòd tenemus eum afflitum in præsepî, quia non accedimus; vt nobis eum representat Prophetæ Isaias: *Aporians* hom. 25. num. 24 vsque 27. & hom. 28. num. 28. 29. Nosque expectans conqueatur de nostrâ inuerecundiâ quòd eum detineamus expectantem. hom. 37. num. 17. vsque 22.

VII. Disponamus nos ne exeamus & maneamus

sicci cum ros cæli ceciderit ne nos comprehendat maledictio Davidis contra montes Gelboë. homil. 30. num. 12.

Pro Euangelio, *Cum esset deiposita*: uideatur Festum S. Iosephi.

## IN NATIUITATE DOMINI.

I. **E**xit edictum à Casare Augusto. Deus utitur superioribus cogitationibus Casaris ad implendum suas dispositas ab æterno, quibus disposuit vt Christus nasceretur in Bethleem. hom. 23. n. 35.

II. **Exiit edictum** Deus tam magnus est scientiarum Dominus vt ipsis intentionibus & actibus superiorum & mundanorum utatur ad extrahendum ex illis quòd resoluunt ipse. hom. 30. num. 59. & hom. 44. num. 2. consilium summæ Sapientiæ æternum eduxit de temporalis Casaris superbo, hom. 39. num. 27. vsque 32.

III. **Exiit**, Edictum hoc & mandatum Casaris uideri fuisse casuale Natiuitati Christi in Bethleem; & licet fuerit nostris oculis, non Dei, qui componbat uuum ex altero hom. 31. num. 6.

IV. **Factum est autem cum esset ibi Ege**. Euangelista ostendit nec horam fuisse casualem Natiuitati Christi sed totum fuisse optimè dispositum per æternum Dei decretum. hom. 16. num. 10. hora Natiuitatis Christi ea fuit quam ille ipse disposuit vt Dominus temporis. homil. 35. numer. 38. & sequentibus.

V. **Peperis filium suum primogenitum**: Licet Euangelista nominet primogenitum, non uult significare beatam Virginem habuisse alios filios, quia principissa cæli peperit pura uirgo. hom. 41. num. 10. & postea semper fuit conformiter Prophetiæ Ezechielis. ibidem Impletum in ipsa est hoc Abacuc: *Deus ab astro uenit & Sanctus de monte Phoran* homil. 35. num. 4.

VI. **Peperit filium suum**. Fuit uerus filius eius de substantia eius generatus, qui vt in cælo habet Patrem sine matrè, ita habet in terrâ matrem sine patre, vtque in cælo est in sinu Patris, ita est in terrâ in sinu matris. hom. 11. num. 18. 19.

VII. **Pannus eum inuoluit & reclinauit in præsepio**. Venit ad faciendam misericordiam & mundum redimendum, sicque accepit uestitum pauperum panniculorum: qualis conueniebat tali proposito. ho. 6. nu. 14. uenit cum paupertate in panniculis, humilitate in paruo corpore & stabulo, mortificatione in durtiâ præsepis. quæ ualde molesta ei erat, quia corpus eius erat ualde dispositum ad illam sentiendum ho. 25. nu. 21. Sic ut ueniat cum his tribus paupertate, humilitate &

poenā: cum quibus incepit officium quōd habebat exturbandi mundo peccatum, quod regnat per diuitias, superbiam vel ambitionem, & delicias. hom. 41. num. 71. vsque 75. Talem desiderabat eum Prophetæ. hom. 41. num. 71.

VIII. *Pannis eum inuoluit.* Conueniebat Deum venire cooperum ut dicebat Moysi & cooperum magis conueniens erat paupertas. homil. 41. numero 75. 76.

IX. *Pannis eum inuoluit.* Magnum mysterium indignis panniculis contra frigus exterius, qui intra se habebat ignem diuinitatis: sed operabatur miraculum Jordanis ut nobis transitum daret ad cælum. ho. 11. nu. 20. & ho. 42. nu. 49. 50.

X. *Pannis eum inuoluit.* B. Virgo inuoluit mare secundum quod Deus dixerat Iobo. hom. 11. nu. 15. Pauperes panniculi & duritia prælepis quam ista sunt reprehensio vestitarum pellium, l.ctorum mollium & deliciarum; potest vobis bene dicere quōd Prophetæ Baruch: *Ecce ego, &c. & tu quaris grandiam?* hom. 15. num. 28. Scias ergo eum Christus hanc viam sic ingressus, venerit que ut nos duceret in cælum, quod ad hoc non peruenies si non necedas per illam. ho. 15. num. 10. vsque 14.

XI. *Reclinauit eum in præsepio.* D. Virgo benefecit, quia licet eum ipsa pepererit, tamen proderat nobis, ut que omnes possent eum adire, ponit eum tam humiliter reclinatum in præsepio ubi eum tener amor ut captiuum. hom. 25. num. 37. hic videntur eius vires qui, ut inquit S. Bernardus, videtur triumphare de Deo. ibid. num. 35. 36.

XII. *In præsepio.* Ne contempnas eum licet puer sit in loco tam humili: nam fons Siloë est qui nascitur eum silentio. hom. 30. num. 54. 55.

XIII. *In præsepio.* In hoc federe non causat Deo fastidium licet videatur vile, tamen fastidit ditissimum mundi palatium si in eo est peccatum. hom. 2. nu. 30. Infelices sunt qui hoc habent in suis animalibus hisce diebus & conantur suas domos habere mundas. hom. 23. num. 23. 24.

XIV. *In præsepio.* Venit pro peccatoribus ponitque se in loco adeo patente, ut ipsa etiam bruta animalia possint eum adire; ubi bona eius parent omnibus illa volentibus. hom. 10. num. 37. & hom. 25. num. 79. 80.

XV. *Quia non erat ei locus in diuersorio.* Est mirabile, locum esse in hospitio animæ tuæ pro vltimis & peccatorum brutis, deesse autem Christo tantum, neque habere tempus pro cunctis negotiis quibus mundo seruis & carni tuæ, & tantum deesse tangentibus seruitium Christi. Bene conqueritur per Prophetam se esse ut quærentem vuarum animarum in aeuumano, quia vvas integras ipsi non sis daturus, imo

nec ipsos racemos ipsi das. hom. 17. num. 47.

XVI. *Non erat ei locus in diuersorio;* Dices, quōd sehem teeneres, domum habere in Bethlem ad Dominum recipendum: Scias ergo (ait S. Gregorius) te posse recipere hodie illum in domum tuam, & laute tractare, ut enim tunc venit in carne nunc venit in persona Pauperis, representans suam personam in illo. h. 16. num. 13. 14. 15. & hom. 27. n. 66. 67. & hom. 30. nu. 24. 25. idē Apolloli magnificiebant seruire pauperibus. hom. 27. num. 68. vsque 71. Idque voluit Dominus ostendere in historia quā refert S. Vincentius Ferrariensis. hom. 16. n. 50. & in ea quā refert S. Gregorius de Sancto Monacho Martyrio.

XVII. *Et Pastores erant in regione eadem.* Primi quos vocat Deus ad recognoscendam personam Christi sunt Pastores, gens simplex, hæc enim huic est ad propositum, quōd notat S. Ambrosius ho. 7. num. 42. gens simplex, de quo dicitur: *eum simplicibus sermotaatio eius,* non vult gentem duplicem & decepticem, nec est in domo eius vna persona quæ norit talia. h. 37. num. 32. 33. 34.

XVIII. *Et Pastores erant.* Primi quos vocat ad fructum aduentu suo sunt pauperes Pastores; pauperes enim non debent postponi in bonis spiritualibus ho. 2. n. 20. 21. n. 22. 23. Licet mundus contrarium prætendat. hom. 16. num. 25. 26. 27.

XIX. *Et Pastores erant in regione.* &c. Angelus vocat pauperes ut eum festinatione currant ad Christum; diuites enim & potentes valde à dignitate suis detinentur, & multi eorum detinentur à diabolo laqueo. hom. 28. numer. 36. & licet accendant corpore tamen inquit cor illis inuolutum, ut diues in cuius exequis concionabatur S. Antonius de Padua. hom. 7. num. 19. & hom. 13. n. 55. hom. 29. num. 21. vsque 25. debes volare ad Deum intellectu & voluntate ut Seraphim quos vidit Isaia cingentes thronum eius. hom. 29. num. 23.

XX. *Et Pastores erant:* Vult habere gentem accedere pauperem, nudam necessitatem habentem quia hic Magnus Rex non venit ut dentur ei vasalli quibus fundat magnitudinem regni sui, sed ad dandum, sicque tanto gratius venient ei quanto fuerint pauperiores eo: de ad eum recipendum. h. 41. nu. 59. vsque 65.

XXI. *Et claritas Dei circumfulsit illos.* Claritas cœli causata ab eodem Domino erat necessaria ad eum cognoscendum inter paleas, & pauperes pannos; est enim Sol diuinus quem nullus potest videre nisi illuminatus ipsius eiusdem luce. ho. 33. n. 20. vsque 24. vnde Dominus conuincit stultitiam illorum qui petunt claritatem & lucem alienam ad eum cognoscendum. ibid. num. 36.

XXII. *Claritas Dei circumfulsit illos.* Hæc claritas fuit ut splendor quos emittebat circa quibusdam

dem inter vela detegebatur Maieſtas Dei quæ erat in illâ. hom. 11. num. 16. 17.

XXIII. *Claritas Dei circumfulſit illos.* Deus voluit offendere quòd naſci Chriſtum erat naſci verum Solem, qui erat fugaturus tenebras per totum mundum extenſas: opus referuatum Natiuitati Chriſti. hom. 33. nu. 2. vſque 13.

XXIV. *Nolite timere, ecce annuntio vobis gaudium,* &c. Lætamini & nolite metucere annuntio complementum veſtrorum deſideriorum, reparationem veſtrorum damnorum, & rationes Lætitiæ quibus Propheta Zacharias lætificabat Ieruſalem. hom. 41. n. 46. vſque 75.

XXV. *Nolite timere.* Rectè intrat Angelus alleuians cor hominum: cum enim multa eſſent mundi peccata videntes Ang. los è cælo venientes poterant timere quòd deſcenderent ad faciendam ſtragem vt in Soloma vel exercitu Sennacherib; ſed adimunt metum dicendo Deum venire, non ad eos perendum ſed ad ſalandum. hom. 41. nu. 37. vſque 40. viderurque procedere contra iuris ordinem; S. Bernardus enim ait, quòd cum homines deberent cum adire petentes veniam, ipſe venit offerens eam. ibid. nu. 41. 42.

XXVI. *Nolite timere.* Valdè ordinariè quando veniebant Dei legati, terrebant populos & gentes ad quas ibant, minando illis horrendas, punitiones quas præparabat Deus contra eorum peccata, ſed iam; *Nolite timere.* hom. 41. nu. 43. 44. 45.

XXVII. *Eccè annuntio vobis gaudium magnum.* Erat magnum gaudium quòd Angelus nuntiabat, nam ſi lætitia cauſatur ex implementatione deſideriorum, Aduentus Chriſti ſatiſfaciebat omnibus quæ fuerunt ab initio mundi. hom. 41. nu. 46. vſque 52.

XXVIII. *Quòd erit omni populo:* ad totum mundum & omnes in eo viuentes pertingit hoc gaudium, cum pro omnibus veniat illud bonum, tam abundantè, vt veniat pro vnoquoque in particulari ac ſi ſolus in mundo eſſet, taliſque modò eſt operaturus redemptionem vniuerſiſque & pro eo daturus totum ſanguinem ſuum, ac ſi pro eo ſolo daretur, vt poſſit dici: hoc bonum venire mundo, ſic totum omnibus, quòd totum ſingulis. hom. 42. n. 23. 47.

XXIX. *Natus eſt vobis hodie Saluator.* Ille modus loquendi eſt formalis, vt dicunt Metaphyſici, aſſumitque Scriptura hanc formalitatem ſeruare vt quando dicit: *mortuus eſt mendicus, mortuus eſt diues* hom. 16. nu. 35. *Mortuus eſt blaſphemus.* hom. 35. nu. 9. Secundùm hoc vult Angelus dicere ille quem annuntio vobis non habet de nouo eſſe, quia ab æterno eſt genitus & natus ex Patre. Sed hodie eſt natus Saluator; ille enim qui ab æterno erat Deus, hodie natus eſt Saluator. Idem eſt factus Deus homo, vt inciperet officium Saluatoris. Inuitat natura mortali & de-

bili. hom. 11. num. 8. & hom. 35. num. 4.

XXX. *Quia natus eſt vobis hodie Saluator.* Videtur rationem qua te lætificet, quòd veniat totus pro te: ipſe eſt legitimus Rex Dauid, promiſſus, valde differens à Regibus terræ quorum Throni & alæ ſuſtentantur, à ſuis vaſallis. hom. 41. num. 59. vſque 61. Eius Thronus erit, vt dixit Pater eius Dauid, vt Solis, tantum ad noſtram vilitatem. ibid. nu. 62. vſque 71.

XXXI. *Qui eſt Chriſtus Dominus in ciuitate Dauid.* Gaudete: qui enim eſt natus eſt vinctus Chriſtus, Rex promiſſus Dauidi, quaſi dicat: poteratis tristes eſſe videntes Herodem regnare regem extraneum quo eſt ablatum regnum à tribu & familia Dauidis. Videte hic promiſſum per Iacob, tempore quo regnum hoc deficeret. hom. 41. 52. vſque 55.

XXXII. *Inueniſtis infantem pannis involutum poſitum in præſepio.* Angele ſancte quæ ſigna ſunt illa ad tam magnum gaudium quòd nobis annuntias? Ieſus natus eſt in ſtabulo, pauperibus involutus pannis, poſitus in præſepio; quid nobis ſperandum ab eo qui apparet tam pauper & tam infirmum ſe oſtendit? alludit Angelus ad illud Propheta Zachariæ: annuntiabat ſimilia gaudia dicens, venturum Regem pauperem, hic impungebant Iudæi videntes paupertatem Chriſti ſed ita conueniebat nobis & talem deſiderarunt Propheta. hom. 41. num. 71. vſque 77.

XXXIII. *Inueniſtis infantem & in præſepio.* Debet vos lætificare videre Deum poſitum in præſepio, imò & in cruce cum illud ſit medium quo vos ſedeatis in cælo calcantes ſtellas. hom. 38. nu. 121. 122.

XXXIV. *Inueniſtis infantem.* Non debetis iam timere terribile brachium Dei, habetis enim iam puerum manuetum & pacificum, valde differentem à Regibus terræ ſignificatis per ventos furioſos & bellias crudeles. hom. 41. nu. 84. vſque 87.

XXXV. *Inueniſtis infantem in pannis involutum; &c.* Venit ad faciendas pretioſas paupertates, infirmitates, neceſſitates, vt qui eis adeo egent homines ad ſuum remedium, illas non timeant. Ideò aſſumit eas in ſe eas ſanctificans & diuinas faciens, vtilis diſcurſus. ho. 36. nu. 9. vſque 12. lignum iniectum aquis de Mara, quòd eas ex amaris reddebat dulces Symbolum fuit Chriſti qui iniectus aquis tribulationum & neceſſitatum reddidit eas ſuaues & ad ferendum valde faciles. ib. n. 10.

XXXVI. *Faſta eſt cum Angelo multitudo caeleſtis militia.* Et hinc patet illum introitum Dei in hunc mundum, licet videatur pauper, ſummum eſſe & maieſtuoſum, quem vult Dauid nos videre vt introitum ſupremi Dei ad quem omnes Angeli veniunt ad ſeruandum & adorandum. hom. 41. nu. 10. 11.

XXXVII. *Multitudo caeleſtis militia.* Si præſepio & animalia demonſtrant abiectionem humanitatis, Angeli declarant altitudinem diuinitatis. Chriſtus eſt

Cherubim, qui si ex vnâ parte tegit faciem suam ex altera detegit. hom. 5. nu. 28. Etsi arcâ est tecta velo nostrarum miseriarum, detegit se celsitudinibus diuinis. hom. 11. nu. 16 17. 18. & si ex vnâ parte licet multum descendere in his scâlis, licet multum ascendere ex alia. hom. 16. nu. 2. 3. 4.

XXXVIII. *Multitudo Cælestis militia*: Multi Angeli festinant ad Natiuitatem Christi si enim accurrebant ad mortem pauperis Lazari & aliorum Sanctorum mortes, debebant magis ad Dominum suum accurrere. hom. 16. nu. 16.

XXXIX. Accurrunt Angeli quia recipiebant etiam magnum beneficium hoc Aduentu filij Dei in mundum de quo habet S. Bernardus singularem opinionem & doctrinam. hom. 22. nu. 50.

XL. *Multitudo cælestis militia*, Vbi est Rex est aula miles custodia, licet sit in stabulo vel præsepi; hic accurrunt statim Angeli: & quia ut erat cooperus nostrâ infirmitate, est in templis tectus accidentibus Sacramentalibus ad hæc currunt Angeli. hom. 13. nu. 21. 22. & hom. 18. nu. 20. 21. infer hinc quâ reuerentiâ debeas esse in templo; & saltem hic Deum non offendere ob Angelos qui ibi assistunt ei idcirco in hoc commissâ debet haberi gratia ad quam doctrinam fundandam initio suæ prædicationis flagello eiecit Christus de templo eius prophanos. ib. n. 11. & 20. Dispone cor tuum ut hic supremus Rex in eo resideat. Si velis eum recipere, qui se posuit in præsepi pro te, ponet se in corde tuo; Sicque habebis custodiam Angelorum quibus Deus cingit habitacionem suam, ut dixit per Zachariam. hom. 28. nu. 20. & habens Regem tenebis multitudinem apium; discursus admirabilis S. Basilij. hom. 13. numero 20. vsque 25.

XLI. *Venerunt Pastores* & inuenerunt liberum ingressum: habebis & tu; ideo enim hic puer Deus est positus in præsepi ut expectabundus, affligens se & plorans, quia ut dixit Ilias, non est qui eum adeat: *Aporatus est quia non est qui occurrat.* ho. 25. n. 24. vsque 27. & ho. 25. n. 28. 29. Magna inuerecundia nostra quod inquamus eum expectantem differentes de die in diem eum adire. ho. 37. nu. 19. 20. 21.

XLII. *Gloria in altissimis Deo & in terra pax hominibus*. Vadunt simul gloria Dei & pax hominum, cum sit natus mediator ad homines Deo reconciliandos, quo Deus glorificabitur, & homines fruuntur pace gratia & gloriæ. hom. 26. nu. 5. 6. 7.

XLIII. *Pax hominibus*: iam possunt h. mine si in pace cum venerit qui in se suscipit bellum quod nobis inferebant peccata nostra. hom. 38. nu. 121. 122.

XLIV. *Pax hominibus bona voluntatis*, Sancti dant deos sensibus veris. Primus est Latinorum S. Am-

brofi Sermone 13. & S. Augustin. lib. 14. de Ciuit. cap. 8. & lib. 50. hh. h. 54. 55. qui *bona voluntatis* referunt ad homines, quasi dicatur gloria fit Deo in altissimis & pax hominibus habentibus bonam voluntatem sine malitia, sicque promittitur talibus frui pace quàm Filius Dei attulit mundo, & ipso Christo qui est pax vera figuratus per fontem Siloë cuius aquæ tantum sinceris communicabatur & qui accedebant cum bona voluntate. hom. 30. nu. 54. isti sunt quos David nominat *rectos corde* quos Christus libenter accipiebat, & asperè tractabat habentes voluntatem peruersam. hom. 8. nu. 28. vsque 34. illi quibus promittunt Angeli quod fruuntur gloriâ Dei & pace eius in Aduentu Christi in mundum sunt conformes voluntatem suam Dei voluntati, quæ conformitas facit eam bonam, quia Dei voluntas est quasi horologium naturale & nostra artificiale, hoc autem debet illi conformari ut bene procedat, alias est voluntas curua, & hanc habentibus non est pax Aduentus Christi in mundum. ibid. nu. 28. 29. David post 1. omnia desideria sua composita ante Deum quod significat in omnibus illis facere sanctam voluntatem eius ad habendum cor rectum & fruendum gloriâ & pace Dei. ibid. n. 29. in confessione quam de Christo fecit Petrus, declarauit suam voluntatem Dei præcedentem sequi, sicque dixit Christus eum beatum, quia est fructio beatitudinis velle voluntati hominis id, quod vult Dei voluntas: sed quando vult inopere mortem Christi, dicens: *Abstine à te Domine*, anteposuit hominis voluntatem Dei voluntati & quia tunc declarata voluntas erat curua, reprehendit eum Christus iisdem verbis, quibus dæmonem, dicens *vade Satana*, quia ut diabolus vult hominis voluntatem præponere voluntati Dei. ibid. nu. 31.

XLV. *Hominibus bona voluntatis*. Illis qui sunt sincere voluntatis sine malitiâ promittitur pax talisque vocat Christus oues suas, ut habet pro præcitis eos qui vniuersis mendaciis & deceptionibus. ho. 37. nu. 32. 33. 34. Fac ut habeas voluntatem sinceram, ut fruaris pace quàm Christus est operatus, cognoscens summam eius mysteria ad gloriam Dei & pacem animæ tuæ. hom. 9. nu. 52. vsque 60.

XLVI. *Pax hominibus*, hanc pacem vident & experiantur homines bonæ voluntatis qui eam mundant per gratiam & meritum Christi, in tranquillitate bonæ conscientie suæ, & possit dicere S. Paulus: *Gloria nostra hæc est*, habere autem bonam voluntatem & conscientiam bonam est effectus Aduentus Christi. hom. 37. nu. 61. vsque 67.

XLVII. *Pax hominibus bona voluntatis*. Secundus sensus est Sanctorum Græcorum, ut Gregorij Nysseni, oratione de Natiuitate Christi, hoc *bona voluntatis* referri ad Deum, quod Angeli volunt dicere

ere & annuntiare Christum natum in terrâ qui est pax nostra, datum à Deo ex bona voluntate, id est ex mera grâtiâ eius & liberalitate sine magno vel parvo hominum merito; Secundum hoc S. Pauli: *Ad Ephesios primo: Vt notum faceret Sacramentum voluntatis sue secundum beneplacitum eius, &c.* & bene possumus Angeli canere gloriam Deo & gratias ei agere pro tam magno beneficio quod nobis contulit ex mera & libera voluntate sua, quia dare nobis filium suum fuit opus puri amoris quo Deus satisfacit charitati suæ & voluntati exhibendi nobis beneficiâ. hom. 15. num. 44. 45.

**XLVIII. Gloria in altissimis Deo, &c.** Erat iustum agere Deo gratias pro tam magno beneficio; cumque homines dormirent in profundo noctis silentio, Christus facit Angelos accedere ad supplementum nostrum defectum; nam fecit aliquoties in vitam suam, agens Deo gratias quando deficiebant illi qui debebant agere. hom. 42. num. 16. erit iustum ut accurramus iam agentes gratias quando habemus notitiam altissimi mysterij.

**XLIX. In principio erat Verbum, &c.** Vide in Christo duas generationes, unam æternam ex patre sine matre quam nobis refert S. Ioannes, alteram ex matre sine patre quam nobis refert S. Lucas, illam nobis S. Ioannes cum Patre *Verbum erat apud Deum*, hanc enarrat nobis Sanctus Lucas cum matre in præsepio. hom. 11. num. 18. 19. *Quod cœcinit Abacuc Deus ab angelo venit* hom. 35. num. 4. ascendit & descendit ab unâ: d. a. iam. hom. 36. num. 3.

**L. In principio erat Verbum.** Altissimus est Sancti Ioannis coram volens delineare generationem æternam; de qua volens spiritus sanctus loqui petit singularem attentionem. hom. 10. num. 14.

**LI. Deus erat Verbum** declarat illo: *erat*, Verbum genitum ab æterno ut ponderat S. Ambrosius. ho. 10. num. 44. & significat Apostolis dicens de illo: *Splendor Patris* hom. 15. num. 2. 3. & dicens quod Verbum erat Deus significat esse ei idem substantiam cum Patre, & habere eandem cum Patre divinitatem, quo clamantur hæc vs. Anj. h. 34. n. 62. & h. 37. n. 76. 77. 78.

**LII. Omnia per ipsum facta sunt.** Quantum boni est in esse nature & gratiarum totum est factum & fit per Christum qui ideo dicitur Sol, sicque debemus eum cognoscere & adorare ut auctorem omnis boni nostri. hom. 33. num. 14. vsque 19. Ideo data sunt Christo multa nomina quia unum solem non sufficit ad declarandum quantum boni fit in illo. Sicque voluit Deus in templo magnam varietatem figurarum institui, quia omnes illæ fuerunt ut figura Christi qui suis figuratus in propitiatorio, in arca testamenti, in candelabro aureo quod dabat lucem templo, in mensa panum propositionis, & in altaribus Holo-

causti & Thymiamatis; quo Deus volebat declarare multa mysteria de Christo, quibus significandis non sufficiebat una figura, ut nec unum nomen ad ea declaranda. ibid. num. 14.

**LIII. In ipso vita erat,** Christus & diabolus sunt contrarij; utque in Dæmone est mors, peccati ab eo procedit; in Christo est vita, & vita gratiæ procedit ab eo. hom. 17. num. 53.

**LIV. In ipso vita erat.** In Christo est vita, sicque ipse animam intrans, dat ei vitam, ideoque dicitur *Jesus*, ut Dæmon cum sit mors ipse animam intravit; causat ei mortem, multis modis, ideoque vocatur *exterminans*. homil. 19. numer. 13. vsque 19. & num. 31.

**LV. In ipso vita erat.** Cum in Deo sit vera vita, ut non potest esse maius infortunium nec peior mors pro anima quam hanc Deum deserere, sic desiderantes vitam nihil debent magis procurare quam Deum habere secum in quo ipsa est. hom. 13. nu. 5. vsque 24.

**LVI. Quod factum est in ipso vita erat.** Non dicitur verbum esse factum, quia non est creatura, sed *quod factum est in ipso*, id est, nostra mortalitas & peccata, est vita hominum quod insigni Theologia declarat S. Ambrosius. hom. 30. num. 44.

**LVII. Quod factum est in ipso vita erat.** Tam longè aberat à Filio Dei esse auctorem mortis, ut quantum fiebat in ipso, totum esset pro nostra vita; utque hoc ostenderet sicut videns Lazarum mortuum hom. 32. num. 67.

**LVIII. Lux in tenebris lucet & tenebra eam non comprehenderunt.** Hæc verba continent mirabilia declarata & executioni mandata in cæco illuminato portam hom. 30. paritulariter. n. 12. 13. 14. 59. 60.

**LIX. Fuit homo missus à Deo.** Deus misit S. Ioannem ut testimonium perhiberet de lumine donec seipsum deregeret quando enim ipsum lumen apparuit non ogebat alio lumine ad suum detegendum, ut declarabat ipse Christus. hom. 33. num. 7.

**LX. Erat lux vera qua illuminat omnem hominem.** Omnes illuminat licet aliquos ut lateres, alios, ut adamantes. ho. 2. nu. 2. illuminat totum mundum ut Sol, fugans obscuro tenebras quæ erant in illo; proprius hic eius effectus ho. 33. num. 4. vsque 10. Christus est lux tam splendens ut non possit videri nec cognosci nisi per illum ipsum ut Sol. ibid. num. 24.

**LXI. Illuminat omnem hominem.** Ante illuminabat solos Iudæos, iam omnes gentes vsque ad ultimas terras. hom. 33. num. 11. 12. 13.

**LXII. Illuminat omnem hominem.** Quantum est ex parte eius dedit sufficiens lumen toti mundo ad eum cognoscendum; fuit autem ob malitiam voluntatis eorum qui non fuerunt illuminati & ob lipitudinem oculorum hom. 19. num. 52. & sequentibus.



LXIII. *Mundus eum non cognovit, &c. Sui eum non receperunt.* Malitia non potuit ultra progredi quam post tam magnum beneficium tam magna ingrati- tudo quæ malicia videtur peior quam Dæmonis. hom. 17. nu. 32. bene nobis convenirent verba Iosephi quæ dicebat Dominus suæ: *Dominus meus omnibus mihi traditus, &c. quomodo possum hoc malum facere, & peccare in Dominum,* hom. 17. num. 32. & hom. 25. num. 26. & hom. 41. num. 33.

LXIV. *Sui eum non receperunt.* Magna ingrati- tudo ob quam Iudæi meruerunt à Deo repelli & derelin- qui, caue ne iam cum se fecit tuum facias ut ipsi, & eum non cognoscas, quia maiori ratione deseret te, ho. 17. nu. 48. vsque 53. Deus declaravit Iudæis se pu- niturum in illis ingrati- tudinem eorum puniendo Æ- gyptios ob suam, & Christianis ostendit in Iudæis quomodo illos punit si fuerint ingrat- i maioribus be- neficiis suis, ibid. num. 50. quia Saul in frustra conce- dit boues proprios timuit populus ne idem faceret omnibus suis si eum non fuissent secuti. Timeat Chri- stianus videns punitionem Iudæorum qui erant popu- lus Dei & quasi filius eius, de se fumendi vindictam si fuerit ingratus post tot beneficia recepta ibid. nu. 52.

LXV. *Dedit eis potestatem Filios Dei fieri & verbum caro, &c.* S. Chryl-ostomus intelligit hanc coniunctio- nem, & : habere vim causalis & velle dicere, quod qua Filius Dei factus est caro, nos disposuerit ad esse filiorum Dei, sic ut per carnem nobis dederit quandam diuinitatem spiritua- lem infinitam, hæc est enim om- nipotentia eius, quæ producit effectus per media quæ videntur contraria, ho. 30. num. 40. 41. 42. ignitis ser- pentibus & mordacibus puniuit mordacem murmura- tionem filiorum Israel contra Moysen, sale dulcora- uit aquas Elisei in probam quod operabatur in virtute Dei, igne innoluto grandini castigauit Ægyptios, ut sic operibus istis manifestaret vim omnipotentia- suæ quæ mediis contrariis operatur quantum vult, ibid. num. 42.

LXVI. *Verbum caro factum est.* Assumens nostram carnem debilem & miseram, quo se fecit filium homi- nis, dedit nobis suum spiritum diuinum quo nos fecit Filios Dei: id quod à nobis acceptum fecit medium ad nobis dandum omnia bona sua, ut diuine id declara- tur Symbolo fermenti quod, ut ait S. Petrus Chryso- logus, tanto est sublimius quanto est magis domelli- cum, hom. 41. num. 68. vsque 71. & hom. 45. num. 2. 3. & 4.

LXVII. *Dedit eis potestatem.* Licet caro ex se videat- ur contraria Spiritui tamen posita in manibus Dei & ab eo assumpta operatur tam spiritua- lem effectum ut est esse filios Dei, licet enim lutum de se excæcet Dei tamen manibus acceptum dat clarum visum, ho. 30. num. 43. vsque 48. hæc caro sancta est linteum

quod de celo descendit & spiritualizabat immunda & terrena animalia, hom. 41. num. 66.

LXVIII. *Dedit eis potestatem Filios Dei fieri.* Ita supremus est hic fauor ut excedat omne desiderium nature, esse factos realiter & in veritate Filios Dei, & consequenter heredes regnorum eius, hom. 3. num. 57. & hom. 42. num. 83. vsque 86. & hinc apparet quam sit deplorandum, homines, qui esse possunt Filij Dei, heredes omnium regnorum eius & diuitiarum, velle se facere filios diaboli & heredes pœnarum eius æterna- rum, hom. 34. num. 47. 48. 49.

LXIX. *Verbum caro factum est.* Euangelista volens dicere quod Filius Dei se fecit hominem ait, se fecit carnem, volens declarare assumpsisse eum nostram na- turam & carnem cum miseris suis infirmitate & mor- talitate, quia sic conueniebat ad Dei gloriam & no- stram utilitatem hom. 36. nu. 5. vsque 12.

LXX. *Verbum caro factum est.* Mirabilis vnio ad excellentes fines, hom. 12. nu. 21. Dominus id declara- uit altissime similitudine fermenti quod licet in super- ficie sit familiare ac domesticum, profunda includit mysteria hom. 41. nu. 68. declarauit etiam sponsa epi- theto quod dedit sponso candidus & rubicundus, ho. 29. num. 33.

LXXI. *Verbum caro factum est.* Duæ nature in vno supposito, ut duo infra differentia in vna arbore quæ ut differentia in substantia etiam sunt in effecti- bus, hom. 32. num. 67. duæ partes Sanctuarij vnita- rum, hom. 34. num. 12. mirabilis vnio nullus eam diuidit: esset enim Antichristus, hom. 36. num. 20. & 8.

LXXII. *Verbum caro factum est.* Verbo faciente se visibile per carnem satisit desiderijs quæ homines ha- bebant videndi Deum oculis suis & ostendendi eum digito, ho. 25. nu. 37. & ho. 33. nu. 26. & ho. 41. nu. 46.

LXXIII. *Verbum caro factum est.* Iam Deum ha- bemus talem qualis nobis erat necessarius, ut nobis dux esset: qui ex vna parte viam optimè nosset, nos abque errore ducendo atque ex altera, illum videre possemus ad sequendum, hom. 33. num. 39. 40. 42.

LXXIV. *Verbum caro.* Conueniebat hæc vnio Dei æterni, immortalis, & opolenti, cum carne mortali, & paupere, in qua moretetur, ut esset legitimus me- diator inter Deum & hominem: atque ut talis parti- ciparet ex natura amborum extremorum, hom. 26. nu. 5. 6. 7. Et ob multas alias præclaras rationes, hom. 39. num. 37. vsque 43.

LXXV. *Habitauit in nobis.* In hoc complentur Dei desideria habitandi in nobis. Felix illa est anima in qua habitat moramque figit: & infelix illa, à qua ipse discedit, hom. 13. num. 5. vsque 25. Tanta in nobis vo- luptate moratur, ut inde non discedat, nisi quia illum violentè expellimus, ibid. num. 25. vsque 31.

LXXVI. *Vidimus gloriam eius, quasi vnigeniti à Patre.*

*Pater.* Ex eo quod Deus illi se coniunxit humanitati, sequebatur illam gloria & excellentia, quam in diuersis vitæ suæ occasionibus liquido demonstrauit. ho. 12. o. 21. 22. 23. Insignes operatur effectus gloriæ Deus in anima, quam inhabitat, vitam illi tribuens & salutem. h. 30. num. 13. Contrarios omnino producit diabolus, illam replens pœnis & doloribus. hom. 19. nu. 13. vsque 20.

*LXXVII. Plenum gratia & veritate.* Plenus est Christus in se gratia, ita vt fons sit earum, ex quo derivatur quicquid boni gratiarum animæ habere possunt & gloriæ: nam idcirco dicitur Sol iustitiæ. ho. 33. num. 14. vsque 19.

### DOMINICA INFRA OCTAVAM NATIVITATIS.

*I. Erant pater eius, & mater mirantes super his que dicebantur de illo.* Luc. 3. Merito mirantur Ioseph & Virgo Maria de his & Christi mysteriis agebant, sed non habebant, in sola admiratione, sed transibant ad amorem & obsequium Domini iuxta celestium quam in illo mirabantur. Non sit agant peccatores, qui tantum admirantur. hom. 29. numer. 21. 22.

*II. Erant mirantes.* Mirabatur Virgo ea quæ de Christo spargebantur, & dicit D. Lucas: *Has conferebat in corde suo*, nec tibi sufficiat audire solum mysteria Dei, & tuæ saluationis, sed illa conferas in corde tuo, & ritè perpendas vt illis gratus respondeas h. 14. numer. 3. & 4. Nonnullus videas animas indisciplinatas quæ hæc audientes nullas faciunt conferentias. hom. 29. num. 31. has faciebat Rosindus. h. 15. num. 23. 24. & has à nobis postulat D. Paulus. hom. 42. num. 9.

*III. Admirabatur Beatissima Virgo & Christi opera conferebat:* hoc tu quoque feceris, considerans quod si ille de cœlo venerit, & infans natus sit, & in mundo passus sit, vt te duceret ad gloriam quid tibi faciendum est vt ad eam peruenias? hom. 15. num. 10. vsque 13. Comites cum Christo gradiendum nobis est in tribulationibus eius, & passione, si volumus comites cum illo gloriam intrare. Vt illi comes esset in tormentis suis, & eius imago in illis Apostolus Paulus super omnia desiderabat in illo inueniri, coniungi & adæquari per viuam fidem: quia sibi certo persuadebat talem se futurum ipsi in gloria Resurrectionis eius. ibid. num. 13. Dauid verum fuit Christi Symbolum, potissimum quia licet ad regnum suum ius haberet ab eotempore quo Samuel eum vnxit in Regem, non illud tamen possedit, nisi variis prius multisque toleratis aduersitatibus. Si Christus qui caput est nostrum

per illas adeptus est regni sui gloriosi possessionem, ceteri, qui sumus membra eius, necno dubitat, quin intrare debeamus in illud per tribulationes: non enim tantum caput nostrum pertransire debet tribulationes, sed nos etiam, qui cum Christo vnum corpus efficiamus Conceptus hic ingenio conuenit D. August. ibid. num. 12. 13. Non indignari debet corpus per illud transire, per quod caput suum præcessit, nec pati Christianus quod illo prior Christus tolerauit. ibid. nu. 28.

Et considerando, quod si gloria tanti valet, vt ad illam tribuendam, natus sit puer & mortuus, quid iustè poteris pro illa tribuere? homil. 15. numer. 14. 15. Tanti valet gloria, vt nihil huius vitæ, nec quantumlibet quis in ea tolerare potest, esse possit illi pretium æquiualeus. Idcirco sancti quicquid eius gratiâ passi sunt, quando se gloriæ gaudent heredes, ipsis valde modicum videtur ob pretium valoris, quem in illa reperiunt: & pati tribulationes omnibus præponunt thesauris, diuitiis, honoribus, mundique voluptatibus. homil. 15. numer. 14. 16. Ioseph nullo negotio, imò summa alacritate omnes suas deuorauit aduersitates, quæ graues fuerunt & multiplices, eius tantum recordatus, quod sedem aliquando consequeretur regiam, quam illi Deus in somnis præstenderat, in qua vt Rex resideret: & quando hoc se vidit honore & leude sublimem quæcumque passus fuerat, nihili faciebat. Ob æternam veramque gloriam quantum magis, & quanto maiori debemus pati voluptate? ibid. num. 14. Notandum autem quod si regnans cum Christo sedere volueris, necesse est vt & hic cum illo patiaris. Et stultitiam sapit non lenem velle sedere in sedibus quies, ubi nullæ sunt: in cœlo tales sunt sedes, in terra nequaquam ibid. num. 28.

*IV. Erant mirantes super his que dicebantur.* Auribus audiebant, & corde recipiebant quæ audiebant, non sicut tu, qui solis auribus corporis percipis mysteria Dei, sed nullo hæc corde percipis. hom. 29. nu. 23. 24. Atque idcirco tam exiguum in vobis fructum operantur Prædicatores, mysteria vobis aperientes cœlestia, calicet vehementer admiremini. hom. 29. num. 25. 26.

*V. Erant mirantes, &c. Et Maria conferebat, &c.* Quæ cogitationes adeo piæ & considerationes adeo cœlestes eudebantur in corde illo purissimo Virginis, de rebus illis quas in corde suo conferebat? quam feruida illi seruiendi desideria, qui talia illis beneficia conferebat hom. 40. num. 4. & seqq.

*VI. Erant mirantes.* Admirabatur Virgo ea quæ audiebat & videbat in Christo, & conferebat in corde suo, illa plurimum meditata, vnde pauca loquebatur, sicut dum ab Angelo salutatur: multa namque ruminabat, & pauca loquebatur. Vos autem quia pauca corde ruminamini, multa ore effutitis. homil. 32. num. 19. 20.

VII. *Benedixit illis Simeon.* Frat Simeon Sacerdos, cuius benedictio magni facienda est: etenim sunt Sacerdotes illi, quorum ministerio nobis cum Deo est agendum h. 2. n. 12. vsque 17.

VIII. *Benedixit illis Simeon.* In hoc primo actu, quo Christus presentatus fuit in templo, mittit providè Deus seniores Simeonem & Annam prophetissam. ut testimonium de Christo infante perhibeant: quando autem factus est vir, pueros subministrat ut de eo ferant testimonium: admirabile stupor mysteriorum h. 7. n. 42. 43. h. 41. n. 100. 101. 102.

IX. *Ecco positus est hic in ruinam, & resurrectionem multorum.* &c. Ignis est qui paleam comburet, & aurum purificabit. h. 23. n. 1. 3. Columna est, quæ non nullos illuminabit, traducens illos sicco pede per mare, & alios demergens: Et sicut Eliseus datus sanitatem Naaman & Ipra Giezi petentibus hom. 30. num. 11.

X. *In ru nam & resurrectionem.* Ros est qui nonnullos rigabit montes, & Gelboe montes aridos transibit. h. 30. n. 9. 10. 11. Erit Iudæorum ruina: quia illum non recipient, & in illo offendentur: resurrectio vero Gentilium: mysterium hoc est in S. eloquio prædictum, ut illis Iudæis hoc Christus exposuit, quod ita graviter acceperunt, ut eum deorsum præcipitare conati fuerint. h. 21. n. 59. vsque 60.

XI. *Et tuam ipsius animam pertransibit gladius.* Valde cito voluit Deus temperare Virginis gaudium ex felicissimo eius partu testibus illis Simeonis oculis: etenim certum est, in mundo nullum purum esse gaudium, nec perpetuum h. 21. n. 29. Ortum hic perpetuum de Jacob & Esau h. 41. n. 6. vsque 9.

XII. *Tuam ipsius animam.* &c. Gratia novi testamenti est pro Deo graves sustinere cruciatus h. 25. n. 27. Unde charioribus sibi amicis immittit acerbiore h. 32. n. 21. vsque 26. Secundum hæc Matrem suam sanctissimam, quæ maiorem habet partem in gratia novi testamenti, gravioribus oppressurus erat doloribus, quo tales pateretur, ut cor illius tanquam gladius acutissimus penetrarent: quibus pariter maiorum celestium premiorum spes accresceret. h. 32. n. 27. vsque 39. & tota h. 47.

XIII. *Tuam ipsius animam.* Non erat Virgini defurum Martyrium: de quo dicit D. Cypr. unum esse ex preciatoribus donis, quod Deus confert illi cui hoc concedit. Ideo piissimus ille vir D. Antonius Paduanus quotiescumque occurrebat Notario viro moribus incomposito ad eius se pedes prosternebat, quasi illum adorans, quamobrem indignatus Notarius, sibi ludum fieri credens, conscientiam grauis peccati stimulatus, causam ab eo peremclatur: cui D. Antonius: Ne miseris, si ater mi me hoc tibi deferre: Totâ vitâ mea Dominum rogavi ut martirii tui donum concederet, nec impetraui, insuper & mihi reuelavit, hoc se tibi

donum indulisse, quo Martyr efficieris: sicut reipsa post aliquot annos Martyrij lauream adeptus est. Cum esset D. Virgo gratiarum omnium Dei quoddam depositarium: non erat hæc defutura adeo præcellens: vnde & illi Martyrium concessit in supremo gradu, illud scilicet quod prædixit Simeon in anima, cuius dolores tanto sunt graviores, quanto præcellit anima corpus, ut patet in agonia Christi in hortu: dum enim eum nulla spina, nullum flagrum, nullus configerret clavus, sudorem tamen emisit sanguineum. h. 32. n. 72. h. 47. n. 9. & seqq. h. 48. n. 20.

XIV. *Erat Anna prophetissa.* Non tantum vsus est Dominus vris qui de personâ sua testimonium darent illuminando mundo, sed etiam mulieribus; confidens in malitiam dæmonis qui eas omnes volebat itulias facere. h. 32. n. 19. 20. Sicque particulari consilio est Dominus illis vsus, ut Samaritanâ & in aliis occasionebus prædicationis Evangelicæ. h. 25. num. 3. 4. 5.

XV. *Anna prophetissa, &c. vidua & non discendebat de templo.* Vide quales conditiones habeat vidua, quam Deus adeo æstimat, & afficit tam magno honore in aduentu suo in mundum: & in Evangelio isto: tales æstimat Deus & honorat. h. 31. n. 17. 58. 59.

XVI. *Fuer autem cresecbat agere Sapientia & gratia.* Quomodo sint vera hæc verba de Christo qui tam erat plenus Sapientiâ & gratiâ ut videatur non potuisse crescere declaratur. h. 2. n. 50. 51. Crescebat ut lux Solis, non in se, sed in manifestando se oculis nostris amplius. h. 31. num. 4. 5.

## IN FESTO CIRCUMCISIONIS

## DOMINI.

I. *Postquam consummati sunt dies octo Luca 2.* Incipimus annum, nullum est ut cum aliquo excellenti opere imitando Christum, qui omnes annos prædicationis suæ in mundo incepit faciendo aliquod opus prodigiosum h. 27. n. 80. illud autem quo debemus annum incipere est: confiteri & communicare, quo possimus cum magna fiducia inuocare nomen Iesu, quod hodie datur Domino, facientes quod dicebat Rex David: *Confitebor tui & invocabimus nomen tuum.* h. 2. num. 32. 33.

II. *Postquam consummati sunt dies octo.* Habemus brevissimum anni Evangelium, sed habet inter reliqua, quod apud inter volatilia, quæ existens minima, dat nobis mel quod est primum in dulcorine, sic dat nobis sanguinem Domini in Circumcisione, & eius dulce nomen Iesus. hom. 32. num. 19. & 20.

III. *Postquam, &c.* Ut Moyses natus, & Avino Nilo commissus, in sicellâ peccatâ, brevi post fuit collectus

Iustus à principissa, quæ appetens scellam detexit pulchritudinem pueri, dans ei nomen Moyses, sic ut Christus natus est, & expositus tempore quod currit ut flumen; veniens involutus pauperibus pannis, lacrymis, & doloribus, statim cœpit Sapiencia diuina pulchritudinem eius manifestare & pretium Sanguinis eius, quo videmus cum candidum & rubicundum, datque ei nomen Iesus, dicens quid sit. h. 21. n. 17. 18.

IV. *Postquam consummati sunt dies octo.* Permisit impleri octo dies ut punctualiter seruetur legem; hoc enim posuit Christus in capite operum suorum, ea facere valde conformiter legi Dei; ea enim sunt ei grata, peritque facticia quæ sunt conformia voluntati suæ legitime. h. 23. n. 53. 54. & h. 36. 29. vsque 32.

V. *Ut circumcideretur puer.* Dominus erat liber à Circumcisionis lege ut eius auctor, voluit tamen illam recipere, quia voluntariè subiciebat se legi eius, ut Moyses, & particulariter ut pari inciperet tormentum tam magnum ut erat Circumcisionis, quæ erat valde pœnosa pueris qui habent carnem delicatam, unde aliqui moriebantur ex illâ. Huius aptum testimonium sunt Stichinix quando se circumciderant ad petitionem filiorum Iacob. Christus venit ad nos redimendum & saluandum per dolores & pœnas, utque hæ essent viuaciores formauit ei Spiritus s. corpus magis dispositum ad patiendum & sentiendum dolores quam quæ sunt organata in mundo, ut significauit Dauid. h. 25. n. 21. 22. 23. Hincque voluit accipere labores & pœnas ad nostrum remedium, sic, ut possent eum plus torquere. summum mylterium. h. 42. n. 49. vsque 54. sicque non satisfacere sibi acceptando mortem sed accipiendo maxime pœnosam. ib. n. 55. vsque 59. ut illi daret initium, acceptauit Circumcisionem, quæ fuit ei maximo dolori.

VI. *Ut circumcideretur puer.* si circum cidat suam carnem qui eam habet mundam sine peccato & inordinata concupiscentia, quanto plus in & ego quidus est rubus spinarum. Necessarium est relinquire & circumcidere proprios suos affectus & appetitus carnis, non hanc occidere, sed circumcidere; ut arbor Nabuchodonosoris h. 1. n. 3. 4. & auferre illi occasiones peccati omnes; ne si ut Saul qui se perdidit quia non abstulit vitam omnibus inuentis in Amalec ut ei Deus præceperat, qui peccatori tubet ut auferat vitam peccato & omnibus occasionibus eius. hom. 1. num. 4. 6 & 11.

VII. *Ut circumcideretur puer.* Circumcidendo carnem disponit se ad recipiendum supremum nomen Iesus quod venit è cœlo, & tuam circumcidendo à suis affectibus carnalibus disponit te ad cœlestia dona recipienda ho. 1. nu. 13. 14. delicta carnis grauant animam ne volet ad se disponendū ut fauores cœli recipiat, donaque cœlestia ut pondus aquilam ne volet: Circum-

cidantur istæ delicta, & eris rectè dispositus ad recipiendos fauores istos & dona cœlestia. ibi Moyses ad obinendum colloquium cum Deo facie ad faciem, & reliquos fauores ei exhibitis à Deo, circumcidit primo carnem suam rigoroso ieiunio quadragesima die. rum. ibid. num. 14.

VIII. *Ut circumcideretur puer.* Hoc nomen puer dant Scripturæ Christo, non quia est inferior Patre, cum sit ei æqualis secundum naturam diuinam. ho. 34. n. 62. & h. 37. n. 76. & seqq. sed ob magnum mysterium, & hodie completur quod Pater dixit per Isaiam: *Ecco puer meus suscipiam eum:* cum enim Christus esset obediens per Circumcisionem, in se suscepit eum honorare nomine Iesu. hom. 35. n. 44. Cura tu ostendere te seruum eius faciendo quod imperat tibi, & crede quod erit de te sollicitus honorando te; Deus enim succurrit sibi seruientibus, & protegit eos Terentio, dans eis honorem & utilitatem. h. 27. nu. 3. vsque 26.

IX. *Vocatum est nomen eius Iesus.* Accipiens nomen Saluatoris, fundit sanguinem, quia cum erat eisufurus, & crucem passurus, ad nos saluandum; Si ad dandum nobis salutem sic tractabat carnem suam, egitque vitam ad eam pœnosam, quid nos facere iustum erit ut simus salui? ho. 15. num. 10. vsque 14. Jam potest tibi dicere quod Prophetæ: *Ecco ego quæ edificanti destruo & tu queris grandia?* Ego circumcido carnem formam operæ Spiritus sancti, & effundo Sanguinem sole puriorem, & tu queris delicias carnis tuæ & Sanguinis. hom. 15. num. 14.

X. *Vocatum est nomen eius Iesus.* Accipiens nomen Iesus vult delicatam carnem suam scindi fundique sanguinem suum, ut opera eius correspondeant nomini eius, utque illud, ita dignum habeat, ut cum tantum nominatur, omne genu ei flectatur. Qui recipit aliquod nomen excellentis officij obligatur secundum illud viuere faciendo opera conformia, Episcopus, Nobilis, Iudex, Prætor, etiam tu qui vis homo vocari. h. 37. num. 41. 44.

XI. *Vocatum est nomen eius Iesus quod vocatum est ab Angelo &c.* Pater implet in filio quod ab eo petiit per Dauid: *Iudica me Deus & discerne causam meam.* Intrauit mundam accipiens Circumcisionem pœnam peccatorum, ab his eum discerni est necessarium; nam licet patiatur eandem pœnam, non tamen ob eandem causam; reliqui enim patiuntur illam, quia sunt peccatores; ipse vero quia horum Saluator est. Idque agit pater dans ei in Circumcisione nomen Iesus. hom. 34. num. 21. vsque 26. Quod medio Angelo facit Pater, intrante filio eius in mundum fecit exeunte illo per lationem ad magnam gloriam suam. hom. 41. numer. 21. vsque 25.

XII. *Et vocatum est nomen eius Iesus.* Est Deus qui dat ei hoc nomen, valde confor. e. petib. s. eius.

Deus enim dat cuius nomen conforme operibus suis  
hom. 18. num. 14.

XI II. *Vocatum est nomen eius Iesus.* Tam seito ac  
natus est, cepit exequi officium quod nomen illud  
declarat fundens sanguinem in remedium peccatorum,  
nec recessit sed profectus est usque ad mortem,  
fundens enim cum totum in cruce, huius capiti vo-  
luit illud nomen affigi ostendens perseverantiam, a-  
gendo contra peccatum usque ad morte: deberes etiam  
tu pari modo exercere officium penitentis contra pec-  
cata tua transiendo per actus penitentiae usque ad  
mortem sine retrocellione, h. 38 n. 47. 48. 49. De-  
bes desponsare tibi penitentiam matrimonio quod  
non dissolvitur nisi morte, ho. 43 n. 21. 22. vsque  
70. ne sis vt Oza. ho. 10. n. 49. nec vt stulti Aegyptij,  
h. 46 n. 11. nec vt vxor Lot. h. 8. n. 49. cuius lambe  
statuam salis in penitentiam, id est fac eam cum sa-  
pientia, quia vera penitentia requirit verum dolorem  
de peccatis vt fuit Ninivitarum; & sapientiam, vt scias  
non redeundum ad illa cuius Symbolum fuit Regina  
Saba quae iuit ad visendum Salomonem attracta eius  
Opientia ibid. num. 49.

XI V. *Vocatum est nomen eius Iesus.* Vult nos statim  
scire nomen eius, vt simul nouerimus quod hic Domi-  
nus operatur; ideo etiam in morte eius affixum fuit  
cruci in omnibus linguis, vt omnes intelligerent, quid  
operetur in animabus. Etiam Deus vult nos scire  
proprium nomen Demonis, quod ideo declarat S.  
Ioannes in omnibus linguis, vt sciamus damna quae  
facit animabus, quas h. 19 n. 14. Felix anima  
quam intrat Iesus qui est salus & vita, & infelix quam  
intrat Demon qui est mors, intrat autem illam per  
peccatum, ib. n. 15. vsque 19. & n. 28. vsque 31. Illo  
nomine solo veluit Spiritus S. reprobare per eos populi  
malitiam principum; quae condemnauerat Christum  
ad mortem, illoque poteris tu refragare las. iotiam car-  
nis tuae, & vincere Demonis tentationes, h. 7. n. 22.  
vsque 24.

X V. *Vocatum, &c. Iesus.* Hoc nomen accipiens de-  
clarat officium quod accepit veniens in mundum,  
bellandi contra diabolum, saluando nos a morte quam  
nobis causat peccatum, hocque officium profectus  
est tota vita sua, quod declarat Evangelista dicens:  
*Erat Iesus vincens demonium,* numquam enim desisten-  
dam a pugna contra hostem qui numquam cessat  
a bellando contra nos ideoque vocatur Beelze-  
bub, sicque nomen Iesus est ei contrarium, h. 19. n.  
36. vsque 39.

XVI. *Vocatum est Iesus.* Bene quadrat ei nomen  
Iesus qui tam purum fundit sanguinem vt hic puer,  
nec minus purus poterat nos saluare; vt probat S.  
Paulus, & declarabat sacrificium Abraham, quod ob-  
tulit, non fundens sanguinem filij sui sed arietis pen-

dentis ex virgulto Sabech. homilia. 34 numero. 8.  
vsque 10.

XVII. *Vocatum &c. Iesus.* Datur ei hoc nomen iam  
quando fundit sanguinem ad nos saluandum; nec ha-  
buit aliam causam effusionis sanguinis & mortis, quam  
quod esset Iesus; vt verificauit Pilatus. h. 34. n. 19.

XVIII. *Vocatum, &c. Iesus.* Hic puer debebat pati in  
pueritia & vita multas poenas, & in fine mortem quae  
videbatur infamisi: cum non despiciamus, statim ab  
initio datur ei nomen Iesus, vt per hoc fierent poenae  
& ignominiae eius gloriose, sunt enim, in quantum  
fuerit illarum causa, hom. 34. num. 22. vsque 25.

XIX. *Vocatum, &c. Iesus.* Si poenosa circumsisio te-  
gebat diuinitatem huius pueri, detegebat nomen Iesus,  
quod est proprium Deo est Cherubin qui se tegit ex  
vna parte & detegit ex alia, ho. 5. n. 28.

XX. *Vocatum est nomen eius Iesus.* Vult accipere no-  
men in quo compendiantur beneficia quae nobis fa-  
ciebat, quod esse excitatorium nostrae memoriae &  
obligationum nostrarum, hom. 6. num. 27. Semper  
quando nominabis hoc nomen hoc solo tibi dicit:  
*Quid amplius potui facere vinea.* h. 17. n. 29. hoc nomen  
est libellus memoriae compendiosior & efficacior quae  
libri memoriae Regum Persiae. h. 42. n. 24.

XXI. *Nomen eius Iesus.* Prima littera Sancti  
nominis huius que est I, fuit in omnibus nationi-  
bus Symbolum clementiae vt haec se habere osten-  
deret. Vult nomen suum incipere per illam, hom. 17.  
nu. 33.

XXII. *Nomen eius Iesus.* Magnae sunt excellentiae,  
& mirabilis potentia, Sancti nominis huius, cui se om-  
nes creaturae subiciunt, etiam demones, non tamen  
homo qui eo probat se durior omnibus illis, hom. 3.  
num. 12. vsque 17.

XXIII. *Nomen eius Iesus.* Armate illo nomine in  
periculis, quod quia iuuenula quadam non fecit dex-  
mon eam intravit, h. 19. n. 21. & Apostolus Paulus hoc  
Sanctum nomen blasphemantes puniuit diabolis, ib. n.  
23 qui nos gloriamur Christianos deberemus honorem  
illius zelare contra blasphemos & iuratores, h. 28. n. 58.  
59. 60.

XXIV. *Quod vocatum est ab Angelo priusquam in  
vtero conciperetur.* Deus per Prophetas diu ante praedi-  
xerat Christi mysteria, nomen eius & opera; vt cum  
ipse venisset, foret clarum argumentum veritatis de  
persona eius, videre omnes Prophetas impletas illo, h.  
14 nu. 20. 21. 22. Deus posuit Prophetis vt in suis Pro-  
phetis darent testimonium de persona & nomine Iesu,  
& qui in eis quaerunt & inueniunt testimonium, obti-  
nent Spiritum Prophetarum, hom. 41. num. 34. et huc  
magnum argumentum illud sic esse, videre in Christo,  
in persona eius, & nomine Iesus, impletionem omnium, &  
facere coniunctionem septem stellarum, hom. 41. n. 34. 35.

IN FESTO EPIPHANIE  
DOMINI.

**I.** *Cum natus esset Iesus in Bethleem Iuda* Matt. 2. Christus ostenderit veram suam humanitatem debilitate carnis qua cum nascebatur in lacrymis, stabulo, & præsepi, ilico aggreditur ostensionem diuinitatis suæ extendendo manus suas vsque ad orientem; si namque ut puer & verus homo haberet ligatas manus humanitatis, secundum quod cantat Ecclesia: *Et manus pedesque & erura, stricta singis fastidii*, diuinitatis eius sunt tam potentes & liberae ut impleatur illud Isaia: *Insuper ab ubere misit manum suam ad auertram Reguli*. Vide quomodo potentem manum suam extendit ad orientem, ad corda eorum qui existentes idololatraz ea fecerant antra draconum, trahitque illos ad se faciens eos Seraphinos. Supremum Dei opus, ob quod vocatur magnus Dominus. h. 25. n. 4. 5. & h. 29. n. 15. vsque 18. Licet supremi Monarchæ mundi impenderint omnium potentiam, vires, & robur suum, & suorum exercituum, contra Martyres Euangelicos, poteruntque corpora eorum torquere, discerpere, & comburere, pone- reque ex viro carcere in alium, secundum voluntatem suam; Tamen in Martyrum voluntate nec atomum operari poterunt; hoc enim est opus tantum Deo proprium. Alta ponderatio S. Ambrosij. h. 29. n. 15 mouet corda libera nullam eis faciens violentiam. In hoc opere extendit potentem manum suam, quam sentit sponsa genitrix, quia hodie elegit, eam omnino inueniens, mittendo manum inuisibiliter. hom. 41. num. 13. vsque 17.

**II.** *Cum natus esset*, Sancti Patres Græci, vocant hanc solemnitatem *Festum Luminum*; quia Dominus noster Iesus Christus hodie cepit illuminare mundum, vsque lux diuina abigere tenebras, quas per totum mundum sparserat S. Dæmon, obsecrans omnes nationes eius, idololatraz tenebris plussquam palpabilibus. Hæ extenderunt se per totam terram, & quasi occidente sole manserunt homines in profunda obscuritate, habentibus feris locum discurrendi secundum voluntatem suam: *Sed hodie ortus est Sol, & congregati sunt in cubilibus suis*, &c. iam natus est Sol, radii que lucis eius deteguntur in oriente, quo gentilitas incipit illuminari. Singularissimus Christi effectus probatus variis historiis & doctrinis. hom. 33. n. 5. vsque 11.

**III.** *Eccc Magi*, Vide diuinam potentiam huius pueri nec agnoscere desinas quia vide puerum in præsepi; reclinatus enim in hoc subiectum traxit ad se supremum, ac maxime pretiosum mundi in stabulum, fecitque ut adoraret pauperes panniculos &

maiores maiestates prostratas adorate paupertatem & pueri lacrymas. Se coronat his regibus qui erant corona gentilitatis, melius quam Dauid illa Melchom. h. 25. deque his leonibus & scapitibus Amara facit sibi coronam gloriæ, ut dixit caelestis sponsa. hom. 29. num. 28.

**IV.** *Cum natus esset Iesus ecce Magi*, Natus statim misit suam lucem ad orientem, ut Magi eum cognoscerent, & venientes adorarent. Fuisset enim impossibile ut Deum factum puerum cognoscerent inter stramina, si ille ipse non misisset eis lucem suam, quæ illuminaret eorum intellectus, & corda, quia si Deus non detegeret nobis puerum profundorum mysteriorum S. Scripturæ, quæ dant testimonium de Christo, non possemus ea intelligere, nec cognoscere. h. 29. n. 11. vsque 16. & h. 33. n. 20. vsque 23.

**V.** *Cum natus esset Iesus ecce Magi*, Hic introitus quem fecit in mundum est proprius Deo; & ita de celo adducit quod in illo est excellentius, scilicet Angelos & de terra, nempe Reges, ut eum adorent; nam sicut Adam constituto in paradiso, ut ostenderet Deus quod eum crearet omnium animalium Dominum, eam adduxit ad pedes eius prostrata conscientia eius Dominum vniuersale; maiora illorum & minora; Et ita considerabat S. Chrysostomus h. 1. de Spiritu S. quod licet homo factus esset ex puluere terræ tamen de se emitteret claritatem maielluosam, qualis postea fuit visa in facie Moysi quæ perstringente oculos animalium eum ut Dominum agnoscebant. Sic posito filio Dei in stabulo qui fuit gloriosior paradiso, Pater ad eum trahit omne genus gentium, ut eum recognoscerent & adorent ut Dominum, Angelos, Pastores, & reges, &c. h. 41. n. 10. 11.

**VI.** *Cum natus esset Iesus*, Eo tempore quo nascebatur cepit emittere suam lucem ad saluandum mundum; impletis quod Propheta dixerat. *in saluando non morabitur*, proceditque ut qui debet multum proficisci, quia paucis diebus ita hinc debebat & implere, id quod durauerat in figura quinquaginta annorum, sicque bene incipit statim, specialiter quia est incensus amore, qui est diligentissimus in suis operibus. hom. 11. num. 20. 21. 22.

**VII.** *Eccc Magi ab Oriente venerunt*, Trahit hos ut primitias nouæ Ecclesie, sicque illi placent ut primitias antiquæ Ecclesie, quos per Prophetam vocat fides primi floris. hom. 9. n. 49.

**VIII.** *Eccc Magi*, Arca diuina erat cooperta velo pauperis mortalitatis, referat cortinam mittens stellam suam quæ trahat Reges, ut eum recognoscerent & adorent. hom. 11. num. 17.

**IX.** *Cum natus esset Iesus ecce Magi*, Ipse primò currit ad eos, quod nisi esset, & primo illuminaret eos luce suâ, nunquam venissent. h. 18. n. 52. & h. 22.

num. 7. vsque 10. *Cum natus est. Magi.* Deus cepit & ipsi concurrerunt: licet enim verè fundamentum saluationis tua sit stella, lux, & fauor Dei, tu debes tamen concurrere: & sequi vocationem eius, Deus enim non saluabit te sine te hom. 10. num. 33. 34. 35. & h. 24. num. 43. 44. ipso faciente ex parte sua tu fac ex tua. hom. 15. num. 23. 24.

X. *Eccc magi.* Ea hora qua Deus vocabat eos per stellam, accurrerunt, audientes tacitam vocem quam eis dabat per illam: Ne tardes quando Deus munit tibi lucem suam, aut vocabit ad portas cordis tui, vt David accurrit in puncto quo sensit motum in pyris. hom. 10. num. 19. vsque 22.

XI. *Eccc magi.* Accurrunt in puncto quo Deus vocat eos, cognoscentes tacitam vocem quam Deus eis dabat per stellam: exentes de sub alis diaboli vbi erant: iudicium predestinatorum: vt fuit reproborum in Herode & Sacerdotibus Ierusalem, quod audientes vocem Dei iam nati, currerunt ad id quod dæmon eis instigabat, turbans eos, & vt mortem eius recarent. hom. 37. num. 30. 31. *Eccc magi,* accurrunt in puncto quo Deus illuminauit eos, sine excusatione, nec longum iter eos derinuit, nec frigus hyemis, nec difficultas extraneorum nationum nec diuerunt cras vt Pharo, iudicium predestinatorum. hom. 38. num. 41. vsque 44.

XII. *Eccc magi.* Licet multa se offerent difficultates, nulla sufficit ad eos detinendum, quin ad Christum festinant, & in eo remedium suum inueniunt: habebant spiritum quem Propheta vocat robur, talemque debet habere qui verè quaerit remedium suum. hom. 38. num. 47. vsque 50. Sunt multi & graues discursus contra eos qui differunt implere aduocationes Dei, possuntque timere quod moriantur in peccato hom. 13. num. 37. vsque 66. Ne maneat victus à peccato, remedium est fugere ab illo, non differendo fugam vsque ad hyemem infirmitatis, & Sabbatum horæ mortis, hoc remedio reduxit Venantium Monachus S. Gregorius, sicque non faciens, incurrit periculum moriendi in illo, non faciendo veram poenitentiam, patet in exeuntibus ad colligendum Manna: qui hoc colligere differebant vsque ad Sabbatum carebant illo, etiam tu manebis sine verà poenitentia, si differas exire de peccato vsque ad horam mortis, quæ est Sabbatum requiescentis. homil. 13. num. 65.

XIII. *Vbi est qui natus est Rex Iudaorum.* Vide quam sint forti animo, qui non metunt intrare alienum regnum, vbi Regnabat Herodes, reclamare Regem alium, ille enim qui sincere quaerit remedium suum in Deo, procedit resolutò animo, quo calcet omnes metus representatos à diabolo perdendi salutem, vel honorem, nec habent eor metuens ad vincendum

omnes mundanos timores, non est vt stultus qui habet cor validum pro aliquibus laboribus, & effeminatum pro aliis secundum id quod declarat S. Gregorius de illo quod dixit Spiritus sanctus *cor stultorum dissimile* hom. 1. num. 17. & h. 38. citata num. 47. vsque 50. Deus non vult pusillanimes milites, timor est principum debilitatis, & deiectionis, & per quem ordinari nos vincit Satan. hom. 43. num. 33.

XIV. *Vbi est qui natus est Rex.* Bene declarat qualis sit ille puer dicendo *qui natus est Rex*, quia est ei proprium, Reges terræ non nascuntur tales, nec habent in se fundamentum magnitudinis, acceduntque illis quod declarat Samuel loquens de ista materia, & omnis magnitudo eorum pendet ab extrinseco quod eis regna dant. Sed iste puer habet de se titulum legitimum, vt sit Rex per naturam. homil. 12. numer. 4. & hom. 41. num. 59. 60. Ex propterea turbatur Herodes, qui prout habebat regnum vt accedens ab extrinseco, timebat quod sibi posset auferri: se hodie puero nec morienti poterant illud auferre, qui vt nascitur Rex, moritur Rex, & dicitur Rex Iudaorum. ibid.

XV. *Vbi est qui natus est Rex Iudaorum.* Digne declarant præfens mysterium, quodque sint magis illuminati circa illud quam ipsi Iudæi, qui habebant Scripturas in manibus, in quibus promiserat Deus, quod deficiente legitimo Rege & naturali Iudaorum veniret Messias, & licet in mundo apparet puer, erit tamen Rex tam potens, vt sibi subiecturus sit omnes Reges & Monarchas, idque voluit Deus tam clarè mundo constare, vt reuelauit aliquibus Regibus gentilibus, particulariter Nabuchoodonosori. Illum inter Iudæos natum hi non cognouerunt, clamantibus regibus, tempus esse impletum, cum iam Regnaret Rex extraneus. hom. 41. n. 52. 53. 54.

XVI. *Vbi est qui natus est Rex Iudaorum.* Hic verè est Rex, & pleno ore hoc nomen meretur, itaque illum Iudæi recipiant apertis brachijs, quia venit pro illis: non est vt Reges terræ, qui stabiliunt Thronos suos accipiendo bona suorum subditorum. hom. 41. n. 59. vsque 65.

XVII. *Vbi est qui natus est Rex?* Hic est verus mundi Rex, qui venit ad beneficium mundi & ad eiciendum dæmonem, qui non est Rex, sed Tyrannus Felix anima in quâ hic Rex nascitur, infelix in quâ regnat dæmon, quem Esther vocat deceptorem, & Iudas pilosum, magno mysterio scitu digno. ho. 41. n. 56. & sequentibus.

XVIII. *Vidimus enim stellam eius in Oriente.* Primo intuitu fatentur Deum; primo in se, declarando eum esse Regem ex nativitate sua, & naturâ sua, non mendicando ab aliquo. Secundo, in suis operibus, consistentes esse omnipotentem & tantum Dominum vt possit facere & creare stellas vt vult quæ obediunt

obediunt ei vt famuli sui; mittit enim vnam ex stabulo vbi erat, ideoque dicunt stellam eius. homil. 35. numero 38. & sequentibus & homil. 45. numero 24.

**XXIX. Venimus cum vuneribus.** Eum adorare veniunt offerentes ei sua corda & bona sua corporalia, veniunt cum anima & corpore, primo dantes se & cor suum, deinde bona sua in munus; iste enim est bonus modus ad eundem Christum ad adorandum, est enim idem quod Deum adire: primo ei cor tradendo, quiq; sine hoc adit, manet longe ab eo, licet eum tangat. hom. 2. num. 18. 19. Deus non accipiat dona sine corde, quia Deus non conficit oculos in manus, vt necessitate pressus, sed in cor: *Posuit oculum super corda ipsorum*, hoc precipue vult, rel q; um quod datur in tantum admittit in quantum habes multum de corde & voluntate cum qua offeratur, nulla res erit ei grata nisi offeratur ex corde, vt ostendit in sacrificijs quæ offerrebant ei Cain & Abel. hom. 1. num. 19 vsque 23. Illud declarat genuisse xio quæ eum adoramus, & modus quem seruabant hi Reges procedentes. hom. 42. num. 77 vsque 83. & num. 84. vsque 90.

**XX. Venimus cum numeribus adorare.** Tria sunt, animas suas, corpora, & bona sua, cum omnibus his debes adorare Deum, quia omnia illa habes de manu eius debetque illi ea offerre. hom. 23. num. 63.

**XXI. Venimus cum numeribus adorare eum.** Hæc est bona adoratio adire pedes Christi qui sunt pauperes, qui dispent vt ipse communiceh os, ideo sunt pauperes ad portas Ecclesiarum quando intras ad adorandum in illis. Hocque ponderat S. Augustinus super hæc verba Davidis: *Filia Tyri in vuneribus vultum tuum deprecabuntur*. hom. 10. num. 10. vsque 14.

**XXII. Audiens Herodes turbatus est & omnis Hierosolyma cum illo.** Hic deficit regula dicens quod stultus plus sciat in domo sua quam Sapiens in aliena: cum Herodes & Iudei viuentes in Iudæa non sciunt quod habent in domo sua, & nos in extraneis quam dolendum gentiles à longè videre quod Iudei non vident in terra sua, eum obligatio sit tam diuersa. Notitia quam communis populus obtinebat de persona Christi, confundebat sapientiam Principum & Sacerdotum Ierusalem, qui cum regerent populum, hic dirigebat illos ad notitiam Christi, accedente Rege & Dominij sui, quæ eum excipiebat, quando Propheta Balaam proficiscebatur ad maledicendum n populo Dei, asina cui insidebat cecidit ei Angelum i pedire quod non proficere tur iter; al confusio in cæcitate eius. ho. 7. num. 17. Ita contingit sæpe in mundo. Etiam Deus eor. f. nd t his m. 15. populum suum vt olm per Rahab gentile. 17. num. 16. 17.

**XXIII. Turbatus est Herodes & omnis Hierosolyma.** Illis magis confundit Deus cæcitate[m] populi sui, antiquius idem accidit: cum enim populus Dei haberet intra se Prophetam Elizeum, nec Rex, nec populus eum noscebat, nisi ad eum contemnendum, & venit à longè Naaman nobilis gentilis eum querens & reclamans quem naturales non cognoscebant. h. 21. num. 57.

**XXIV. Audiens Herodes turbatus est & omnis Hierosolyma cum illo.** Hic impletur Prophetia Abacuc: quod veniente Deo in mundum cæli obscurarentur, & terra illuminaretur, laudans Deum: *operuit calos gloria eius & laudes eius plena est terra.* Cæli erant Symbolum Iudaismi, terra gentilitij. hom. 7. num. 2. 3. 4. Etiam illud Iobij: *Ad silicem extendis manum suam subvertis à radice montes.* hom. 41. num. 31. & hom. 44. num. 11.

**XXV. Turbatus est Herodes & omnis Hierosolyma.** Impletur quod idem Abacuc dixit: *Aspexit & dissoluit gentes & contritis sunt montes sæculi.* Aspiciebat gentiles radio lucis suæ quem deferebat stella, quæ hinc faciebat in amore suo corda istorum Regum & montes Herodes Sacerdotes, & Scribæ, contracti sunt. hom. 35. num. 45. & 5.

**XXVI. Turbatus est Herodes & omnis Hierosolyma cum illo.** E at certum, quod turbato Rege & Principibus, qui sunt vt cæli, turbarentur & terra, id est, subditi; vt alterato cælo certum & turbandam terram: essetque magnum miraculum, gubernatoribus, patribus reipublicarum & familiarum inordinatis, subditos & filios non esse similiter inordinatos: cum Spiritui sancto videretur magna[m] miraculum quod aspiciente se terra cum submergeretur Core, filij eius non descendunt cum illo numero 26. *Factum est miraculum grande vt preuente Core filij eius non perirent.* Lyamus enim e. h. quod quanto aperiebat se terra, & Core submergebatur, filij eius manserunt in aère, nec mergerentur, quod magnum est miraculum. ho. n. 35. num. 23. & sequentibus.

**XXVII. Turbatus est Herodes & omnis Hierosolyma cum ipso.** Rex & Princeps malos traxit post se magnum consortium in malitia sua, sicque intrant infernum tales solemniter eum magno comitatu: hom. 35. num. 19. vsque 20.

**XXVIII. Turbatus est, &c. & omnis Hierosolyma.** Quam mali Principes: cum enim illos exposito Deo posuerat ad recipiendum Christum quando appareret in mundo, vtque essent medium per quod illum populus reciperet, statim eum audiunt eum nam turbantur, & opponunt se illi, intentantes ei mortem, sic intelligit S. Hieronymus idem Herodem & Sacerdotes concessisse inisse ad Christum occidendum, ideoque Angelum in plurali dixisse.

Desunt



*Defuncti sunt qui queribant animam pueri.* Ex hoc loco intelligimus: inquit Sanctus Doctor: *Non solum Herodem sed Scribas & Sacerdotes mortem Domini suscipere mediantes.* Sic ut cum deberent se disponere ad eum recipiendum preparant se ad occidendum. hom. 11. 35. numer. 13. 14. præcipui in populo Dei qui habebant maiorem notitiam Scripturarum, & debebant disponere populum ad recipiendum Christum, & adorandum ut verum Deum suum, isti fuerunt qui ut plus increduli opposuerunt se Christo, & tractabant de adimenda ei vita. hom. 35. num. 13.

XXVIII. *Turbatus, &c.* Bene dixit Propheta malo etiam bona esse ad malum: & quando veniunt ei maiora bona, posse nos assimulare ea illi foite mala. Cum tantum bonum veniret Herodi & Hierosolymæ, supremum eorum quæ Deus promiserat ei, & ipsa desideraret, fuit tantum ei malum ut se turbaret, Herodesque attentaret tantam malitiam ut innocentes occideret, & Iudæi se adeo opponerent Christo ut eum occiderint, hinc perditio eorum. hom. 32. num. 41. 42.

XXIX. *Turbatus, &c.* Quæ infelicitas, quod noua representando & eis aliquid quod esset futurum ad ad bonum & saluationem eorum, turbent eos ut aliquando vos id quod est ad remedium vellrum. ho. 4. num. 45.

XIX. *Turbatus est Herodes & omnis Hierosolyma.* Magnum prodigium quod natus Christus ut Sol in Bethleem illuminet gentiles in stella & eodem turbati manserint & luce privati Iudæi, Herodes Rex & eorum Sapientes, prædicatur mutandas sortes gentium & Iudæorum, ut dixerat Isaias. hom. 33. nu. 33. & seqq.

XXXI. *Congregans omnes principes Sacerdotum.* Herodes habebat malam intentionem, & etiam Sacerdotes, qui, ut gens turbata, credebant Christi aduentum esse in suum damnum: Molimini proditores, in te consilium: omnes cogitationes vestras seruiunt Deo ad illuminandum, & in viam dirigendum Reges, eosque assecurandum in cogitatione sua, & firmandum in profectioe sua, opus diuinae omnipotentia illius cui seruiunt cogitationes malorum. hom. 30. nu. 39. & h. 14. nu. 2. & sequentibus. Extrahit aquam veritatis claram ex puteo Scripturarum per istos meatus, deductos per cœcam bestiam Herodem, ut hac Magi amici sui fruantur. Conceptus notabilis. hom. 11. 39. num. 27. 28.

XXXII. *Congregans omnes principes Sacerdotum.* Deus voluit istos Magos certos reddere in suprema veritate fidei Christi, unde non sufficiebat ei quod viderent oculis stellam: sed voluit etiam eos reddere certos ex Scripturâ, quæ certior est quàm quod videmus oculis, ut dicebat S. Petrus: cum præmississet

quod viderat Christum transfiguratum, & nubem lucidam ex qua procedentem vocem audierat, addit: *Habemus firmiorem Trophæum sermonem.* Ne habes doctrinas ut securas, donec concilium Doctorum præfidente in eo Summo Pontifice, tibi dicat veritatem extractâ de Scripturis vel traditionibus Ecclesiæ. Conuenit quod dixit Isaias Propheta doens quæ visiones debeant haberi pro certis: *Ad legem magis & ad testimonia* hom. 40. num. 16. 17.

XXXIII. *Congregans omnes principes Sacerdotum.* Christus intrabat mundum in Sanctis Scripturis ut Moyses in sicella iuceâ. Disponente Deo iste puer detegitur per Sacerdotes extrahentes primum iuncum ex Prophetia Michæ. hom. 21. nu. 16. 17.

XXXIV. *Congregans, &c.* Bene in hoc fecit Herodes quia per Sacerdotes, & conciliorum congregationes debent sæculares scire res fidei, & sanctæ Scripturæ; ideo enim Deus in mundo posuit visibilem cathedram, in qua sine errore doceamus res fidei, quæ sit ut columna hebraica. Ista est congregatio principum Sacerdotum, qui sunt Episcopi, quorum caput est summus Pontifex. hom. 14. nu. 10. & seq. 16. Licet per Ieremiam Deus promississet multos Pastores, implevit verbum solum dans vnum principalem, cui omnes obediunt, qui est Christus, auctor doctrinæ in qua debet populus pasci à reliquis Pastoribus & omnium præcipuus mansit ut Vicarius illius Pontifex summus, ib. d. n. 16 in subiectione huic capiti exhibitâ, & obedientia, assecurant se regna & eorum conseruatio in Regibus & Monarchis mundi. Ob firmam vniouem Regum Hispaniæ cum sede Apostolicâ assecurat: in domo eius regnum adeo dilatatum quod possident: & per illam in Hispaniâ conseruata est Regalis successio non interrupta Regibus extraneis in sexaginta duobus generationibus; seque magis corroborant iungendo se domui Austriae, quæ Excellit in obedientiâ, deuotione, & respectu ad Sedem Apostolicam: Ideo maxime vrgens instructio quàm Cæsar Carolus Quintus dedit Philippo Secundo filio suo præcipienti erat de obedientia sedi Apostolicæ exhibenda. Huic se opponentia Regna videmus perditâ. hom. 14. n. 11.

XXXV. *Congregans omnes principes Sacerdotum.* Herodes conuocabat principes Sacerdotum & horum resolutioni subiciebat se in rebus doctrinæ fideique, licet esset ipsa superbas, in istis enim rebus, debent etiam supremi Monarchæ subiecti esse Sacerdotibus hisque respectum exhibere cum singulari reuerentiâ. h. 14. n. 25. vsque 29. Etiam licet sint tam mali ut isti, quia potestatem & locum suum habent à Deo ibid. n. 29. vsque 37.

XXXVI. *Congregans, &c. Sacerdotum.* Hi sunt quibus mediantibus debent principes & Reges eum Deo tractare. hom. 2. num. 15. vsque 18.

XXXVII. *Con-*

XXXVII. *Congregans omnes principes* Licet Herodes videatur hanc congregationem facere, tamen Deus sic præcipue disponit, ut illis ignorantibus quid agant, ante oculos eorum probetur Aduentus Christi in mundum, sicque impleatur quod dixit per Isaiam: *Ducam caecos per viam quam nesciunt*. hom. 23. uum. 35. & hom. 39. num. 30. 31.

XXXVIII. *Congregans omnes principes*. Herodes raptus ambitione sua rabiâ. eo ipso quo tentabat veniunt Aduentus Christi supplantare, iuridice probatam eam relinquit Iudæis & gentilibus, & quasi in pleno concilio definitam, hom. 30. nu. 59. 60.

XXXIX. *Tunc Herodes vocatis magis*. Herodes dat clarum iudicium suæ reprobationis, procedendo cum astutiâ, deceptione, & fraude, tam alienus ab omnibus Dei ut in totâ eius domo non sit repetita quæ possit vel vnam adiuvent. h. 37. n. 32. 33.

XL. *Et ego veniens adorem eum*. Hæc est vna supermarum malitiarum, & Sacilegarum proditionum, quæ magis offendet Deum, vestire malitiam clamyde virtutis & fide: e actus religionis tectos Sacilegio: pretextu enim adorandi Deum tentat eum occidere. Illa est proditio sacerdotum Basil altari regere furtivâ suâ, hom. 7. nu. 18. 39. Hæc ista malitia quàm significat proditoria Lamia, de qua Propheta: facite actus Religionis pallium sacilegio, vtilis conceptus, hom. 28. num. 12. vsque 18.

XLI. *Eccc stella quam viderant*. Cum isti magi inciperent suum iter obediendo Deo, certum erat quod Deus eos non desereret: Deum enim non est ut Dæmon mundus, & Caro, qui exponentes nos labori, in hoc nos detelinquant. hom. 4. nu. 46. vsque 50. vsque Israelitas extraxit de Aegypto, insitque proficisci quasi conclusos inter illos duos montes, pugnavit pro illis contra Pharaonem, submergendo eum in aquis, cum toto exercitu, datâ viâ apertâ per mare, & quamvis operando talia mirabilia, novit suis favere in laboribus quibus eos exponit, hom. 4. n. 48. Sicque ne tu desis in eò quod Deus tibi iniungit non enim deerit tibi, cum aliquo egebis ibidem. numero 49.

XLII. *Eccc stella quam viderant*. Deus vocavit eos per stellam primò, eamque sequentes, quando credebant se in terra secura esse fuerunt in maiori periculo. Sic tractat Deus aliquando Sanctos suos, quibus pro tempore se abscondit, sed iterum se manifestat ad eorum consolationem. hom. 4. num. 42. vsque 45.

XLIII. *Eccc stella quam viderant*. Primò videbant eam, deinde abscondit se pro tempore, ad magnas utilitates. Primò, ut eâ deficiente intrarent Ierusalem, & fierent securi ex dicto-sacrarum Scripturarum, secundò ut Iudæi monerentur & couincerentur. Deus enim datus labores suis, id facit pro omnibus, pro his ut merita eorum crescant, & pro illis ut habeant exemplum

Hiéron. Bap. de Lanuz, Tom. 1.

hom. 31. numero 49.

XLIV. *Intrantes domum inveniunt puerum cum Maria matre eius*. Riuus erat circa fontem suum: sic enim est Beata Virgo respectu Christi, ut pueri. hom. 18. num. 18. & 19.

XLV. *Invenimus puerum*. Certum, eos inuenturos qui eum tanta diligentia quærebant, & in quærendo persecuebant, qui enim se detinent, & differunt de die in diem non inveniunt. hom. 10. nu. 19. 20. 21. & h. 13. per longos discursus à n. 34. vsque 66. vbi agitur de differentiis Deum quætere per penitentiam.

XLVI. *Evadentes adoraverunt eum*. Ut Deum, proicientes se ad pedes eius corpore, & plus animo & corde, quo præcipue fit adoratio debita Deo. h. 42. n. 5. 77. 80. vsque 83. & 86. vsque 90.

XLVII. *Obtulerunt ei munera*. Davites qui habent bona, non satisfaciunt tantum adorando Deum, sed debent cum donis accedere ad pedes eius, qui sunt pauperes, licet enim illud faciant, & non accurrant cum donis condemnabuntur. hom. 16. n. 1. vsque 15. Ideo relinquit nobis Deus pauperes loco suo. ibid. n. 13. & h. 27. n. 67. 68. & hom. 30. n. 24. & 25.

XLVIII. *Aperitis thesauris suis obtulerunt ei munera*. Erant Reges & habebant thesauros, quibuscum accurrunt ad pedes Dei. Ne cogitet multum habens se Deo satisfacere, si det parum: quisque debet offerre conformiter eò quod habet. Id voluit declarare Lege Decimarum. hom. 17. num. 37. 31. vsque 42.

XLIX. *Responso accepto in somnis*. Deus incipit operum istorum Sanctorum Regum illuminando eos stellâ, educendo eos de palatiis & regnis suis: idem dat perfectionem remittens domum illuminatos, ipse enim est qui dat velle & perficere, ut ait Paulus. hom. 30. num. 63. 64.

## DOMINICA PRIMA POST EPIPHANIAM.

I. *Cum factus esset Iesus annorum duodecim*. Luc. 2. Christus voluit in tantâ tenera ætate sapientiam suam mundo detegere, quàm non didicit in scholis, sed est divina, inde incipiens se cognoscendum exhibere doctoribus legis. hom. 19. nu. 32. vsque 35.

II. *Cum factus, &c. duodecim*. In hoc actu quo Christus exhibet se in templo plerumque sapientiam divinam, impletur prophetia Malachiæ, quod subito manifestabit se in templo. hom. 29. num. 29.

III. *Remansit puer in Ierusalem & non cognoverunt parentes eius*. Aliquando abscondit se Deus suis facibus quod dicit S. Gregorius: *Amat & suæ ar.* hom.

D

hom. 9. num. 46. 47. B. Virgo & Ioseph, erant dilecti eius sicque daturus eis erat pœnas cõformes magnitudini dilectionis eorum. hom. 32. num. 25. & sequentibus.

IV. *Remansit &c. parentes eius.* Christus deseruit B. Virginem tantum quo ad corpus, quo ad animam enim semper erat cum eâ, fuitque siue virginis culpâ, ideoque factum est cor eius mare doloris. Quid tibi faciendum si ab animâ tuâ ob culpam tuam? Cum eiicis ipsum peccato tuo, inferis tibi ipsi maius damnum, quàm possent omnes dæmones simul. hom. 13. nu. 25. vsque 29. Deus non derelinquit te, tu deseris eum, & abis. hom. 18. num. 18. 19. estque damnum tuum tantum ut debeat ab omnibus deseri. ibid. n. 20. 21. 22. 23.

V. *Quærentes eum in comitatu venerunt iter diei.* B. Virgo erat semper solitaria & abstracta inuentabatque Angelus eam conclusam, dicitque Ambrosius eam pauca habuisse sibi molestiora quàm apparere in publico, per foca, & plateas, tamen iam discunt per illas, quantumvis enim necessaria solitudo mulieribus sanctis, tamen hæc exequendum, quando expedit ad quærendum Deum. homilia. 32. numero. 14. vsque 18.

VI. Hic quaerendi modus illi qui eum perdidit ut quaerat sincere dolens & cum lachrymis fidelibus doloris rellibus, cum similem se facit peccator pellicano, Nictioraci & passeri solitario. h. 38. num. 62. vsque 87. & num. 75. 76. Hic optimè concinunt lachrymæ perditio Deo, quæ enim pro temporalium honorum iactura impenduntur, sine fructu sunt & eas fundentem stultitiam vocat Eldras. ho. 28. n. 82. vsq; 83. quæ pro peccatis effunduntur, ea deterunt, ac disponunt ad Deum inueniendum, vsque in anima resoleat velut in throno. ibid. num. 77. vsque 82.

VII. *Dolentes quærebamus.* 30. Optimè hic conuenit, tibi dolor & viua pœna. quando Deus abiit & perditur, ut enim non est maius bonum quam secum Deum habere, si non est maius malum, nec potest esse, quàm Deum perdere, eum que abire, discursus consideratione digni & utiles. hom. 13. num. 5. vsque 24.

VIII. *Mirabantur super doctrinam & responsis eius.* Nomen Christi fuit admirabilis ut dixit Isaias; & quamvis fuerit in omnibus, tamen voluit particulariter ostendere se talem quoad vixit, in doctrinâ suâ, & miraculis. Hodie incipit ostendere se mirabilem in doctrinâ, Dominicâ proximâ in miraculis, videlicet Inuitum signorum. hom. 29. num. 21.

IX. *Mirabantur super doctrinam & responsis eius.* Sol iste diuinus voluit se deregere, & quamvis inciperent eum noscere, ut declarat admiratio, tamen voluerunt eum ignorare per malitiam suam, hom. 21. num. 19. 20. Ciues Nazare h. audunt doctrinam Christi, eiusque altitudine rapti, dicunt esse caelestem, &

statim mortali inuidiâ rabidi opponunt se illi. ibid. num. 19.

X. *Mirabantur.* Ille fuit ordinarius eorum defectus, admirari super doctrinam Christi, & non conuerti ut dixit Augustinus, estque vester ad damnationem vestram. hom. 29. num. 21. 22. Christusque videns eos mirantes & non conuersos, poterat eis dicere illud Isaiæ, possumusque nos dicere prædicatores. In vacuum laborans. hom. 29. num. 25. 26.

XI. *Inuenimus eum in templo.* Hoc est proprius locus Dei, vbi singulariter inuenitur. ho. 23. nu. 18. 19. est particularis domus eius, vbi singulariter habitat, ibid. num. 21. vsque 24. sicque est locus proprius ad eum inueniendum, & magna dignitas reuerentia, ibi. n. 20. 21. Caue ne perdas eum in illo; ideo enim sunt magis Dei officia peccata quæ in templo fiunt. ibid. nu. 14. vsque 17. si ibi cum tremore. hom. 28. num. 54. 55.

XII. *Inuenimus eum in templo.* Ideo fuit templa ut in iis inueniamus Deum quem extra perdidimus, quo videtur Deus secessisse, quando eum eueiebamus domibus nostris, plateis, & foris; eoque est officiosa maior, si ibi perdas eum. Est domus saluus, ne facias domum perditionis. hom. 7. nu. 40. ho. 28. n. 14. vsque 17. & n. 24. 25.

XIII. *Inuenimus illum in templo.* Debebant ibi eum inuenire vbi accurrebat, ut ad domum eius, & Patris, dans exemplum Episcopis. hom. 7. numer. 29. vnde intras Hierusalem Dominica palmarum, statim iuit ad templum, vbi contigit maximum miraculum puertum. hom. 41. num. 99. vsque 102.

XIV. *In medio Doctorum.* Semper posuit se Christus in medio, quando natebatur in medio animalium, quando moriebatur in medio Ieronum, quando resurregebat in medio discipulorum & in conciliis suis in medio eorum quia medium est quod æqualiter distat ab extremis, habens tantam partem in vno extremo quantum in altero; talis est Christus, quantum ex parte sua. In eo potest pauper tantam partem habere quantum diues, & plebeus ut nobilis, &c. hom. 21. num. 22. 23.

XV. *Fili quid fecisti nobis se, Pater tuus & ego dolentes quærebamus te.* O B. V. go quæ sicut per Virginitatem tuam speculum es adieci, tulorum; cum sis nupta, etiam doces eas quæ sunt matrimonio iunctæ. Primum honorando sponsum tuum Iosephum; quæ hæc scires non esse verum Patrem Christi sed putatum tantum, quem S. Ambrosius in hunc locum vocat: *Simulatus Pater*; nomen absolute Patrem Christi, in occasione quâ nomen hoc erat ineffabilis gloriæ, in congregatione Doctorum, & eorum innumerabili multitudine quæ accurrerat; omnibus mirantibus illum puerum; quis enim debet plus

Plus attendere ad honorem mariti, quam vxor quam ideo Spiritus sanctus vocat coronam eius. hom. 26. num. 19. 20. Cumque maritus representet Christum, vxor debet eum singulari honorare sollicitudine, vt Ecclesia Christum. hom. 26. num. 26. 27. Secundo ponendo Iosephum primò loco, *Pater tuus & ego*: licet Ioseph nihil haberet in conceptione Christi, sed ipsa sola, possederet se primo loco ponere, vt Christus quando dixit: *Ego & Pater vnus sumus*. ho. 37. num. 77. tamen noluit; docens mulierem dare primum locum marito, eumque habere vt caput suum, vt dixit S. Paulus & facere secundum dispositionem Dei: *sub vni possestare eius*. hom. 7. num. 22. hom. 14. nu. 6. & hom. 24. num. 88. sicque deficiente marito manet vt corpus sine capite. hom. 31. num. 57.

XVI. *Dolentes querebamus te*. Hic est verus modus querendi Deum, vt qui eum perdidit culpâ suâ, eum quærat cum dolore & lachrymis similis factus pellicano. Eoque modo querit eum B. Virgo licet eum sine illa sua culpa perdidisset. hom. 38. n. 62. vsque 67.

XVII. *Quid est quod me querebatur, &c. in his qua Patris mei sunt*. B. Virgo nominat ei Iosephum pro Patre & ille respondit alium designans Patrem: per hoc declarat verum suam Patrem non esse Ioseph, cum Patrem non haberet in terra sed matrem, nec matrem in cælo sed Patrem, quo declarantur duæ naturæ eius æterna & temporalis. hom. 11. nu. 18. & hom. 35. num. 4.

XVIII. *In his qua Patris mei sunt oportet me esse*. Vide quam bonum exemplar, ad docendum filios obligationem accurrendi ad seruitium parentum fuerit. Nullus filius fuit tam obediens Patri suo vt Christus, magis præcisâ & subiecta obedientia quam omnes filij erga parentes, & religiosi erga Prælatos suos. hom. 29. num. 36. & hom. 36. num. 31. Tantam ei exhibebat reuerentiam, vt S. Chrysostomus dicat, per hoc meruisse vt Pater eum reuerteretur. hom. 42. num. 80. 81. 82.

XIX. *In his qua Patris mei sunt*. Christus fuit promptissimus ad ea quæ Patris sui erant, sicque fuit Pater ad ea quæ filij sui erant, vt dixit Moysi se facturum hom. 29. num. 38. declarauitque ipse Christus. hom. 34. num. 60. vsque 62. attende & tu honori Patris cœlestis, cum habeat curam honoris tui, vtilitatisque. hom. 22. n. 14. vsque 18. qui non sentit offensas quæ sunt contra Deum, ostendit se non esse verum eius filium. ibid. nu. 16. videntur omnes creaturæ faciem auertisse in morte Christi, quia non poterant ferre talia fieri creatori in conspectu suo, quanto magis debet id facere Christianus filius offensus, videns offensas quæ indies conmittuntur in Deum? ibid. nu. 16. Est speculum; vsque æges cum eo, æget eum: atque vt curabis honorem eius, curabit

tuum. hom. 24. nu. 59. vsque 61. & ho. 37. n. 15. 16. hicque pater noster defectus, & quam mali filij simus; quod ipso curante nostra, nos non tantum non curamus, sed etiam deficiamus in iis quæ Patris nostri sunt. hom. 22. num. 19. 20. & hom. 28. nu. 59. 60.

XX. *Es ipse non intelleximus verbum*. Aliquj intelligunt hæc verba de Doctores ibi præsentibus, quod licet Christus tam clarè loqueretur, tamen non intelligebant eum; vt patuit quando eis dixit: *Quo ego vado vos non potestis venire*. Est aliquorum conuictio, quod noluit Deum intelligere, licet clarè loquatur. Sunt vt generi Lot, qui quando eis clarius loquebatur: *Visus est eis quasi ludens loqui*. hom. 30. num. 59. 60.

XXI. *Ipse non intellexit*. Alij intelligunt ista verba, quamuis in plurali dicta, de solo Iosepho, & non de B. Virgine; secundum Scripturæ phrasim declarandam. hom. 44. num. 10. videturque id Euangelista significare addendo: *Maria autem conseruabat verba hæc in corde suo*, non perdebat vnum ex verbis Christi, sed conseruabat ea in pectore suo, pro tempore & similibus occasionibus, etiam tibi sic faciendum; estque dolendum tam parum tibi restare ex prædicationis vno die, in alterum. hom. 44. num. 10.

XXII. *Descenditque cum eis & erat subditus illis*. Mirabile exemplum pro filiis, ait S. Ambrosius in hunc locum, cum exhibeat tam integram obedientiam parentibus suis, primò Patri cœlesti à quo habet naturam diuinam dicens: in his qua Patris mei sunt oportet me esse, cumque iste Pater, dicit Sanctus, non habuerit laborem nec curam aliquam pœnale in circa illum, quid tibi faciendum fili, Patri tuo, à quo non tantum habes naturam, sed qui etiam passus est patiturque pro te multas curas & pœnas. Secundò Parentibus terræ, B. Virgini, quæ erat vera Mater eius, & Iosepho licet tantum haberet nomen & vmbra Patris: hæc enim sufficit vt obedientia debeatur. Hanc docuit Christus, & Deus commendauit, eidem alligans prosperos prolium successus, & terrens inobedientes. hom. 23. n. 47. vsque 52. Benedictio Patris data filio obedienti, est electum medium à Deo, ad dandas ei benedictiones suas: Ideò fleuit Esau non obtenta benedictione Patris sui, quia intelligebat se non posse Dei obtinere sine illa. Et Iacob, tantum quia illam habebat secum, pergit valde contentus solus, & absque comitatu famulorum, aut camelorum ad domum Patris sui Laban, quia in illâ conferebat omnia bona quæ poterat habere in illis. ibid. num. 47. 48. beneficia à parentibus accepta obligant proles vt sint eis obediens. ibid. num. 47.

XXIII. *Es erat subditus illis*. S. Ambrosius hæc verba considerans irascitur Arianis, quia cum ea popat Euangelista ad firmandam fidem veræ humanitatis

Christi, secundam quam ostendit se subiectum, non tantum celesti Patri, sed etiam parentibus terrae; vique daret filius exemplum humilitatis & obedientiae; illi utantur ita ad destruendam diuinitatem eius veram, secundam quam est aequalis Patri; debemusque ei obedientiam & reuerentiam vt vero Deo Dominique nostro. Fundabant se Ariani in istis verbis ait S. Ambrosius, & ratiocinabantur, secundum Augustinum libr. 3. contra Maximum cap. 13. sic: quia Christus erat filius Virginis, & accipiebat ab ea naturam humanam, erat ei subiectus; vt debet Filius Patri; etiam similiter si filius accipiat naturam a Patre, in eadem debet subiectus ei & inferior esse; vocansque eum Patrem fatetur se inferiorem, & subiectum. Magna proditio istorum haereticorum; primo in doctrina; secundum quam debet intelligi, quod licet filius procedat a Patre secundum naturam diuinam, non est ei subiectus, nec inferior in illa, ideoque dixit: *Ego & Pater vnus sumus* ponens se primo loco. hom. 17. num. 77. Secundo, in vsu Sacrae Scripturae: ex eo quod nobis Spiritus sanctus de Christo dicit ad eius honorem, & nostram vtilitatem, trahit id quod est ipsi Christo contrarium; quod est committere malitiam de qua S. Gregorius dicebat: *Doni Dei contra Deum pugnant.* ho. 35. n. 16. vsque 19. Conditio Haereticorum qui vtuntur Sacris Scripturis Dei contra ipsum Deum non conferentes vna cum aliis Inventiones Satanae. hom. 4. n. 16. 37.

XXIV. *Puer autem proficiebat sapientia aetate & gratia.* Bene intelligitur quomodo crederet aetate, sed difficile est declarare quomodo crescebat sapientia & gratia. hom. 2. num. 30. 51. & hom. 29. num. 31. vsque 35. declaratur similitudine Solis. hom. 31. num. 4. & sequentibus.

## DOMINICA SECUNDA

## POST EPITHANIAM.

**N**uptia facta sunt in Cana Galilae: vocatus est autem & Iesus & discipuli eius ad nuptias. Ioannis 2. miraris videas Iesum, matrem, & discipulos eius, in conuiuio & nuptiis; sed intelligendum conuiuia non semper esse mala; & istum ea celebrare occasione nuptiarum. hom. 16. nu. 23. 24. Sicque acceptauit ea Dominus non ad delicias suas, vt dicebat impius Iovinianus Haereticus, sed quando conueniebat ad nostram doctrinam, & vtilitatem. hom. 38. num. 12. habebatque secum discipulos suos, docens eos, quibus occasionibus deberent acceptare conuiuia, a quibus debent ordinarie secedere, vt honorentur. hom. 38. num. 10. 11. qui fuerint illi disci-

puli declaratur. hom. 21. num. 7.

II. *Vocatus est Iesus ad nuptias & discipuli eius & erat Mater Iesu ibi.* Christus cum matre sua & discipulis acceptat hoc conuiuium, vt ostendat statum matrimonij esse sanctum, quia sciebat multos haereticos venturos qui eum damnarent. Potes in hoc statu Sanctus esse, vt fuerunt Enoch, Noe, & c. h. 24. n. 17. vsq. 21.

III. *Vocatus est Iesus ad nuptias.* Matrimonij status est sanctus: Potes in eo Christum vocare, & tecum habere: frequentando Sacramenta & orationem, facitque valde male qui ea non faciens conicit culpam in statum illum. hom. 2. n. 4. vsque 7. Et Matrimonio iuncti possunt esse magni sancti, viuendo vt docuerunt Apostoli SS. Petrus & Paulus. hom. 14. n. 19. 20. & h. 26. n. 26. vsque 30.

VI. *Vocatus est Iesus ad nuptias.* Assistit nuptijs initio legis suae Euangelicae, quia vltra sanctitatem quam habet matrimonium institutum a Deo initio mundi, illud eleuauit vt esset vnum Sacramentorum huius legis, quo dicit nubentes particulari gratia; estque magna excellentia mariti, quem Christus vult representare suam personam propriam; & vxoris, quam vult representare Ecclesiam: vnde licet semper fuerit adulterium odiosum Deo; punieritque illud Deus extraordinariis poenis. hom. 26. nu. 19. vsque 25. In noua lege etiam habet aliquod Sacriligij, Doctrina profunda vtilisque. ibidem numero 26.

V. *Vocatus &c.* Deus semper assistit vocatusque ad matrimonium, eique praecipue dant verbum fidelitatis nubentes. hom. 26. n. 25. Ideo Deus adeo offendit adulterio, vt declarat Iob ipseque Deus in variis occasionibus. hom. 26. n. 20. vsque 25.

VI. *Vocatus &c.* Deus ex misericordia sua posuit multos status in Ecclesia, omnesque Sanctos, vt quibus eligat sibi quadrante: qui non vult statum celebem capiat matrimonialem, & si non possit esse autum si argumentum: vt ait S. Chrysostomus. hom. 2. num. 5. & hom. 24. num. 32.

VII. *Vocatus &c.* Quando agitis de vestris matrimonijs, vocate primo Iesum, quia enim relinquitis eum, adeo erratis in illis; prius ergo super illis eum consulite. hom. 26. n. 9. & 10.

VIII. *Vocatus est Iesus ad nuptias.* Debeus tunc Dominum ponere in capite quando vestra tractatis nuptia, praetendendo ei seruire in eo statu: ne proicias eum post tergum tuum: in eos enim qui nubunt tantum attendentes: libidinem suam, Daemon habet potestatem; vt Angelus Raphael Tobiae dicebat. hom. 18. nu. 44. & hom. 26. numero 26.

IX. *Vocatus &c.* Status Matrimonij est plenus laboribus & poenis, quae non poterunt bene ferti si non voces Iesum, qui te iuuat gratia sua. ho. 24. n. 9. vsque 23. voca eum vt accurrat: cum illa; vt Eliseus farina

farina vt possit edi olla colocyntidarum. ho. 24 nu. 43. & sequentibus.

X. *Vocatus. Etc.* Hæc vna maior sollicitudo Dæmonis est, feminare discordias inter maritum & uxorem. Vnde debetis procurare vt Iesus sit vobiscum, eumque vocare, vt visum est in casu quem refert S. Vincentius Ferrariensis. h. 19. n. 21.

XI. *Deficiente vino.* Erat cetum quod in actu hilaritatis terræ deficeret vinum, quia pura voluptas non durat in hac vita. h. 12. n. 29. 30. & h. 41. n. 6. 7.

XII. *Deficiente vino.* In mundo non est domus tam plena voluptatis quæ deficiat vinum, & premant sollicitudines. hom. 24 numer. 25. 26. nec est status, nec conditio personarum in mundo quæ non habeat quod deficiat; conceptus dignus ingenio. S. Iohannis Chrysostomus. ibid. nu. 25. Maiores autem defectus, &c. cau-  
santes maiores sollicitudines, sunt in statu matrimo-  
nij. Tota sunt quas habent Parentes de prolihus sollici-  
tudines, & de necessariis pro statu, vt sui ipsorum ob-  
ligantur. h. 15. n. 29. 30. Et sic quod dixit Paulus:  
*Tribulationem carnis habebunt huiusmodi.* hom. 18. nu.  
38. Sicque non possunt se integrè Deo dare, ideoque  
noluit Deus Sacerdotes in noua lege matrimonio iun-  
ctos esse. h. 24. num. 4. vsque 14. et si eligebantur tales  
aliqui in Episcopos vel Sacerdotes, renuntiabant com-  
municio cum suis feminis ibid. n. 15. 16.

XIII. *Dixit Mater eius ad Iesum vinum non habet.* Vide quam bene doceat nos orare B. Virgo Magistra orationis, representando nostrum defectum in bonis corporalibus vel temporalibus, sine petitione rei determinatè. hom. 32. n. 31. vsque 36.

XIV. *Fili vinum non habent.* Oratio excellentis fidei quæ tantum repræsentat necessitatem, talisque fuit Centurionis. Vnde egre culti legatos suos mutal-  
se libellum supplicem petendo rem determinatam à  
Christo. Et si ille sic orauit ex tanta fide, melius D.  
Virgo, habens excellentiorem. homil. 2. numerum  
23. 29.

XV. *Fili vinum non habent.* Vta est nomine hoc  
fili: vt ostenderet securitatem fiducie suæ: quia enim  
filius est, mater potest fidere quod facit et quidquid ab  
ipso petet, vt dicebat Salomon matri suæ Bethabee;  
fuitque hæc vna misericordia à Deo nobis exhibita,  
quod factus homo, accepit veram matrem, quæ pro  
nobis intercederet, fundans petitiones suas in nomine  
filij; vt etiam S. Bernardus ponderabat magnam  
Christi misericordiam, in dando nobis Patrem suum,  
qui verè noster esset vt eo fortificaret fiduciam in no-  
stris orationibus. hom. 42. nu. 85. vsque 86.

XVI. *Quid tibi est tibi mulier.* Videntur ne-  
gationis verba, & inurbana; cum ipsa vocet eam fi-  
lium, hic non nominet matrem sed mulierem: Ta-  
men non sunt, sed profundorum mysteriorum quæ

Dominus illis declarare voluit. homil. 17. numero  
27. 28.

XVII. *Nondum venit hora mea.* Christus detinuit  
se à faciendo miraculo donec omnino defecisset id in  
quo facturus erat; sicque expectabat horam suam ad  
faciendum, vt in miraculo panum. ho. 27. n. 28. 29. &  
resuscitationis Lazari. ho. 32. nu. 43. vsque 51. & n. 75.  
quia istis operibus probatum constabat ea esse propria  
Dei; si enim non erat, non potuisset propriè vt dare  
tantæ multitudini quod ederent tanta laboranti neces-  
sitate, & tam pauca adessent victualia eis distribuenda:  
vt in exitu populi Dei ex Ægypto voluit primò  
verificari numerum eorum qui intrarunt eam, vt appa-  
reret summa facta multiplicatio; & sciretur esse opus  
Dei, & in multiplicatione panum quam Christus fecit  
ad tot faciendos, voluit etiam sciri opus suum illud ef-  
fe. hom. 27. num. 28.

XVIII. *Nondum venit hora mea.* Christus semper  
expectabat tempus suum ad faciendum opera sua mi-  
rabilia secundum voluntatem & dispositionem æterni  
Patris. ho. 36. nu. 19. & seqq. Alia declaratio habetur.  
hom. 45. num. 24.

XIX. *Nondum venit hora mea.* Primum princi-  
pium supponendum est, defectus & labores non con-  
tingere casu, nec Deum inconsiderate ea immittere; sed  
cum sapientissima dispositione providentiæ suæ ad  
particulares fines. ho. 30. n. 27. 28. & ho. 31. nu. 7. Se-  
condum, quod debet succurrere in remedium eorum  
tempore magis conuenienti fini ad quem disponeban-  
tur, vnde donec illa hora veniat, rectè dicitur *nondum  
venit hora mea.* hom. 32. n. 41. vsque 48.

XX. *Nondum. Etc.* Deus non accersit statim ac sen-  
tentiòs defectum salutis, & quando febris nos torquet,  
quia attendit horam magis conuenientem; melius  
quam medicus, qui ægrotum desiderantem & peten-  
tem aquam detinet vsque ad horam quæ assignat. Id-  
que est ait S. Augustinus In Psal. 144. *Deus omnium  
in te sperant Dominus est tuus escam illorum in tem-  
pore opportuno.* Probaturque ponderans magnum my-  
sterium. *Attendite fratres mei magnum mysterium. Dis-  
centium pensandum. motu retinendum non obliuiscen-  
dum propter varias tentationes quæ sunt in hac vita.* My-  
sterium autem est, quod Deus se detinuit Paulo pe-  
tente secundo: et sicque vt medereret defectui quem  
sentiebat, quasi dicendo: *Nondum venit hora mea.* Et  
in puncto quo Dæmon petit licentiam ad Iobum ten-  
tandum, & a filiis torquendum, concessit ei. Ra-  
tio est quia Dæmon est in munus tentandum  
quamdiu vita durat, sicque ista est hora eius: sanctus  
autem est ad parandum, non ad quiescendum; quia  
nondum est hora. Sicque relinquit Deus hunc in la-  
bore vt mereatur dicens *nondum venit hora mea.* Sic-  
que respondet tibi quod S. Paulo, hicque Timotheo 2.

*Nondum venit hora mea.* hom. 24. nu. 27. 28. 29. & ho. 42. num. 96. 97.

XXI. *Nondum venit hora mea.* Deus mittit tibi labores & vitæ necessitates, vt satellites suos, qui in te faciunt executionem ob peccata tua, & ad superbiam tuam refranandam. & quamdiu id non agis, non vult vt te dimittant, dicitque tibi *nondum venit hora mea.* hom. 2. num. 47. vsque 50.

XXII. *Nondum venit, &c.* Quando phonaucus ordinat musicam & mensuras, nullus cantorum cantat, donec veniat hora eius, & si à tacente petas; cur non cantet; respondet; quia nondum venit hora mea; quando hæc venit intrat cum tantâ festinatione vt ad vnam mensuram decurrat, multas sulas & semisulas. Ita egit Deus in remedio mundi: retinuit se quinque millibus annorum, expectans, quasi dicendo *nondum venit hora mea*: hæc autem quando venit, cantabat & decurrebat breuiter tot mensuras, quæ fuerunt antiquæ Prophetiæ; non cum minori mysterio quam torrens Elzei. ho. 13. n. 20. vsque 21. Discutit eâ festinatione quâ electrum quod vidit Ezechiel. ibid. nu. 22. & hom. 41. n. 23. vsque 27. Idem egit eum sororibus Lazari, quas postquam detinuit quatuor diebus, tanta mysteria breui percurrit; sicque ager tecum.

XXIII. *Nondum, &c.* Detinet se Deus quia nondum venit hora eius, vnde & tardat secundum desiderium tuum, non tamen secundum quod conuenit. Hanc Philosophiam continet hæc verba Abacuc: *Si moram fecerit, exposita eum quia non tardabit.* Vtilis discursus. hom. 32. num. 50. 51.

XXIV. *Dixit Mater eius ministris: quodcumque dixerit vobis facite.* Bonum consilium, vt Deus faciat quod tibi conuenit, fac tu quod tibi iubet, Deus est speculum & ager tecum vt tu cum ipso ages. ho. 25. num. 45. vsque 60. & hom. 27. num. 15. 16.

XXV. *Quodcumque dixerit facite.* B. Virgo docet quomodo debeamus agere cum Deo, obediendo simpliciter, non disputando de eo quod Deus iubet, sed tantum attendendo ad id quod iubet. Hoc enim non facere perdidit parentes nostros qui aurem præbuerunt demoni dicenti. *Cur præcepit vobis Deus?* hom. 30. num. 57. & hom. 37. num. 28. 29.

XXVI. *Erant ibi hydrizæ sex secundum purificationem Iudæorum.* Iudæi erant superstitiosi frequentibus lotionibus suis inter edendum, vnde erant necessaria multa hydrizæ aquæ: licet in hac occasione sicut Christus non ferret superstitiones, nec essent in tam bonis personis vt erant in his nuptiis cum essent sex hydrizæ, quia non erant plenæ; Christus iussit eas impleri. hom. 23. num. 13.

XXVII. *Implete Hydrizæ aqua.* Magna mirabilia operatus est Deus in aquis: hæc occasione incepit in illis primum signum, vt dicit S. Ioannes & cum illis

desit in cruce magno mysterio ho. 25. nu. 61. Deus videtur illis mundum extasisse omniaque eius: & lacrymarum aquæ aliquos exaltant super Cherubinos, quos vidit Ezechiel, & in penitentia aquis confregit Deus capita draconum peccatorum nostrorum. Ad purgandum mundum ab immunditia peccatorum ceciderunt aquæ super eum & celo & solo. ibid. n. 61.

XXVIII. *Implete hydrizæ aqua.* Videtur quod fuisset maius miraculum, si Christus dedisset hydrizæ plenas vino, domesticis non implentibus eas aquâ: sed fuit mirabile consilium; si enim vis Deum providere defectibus tuis, debes ipse cum aliquo accurrere: quia etiam in operibus maiorum mirabilium vult aliquid poni ex parte hominum, licet in se sit parui momenti, vt parum aquæ. h. 27. n. 57. 58. 59.

XXIX. *Implete hydrizæ aqua & ferte Archirielino.* S. Chrysostomus ponderat, quod licet hoc miraculum sit in se magnum, fuerit tamen maius ob modum illud faciendi, cum sine motione manus vel pedis, solo imperio interno sit illud executus. h. 30. n. 4. 5. nec tantum fecit quantum in alii miraculis quæ operatus est inspectio verbi sui dicendo *leproso mundare*; mortuo *surge veni foras* Hic ne quidem ista verba dixit. Si autem solum operari imperio verborum probabat quod erat Deus, quanto plus operari sine verbis istis. ho. 2. num. 39. & 41. & hom. 31. num. 72. 73.

XXX. *Implete hydrizæ aqua.* Iussit illud vt certo constaret non fuisse vinum in illis hydrizis, nec posset hoc miraculum calumniari, nec opus haberi deceptionis sic enim alluevit Deus in maioribus miraculis. h. 27. n. 28. 29. & 60. & h. 32. n. 75.

XXXI. *Ferte Archirielino.* Iacet probari vinum, vt pateat, opus quod fecerat conuersionis aquæ in vinum, esse verum, esseque verum vinum quod fecerat: vt in paralytico piscinæ voluit patere sanitatem esse probatam quam dederat. h. 10. nu. 43. voluitque probari resuscitati Lazari vitam esse veram. h. 32. n. 81. Docet spiritalis vita tua probata sit non habere pro tali. h. 10. nu. 44. nec fidas quia sic tibi videtur, iudicioque tuo nec sis securus; homo enim mentitur sibi ipsi in suis profectis vt patet in S. Petro h. 43. n. 23. Sicque compertum in S. Philippo & Apostolis, quos ideo tentauit Dominus. h. 27. n. 33. & seqq. & patuit in aliis factis. ibid. n. 44. vsque 49.

XXXII. *Hoc fecit initium signorum Iesus.* Istud fuit initium miraculorum eius publicorum, miraculum factum ad bonum & utilitatem, ostendens talia futura quæ erat facturus in vitâ, & quia non erant talia quæ Pharisei petebant, ea non concessit, taliaque debent esse opera tua in quibus vis excellentiam tuam demonstrare. h. 8. num. 41. 42. 43.

XXXIII. *Initium signorum.* Hoc miraculum posuit Dominus vt suorum casus ideoque fecit in parte

particulari die primo noui anni. hom. 27. num. 80. 81.  
XXXIV. *Manifestauit gloriam suam & crediderunt  
in eum discipuli eius.* Ideo fecit hoc primum miracu-  
lum, cum enim esset aera diuina, debebat aliquando  
velum referre quo se manifestaret hom. 11. nu. 15. 16.  
17. Isti discipuli non fuerunt ut isti principes infelices  
qui videntes vltimum resuscitati Lazari, quod fuit su-  
premiu eorum qua Dominus operatus est, non tan-  
tum non credebant sed resoluabant eum occidere, pro-  
cedentes vt arcus prauus. h. 39. n. 8. vsque 13.

DOMINICA TERTIA POST  
EPIPHANIAM.

I. *Cum descendisset Iesus de monte secuta sunt eum  
turba multa.* Matth. 8. Hoc Euangelium con-  
tinet duo miracula, qua facit Dominus de-  
scendens de monte vbi predicauerat. inundationem le-  
prosi, & sanationem ferui Centurionis: primum fuit  
dispositio ad secundum, valdeque conuenit fides &  
deuotio Leprosi & Centurionis. Christus procedebat  
impleus nomen fontis hortorum quod ei sponsa dedit.  
h. 24. n. 2. 3. & faciens cursum solis. quod ponderabat  
S. Gregorius Nyssenus. hom. 31. n. 4. 5.

II. *Cum descendisset Iesus de monte.* Concionatus  
fuit primo in montis vertice suis discipulis; Deinde  
parum descendens ad quandam plantitiam eiusdem  
montis predicabat turbis, sanans omnes eum acceden-  
tes, & postea descendens quod restabat montis vsque  
ad plantitiam infimum curauit leprosum istum, &  
postquam faciens miracula prophetata de Mes-  
sia, quod ex vna parte essent opera prodigiou, ex alte-  
ra vltra quibus confirmabat doctrinam in monte pra-  
dicatam. Talia enim erant miracula, qua Messias erat  
facturus non qualia Pharisaei petebant. hom. 8. numer.  
41. 42. 43.

III. *Cum descendisset, &c.* Descendens de monte  
orditur cursum faciendo miracula, ad faciendum ex  
parte sua quod debebat vt Messias crederetur. Cum  
que ipse plenè impleisset quod eum tangebatur, ad istam  
probam desue. vni Iudaei in eo quod eos tangebatur ex  
parte sua, cum enim deberent eum recipere pro Mes-  
sia ob miraculosa opera qua faciebat, ob eadem reie-  
cerunt eum & occiderunt, id. oque vocat ens Iacob.  
*Vasa iniquitatis bellantia.* hom. 39. num. 8. vsque 13.

IV. *Eccet Leprosus veniens adorabat eum.* Ille Lepro-  
sus procedebat assecuratè in omnibus, in aduendo Chris-  
tum, in modo aduendi, & orandi. Primum rectè egit  
aduendo primo Deum pro salute sua; debes etiam sic  
facere in tuis morbis, dans Deo locum suum, & suum  
medico. hom. 32. num. 7. vsque 13. hocque nos docuit  
Christus opere adiens primo aeternum Patrem suum

in occasionibus peccatum & sollicitudinis. ho. 26. n. 11.  
& h. 42. n. 68. vsque 71.

V. *Veniens adorabat eum.* Secundo, Leprosus iste  
accedit vt debet; non tantum corpore, quod est *Veniens*,  
sed etiam corde, quod significat *adorabat*. Bonus mo-  
dus aduendi Deum ad fanos obriuidos. h. 2. nu. 18.  
19. non vt tu qui adis solo corpore relinquens cor lon-  
gè inde. ho. 29. n. 23. 24. Debes intellectu & voluntate,  
quasi duabus alis, ad Deum volare; vt Seraphini quos  
vidit Ihuas Thronum Dei cingentes, vtrisque erant  
circa Deum. Tu non habens vestigium amoris Sera-  
phinorum adis solo corpore, esque corde & voluntate  
longè à Deo. ibid. n. 23. & aliquando cor habes con-  
trarium ei factus vt hyena. hom. 8. n. 35. 36. 37. Bap-  
tista fuit fax lucens in altà cognitione Christi, sicque  
appropinquabat ei intellectu, & viuis ardebat feruen-  
tissimo eius amore, sicque appropinquabat adeo volun-  
tate vt esset omnino captus amore eius, de re autem  
potest Deas dicere quod Ezechiel de aliis: quod  
non veniunt ad Deum sed videntur venite. hom. 29.  
num. 23.

VI. *Domine si vis potes me mundare.* Tertio adis  
cum viuà fide qua est fundamentum Christo ad ope-  
randum miracula; quia haec tibi deest non operatus  
ea in te. homil. 27. numer. 30. vsque 40. ostendit  
eam, confitens Christum esse verum Deum, & po-  
tentiam eius absoluitam quod declarat vocans eum ab-  
solutè Dominum & sine limite, quodque possit im-  
perare lepra quod velle, & quomodo velle, eratque  
fides eius ea qua Centurionis. homil. 2. numer. 28. 29.  
& 39. & numer. 47. 48. 49. intelligebat penitentiam  
Christi quam postea declarauit S. Paulus dicens: *Foras  
omnia veris virtutis sua.* hom. 2. num. 39. vsque 45.  
& hom. 10. n. 41.

VII. *Domine si vis.* Quarto attingit modum peten-  
di sanitatem: haec enim donaque temporalia non sunt  
absolutè petenda, sed si Deus velit, tibi que conueniat.  
h. 32. nu. 31. vsque 34. morbus saepe tibi petid ad sa-  
lutem animae tuae; & Deus enim tibi relinquit ad vtili-  
tatem tuam. hom. 24. num. 27. vsque 33.

VIII. *Domine si vis.* Ita orabat Christus; essentia  
secura oratio confirmando voluntatem tuam diuinae,  
idque significat *posui genibus* h. 42. n. 86. 87. 88. Hoc  
captus male si Deus nolu tibi dare quod petis, tibi que  
dicendam quod sancti iuuenes Babyloniae, Nabucho-  
donosori: *quod si noluerit*; & c. hom. 43. nu. 33.

IX. *Extendens Iesus manum tetigit eum dicens: mo-  
do mundare.* Vide quantà misericordia qua non saltim  
dit tangere rem tam foetidam vt lepra est; nec tange-  
ret ideo pollutus, nec lepra vellet enim manere qui tan-  
geret leprosum. ho. 31. n. 67. fuitque malum Pharisaei  
iudicium Christum esse immundum ob peccatricis ex-  
tactum. h. 38. n. 103. Erat Lux que transiens per tri-  
sum di-



INDEX CONCIONATORIVS

munditas non inquinatur. homil. 34. numer. 13.

X. *Volo, mundare.* Quam cito succurrit Dominus isti, in aculo quod petit, negans Pharisæis. Primum, quia erat diuersa istius dispositio. hom. 1. num. 20. vsque 25. & hom. 8. num. 35. vsque 39. Secundo, quia erant diuersa miracula quæ petebant, hic & ille. h. 6. num. 39. vsque 46.

XI. *Volo, mundare.* Quam paratus est Dominus ad dandum tibi quod petis, nullum ponit medium inter supplicationem tuam & concessionem suam, quando petis cum qualitatibus quibus ille. hom. 9. num. 25. vsque 32. Bene dixit Moyses, quod ponderat Apostolus S. Paulus: *Ne dixeris quis ascendit in cælum, &c. prope est verbum in ore tuo.* hom. 25. numer. 65. & hom. 44. num. 41.

XII. *Volo, mundare.* Si ad voluntatem huius Domini es mundus, statim eris, quia in nullo plus delectatur quam quod eum rogemus, & velimus recipere de bonis eius. ho. 8. nu. 45, 6. videlicet eum Ihuas sollicitum quia nemo adibat eum ad petendum, cum ipse expectaret ad dandum. ho. 25. nu. 24 & h. 37. num. 17. vsque 27. Adeo desiderabat facere fauores & dare, ut quia Iudæi non adibant eum ad petendum, iuerit ad gentes ut eis erogaret. homil. 9. numer. 8. & hom. 25. num. 16.

XIII. *Volo, mundare.* Voluntas eius est prompta & disposita ad nobis beneficiendum, defectus est in nostrâ, quod non habeamus eam. veterem volentem recipere. ho. 10. n. 37. 38. Nomen Dei in Græco sumitur à verbo quod significat currere, ut ostendatur festinatio quâ occurrit ad nostrum remedium, quando eum rogamus. hom. 18. num. 56. & si non occurrit statim, sunt magis rationes conuenientiarum pro eius gloria, vel nostra utilitate. hom. 9. num. 30. hom. 32. n. 48. vsque 51. & hom. 42. num. 95. vsque 98.

XIV. *Mundare.* Est verbum Imperij. Sis mundus, Christus ostendit se verum Deum in operando solâ iussione. hom. 1. n. 39. & seqq. ho. 10. nu. 43. & ho. 31. nu. 72, 73. Ideoque dicebat sponsa quod opera eius essent torreatilia. Ponderatio S. Chrysost. h. 30. n. 45.

XV. *Vade ostende te Sacerdoti.* Ex dispositione legis erant Sacerdotes iudices Lepre, nec leprosus habebatur curatus donec esset à Sacerdote talis declaratus; tunc contingebat miraculum perpetuum: res admiranda & maioris mysterij. hom. 14. num. 34 & ho. 26. num. 25. Sicque misit Dominus hunc leprosum curatum ad Sacerdotem, ut Sacerdotes videntes eum curatum agnoscerent virtutem eius, vnde procedebat fides Centurionis. hom. 1. num. 10.

XVI. *Vade, &c.* Licet Christus eum realiter curasset, noluit ut pro tali se haberet donec Sacerdos declararet. Non vult te habere sanitatem tuam ut securam, donec Sacerdos, qui præsidet in Cathedra Ecclesiæ suæ

visibilis, eam decernat, talem. hom. 14. n. 13. vsque 16. hoc enim continet nobis ad securitatem nostram.

XVII. *Vade, &c.* Christus docet Catholicam doctrinam, quod licet te mundauerit à lepra peccatorum tuorum per contritionem, tamen semper hoc fiat in ordine ad potestatem quam dedit Sacerdotibus, ad quorum pedes ire debes ut tibi dicant: *Ego te absoluo,* ideoque disposuit poenitentiam Sacramentum ad nostrum beneficium. h. 19. n. 51. vsque 64.

XVIII. *Vade ostende te Sacerdoti.* Licet videaris tibi certus & habeas scientiam ad disponendum res animæ tuæ, quando aliquis se offert faciendum secundum legem Dei, ne facias secundum quod tibi soli videtur, sed adi Sacerdotem Dei loco positum ut disposuit octauum Concilium Toletanum. hom. 1. num. 10.

XIX. *Vade, &c.* Misit eum ad Sacerdotes ut declararet respectum eis debitum, illis enim mediatis beneficiis recipimus à Deo beneficia. h. 2. n. 12. vsque 18. & licet sint terreni, tamen per eos regit Ecclesiam. h. 14. n. 20. vsque 34. Ante ipsos stant maiores principes. hom. 14. num. 28, 29. Prælati debent sedere, quia est Symbolum auctoritatis quam habent, & fideles ante ipsos stare, ad significandam humilitatem & obedientiam, quibus debent eos venerari & eis obedire. Quando S. Ioannes Baptista ait, quod stabat ut amicus sponsi. Ecclesiæ, declarabat quod Mellis auctoritas erat Christi, quodque ipse tantum erat discipulus ad ei obediendum. ibid. num. 27.

XX. *Vade, &c. ostende te Sacerdoti.* Subiecit nos Sacerdotibus ad nostram utilitatem, & remedium leprosum nostrorum peccatorum. Si ipsi bene fungerentur officio suo in iudicando & discernendo inter lepram & lepram, non inuenirentur tot infirmi; si bene aspexissent & manum in leprosum extendissent; ut Christus facit. ho. 10. n. 41. & h. 24. n. 53, 54, 55. Confessarius qui loco Dei facit misericordiam in Sacramento poenitentiam, intelligat se in illo tribunali debere etiam iustitiam facere, ut talis sit poenitentia & satisfactio quæ proportionetur debito. hom. 24. n. 55. vide cui Sacerdoti te præsentas, qui bene possit lepram tuam noscere & de illa iudicare. hom. 37. num. 37.

XXI. *Offer munus tuum quod præcepit Moyses.* Lex Moysi præcepit Leproso curato offerre aliquos passeres Deo, in gratitudinem beneficii recepti. Sumus obligati sanitatem receptâ, vel remedio nostrorum malorum, Deum adire eum gratiarum actione, hanc solutionem requirit à nobis. hom. 17. num. 16, 17. 18. 22.

XXII. *Offer munus tuum.* Antequam offerret sacrificium passeris, volebat Deus leprosum adire Sacerdotem qui examinaret munditiam eius. Vide inquit S. Ambrosius obligationem aduerti Sacerdotem quando debes offerre sacrificium altaris, vel communicare, ut primo sit examinata munditia tua quantum est possibile. h. 24. n. 6.

XXIII. *Vide*

XXIII. *Vide nemini dixeris.* Circa hoc præceptum ponit S. Gregorius dubium, vel Christus voluit illud impleri, vel non: si voluit, cur non fiebat? si noluit, cur præcepit? Sed magnam habet doctrinam, pro nobis hæc docens nos quàm magnum periculum habeant bona opera nostra si videantur. h. 1. n. 27. Ad vincendum artes & inventiones Pharaonis infernalis medium efficacissimum est abscondere opera bona ab oculis hominum. Illi filij Israelitarum tantum vivebant quos poterant occultare oculis Aegyptiorum, & quò plus eos abscondebant, eò plus multiplicabantur Israelitæ. Sic bonorum operum vestrorum merita augebuntur, si illa oculis hominum abscondas. hom. 1. nu. 29.

XXIV. *At ille multo magis &c.* Si vis bona opera tua sciri, procura quantum potes ut legantur, & non sciantur, quanto enim plus ad hoc conaberis, eò plus illa Deus manifestabit. hom. 2. num. 52. & hom. 26. num. 17. 18. 19.

XXV. De secundâ parâ Evangelij, quæ est de Centurione visitatur h. 2. & quod infra notabitur pro die Iouis primò Quadragesimæ.

### DOMINICA QVARTA. POST EPIPHANIAM.

I. **A**scendente Iesus in maniculam secuti sunt eum discipuli eius. Matth. 8. Opus prodigiosum quod nobis Evangelista narrat de liberatione Apostolorum à tempestate, & pacificatione maris verbo eius, est simile alteri quod fecit Dominus alia occasione, de quo agitur ex proposito. hom. 4. eaque tota potest servare huic Evangelio.

II. *Ascendente, &c.* Non potes te excusare ab intrando mare, & tempestate ferenda, si sis discipulus Christi, cum hic intravit & tulerit, fors enim tua non debet esse melior eius sorte & Apostolorum eius. hom. 14. num. 10. vsque 13.

III. *Et ecce motus factus est in mari.* Erat certum in mari non duraturam malaciam, sed cito securam tempestatem; hæc enim est certa post illam, breviq; successura. h. 41. n. 7. 8. 9. & h. 11. n. 29. 30. Ad eam enim in mari suscitandam sufficit ventulus. h. 4. n. 12. vsque 26. non est navis in illo mari quæ possit vitare tempestatem. h. 24. n. 25. 26.

IV. *Et ecce motus, &c. ita ut manicula operiretur fluctibus.* Christus dilectos discipulos suos, quos secum habet, magna premit tempestate; quos enim plus diligit plus torquet. ho. 9. nu. 46. 47. & ho. 32. num. 23. & sequentibus. Deus excitat fortes ventos, sed sunt ad utilitatem naviculæ. hom. 9. num. 37. 38.

V. *Et ecce motus magnus factus est in mari, Christus*

erat ibi cum discipulis suis, tamen superuenit eis tempestas; unde non fuit bona ratio Marthæ: *Domine si fuisses hic, &c.* imò quia erat ibi cum suis, voluit tempestatem venire. hom. 32. num. 53. vsque 57.

VI. *Ipsè vero dormiebat.* Deus aliquando se habet ut dormiens, ad nos obligandum ut accurramus ad eum excitandum, id enim ordinariè non facimus nisi tempestate coacti, sicque potest dici quod S. Bernardus de dormitione Dei. *Dissimulatio est non indignatio.* h. 9. o. 25. vsque 30. fecit etiam ob alias rationes. hom. 42. num. 95. 96. 97.

VII. *Ipsè vero dormiebat.* Domine dormis iam quando tui sunt in afflictione? quiescis quando ipsi sunt in labore? Certum est cum non delectari laboribus nostris in quantum nos affligunt, sed potius compati, estque ut eos patiens, videns nostros. h. 31. n. 56. h. 32. n. 65. 66. Non est ut homines, quorum aliqui sunt sine affectione, non moventur enim nec commoventur videntes miseria aliorum. h. 31. n. 56. Idem quoque dixit David: Deum esse captivum secum suo populo. h. 27. n. 46. sed gaudet de laboribus istis & afflictionibus suorum, eisque recreatur, ut spectaculo glorioso ad suam gloriam. h. 4. n. 29. vsque 42. & quia sunt ad nostram utilitatem augentque nostram spem. h. 32. n. 21. vsque 30.

VIII. *Suscitaverunt eum.* Currunt ad eum ut ventos sedet, & tempestatem, quia sciunt, licet dormiat, ipsum excitare & facere motum ventorum: sic intellexit Centurio. h. 2. n. 47. & sequæ & Chananaea. h. 9. num. 23. 24. Sicque intellige & tu de tempestatibus infirmitatis, paupertatis, &c. in quibus te ponit vel aliquamdiu relinquit.

IX. *Suscitaverunt eum.* Quando veniunt tempestates quæ te angunt, accurre ad Deum excitandum; idem enim proponuntur istæ historiae divinæ, sicque nos docuit Christus Dominus nosse in seipso & quia non ita facis non sedantur tempestates tuæ. hom. 26. n. 8. vsque 14. & hom. 42. num. 92. 93.

X. *Domine salua nos perimus.* Quam bona oratio non est opus multis verbis variatis per figuras rhetoricas coram Deo, qui misericordiâ suâ liberavit nos ab ista curâ, nec aliud vult nos dicere quam *Domine salua nos perimus*, utilis discursus. hom. 42. num. 94.

XI. *Cur timidi estis mendica fidei?* Parva fides nostra patet cum timeamus habentes Deum. Quid times famem, paupertatem, infirmitatem, si habes Deum eique servias? Conqueritur Deus sibi iniuriam fieri, quando ei non id fident quod bono amico: estque certum, si ei servis, quod non deseret te in labore, ut dæmon, mundus; caro. h. 27. n. 8. vsque 23. est stultitia fidere in hominibus, qui sunt pictæ imagines. h. 10. n. 39. 40. si haberes tam vivam fidem quam debet parum turbarent te venti qui commovent hoc mare.

E hom.

INDEX CONCIONATORIUS

h. 27. n. 37. vsque 40. Cum maiori ratione conqueritur de re quam de Rege Aza ib. n. 40. vsque 45.

XII. *Cur simidi &c.* Dominus voluit probare fidem Apostolorum ponendo eos in tanta anxietate: nisi virtus tua probetur eam non habes securam licet tibi videatur valde fortis, in occasione enim videbis eam deficere. Sicque fuit debilis fides discipulorum in occasionibus, & in multis sanctis ostendit se talem, quando erant in medio tempestatis. hom. 27. num. 40. vsque 45. singulariter patuit in Sancto Petro. hom. 43. num. 23.

XIII. *Surgens imperavit ventis.* Surrexit, ostendens quod verè se ponat ad nostram defensionem, id significat verbum: *Surgens*, sicut dixit S. Stephanus: *Video Iesum stantem à dextis &c.* Ut ostenderet quam verè se disposeret in eius fauorem. Etiam sic accurrit Deus ad nos liberandos à laboribus nostris; aliter accurrimus nos ad res servitj eius, non verè & ex proposito vt debemus. hom. 21. nu. 37. & hom. 38. num 15. 16.

XIV. *Imperavit ventis.* Ostendit se Deum regendo ventos cum imperio, quia illud est supremum Dei Dominium, agere cum ventis & tempestatibus imperando, & obediunt ei melius, quam tibi famuli tui. h. 2. n. 28. & 27. vsque 30. h. 31. n. 72. 74. & h. 32. nu. 79.

XV. *Facta est tranquillitas magna.* In puncto facit tam magnam quietem in mari adeo turbato, potest idem, novitque facere in anima quæ erat, vt ait Propheta, quasi mare feruens. h. 38. n. 123. 124.

XVI. *Mirati sunt dicentes quis est hic?* Ex hoc Domini opere elicerunt respectum debitum personæ eius quasi diuinæ, in eius fide se firmantes: non vt aliqui rep. obi, qui mirantes quo plus mirabantur eò miris credebant ei. h. 29. n. 21. Imò videntes ista opera, determinarunt eum occidere, supremam committentes malitiam & proditorem. hom. 39. num 9 vsque 13.

DOMINICA QUINTA POST  
EPIPHANIAM.

*Simile est regnum calorum homini qui seminavit bonum semen in agro suo* Matt 13. hac parabolâ declarat Dominus difficultatem quæ multis magna erat. Si Deus regi mundum & suam Ecclesiam, quomodo sunt tot mali & malia in illo & illa cum prudens gubernator debeat hæc & illos tollere nec permittere in sua Republica quantum ei possibile: Dominus autem declarat principium illorum dæmonum esse, qui seminavit zizania, Deum, quæ permittere diuino consilio, ad bonum suorum qui sunt triticum, quod est congregandum in ecclesia hor-

rea. hom. 27. num. 21. 22 & ho. 43. n. 2. 3.

II. *Simile est regnum calorum homini qui seminavit bonum semen &c.* & venit inimicus homo &c. Vide quid Deus fecerit & quid dæmon faciat; à principio mundi Deus seminavit bonum semen in nostra natura; statim accurrit dæmon & superseminavit zizania malitiæ, & odii, hom. 39. nu. 29. 30. 31. Singulariter in uidiæ cuius est particularis Seminatio. hom. 7. num. 8. 9.

III. *Superseminavit zizaniâ.* Cogitationes operaque pullulant in campo cogitationis hominis, hominis, quæ non videntur ibi posse nasci, nisi Satan seminasset malitiæ semen, vt patuit in Cain, Saule, Iuda, & Iudæis quibus dicebat Dominus: *desideria Patris vestri uultis perficere* hom. 34. num. 47. vsque 50. & hom. 45. num 7. 8.

IV. *Venit inimicus homo &c.* superseminavit zizania. Vocat dæmonem, inimicum suum, hominem, quia aliquando homo est talis, vt vocetur dæmon, & symbolizat vnus cum alio. Imò aliquando potest homo tantum progredi in malitia, vt non tantum adequat dæmonis malitiam sed etiam excedat dæmonum multorum. homilia 8. numero 21. 22. 23.

V. *Venit inimicus, &c.* zizania. Deo seminante bonum semen accurrit dæmon inimicus eius eo animo vt perdat, ne enascatur, oppugnans quemuis in cuius anima videt Deum seminasse. hom. 5. num. 2. 3. 4.

VI. *Superseminavit zizania in medio tritici.* Non accurrit ad auenam, milium, ad ea perdendum, sed ad triticum. Dæmon enim maximè conatur perdere Sanctos, tantoque vehementius quando videt excellentiora hom. 5. ad. 8.

VII. *Cum dormirent homines.* Incuriâ Prælatorum parentum, Dominorum, & gubernatorum dat locum dæmoni ad seminandum zizania peccatorum, dissolutionum, ideoque strictus petetur ab eis computus hom. 15. num. 39. 41. 42. & h. 35. n. 21 vsque 25. Si vna filia sufficit ad causandum Patri continuum desolationem, quid facient tot spirituales quas habet Prælati in quavis anima subditorum suorum? vtique satisfaciat officio suo debet esse vt pictura respiciens ad omnes partes, & si in hoc deficiat debet magnam Deo reddere rationem hom. 15. num. 39.

VIII. *Cum autem dormirent homines.* Prælati, Superiores, & Gubernatores, habent obligationem vigilandi; ideò enim dantur dignitates: & non vt deint se somno: idque significatur nomina illorum; iofulæ & mitræ Episcoporum, virgæ gubernatorum & Prætorum h. 15. n. 3. vsque 42. & ho. 17. nu. 33. & h. 42. n. 31. non possunt esse vt idolum lapideum tantum boni ad recipiendum, sed debent per seipfos implere ministeriū suum magna cū sollicitudine. h. 14. n. 38. Ex quia custodia gregis pendet à Curâ Pastoris, hic debet solvere si aliquid

aliquid peccatur ex grege; sicque debet Prælati solvere perditionem ovium suarum, quia omnes dependent à curâ eius ut Pastoris. *ibid.* num. 43.

**IX. Cum dormirent homines.** Si des te somno inimicus tuus habet campum liberum: debes valde excitatus esse, & necessitas vigilandi incumbit tibi, existendique cum mille oculis apertis, ut animalia Ezechielis, cum habeas millia inimicorum nunquam dormientium. *hom. 5. n. 22. vsque 27.*

**X. Cum cravisset herba & fructum fecisset, apparuerunt & zizania.** Statim ubi apparuisset triticum apparuerunt & zizania illi contraria: cum primum enim bonum triticum in te apparuerit, habebis contra te totam Satanae malitiam & malorum. *h. 5. n. 2. 3.* Cum apparuerunt fideles quos Christus Ecclesia sua seminabat, detexerunt se contra illos furibundi Imperatores, Tyranni, & crudeliter, sicque prophetae sicut Michæas. *ho. 41. n. 91. 92.* Quamdiu erat hic iuuenis à natiuitate cæcus, ne mo se opponeret ei: cum autem videbat, & fructus fidei eius apparebat, totus mundus se contra eum leuabat, ut contra Paralyticum, contra quem nulus pugnabat triginta & octo annis Paralyticus eius, sed eum appareret curatus & ostenderet virtutem Christi, zizania Phariseo. ubi apparuerunt. *h. 18. n. 102.* etiam apparere tritico excellentium operum ipsius Christi apparuerunt zizania quæ Satan seminaverat in eorum cordibus auaritie, nitiæ, superbia. *h. 19. n. 8. vsque 23.*

**XI. Domine nonne bonum semen seminasti in agro tuo? Unde habet zizania?** Possenus hanc peti onem Deo proponere, posito namque tam bono semine in nostra natura quando eam creabat, videmus eam adeo plenam zizaniis, infirmitatibus, pœnis, & morte. Responderique nobis, illud semen non fuisse à manu sua, sed demonis, & nostra: unde est semen peccati, radix omnium malorum. *h. 13. n. 28. vsque 36.* Seminare autem peccatum fuit seminare mortem, hancque feminas de nouo semper quando peccas, indeque nascuntur infirmitas tua. *h. 13. n. 34. 36.* Ideo vocabat Moyses peccatum: *Radix germinans vel amaritudinē.* *h. 37. n. 57. vsq. 59.* ex isto semine nascuntur omnia zizania peccatorum, ut ex semine gratia quod seminavit Deus, nascitur ex nunc participatio quædam tritici gloriæ. *h. 37. n. 53.*

**XII. Domine nonne bonum semen, &c. inimicus homo hoc fecit.** Ne conicias in Deum culpam zizaniorum perditionis tuæ, sed in te, qui cum sis homo es inimicus Dei & tuus ipsius; ne conicias culpam in Deum, quia nunquam præterit malum tuum. *hom. 37. n. 51. 52.* tu es tibi maximus inimicus, & qui tibi maximum facis damnum. Seminaque zizania in mains damnum tuum, quam possit tibi facere omnis creatura. *hom. 13. num. 28. vsque 37.*

**XIII. Dixerunt serui eius ubi & colligimus ea? Deus habet famulos ad nutum qui sunt Angeli, tam zelosi**

in his quæ concernunt Dominum suum, ut videntes offensas in eum commissas, si permitteret eis statim earum auctores mactarent, vnus eorum occidit vna nocte centum octoginta quinque millia militum exercitus Regis Sennacherib, & nudato gladio Angelus occurrit Balam quando ibat ad maledicendum populo Dei. Debesque scire, quod eo momento quo committis peccatum mortale contra Deum, datur sententia mortis contra te, & boni malique Angeli exequerentur eam, imò omnes creaturæ, si Deus daret eis licentiam. *h. 13. n. 41. 42.* Quia es zizania opprimens & auferens virtutem tritico, petunt contra te iustitiam Angeli, cæli, iusti, terræ, demones, tuæque peccata propria, quorum clamor venit coram Deo ut Sodomorum & Ninive. Sed Dei misericordia detinet eos dicens: *Sinite vsque ad messem* facitque id quod Thecutis dicebat: *Retrahit cogitans.* *ho. 37. n. 22. 23.*

**XIV. No foris eradicanes &c. sinite vsque ad messem.** Magna Dei misericordia dantis tempus & spatium peccatori, quia si statim ac quis peccat daret locum mactandi eum, multum tritici perderetur, cum multi qui hodie sunt zizania, habentes spatium, fiant triticum quid fecissent Sancti; Petrus, Paulus, Magdalena sine ista Dei misericordia dantis eis spatium & tempus. *hom. 35. num. 36. 37.*

**XV. Sinite utraque crescere vsque ad messem.** Mirabile mysterium crescentibus zizaniis, etiam triticum crescere; quia quanto plus crescit malitia peccatorum contra bonos, tanto plus crescit sanctitas horum; & quanto plus crescebat crudelitas Tyrannorum, magis crescebat sanctitas & meritum Martyrum. *h. 23. n. 35. vsque 40.* ideo permittit Deus peccatoribus ut erigant se contra Sanctos, quatenus sic plus resplendeat eorum sanctitas in mundo; permittitque malos habere auctoritatem & potestatem in populos, & quod eam totam conuertant contra honos, & in eos mitant fluxus crudelitatis & Tyrannidis, ut fiant pulchre figure insignis sanctitatis. *Alms conceptus S. Aug. st. ibid. n. 37.*

**XVI. Sinite utraque crescere. Ne est magna Dei misericordia erga bonos, dare eis tempus crescendi in virtutibus & meritis, & multis diebus eos relinquere iustos zizaniis ab his patientes ut Iacob ab Esau. *h. 16. n. 37. & h. 32. n. 27.* Quia quantum crescit in eis labores, crescit multiplicatio; Messis meritorum: ut secundum gradationem cubitorum aquæ superuenientis Nili fiebat terra Egypti fertilior, erantque Messis & fructus eius abundantiores. *ibid. nu. 27.* magna est punitio iræ Dei linquere zizania ut crescant in libertate sua, estque suprema Deo linquere zizania ac crescere quantum volunt quod fit quando relinquit peccator se extendere in suis appetitibus, & voluntate suâ facere. *h. 35. n. 12. vsq. 32. vsq.* magna Dei misericordia quæ non permittit te crescere quantum vis sequendo appetitus**

INDEX CONCIONATORIVS

tios & libidines. *ibid.* num. 33. vsque 36. Ostenditque tibi Theodosios misericordiam suam detinendo in labore & morbo quem tibi dat, cuique alligat gressus tuos, ut non eas eo, quo tendebas, ubi orat perditionem, à qua te liberat hoc medio. *ibid.* n. 35. sapè putant homines damnum suum esse in labore qui eos detinet, impediuntque executionem suorum propositorum, cum in illis sit vita eorum vita, omneque bonum, ut patuit in Balaam, qui putabat se impediri in via tendente ad maledicendum populo Dei ab asina, cum in hac detentione consisteret vita eius. *ibi.* n. 35.

XVII. *Ne foris eradicantes zizania eradicetis & triticum.* Hic vides cur Deus toleret zizania in mundo, ad bonum & beneficium tritici quod declarat Paulus dicens: *Sustinuit in multa patientia vasa iræ apta in iustitiam ut ostenderet diuersis gloria suam vasa misericordie qua preparauit in gloriam.* h. 27. n. 19. vsque 23.

XVIII. *Sinite vsque ad messam.* Videtur magna inordinatio, in agro zizania occupare meliorem locum, esseque latius extensa, libereque virtutem tritici quod est coactum & angustiatum; ne sis sollicitus, quia veniet tempus quo omnia ponentur ordine dabiturque zizaniis locus meritis & tritico suis, omniaque ordinate componentur. h. 6. n. 29. vsque 33.

XIX. *Tunc dicam messoribus, colligite zizania ad comburendum triticum autem.* Dicebat ergo Christus: in die messis, qui erit iudicij, facient Angeli diuisionem bonorum & malorum, & colligent malos facientes de illis diuersos fasciculos, secundum hoc *Colligite zizania in fasciculos.* h. 6. n. 52. 53. Principes mali cum famulis suis qui vnà ibent ad dissolutiones suas, vadant vnà ad penam, si que eu ulius pena crescat. h. 35. n. 22. vsque 25. Colligati inimicem, nobiles cum plebeis, vasalli cum Dominis. h. 28. n. 52. 53.

XX. *Colligate zizania in fasciculos.* Erunt colligati & religati, nec vnquam videbunt se nisi eros, iteque dicuntur se pulsi in coemeterio inferni: *Ægyptij in vna sepultura, Assyrij in altera, &c.* eadem enim est varietas sepulchrorum, quæ fasciculis. h. 16. n. 37. 38.

XXI. *In fasciculos ad comburendum.* Vides hic finem zizaniorum de quo Paulus: *Cuius consummatio erit in combustionem.* O quam tristis lectus ignis & quam potens erit, quem habet Deus paratum ad comburenda ista zizania, habebit qualitates necessarias, qui erit vt particularis minister Dei ad faciendam vindictam de inimicis eius. h. 16. n. 59. vsque 64.

XXII. *Ad comburendum.* Erit fornax ab illo parata pro zizaniis, tam comburens & in specie ignis tam tremendi, vt eius sola consideratio possit refrænare maxime liberos, & facere vt cum patientia ferant omnes huius penas vite. h. 16. n. 40. vsque 46.

XXIII. *Triticum autem congregate in horreum meum.* Felix triticum quod congregatur in tale hor-

reum non tam vt Deus eo fruatur quam vt id fruatur Deo. h. 11. n. 31. 32. h. 41. n. 62. 63.

XXIV. *Triticum in horreum meum.* Vide hanc sententiam de zizaniis & tritico executioni mandata in dñite epulone, qui erat vt zizania pulchra & viridia, deglutens omnem virtutem bonorum temporalium; & Lazaro qui vt triticum erat collectus: veniente messis tempore, vterque fuit præcisus falce mortis. h. 16. n. 35. sed zizania fuerunt coniecta in ignem consumentem, & triticum ab Angelis portatum in horreum sinus Abrahæ. h. 16. n. 32. vsque 35.

XXV. *Congregate in horreum meum.* Bene significatur cælum Symbolo horrei, quia ibi est triticum iam securum à periculis quæ habebat in campo in quo erat illis cinctum & malè tractatum à zizaniis. h. 11. n. 29. 30. 31.

XXVI. *In horreum meum.* Zizania colligata in fasciculos ibunt in ignem, sed triticum liberum sine vinculis purum ponetur in horreo: Sancti enim ibunt ad cælum ubi desinent eorum vincula, quod dicitur Prophetæ: *Saluo sicut visuli de vinculis relaxati.* h. 6. n. 53. finient vincula quibus in hac vita fuerunt constructi; & appetus habent constructos quantum eos mali gerunt liberos. Finient vincula & grauis caro bonorum. h. 11. n. 33. 34.

XXVII. *In horreum meum.* Vt qui vult congregare triticum habet paratum granarium ab initio factum ex intentione seruandij tritici, sic à principio parauit Deus cælum pro bonis. h. 6. n. 51. veniente Christus ad illud promulgandum implens quod Prophetæ dixerat: *Eructabo abscondita à constitutioni mundi.* h. 41. n. 78. 80. vsque 82.

DOMINICA SEXTA POST EPIPHANIAM.

I. *Simile est regnum cælorum grano sinapis.* Matth. 13. Per varias metaphoras & similitudines, & diuersis nominibus declarat nobis Christus personam suam, mysticam suam, Ecclesiamque suam sanctam, quæ vno solo non bene declaratur. h. 33. n. 2. vterque in istis similitudinibus rebus maxime communibus, & quas magis habemus in manibus. Videtur in hoc Euangelio intrare per portas nostras, vt ait S. Petrus Chryzologus, modo se declarat tibi similitudine sinapis & fermenti. h. 41. n. 68. vsq; 71. & quamuis sinapi sit res parua eo tamè detegit magna mysteria. h. 32. n. 19.

II. *Simile est regnum cælorum grano sinapis.* Per hoc intelligunt aliqui Christum qui se vocat regnum cælorum, quia in se includit omnes eorum diuitias: quo declarat nobis profundum mysterium, quod mundus non intelligebat de personâ eius & quod de personâ erit. Grauum sinapis est paruum in se, habetque

minorem apparentiam inter alia semina, cumque appareat tam paruum in se videtur multo minus quando feminatur, sic ut visum effugiat sed per id ipsum fit maius ut arbor, ita ut volucres caeli nidificent in ramis eius. Christus fecit se maxime paruum & humilem, inter homines, tam pauperem, ut non haberet domum nec focum; tam abiectum, ut videamus in Evangelio concivis eum vocasse filium Fabri; cumque se tam paruum fecisset, minorem se fecit feminatus in morte & passione sua, ut Propheta de ipso dixerit: *Nec repu- tatus eum*, sed per id ipsum renatus resurrectione crevit in tantam magnitudinem ut in nomine Iesu omnia genuisse videntur. Hæc fuit via eius debetque vestra esse. hom. 15. nu. 10. vsque 14. Est Lapillus quem vidit Nabuchodonosor. hom. 41. n. 44. vsque 55.

III. *Grano sinapis*. Hoc est parvum in se, sed habet magnam vim, quam non ostendit nisi molitum & comminutum dentibus, tunc facit sternutare, monereque totum corpus, & inflammat, purgatque caput, facitque ex oculis lachrymas stillare; S. Ambros. serm. 1. ait: *granum sinapis prima fronte speciei sui est parvum, vile dispectum, non saporem præstat, non odorem circumferens, non in odore suavitatem; at ubi teri coeperit, statim odorem suum acrimonia exhibet, cibum flammæ saporem exhalat, & tanto feruoris calore succenditur, ut mirum sit in tam frivolis granis tantum ignem fuisse conclusum, cuius etiam cibum homines hæmæ præcipue temporis magna pro suavitare percipiunt, quatenus repellant frigora, humores egerant, viscerum interna calefaciant.* Sic Christus Dominus noster videbatur in se pauper & contemptus, sed ostendebat vim suam ut contemneret ad gloriam suam, & vilitatem nostram, quando se comminuit & moluit, attritus, ut dicebat Propheta laboribus, flagellis, & cruce. ho. 36. nu. 5. hic ostendit magnam vim suam ut declarat David dicens: *Ipsi est in terris ligni vermiculus*. h. 41. n. 88. vsque 91.

IV. *Simile est regnum caelorum grano sinapis*. Etiam dicuntur regna caelorum sanctorum in quibus regnat Deus, illaque sunt regna eius electa. h. 22. n. 35. vsque 37. & in seipis includunt & gestant regnum caeli in hac vita per testimonium bonæ conscientie, ut mali ex nunc gestant in se infernum portatilem, ho. 37. n. 37. vsque 67. Illaque sunt regna in quibus Deus regnabit æterniter in quo declaratur profundum mysterium. ho. 41. n. 62. vsque 65. Illa regna non sunt pro Deo ut terrena pro Regibus terræ. ibid. num. 30. 60. 61.

V. *Grano sinapis*. Apostoli & discipuli Domini fuerunt parvi in se, sed in his quavis essent parvi inter homines, ut granum sinapis inter alia semina, triumphat magnitudo Dei. hom. 7. n. 15. & seq. Singularis discipulus S. Chryl. h. 30. n. 45. vsque 48. tam parvum re ut Samaritana, tam abiecta, & vilis, vltra quod esset mulier fragilis, convertit civitatem Samariae; non enim

debebat minus esse potens sapientia Dei, quam malitia Satanae. hom. 25. num. 6. vsque 16.

VI. *Grano sinapis*. Non debebant discipuli magis esse privilegiati quam magister, unde, ut hic ostendebant vim suam communiti & tribulati. Fuerunt pretiosus hortus, sponsi, qui per flatus ventis tribulationum, dat suavem odorem virtutum suarum. h. 9. n. 36. vsque 39. fuerunt ut oves, nam balantes & morientes, moliti ut sinapi dentibus potentium mundi; totum hunc alterarunt, converterunt, purgaruntque mundum. h. 41. n. 91. 92.

VII. *Simile est regnum caelorum grano sinapis*. S. Ambros. intelligit fidem, & verbum divinum, quod vocatur regnum caelorum, quia eorum mysteria continet, & S. Paulus dicebat esse radicem bonorum quæ speramus. Illa videntur minima & humillima doctrinarum terræ, sed quando ceperit feminari, ita mansit superior, ut omnes vicerit, & deglutiit ut serpens virga Moysi deglutiit factos a magis Aegypti. ho. 31. n. 35. recte vocatur vicia. ibid. n. 72. Time si non producat effectum in te. ho. 35. 42.

VIII. *Grano sinapis*. Ut hoc, si recipiatur in terra, & que tegatur, producit ex se arborem pulchram & magnam, & si teratur dentibus ostendit vim suam ad caput purgandum, sic & verbum Dei, si recipis in corde, & comminuas consideratione. ho. 19. n. 43. & 72.

IX. *Iterum simile est regnum caelorum fermento*. Christus multiplicat parabolas, sciens quam cito obliviscamur eius quod nobis dixerat per vnam, ut eius recordemur per aliam. hom. 33. num. 25. 26.

X. *Simile est regnum caelorum fermento*. Rei tam abiecta ut fermentum comparat rem tam magnam ut regnum caelorum, utque intelligamus, humiliat Dominus stylum suum, & simili tam domestico ut fermento, quod ancilla gestat in manibus, declarat duo suprema mysteria fidei suæ: incarnationis quæ assumpsit carnem nostram condicens eam divinitate sua tamquam fermento: & SS. Sacramenti Eucharistiae in quo de carne sua fermentatos, &c. fermentata facit fermentum ad condiendam massam indigestam carnis nostræ. ho. 41. nu. 68. vsque 71.

XI. *Simile est fermento quod abscondit mulier in farina satis tribus*. Christus fuit fermentum quod condidit massa Scripturæ divinæ factæ de tribus mensuris, id est tribus modis Prophetiarum, quos omnes condidit, & perfectionem eis dedit. hom. 15. n. 20. 22. Idque indicant Evangelistæ, qui referentes acta Christi, testantur Prophetias impletas & conditas supremo mysterio. hom. 41. num. 34. vsque 37.

XII. *Fermento quod abscondit mulier in farina satis tribus*. Fermentum est divinum Symbolum verbi Dei, si hoc abscondas tegaque tribus illis mensuris de quibus S. Paulus *Spiritus animo & caro* condidit totam massam illam. hom. 19. num. 43. 44.

XIII. *Hac omnia locutus est Iesus in parabolis, &c. ut impleatur, &c. Eructabo abscondita à constitutione mundi.* Christus venit ut declararet regnum cœlorum præparatum & absconditum à constitutione mundi, idque fecit tam sermone ut declarat verbum *eructabo*, quod significat, euomam, quod licet videatur indecens mirabilis est mysterij. hom. 41. num. 80. 81. 82.

## DOMINICA SEPTVAGESIMÆ.

**S**imile est regnum cœlorum homini Patri familias qui exiit primo mane, &c. Matt. 20. Christus proposuit multas parabolas, ut his declararet regnum cœlorum; venit enim ad illud prædicandum & detegendum, quod ante non fuerat auditum in mundo. h. 41. n. 78. Vtique bene declararet, proposuit tot & tam diuersas parabolas, implens quod dixerat per Dauid: *Eructabo abscondita à constitutione mundi.* h. 41. n. 80. 81. 82. & ordinariè per regnum cœlorum vna vice intelligit statum gloriæ, ad quam nos vocat, alia statum Ecclesiæ, in qua nos posuit, quæ est quasi vestibulum illius palatii, quod non possunt intrare qui primo non fuerunt hic in Ecclesia. h. 10. n. 15. 16. eoque voluit declarare nostram obligationem, & vocationis nostræ, ut intelligamus quod nos posuit in hoc Ecclesiæ regno, vt ad gloriam perueniamus quod sæpe debemus confiderare. hom. 11. num. 8. 9. 10.

II. *Simile est regnum cœlorum.* Hac parabola vineæ cui regnum cœlorum comparat, id est Ecclesiam suam, declarat nobis mirabilia mysteria, quæ prosequimur. h. 17. cur plantarit istam vineam, quam sciebat daturam amarum fructum. n. 10. 11. cur Christianus dicatur palmas. n. 12. 21. Quomodo circumdedit eam ad eius custodiam. n. 22. vsque 29. quomodo curet eam prouidendo ei de omni re necessaria. n. 21. quo modo petat fructum ex ea. n. 34. vsque 42. quomodo seci prouideat de operariis qui eam colant. n. 33. 34. 45. Quomodo querat ex ea fructum & puniet non dantes. n. 46. vsque 53.

III. *Qui exiit primo mane conducere operarios.* Notat curam quam habet istius vineæ in prouidendo ei de operariis, & declarando quod surrexit idcirco ad auroram, quia id fecit à principio mundi. Phrasis valde visitata per Prophetam Ieremiam. c. 7. nu. 25. *Misi ad vos omnes seruos meos Prophetas per diem confurgens diluendo &c. ca. 25. n. 4. Misi Dominus ad vos omnes seruos suos Prophetas confurgens diluendo.* Hæc est magna misericordia tot operarios mittere. Noterat nossem cœcitate, si enim ipse non misisset nobis operarios ad nostrum remedium, peccatores non curarent eos vocari, nec quererent eos, decumbunt enim Letargo peccati, vt dixit S. Augustinus. hom. 22. num. 7. vsque 11.

IV. *Conducere operarios in vineam suam.* Dat bene nomen Ministris, qui sunt Prælati, Patres familias,

vocans eos operarios, quique enim debet esse, qualem S. Paulus requirit: *Cura te ipsum exhibere operarium inconsultibilem.* Vtique declarabat S. Aggidius h. 14. n. 36. posuitque mensuram præmij, quæ est laboris, non fructus, cum mirabili mysterio, & nostra utilitate. h. 21. nu. 35. Sancti id sciens fugiebant sincerè dignitates, illas enim acceptantes sciebant esse debere veros operarios. h. 15. n. 33. vsque 42. vtique si sint in vinea male herbarum, & palmites neglecti, culpa conicitur in operarios, qui habent curam procurandi eam: ita defectus subditorum, filiorum, & famulorum attribuntur Superioribus, peteturque ab eis ratio illorum, hom. 13. num. 6. 7. 8. & hom. 35. num. 23. 24.

V. *Exiit primo mane conducere, &c.* Ita mane iste Pater familias, vt semper sit primus qui surgit, quia est semper primus qui accurret ad quodvis bonum animæ nostræ faciendum, secundum hoc Ioannis: *Non quasi non dilexerim eum id quia ipse prior dixit nos.* h. 18. n. 52. Ita paruit in Samaritanis. h. 25. nu. 45. & in S. Petro. h. 44. n. 54. ideo rogat Dauid Sanctos vt eum laudent, quia antequam illi expergiscerent iam surrexerat iste Pater familias, agens de bono eorum. h. 30. n. 20. Quotumvis mane surgas inuenies eum surrexisse ideo ait: *Qui mane vigilauerint ad me inuenient me.* Sap. 6. dixitque Sapiens: *Proceperat qui se concupiscunt vt illis se prior ostendat, qui de luce vigilauerint ad illum non laborabis, assidentem enim fortibus suis inuenient.* Anticipant nos misericordie eius, nostræque miserias præueniunt. h. 17. n. 29. vsque 33. Ideo etiam exiit de Ierusalem festiuanter tempore passionis suæ vt ille primus qui expectaret in loco suo. h. 42. num. 35. 36.

VI. *Conducere operarios.* Vult nos operarios, vt simul eamus cum eo, vt ipso faciente pro sua parte quod nostram saluationem tangit, tu pro tua simul opereris. h. 15. n. 23. 24. & h. 21. n. 51. vsque 36. primo loco est necessaria Dei manus, sed tuam vult etiam laborare. h. 24. num. 48. 49. & hom. 35. num. 12. vsque 25.

VII. *Conducere operarios.* Deus vult operarios pro vinea sua vt ipse operetur per illos, & illi per virtutem eius. Vt prædicatores opus suum perficiant, debent ite simul vt prædicatores loquatur ad aures corporis, cordis vero Deus, eantque simul vt Deus & Moyses ad aquas de Petra extrahendas. hom. 29. n. 11. vsque 18.

VIII. *Conducere operarios.* Poterat nos obligare ad tota vita laborandum non dando plusquam dedit nobis cumq; sit absolutus noster Dominus, tamen dicitur nos conducere, faciens contra sum de pretio laborum nostrorum, vt ad illos obliget nos; nil enim animat ad aliquid attendendum vt præmium, quod quando est magnum, facit omnem laborem parui fieri. Præmium autem quod proponitur est tam magnum vt non possit esse maius, quia est gloria eterna significata vt ait S. Augustinus. de verbis Domini, per Cesarium diurnum, quem

quem promittit omnibus laborantibus in vinea: primum sufficiens ad quemlibet laborem accipiendum. h. 11. n. 2. vsq. 12. Etiam leuis labor nos fatigat, quia non aspicimus in remuneracione. ho. 11. n. 39. 40. Sancti eam aspicientes parui faciebant dies noctesque in vinea laborare. hom. 15. n. 14. 15. Ioseph dedit primogenito suo nomen Manasses, id est obliuio, quia bona & gloria presentis, in qua se videbat quando nascebatur ille induxerunt obliuionem omnium laborum prateritorum; & Sanctos omnia quae patiuntur per totum discursum vite suae obliuisci facit fruitio gloriae presentis, quam habent quando eam considerant. ib. n. 14. S. Caprasius petit à Deo in signum Martyrii, vt ex rupe antri in quo vivebat fons aquae exiliret, videntque sibi concedi, exultauit vt gigas ad patiendum, contemnens regna quae Maximanus Imperator ei offerebat, qui gloria quae detegebatur ei in Martyrio, coegebat eum parificare omnia regna mundi, & minus sentire tormeta. ibidem num. 14.

IX. *Conuentione facta ex denario diurno* Hic est *vita aeterna* ait S. August. ser. 59. de verbis Domini, quia ista moneta denarii accepit nomen à decem, qui numerus est perfectus, includit enim omnes alios numeros qui peruenientes ad illum non possunt transire sed reduplicantur. h. 17. num. 37. 38. ita gloria includit omnes fructiones, satisfaciones, & diuitias. h. 11. n. 23. vsque 33. est tam magnum bonum & excellens, vt etiam postquam est propositum, non possimus illud efficaciter desiderare, nisi Deus voluntatem nostram roboret supremo dono sp. h. 12. n. 13. vsque 20. sicque proponit, vt amet nos ad laborem vineae, id est ad seruitium suum, & beneficium animae nostrae magnum enim praemium facit etiam bouem volare. h. 12. n. 13. vsque 20.

X. *Conuentione facta ex denario diurno*. S. Aug. dicit hanc esse gratiam noui testamenti vocare nos ad laborandum, sed simul proponendo nobis praemium gloriae, quod non proposuerat Deus explicite antiquis. licet eos obligasset ad labores grauiiores, & onera, de quibus dixit S. Petrus: quae neque nos neque Patres nostri portare possumus. h. 41. n. 78. Postquam aspersisset omnem populum sanguine vitulorum, quos Moyses obtulerat Deo, Aaron & Moyses, & septuaginta seniores ascenderunt in montem quem Deus signarat, vbi se ostendit vt iactuosus Rex in throno circumdata Seraphinis, & quamuis Deum viderent non moriebantur, quia iam erant aspersi sanguine Mysteriosi vituli, qui fuit figura sanguinis Christi, qui tundare debebat nonum testamentum, in quo homines illo aspersi, faciunt sibi proprios Christi labores & mortem, iamque perueniunt ad visionem Dei cum vita aeterna, in splendido Throno gloriae eius. h. 41. n. 77. facitque nobis hanc gratiam quod laborem nobis imperatum proponat simul cum praemio, vt vnum non aspiatur sine alio, & amor vnius nos ro-

bores ad aliud. hom. 15. num. 27.

XI. *Conuentione. Ser. Diurno*. Omnibus dabitur idem praemium, nam licet aliqui habituri sint maiorem gloriam in caelo, cum possessione illius denarii qui est esse Dei diuinaeque essentiae eius, omnibus tamen dabitur omnino integer, ac si se Sol communicasset multis adamantibus, potuissetque se totum in quouis, omnes haberent totum in quouis, licet plus lucem eius participarent & differenter, secundum quod quisque esset maior vel minor, purior, & tertior in se. Ita sanctus Augustinus serm. 19. de Verb. Domini: *Quamuis meritum diuersitate fulgebunt alius magis alius minus quod tamen ad vitam aeternam pertinet aequaliserit omnibus*. Vnde omnibus dabitur integer denarius diurnus in possessionem, vt iam datur in pignus in sanctissimo Sacramento: *Sic totum omnibus quod totum singulis*. h. 12. num. 13. vsque 28. & hom. 41. num. 63.

XII. *Conuentione. Ser.* Petit à nobis laborem nostrum & promittit nobis praemium, quantum enim beneficium resultat vineae ex labore, tantum est pro nobis, ipso non egente. h. 17. nu. 34. 35. 36. Vnde petens à nobis labores nostros ad nostrum beneficium proprium promittit nobis bona sua ideoque petit vt demus ei labores nostros. h. 25. num. 43. 44.

XIII. *Conuentione. Ser.* Conuenit nobiscum vt fundet rationem iustitiae in suis donis propriis quae nobis dat ex gratia, quo probat se verè & perfectè liberalem. Discursus magna philosophiae, & maioris Theologiae. hom. 25. num. 46. vsque 50.

XIV. *Conuentione facta*. Continet quod tibi dabit secundum quod laborabis, & secundum quod dabis ei dabit tibi: dat tibi ipsi mensuram eius quod faciat tibi. h. 27. n. 48. vsq. 62. Est speculū quod respondit motibus tuis laborante te pro ipso, in eadem forma. h. 37. n. 15.

XV. *Ex denario Diurno*. Assignat praemium, denarium id est, pro eo quod laborabit quamdiu haec dies durat, datur enim solus iste denarius gloriae pro operi in gratia factis, quae S. Paulus vocat opera dei: facta autem in nocte peccati mortalis, licet bona sint, & valde vitiosa ad multa bona, tamen non intrant conuentionem ad merendum gloriae denarium, quod significabat nomen Ichabot datum filio à matre Heli. hom. 13. numer. 7. 8.

XVI. *Misit eos in vineam suam*. Misit omnes ad laborandum in vineam suam, licet inter illos essent multi debiles, habet enim adeo magnum desiderium vt accurramus cum bonis operibus, vt debilius etiam recipiat aestimetque opera. h. 24. n. 38. 41. Saepe significatur Christus in S. Scriptura nomine fontis, vt que talem depingit nobis Evangelista sedentem supra fontem alium, petentem aquam, vt intelligamus Christum omni gentium operuisse aquas donorum caeli, ad eum venientem in ad bibendum aquas doctrinae eius vitae, laborumque.

& pal-



INDEX CONCIONATORIVS

& passionis eius, & si obtenturi sunt illas debent primo bibisse, quod est quasi Christo dare aquas quas petit à nobis ut det nobis suas. hom. 25. num. 41. & quando non potes aliud, dà Christo mare cordis tui, dabitque tibi aquas sanctorum ecclesiarum, ibid. num. 41. 42.

XVII. *Misti eos in vineam suam.* Misti eos nec inuit eum illis, linquens eos liberos, ut quisque laboret quantum vult: Sicque relinquit nos in vinea Ecclesie liberos, non inferens nobis vim, sed semper conseruans libertatem nostram. hom. 17. num. 41.

XVIII. *Iterum exiit circa horam sextam & nonam.* Ille Pater familias sapè exiit ad vocandum & petendum ut labores in vinea animæ tuæ unâ horâ & altera exiit, si unâ non accurras accurre alterâ. Illud vult hoc iterum S. Ioannis h. 33. n. 25. 26. nunquam cessat facere quod dicit in Apocalypsi: *Ego sto ad ostium & pulso. Qui venit & ianuam pulsat* ait D. Ambrosius Iern. 1. & 12. in Psalmum 118. *Vult semper intrare, sed in nobis est quod non semper ingrediatur, non semper maneat, &c.* Daemon exiit omnibus horis ad te vocandum & instigandum ad malum, idèque vocatur Beelzebub, & quia Deus non est minus sollicitus in bonum tuum, vocatur Iesus. h. 19. n. 36. vsque 40. Etiam debent prædicatores exire ad omnes horas. ho. 22. n. 33 vsque 38.

XIX. *Ita in vineam meam, & quod iustum fuerit dabo vobis.* Vult dicere quod dabit eis secundum laborem, quo reiciitur error hæreticorum, dicentium gloriam omnium fore æqualem, quia omnibus pro vitæ eundem denarium. Idem declarat diuersitatem gloriæ futuram, quia eundem denarium quisque possidebit secundum meritum suum. Fieri que quod dixit Apostolus: *Unusquisque recipiet secundum proprium laborem.* ho. 22. n. 35. Deus enim ager tecum plus vel minus ut tu cum ipso ages. ho. 10. n. 12. vsque 15. & ho. 25. num. 30. 31. hæcque rationem dedit Dominus Nazarenus, quando conquerebantur de ipso quod illis non faceret tantum quantum aliis, dicens, eos non meruisse tantum quantum alij idemque dicit tibi. homil. 21. in. 36. vsque 42.

XX. *Circa undecimam vero horam exiit & inuenit alios in foro stantes otiosos.* Iudæi computabant diem à Sole ad solem existentem in æquinoctio: & quando Sol oriebatur, dicebant horam primam, quando occidebat, duodecimam, unde hora undecima erat vltima, quando iam tantum restabat vna hora diei; quos istâ horâ inuenit otiosos merito reprehendit, Et per hoc te senem reprehendit, qui vivis tam incurius & cum sis in vltimo vitæ tuæ, necdum accepisti lignonem ad laborandum in vineâ animæ tuæ, & tam agilis es ut Spiritus S. te vocet puerum. ho. 18. nu. 15. Spiritus S. transtie breuiter genealogiam Esau; in Iacob autem hæret, ponitque in ea primum Ioseph ante fratres eius maiores natu, quia in æstimatione Dei cum ellet san-

ctior, erat maior natu & primus, at illos qui non sunt Sancti semper habet pro iunioribus h. 18. nu. 16.

XXI. *Circa undecimam.* Exiit ad finem diei. Ne, iuuenis, sis incurius, quia videntur multæ horæ diei restare, potest enim esse ut licet iuuenis iam propè ad horam undecimam sis, imò nec vnâ vitæ horam habes securam h. 36. n. 42. vsque 46. Credebant tempore Noë sibi restare viginti annos vitæ, ut Deus promiserat, & iam aderat horâ undecima. hom. 35. num. 37. nemo debet cum securitate credere multos sibi horas restare, licet enim id ei videatur, non restat ei vel vnâ secura. hom. 31. n. 17. vsque 27. imò potest dici iuuenem esse in vltima & undecima hora plusquam secura. Vtilis discursus h. 31. n. 28. vsque 33.

XXII. *Quid hic statis tota die otiosi.* Existentes in fine diei, adhuc estis otiosi? Senex in fine vitæ non desponens te ad saluationem? quo plus finit dies vitæ magis conatur dæmon te perdere, quia, ut dixit 5. 10. annos, scit quia parum temporis habet; & in ea hora es magis otiosus & incurius. h. 36. num. 46.

XXIII. *Quid hic statis, &c. otiosi.* Domine videtur tibi tota die otiosi, qui tota vita habent mille curas, sollicitudines, aliqui lucrando boua, alij anibitici procurando honorem, & alij inquieti incessanter currentes post suas delicias; illa vita non videtur otiosa sed valde laboriosa: tales vitam suam transigunt in magnis laboribus. ho. 25. nu. 73. 74. Sed dicuntur otiosi, quia nulla istarum rerum quas lucrantur, est bonum, quod absolute mereatur illud nomen, nec restinguitur finitum animæ, nec ista bona sunt homini propria. ho. 24. num. 73. vsque 77. omnisque labor impensus illis bonis acquirendis potest dici otiosus, omniaque sunt ære minora. ho. 4. num. 19 vsque 23. Sic inuenit diues epulo, qui finiente die, toto illo fuerat otiosus, cum nihil ei maneret de omnibus acquisitis tota die vitæ suæ. hom. 16. num. 35. 36.

XXIV. *Quid hic statis, &c.* Certe est stupendum, tam magnum repetiti otium, etiam totius vitæ, in credente id quod credimus, de præmio quod Deus stabilivit, & conuent se daturum laborantibus, & penis, quas publicauit pro otiosis: quales sunt non transientes de veris bonis sed tam vanis qualia sunt huius vitæ. Mirandum est credere quod credimus & vitæ in otio quo viuimus. ho. 34. n. 44 vsque 47.

XXV. *Quid hic statis, &c.* Reprehendit eos quia inuenit otiosos; quid fecisset si male agentes inuenisset, quia tantum otiosus es, damnabit te Deus: sumus enim ut arbores ad quas excedendas sufficit non dare fructum. Tuque diues damnaberis quia non das eleemosynam, licet non furetis; quid faciet iis quos inuenit furantes & cum offendentes? ho. 16. n. 2. & sequentibus.

XXVI. *Cum autem sero factum esset dicit Dominus procuratori suo: voca operarios & redde illis mercedem.* Hic

Hæc est consolatio laborum, quod finire die finiatur labor, & veniente nocte veniat quies & solutio, idque facit labores ut leues ferre. Sicque in suis fecit S. Gregorius de quo dicit S. Gregorius Nazianzenus Germanicus eius: *Nihil reputans graue quod suum habere considerabat.* Imò Christus Dominus noster incepit suam passionem cum hac consideratione dicens: *Ea enim ea que sunt de me finem habent.* hom. 16. num. 36.

XXVII. *Cum sero factum esset. &c. voca operarios & da illis mercedem.* Finito enim die vitæ non respiciunt nisi ad opera tua, ut detur tibi secundum illa merces, non attendenda an sis nobilis an plebeius, Dominus, vel letius sed opera tantum quæ in statu tuo fecisti, & tantum dicitur, ut ait S. Aug. *Ecce homo & opera eius,* quod quæ dicit S. Paulus *Ut recipiat unusquisque recipiat secundum proprium laborem.* hom. 6. num. 29. vsque 46.

XXIII. *Redde illis mercedem.* Ponderat terminum mercedem quo significatur, ut dixit S. Paulus, debet cum quod soluitur ex iustitia, poterat dare gloriam gratis, sed vult meritam esse & lucrata ad gloriam & honorem ipsorum Sanctorum, quorum quisque aspiciet regnum & bona quæ possidet ut conquisita & lucrata propriis manibus h. 25. n. 45. vsque 50.

XXIX. *Redde illis mercedem.* Omnes qui fuerunt vocati eo tempore recipiebant mercedem & primum quia, ut inquit S. Aug. si bene inspicias, reperies omnes illos vocatos statim accurrisse ad laborandum in vinea, & perseverasse in labore vsque ad finem diei & nullus eorum distulit accedere in aliam horam: Sed vocati ad primam iuerunt non expectantes tertiam, & vocati ad tertiam iuerunt non expectantes sextam vocati enim qui differunt accedere ab una hora in aliam, non habent secorum præmium, sed dubium valde h. 10. n. 21 & h. 38. n. 3. & n. 38. vsque 45. Quam mercedem longis discursibus est prosecutus, probando iudicium reprobationis esse dilationem in recurrendo ad Deum quando vocat, differendo de hora in horam hom. 13. num. 41. vsque 66.

XXX. *Incipiens a nouissimis.* Illa est gratia Dei quæ aliquando promouet aliquos qui tota die vsque ad ultimam horam erant otiosi, ut patet in latrone, sed hic non debet seruire pro exemplari ad transigendam totam vitam in otio h. 44. n. 45. fecit autem ut tibi ostenderet vim penitentiae vere, quæ potes unâ hora lucrari tantum, ut possis æquari eis qui tota die laborauerunt in vinea hom. 38. n. 105. vsque 110. & 112. vsque 116.

XXXI. *Murmurabant aduersus Patrem familias.* Tam magna est Dei misericordia liberalitasque erga aliquos peccatores, ut sancti dicantur conuerti, & murmurasse qui tota die laborauerunt h. 18. n. 4. s. n. 22.

XXXII. *Amice non facio tibi iniuriam.* Deus nemini facit iniuriam, quia cuius dabit quod meratus fuerit,

dicitque *tolle quod tuum est & vade,* unde altum mysterium declaratur; quod licet prædestinare aliquos & alios reprobare procedat ex mera voluntate Dei, tamen præmiabit vel castigabit secundum rationem iustitiæ, nec vlli faciet iniuriam. Unde si prædestinauit S. Petrum & S. Paulum ex mera gratia, non dabit eis gloriam nisi secundum quod merentur & lucrabuntur ex iustitia; & si pro voluntate sua reprobaui Esau & Iudam ne vel minimam penam infliget eis, nisi secundum quod ipsi merentur suis operibus propriis, quæ voluntarie fecerunt: hoc debes intelligere in hoc mysterio, nec alias profunditates ingredi, quæ tibi post seor damno esse. h. 37. n. 9. vsque 17.

XXXIII. *Non facio tibi iniuriam.* Non habes quod conueratis de Deo quia non facit tibi gratiam quam latroni & Magdalene aliisque Sanctis, neque enim vult te facere exemplar operum gratiæ, sed iustitiæ. h. 21. n. 27. 28. Nec est ratio cur sibi homines persuadens quod res gratiæ quas Deus concedit aliquibus, debeat & aliis quoque concedere. Peccabat Manasses & filius eius Amon: Manasses autem concedit veram penitentiam peccatorum, cum liberat à captiuitate Babiloniæ & ad gratiam suam admittit: Amon autem reliquit in terra sua in obstinatione & finali impietate sua, ut non intelligant filij peccata sibi remittenda quia Deus Patribus eorum peccata remisit, quia Deus non vult ut homines sibi persuadeant quod opera gratiæ quæ concedit aliquibus debeat concedere aliis, ne facias istorum exemplar sed operum iustitiæ. h. 21. n. 27. his debes attendere & intendere; si enim remittat in infernum, quia male vixisti, velisque petere cur non fecerit tibi gratiam ut latroni, respondebit tibi: *Amice non facio tibi iniuriam tolle quod tuum est & vade.* hom. 21. num. vsque 35 & hom. 44. num. 47.

XXXIV. *An oculus tuus nequam est quia ego bonus sum.* Vide iustam querelam Dei de te, qui cum tu bonus tibi tu ipsi malus sis, & quia tantam habet patientiam tecum, quæ te expectat, te non pudet eum offendere, & in peccato manere. hom. 37. num. 19. vsque 22.

XXXV. *Erunt nouissimi primi.* Illud debet aliquando esse in ordine charitatis, debemus enim aliquando succurrere vltimis relictis primis, ut declarauit S. Bernardus cum singulari Theologia. h. 23. n. 59. 60.

XXXVI. *Multi sunt vocati, pauci vero electi.* S. Gregorius. h. 19. in Evangelia discurrens per hanc totam parabolam quando peruenit ad prædicta verba ait: *Terribile est valde quod sequitur multi sunt vocati pauci vero electi.* Idque debet te pauidum reddere quod scias, licet multi sint ad Ecclesiam vocati, paucos electos esse qui ad gloriam perueniunt, debetque omnimodè curare ut tibi bona fors cadat Electorum. h. 37. n. 2. vsque 6 licet non debeas scrutari actus prædestinationis & reprobationis Deum se, nec ex illis iudicare an sis re-

probus vel prædestinatus, sed inspicere opera tua, & vitam. ib. n. 7. vsque 11. quodque debes pro certo tenere hoc est quod Deus tibi soluet aut te præmiabit secundum opera tua. ib. n. 12. & sequet.

## DOMINICA SEXAGESIMÆ.

**I.** *Una turba plurima conuenies [et] de ciuitatibus properauit ad Iesum dixit per similitudinem Exiit qui seminat, &c. Luc. 8. Dominus declarabat finem ob quem uenerat in mundum. qui fuit prædicare & docere & docere fidei doctrinam; unde dat sibi ipsi nomen & officium seminantis, quia ei proprium est seminare doctrinam fidei in corde. Quomodo cumque nos loquamur, tantum possumus peruenire ad corporis auditum, sed ipse solus potest peruenire ad cor efficaciter, in hoc illam seminando. hom. 29. num. 11. vsque 18. Id. oque præcipit nobis ne uelimus uocari magistri quia ipse solus est. hom. 14. num. 38. ad finem.*

**II.** *Exiit qui seminat. Defors mundo uenit, exitque & apparet in eo ad seminandum sem. n. uerbi diuini, quia ut fiat cum fructu, debet prædicator illud seminans exire ut aliquis ueniens ex altero mundo: illud ordinat Dominus prædicatoribus suis à temporibus antiquis. h. 21. n. 47. 48. 49. Prædicator debet perit uadere contemptum mundi, utque prædicatione sua fructum faciat; debet eum uirum suam continere, ut nihil uideatur in operibus contrarium uerbis eius. ib. n. 49. E. a tribus suis ueniens in Ægyptum dixit Patriarcha Ioseph à Pharaone petentem terram Gessen, ubi essent separati ab Ægyptis, hi enim oderant Pastores ouium, ad declarandum quod prædicator qui debet populum pascere uerbo diuino, debet esse separatus ab Ægypto mundi, in terram Gessen, id est in secessu à mundanis. ibid. num. 49.*

**III.** *Exiit qui seminat. Officium prædicatoris est seminare uerbum Dei, unde ab eo tantum petitur ut seminet primum siue in iustione doctrinarum uariarum, & iaciat in terram audientium: fructum autem conformem dare est incumbit terræ quem si non det, sed ipsius, exuretur, ut dixit S. Paulus, significatque Dominus in parabola talentorum. h. 22. n. 33, 34, 35. & h. 49. n. 28.*

**IV.** *Seminat semen suum. Rectè sic dicit, quia illud debet seminari, scilicet semen Christi quod est uerbum eius hoc debet concionator prædicare non suas inuentiones. h. 29. n. 40. 41. Cumque illud semen sit proprium Dei, separatum ab aliis, ut dixit Dauid debet prædicari in domo Dei, quæ est templum, ubi particulariter assistit Deus, ut quasi principalis Seminator assistat huic semini. hom. 29. num. 6. vsque 10.*

**V.** *Semen suum. Uerbum Dei est semen eiusdem Dei: unde uirtus eiusdem Dei conuenit, ut operetur & recipiatur in corde, ideoque est necessarium petere fauorem*

diuinum, ut quando prædicatur, bene recipiatur, h. 29. n. 11. vsque 18. quia si Deus non delegat nobis puteum profundorum mysteriorum Scripturæ, Sacre, non uidebimus ea ibi. n. 11.

**VI.** *Semen suum. Vide quem respectum debeas uerbo Dei, semini eius, & filiarum, & quam sincere debeas ei portas cordis tui aperire; est autem dolendum à pluribus eas claudi, facientibus ei maiorem iniuriam quam si qui illud non cognouerunt, ut dixit S. Petrus & relinquunt proiectum in foro, ut uerorem Leuitæ h. 34. n. 41. vsque 47.*

**VII.** *Dum seminat aliud eecidit secus uiam, &c. Uerbum Dei est de se efficacissimum, sic ut eo tantum seminato, educat Deus omnia opera sua seminans illud in ægrotis dabit sanitatem, in cæcis uisum, in mortuis vitam, seminato in nihilo extrahit omne creatum, unde potes dicere, cum tantum istius seminis sit inter nos, cur tam parum fructus uideatur? Dominus declarat, causam non esse in semine, sed in terrâ ubi cadit, quæ est ex parte uia, ubi conculcatur à transeuntibus, & aues comedunt, ex parte spinæ, quæ fugientes toram uiam terræ non permittunt triticum fructificare; ex parte Petre rupelque, in quibus seminarum pullulans, sicat ad primum solis radium, quia non potest radicare; Ne conicias culpam in Deum, nec in uerbum eius, nec in Sacramenta illius, quæ sunt in se efficacia ad magnum fructus; ex illis non est perditio tua, sed ex te h. 17. n. 43. hæc est querela quam Deus contra te dedit, quous uoluit congregare. &c. n. 44. Unde uice ipse, nec uerbum, nec Sacramenta operabuntur in te, si tu non concurras. h. 10. n. 33. vsque 39.*

**VIII.** *Hæc dicens clamabat. Dominus representabat sibi magnum adeo perditionem feminis uerbi diuini, quod licet tam pretiosum sit, ex quatuor. rames patribus perdantur tres culpa nostra, idque facit eum clamare desiderantem utilitatem nostram, cum in sui defensionem os non aperuerit. hom. 35. num. 43. vsque 46.*

**IX.** *Clamabat. Quia uidet nos tam longè à se, & quo plus clamat plus nos elongemus in damnum nostrum. h. 18. n. 21. 22. Ideo clamauit adeo ut possit cum Dauid dicere, quod maneret ita rancus ut ideo non fuerit uerbum locutus in sua passione. h. 29. num. 25. 26.*

**X.** *Qui habet aures audiendi audiat. Multi habent auditus tales ut audientes non audiant, qui audientes corpore non audiunt corde. hom. 39. num. 21. vsque 27.*

**XI.** *Qui habet aures audiendi audiat. Multi habent auditus non ad audiendum & ueniens ad concionem cum aures, non ueniunt ad audiendum, quales erant quos representabat Deus Ezechielis, & sunt multi inter nos. hom. 29. num. 23.*

**XII.** *Qui habet aures audiendi. Hæ sunt obedientes aures, quas diuinus sponsus habet ornatas inauribus. h. 37. n. 3. Tales sunt oues Dei, quæ habent auditum ad audiendum, credentes quod Deus eis dicit, & facientes quod*

DOMINICALIS.

quod precipit sine replica. h. 37. n. 24. vsque 30. Talis fuit Magdalena, alique sancti. h. 38. n. 38. vsque 45.

XIII. *Qui habes aures audiendi audiat.* Deus valde dolere quod homo habens aures aliquando non audiat, quodque insensibilibus audientibus vocem suam ac ministrorum suorum; homo non audiat, ideoque clamatur. hom. 16. num. 30.

XIV. *Interrogabam eum discipuli.* Hi erant certi, credentes quod illa verba Domini dicta cum tantis clamoribus habebant magna mysteria; & ea non intelligentes petunt à Domino declarationem: boni discipuli de numero eorum quibus dixit Deus, *viris portendentes*: sic illi faciendum, sollicito tibi investiganda mysteria quae audis; & non intelligis, estque dolendum quod non intelligas magna mysteria fidei nostrae, quae tibi praedicantur, non coneris obtinere intelligentiam eorum. hom. 25. num. 3. 4.

XV. *Vobis datum est nosse mysterium regni Dei ceteris in Parabolis.* Dominus non communicat omnibus aequaliter nihil certam mysteriorum suorum, vult enim Magistros esse, nec omnes esse, vt ad eos recurremus vt doceamur, ideo enim posuit in mundo ordinem Superiorum & inferiorum. hom. 14. num. 3. vsque 6. Singulariter posuit in illo vt videat mysteria superiorum & inferiorum. ibid. num. 7. vsque 16.

XVI. *Vobis datum est.* Parabolis Deus est Pater Luminis, de quo hic facit quod placet, aliquos illuminans & alios sine luce relinquens, estque mirum quod pauperibus & ignominiosis concedit notitiam mysteriorum suorum, quia sunt humiles, cecis relinquens Doctores & Principes ob eorum Superbiam. h. 30. n. 9. vsque 13. & h. 33. n. 31. Christus venit in mundum effuditque doctrinam suam aquam in puteos humilium, de quo illa plus participat qui profundior est in humilitate. h. 30. n. 9.

XVII. *Vi videntes non videntur & audientes non intelligunt.* Multi sunt istiusmodi qui videntes non vident, quia tantum in exteriori manent, talique modo vident mysteria Dei ac si non vidissent, tu debes ea videre considerando intimum eorum. hom. 15. n. 3. 4.

XVIII. *Semen est Verbum Dei.* Vides hic bonam definitionem Verbi Dei, semen Dei, quia Deus valet ex eo producere quaecumque vult, in leproso sanitatem, in caeco visum, in mortuo vitam, in caelo stellas, in his lucem; & seminans in nihilo eduxit totum quod habet esse: & singulariter dicitur semen Dei, quia seminatum in animam, si vt debet recipiatur, facit te filium Dei, vnde S. Petrus ait: *Renati ex semine incorruptibili per Verbum Dei.* h. 34. n. 49. & h. 35. n. 41. 42.

XIX. *Semen est Verbum Dei.* Magna est vis Verbi Dei, cum per illud Deus fit operatus totum quod vult: ideo vocatur *Omnipotens sermo.* Et iam in rebus insensibilibus & in nihilo facit quod vult. Vnde est magnus Dei favor illud nobis dare in tanta abundantia,

sed erit ad maiorem nostram damnationem quod nihil est in nobis operatum. Sicque ne crescat causa damnationis, aliquibus aufert Deus Verbum suum, vt Asia & Bithynia: hom. 21. num. 9. vsque 13.

XX. *Quod autem secus viam hi sunt qui audiunt & venit diabolus.* Multi sunt qui audiunt Verbum Dei, caditque in illis, sed habent cor factum viam, per quam transeunt omnes res mundi, sicque non inuoluntur terra cordis Verbum Dei, hocque auferunt demones, passeres infernales. h. 19. n. 43. 44. & h. 49. n. 29.

XXI. *Qui supra petram hi sunt qui cum audierint cum gaudio suscipiunt verbum: radices non habent quia ad tempus credunt & in tempore temptationis recedunt.* Multi sunt istorum, qui cum delectatione audiunt Verbum Dei, nec eis prodest, quia non agit radices in corde illorum; quod patet, quia ad quamvis temptationem retrocedunt. Sunt vt arundines vento agitatae, quae modo in hanc modo in aliam partem fluctantur. h. 28. n. 29. Sunt vt locustae Aegypti, quas si vnus ventus impetus adducebat in terram, alius deiecit in mare, non habent firmitatem quam delectant boni habere, vt columbae. hom. 37. nu. 70. vsque 74.

XXII. *Radices non habent ad tempus credunt.* Pater Verbum Dei non egisse radices in corde tuo, nec firmitatem habuisse, cui temptatione veniente deficias in eo de quo videbaris securus. hom. 27. nu. 32. 33.

XXIII. *Ad tempus credunt.* Cognoscas, an in te agat radices Verbum Dei, & vera poenitentia, finiatque in te peccatum; si statim ac venit occasio & tentatio redeas ad illud. h. 10. n. 44. 45. 46. Intellige sique exemplo Saulis & Dauidis. hom. 35. num. 6. vsque 11.

XXIV. *Ad tempus credunt & in tempore temptationis recedunt.* Non est fidelis anima quae ad quamvis temptationem contrariam retrocedit ab eo quod incoeperat in Dei seruitio, & cui aquae amara auferunt vires. hom. 30. num. 6. 7. 8. Fidelitatem S. Pauli in ministerio Apostolatus manifestabat Deus in infirmitate & perseverantia in torlaberibus, quos pariebatur, & sancti ostendunt suam, in eo quod ob nullum laborem desistant ab incepta Dei obedientia & sanctae legis eius. ibid. num. 8.

XXV. *Quod autem in spinas cecidit hi sunt qui audiverunt & à sollicitudinibus & diuitiis, & voluptatibus suffocantur.* Maior pars seminis perditur, quia cadit inter spinas, & malas herbas, quae suffocant, quales sunt cura & sollicitudines mundanae, diuitiarum & voluptatum. Dominus iungebat se licitidinem diuitiis & voluptatibus mundi, quia sunt aquae quae non hauriuntur ex puteo sine magna cura, sollicitudine, & labore, in quo differunt à diuitiis & bonis caelestibus, hom. 25. num. 74. vsque 82.

XXVI. *A diuitiis.* S. Gregorius dicit necessarium fuisse vt ore suo Christus diceret diuitias esse spinas; licet



Ecce enim aliquando sunt flores in manibus bonorum, tamen vix desunt pungere animam peccatis, nec errabat qui dicebat: *Si fueris diues non eris immunis à peccato.* hom. 16. num. 18. 19. 20.

XXVII. *Diuitiæ sunt spinæ, patetque damnum quod faciunt si figantur in corde; in hoc posita occupant illud, & faciunt se Deum diuitis. Ideo semper offendit Deus eas sibi displicere.* h. 28. n. 31. 34. 35. unde potes talem habere pro derelicto; vt haberes eam qui sibi infingeret spinam vel lanceam in corde. ibid. num. 36. vsque 40.

XXVIII. *A voluptatibus vitæ. Sessocatur Verbum Dei: sunt vt oleum quod extrahit auribus aquam.* hom. 18. num. 29.

XXIX. *Quæ autem in terram bonam hi sunt qui in corde bono & optimo audiunt verbum retinent & fructum afferunt in patientiâ. Hic vides in quo fructificet Verbum Dei; in eo qui habet cor bonum, & illud recipit, retinetque in eo. Magnum fructum feret Verbum Dei in te, si receptum in te illud retineas vt Iob.* hom. 3. num. 28. 39.

XXX. *Fructum afferunt in patientiâ. Maior fructus & opera altiora quæ oriuntur in campo Dei sunt sufficientiæ cum patientiâ; ista sunt quæ si ferunt maxime Deo vim.* hom. 3. num. 4. & Christo. ho. 41. num. 88. Taliaque sunt quæ sancti penunt in capite operum suorum. ibid. num. 61. 62.

XXXI. *Fructum afferunt in patientiâ. Habe patientiam, & fac bene tuis qui tibi in malis; est tam excellens fructus vt oleum B'zici effusum in vacua vasa, & per illum obtinebis supremam dignitatem Filij Dei. Si enim Verbum diuinum est sem en Dei, eo seminato in te, faciet te Deus Filium suum singulariter per patientiam.* hom. 3. num. 57.

XXXII. *Fructum afferunt in patientiâ. Licet omnia Christi opera fuerint excellentia, præcipua quæ fecit redemptionis nostræ, erant in patientiâ & patientiâ adeo eleuauit labores vt eos Deificaret. ho. 36. num. 9. ad patientiandum operatus est manus miraculum, quam illud aquarum Iordanis. h. 42. n. 51. Ideo dispositi ei Spiritus S. & organizauit corpus at tum ad patientiandum, tum operibus patientiæ & patientiâ præcipue operatus sit redemptionem mundi. ho. 25. n. 21. & h. 42. n. 49. paruitque illum voluisse pati in non bibendo vino myrrhato, & bibendo acetum. ibid. n. 52. 53. 54. & in eo quod suspenderit omne id, quod poterat esse alienationi. ibid. num. 98. 99. 100.*

XXXIII. *Fructum afferunt in patientiâ in corde bono & optimo. Ne securus habeas cor tuum vt bonum, nec credas peruenisse ad gradum superlatiuum, quod est optimo: donec videas Verbum Dei in te fructum ferre in patientiâ, eius amore tolerando quæ obueniunt tibi contraria. Nunquam demon habui cor Io-*

h vt bonum & securum, donec vidit eum ferre fructum istum cum patientiâ. hom. 32. num. 23. vsque 27.

## DOMINICA QVINQVA- GESIMÆ.

I. *Assumpsit Iesus duodecim & ait illis ecce abscedimus Hierosolymam, &c.* Luc. 20. Hoc Euangelium habet duas partes. In prima dat Iesus discipulis suis rationem passionis suæ, breuiter referens quæ passurus erat in Hierosalem: in secunda fecit famulum miraculum illuminans eorum, dando ei visum: vtque S. Gregor. dicit bene conuenit, quia mysterium Passionis Christi est tam disti le intellectuibus creatis, vt egeant miraculosa luce & diuina oculi nostri ad illud videndum & intelligendum. ho. 33. num. 20. vsque 24.

II. *Ecce ascendimus.* Prima Euangelij pars videtur non esse conueniens presentis temporis recreationis bacchanalium, sed est, & valde ad propositum; quia S. Ecclesia proponens nobis passionem Domini nostri Iesu Christi, vult nostram refrænare dissolutionem ne demus nos totos luxuriis & dissolutionibus, vtque prudens mater proponit Christi passionem vt aloi in vberibus ad puerum ablaclandum. h. 15. n. 2. 3. 6. & hom. 42. num. 14. 15.

III. *Omnes recreationes non sunt, ita ut imò aliquando bene sunt commuta in occasibus.* hom. 16. num. 23. 24. Sed sunt vt eas concedebat Christus discipulis suis dicens: *requiescite pusillum.* Hoc autem eis concedebat postquam multum laborauerant; sed nec capimus prius recreationes. hom. 27. num. 5. Vnde S. Chrysostomus ait videtur nos sanctificare contra ientium vt contra inimicum horrendum, faciendo ei magnam iniuriam. hom. 1. num. 17. Quod tunc hanc primam Euangelij partem tractatur. hom. 15. num. 1. vsque 19.

IV. *Factum est autem cum appropinquaret Iericho cæcus quidam seiebat, &c.* Modus iste loquendi significat, quod licet videatur casualiter Christus hunc cæcum habuisse obuium, tamen non ita fuit, sed regulati sapientia ita conformiter disposuit vt ei crearetur hoc tempore istud miraculum. hom. 34. num. 6. 7. Dauid declarabat Absai, inhumanitatem, & parum pietatem quem inueniebat in Sem ei quando fugiens persecutionem Absalonis filij, adibat domum eius, ex necessitate petendi aliquid refrigerium, non fuisse casualia Deo, sed præuisa & disposita diuina providentiâ ad exercitium patientiæ suæ. Credas de omnibus laboribus à Deo tibi immisissis, feretque illos patienter. ibid. num. 7. Est Dominus temporum disponitque casus & occurfus eorum vt vult. ho. 35. num. 28. vsque

vique 41. Est qui dat infirmitates ob singulares fines, disponitque quod conuenit ad illos consequendos. hom. 32. num. 38. & vique 41.

V. *Cæcus sedebat secus viam.* Sedebat vbi Christus transire debebat, qui vadens pedetentim dat lucem, & visum, vt etiam cæco à nativitate, *præteriens*, quid faceret si sedeat in anima tua? hom. 30. nu. 13. 14

VI. *Cum audiret turbam prætereuntem interrogauit quod hoc esset, & dixerunt: quod Iesus Nazarenus transiret & clamauit dicens miserere mei.* Ille cæcus erat incurius remedij, sed optime egit quod offerente sese occasione hanc non permitteret transire, sed ea vteretur, vt ere & tu illa quam Deus tibi dat quando transit circa te, & extende manum; si non facis tunc, forte postea deerit tibi. hom. 10. numer. 19. vique 22.

VII. *Clamauit dicens miserere mei.* Accurrit ad Christum, licet pedetentim vadat cum tanto comitatu, sciens quod quouis tempore & quouis occasione possit Deum adire petendo. Deus non est vt tu, expectat particulare tempus vt possit te petere à te. ho. 9. nu. 10. vique 14. & hom. 36. n. 40. 44.

VIII. *Iesu fili David miserere mei.* Hæc est bona oratio non fundra in meritis, orationum suarum, sed in misericordia Dei, talisque debet esse tua. hom. 9. nu. 17. 18. Licet per opera sanctorum extrahas multas aquas misericordiarum Dei, tamen si fossas in profundo humilitatis, & cægi ionis misericordiam tuam hauries in magna abundantia aquam viuæ diuine misericordie ordit. ibid. num. 18.

IX. *Qui præbans increpabant eum vt taceret.* Omnes transibant, non conuenientes ei imò fastidiebant cæcores eius. Ita tractat mundus pauperes, vix aliqui dignantur eos aliter. ho. 30. n. 15. 16. 17. Tu eos respice considerans Deum in paupere. hom. 10. n. 13. vique 16. hom. 30. n. 21. vique 16.

X. *At illi multo magis clamabat: fili David miserere mei.* Bona oratio repetens semper eadem verba, in his enim multa variatio non placet Deo & cæcore Rhetor ex; magna nobis consolationi. hom. 42. numero 94.

XI. *Ille multo magis clamabat.* Si est fidelis anima ne retrocedat in quaerendo remedio licet totus mundus se opponat. hom. 30. nu. 6. 7. 8. est firma columna quam non retrahunt venti & halitus clamorum mundi. ho. 37. n. 70. vique 73. Talis fuit Ioh. qui vbi cepit benedicere Deum, quo plures se opponebat tota vis mundi & inferi, sicutius præsequerantur, & maiori roce benedicens Deum. ibid. n. 74. 75.

XII. *At ille multo magis clamabat.* Ista est oratio bona cum perseverantia nec cogunt eum desistere diffidentes de remedio. hom. 9. n. 31. vique 36. ho. 42. num. 91. vique 94.

XIII. *Stans Iesus iussit eum adduci ad se.* Iam non erit valde mirum quod ad clamorem Iosue steterit sol, sic vt: *Stetit Sol clamante Iosue*; cum ad clamorem cæci steter Christus verus Sol: *Stans Iesus.* Dominus ostendit hic magis benignitatem suam, quam Traianus subsistendo ad clamores viduarum. hom. 31. num. 2. 3.

XIV. *Iussit eum adduci ad se.* Rectè facis, Domine mi protegens hunc pauperem; cum totis enim mundus eum deserat, tu non potes ei desesse, cum ideò tibi David dixerit: *Tibi derelictus est pauper.* h. 10. n. 41. Tui oculi se h. figurant in paupere ideoque tibi dicebat: *Oculi eius in pauperem respiciunt*, eoque demonstrant se oculos Dei. hom. 30. num. 15. 16. 17.

XV. *Iussit eum adduci ad se.* Aliis erant molesti clamores pauperis cæci, non illi; imò iis recreabatur; vtque eos de propinquo audiret, iussit cæcum ad suam præsentiam duci, quem alij volebant elongatum ne audirent eum; afflictorum enim orationes pauperum non fatigant Deum, imò sunt ei suavis musica. ho. 9. nu. 27. vique 30. eaque ratione vult pauperes ad portam domus suæ vbi habet locum quietis vt ponderat S. Chrysostomus. hom. 10. nu. 7. Templum sunt domus Dei. hom. 28. num. 18. 21.

XVI. *Iussit eum adduci ad se.* Pauperes & necessitatem habentes non fatigant eum continuando clamores suos, imò ab his cessantes & non clamantes fatigant eum. ho. 3. n. 56. & ho. 9. n. 34.

XVII. *Quid vis ut faciam tibi?* Est paratus in nobis facere quantum volueris ad reparationem salutis nostræ, si nos sincerè velimus. hom. 10. num. 33. vique 39. Rectè poterat Meyles dicere quod ponderat Apostolus: *Ipsè est verbum in ore tuo.* &c. ho. 10. n. 33. & hom. 44. num. 41.

XVIII. *Quid vis, &c. tibi.* Vide quam facilis ad obtinendum in re bona Dei, quæ licet sint tam excellentia, tantum volendo obtinetur. Ne speres quod cum tantâ facilitate offerent tibi sua demon, mundus, & caro; licet sint bona pauci momenti. hom. 23. nu. 73. vique 81.

XIX. *Quid vis, &c. tibi.* Petiit à cæco, vt ille ipse declaret necessitatem suam, maneatque verificatus defectus visus quem habebat, vt eo maneat miraculum manifestum, abique vilo genere calumnie. hom. 27. num. 27. vique 31. & hom. 32. num. 48. vique 51. & num. 75.

XX. *Quid vis, &c. tibi.* Petiit à cæco vt responsione sua detegat vnam fidem quam habet tanta potentia Christi, vt cum defectus eius sit magnus, vt tota natura non possit eum reparare, credat confidatque Christum posse dare integrè remedium. Hæc vna fides & confidens, sæpe necessitas tempore deest, etiam sanctis. hom. 17. num. 32. vique 41.

XXI. *Domine ut videam.* Bona petitio; quia corpori est importans visus: sed animæ petere melius esset, corporis enim sæpe est damno, animæ autem adeo importat tibi, vt sine illo non possis saluari. hom. 30. num. 30.

XXII. *Domine ut videam.* Bona petitio, etiam tibi faciendâ, supplicando Deum vt det tibi oculos apertos & illuminatos ad detegendam, & te liberandam à laqueis quibus dæmon mundum repleuit. ho. 5. n. 24. vsque 28. procurat diabolus nobis auferre visum istum. h. 19. n. 40. vsque 43.

XXIII. *Es ait Iesus, Respice.* Vide quod solo verbo det ei oculos, quo probat humilitatem personæ suæ, cum verbum eius sit tam potens vt Apollolos bene dixerit. *Fortans omnia verbo virtutis suæ.* hom. 2. num. 39. vsque 40. & hom. 10. n. 42.

XXIV. *Respice & confestim vidit.* Licet opera Christi essent mirabilia in se, plus tamen erant ob facilitatem, quâ illa faceret, solo imperio. ho. 30. n. 3. 4. 5. & in hoc singulariter ostendebat se Deum. ho. 2. n. 39. & h. 31. num. 72.

XXV. *Respice & confestim vidit.* Dominus est valde paratus ad accurrendum ad id quod serui sui petunt, patetque quod dixit Propheta, *ad vocem clamoris tui statim respondebit tibi,* & si non respondeat statim, habet particulares rationes ad nostram vtilitatem. ho. 9. n. 25. 2d. & h. 42. n. 95. vsque 98.

XXVI. *Respice.* Certum est quod Christus erat operaturus conformiter nomini suo & officio, quod est illuminare vt Sol: vt etiam dæmon agit conformiter suo, quod est tenebræ, & excecatur. hom. 19. num. 40. & sequentibus.

XXVII. *Respice.* Statim facit vt videat qui erat in tenebris, subitoque se gaudet illuminatum, relinquens alios cæcos; sunt opera quæ facit vt Deus, cui vult, & quomodo vult mutans subito tenebras in lucem. h. 30. n. 9. 10. 11. & h. 38. nu. 108. vsque 111.

XXVIII. *Confestim vidit & sequebatur eum magnificans Deum.* Prudenter faciebat iste cæcus recognoscens, & gratus pro favore accepto, gratiam agens Deo; vult enim hanc à nobis solutionem. ho. 17. n. 16. 17. 18. vsque 20. 23.

XXIX. *Vidit & sequebatur eum.* Receptus favor videbatur magnus, sicque recognoscebat eum; sed est maior quem tibi facit illuminando animam tuam, extrahendo eam de tenebris culpæ; sicque maiores gratias ei debes agere. homil. 17. numer. 16. 17. 18. Specialiter cum cæcitas corporis aliquando sit bona & importet salutem tuam. h. 30. n. 30. hincque etiam pater quas ei debeamus gratias. quia illuminauit mundum vt verus Sol, in quo regnabat princeps tenebrarum; qui has causabat plusquam palpabiles Aegypti. h. 33. n. 5. vsque 11.

XXX. *Sequebatur eum.* Quo monstrabat se orem Dei, quæ illuminata statim sequebatur eum. hom. 37. n. 45. 46. Ipse enim est Pastor qui oves sequi debent. ho. 18. num. 50. 51.

XXXI. *Confestim vidit.* Cæcum à natiuitate illuminauit ipso non petente, nec alio pro eo: expectat autem donec hic petat clamando diuersis vicibus, cum tali perseverantia vt videretur importunus: est medicus: nec omnes vno modo curat. Idem inuitat Samaritanam ad aquas suas diuinas, ipsa non petente, imo nec cogitante de illis: Chanaanam eas petentem derinet etiam clamantem; non dat salutem infirmis omnibus vno modo. h. 21. n. 23. 24. & h. 24. n. 54. 55.

## PRIMO DIE MERCVRII CINE- RVM ULTRA HOM. PRIMAM.

I. *Cum ieiunatis nolite fieri sicut hypocrita tristes.* Matr. 6. Tempus est aggrediendi bellum contra vitia, quod Ecclesia in benedictione cæcerum vocat *tempus militia Christianæ.* Ad hoc nos conuocans, docet arma quibus debemus illud gerere, simul quomodo illis decertandum quamuis enim bona sint arma, si malè illis pugnetur, victoria non obinetur. Ideo proponitur euangelium in quo Christus nos docet vtrumque. Arma sunt ieiunium, quo intelliguntur omnia opera mortificationis nostræ carnis, quæ dæmon vt armis vitur contra spiritum: contra eam primo pugandum est, mortificando eam ieiunio, quod etiam primum est quod à nobis petit Propheta in Epistola. *Cantate tibi in Syon, sanctificate ieiunium,* hoc deiciuntur machinæ nostrorum inimicorum, vt Eleazarus suorum deiciebat, convertendo gladium suum in ventrem Elephantis. hom. 5. nu. 19. vsque 22.

II. *Cum ieiunatis nolite fieri sicut hypocrita.* Docet quomodo his armis ludendum ieiunium, opera penitentia, & mortificationis, sancte peragendo quod petit Propheta dicens. *Sanctificate ieiunium.* Non sufficit enim ieiunare nisi sanctificet, nec sufficit bona opera facere nisi bene fiant, & cum debitis circumstantiis. ho. 23. n. 53. 54. & h. 36. nu. 29. vsque 33. Præcipuum est finis, qui deest hypocritis; quia non habent Deum & gloriam eius pro fine, sed seipfos, habentes enim Deum in ore, cor eorum longè est ab eo: sunt vt hyenæ. h. 8. num. 35.

III. *Exterminant facies suas vt appareant hominibus ieiunantes.* Sine valde multi prætendendo finem tam paræ substantiæ, vt tantum apparere boni, cum media sint ita laboriosa: hæcque est infelicitas multorum, quorum labores cum sint magni, tantum prætendunt appareantiam, tam paræ essentia, vt ventus

eam tollat. hom. 4. num. 19. vsque 23. hoc dolet Deus quod laboribus quibus poteramus infinitas diuitias lucrari, tantum pretendamus bona solam apparentiam habentia, & quæ non sunt plusquam purus ventus. ho. 4. num. 19. vsque 26. Ideo clamat per Isaiam: *Quare appenditis argentum non in panibus & laborem vestrum non in futuritate.* hom. 35. numer. 46. doletque S. Te- relia, quæ homines videt vt in fornicario. hom. 25. numer. 92.

**I V. Amen dico vobis receperunt mercedem suam.** Adeo desiderat Deus præmiare bonum, vt etiam quod habent boni opera hypocritatum, velit habere corres- pondens præmium, quod est gloria æstimationeque hominum: nec vult apparentiam boni, quam habet hypocrita in opere suo, manere sine mercede, sed pro illa concedit Deus honores & dignitates temporales. h. 16. num. 51. 52.

**V. Tu autem cum ieiunas.** Docet formam qua ieiunium operaque mortificationis & sancta fecere debes; cumque primo e sit in communi locus, descendit le- quens tibi in particulari, docens quod tali modo de- bes hanc quadragesimam audire, semperque quod præ- dicatur in communi, ac si tantum in particulari tibi diceretur, vt sit vtilis tibi hom. 31. nu. 73. 74. & ho. 36. n. 49. & sequentibus.

**VI. Vnge caput tuum, &c. ne videaris hominibus ieiunans sed Patri tuo.** Hic vides formam faciendi ieiunium & opere sancta; oculos cordis coniciendo in solum Deum, eius gloriam tantum pretendendo, diu- nitique oculis satisfaciendo, quibus præcipue respicit cor, & secundum quod hoc procedit æstimabit aut vili pendet opus tuum, sique ostendit in sacrificio Abrahæ. h. 1. num. 25.

**VII. Ne videaris hominibus ieiunans sed Patri tuo** Deus procedit modo maxime nobis conuenienti, con- ieiendo oculos in nostrum cor, si enim tantum respi- ceret nostra opera, merces esset parua, quia in se parum valent; sed licet in se sint parua, possunt esse magna desiderio & affectu cordis, & fieri meritoria etiam ne- cessaria. h. 94. num. 47. & Legitimam illegitima. ho. 14. num. 19. 30. 31. 32.

**VIII. Sed Patri tuo, &c. & Pater tuus.** Diu no- consilio reperit Dominus hoc verbum: *Pater tuus,* quod ex infinita misericordia sua posuit in ore nostro, datus nobis suum Patrem in nostrum, vult erga eum in nobis esse affectus filiorum, quo nos moueat vt opera nostra faciamus affectu, quo bonus filius seruit Patri suo, quo crescit nostra fiducia, ad fidendum ei vt Pa- tri. h. 42. num. 83. 84. 85.

**IX. Pater tuus qui videt in abscondito reddit tibi.** Pondera verbum: *reddet.* Secundum quod debes ei primo dare, offerendo ei seruitia ieiuniorum, morti- ficationum, elemosiarum, & orationum, vt ipse

habeat quod reddat; dabit enim conforme ei quod ta- dedisti, ideoque petit à nobis. hom. 25. num. 50. vs- que 61. Deus est speculum, non extendet manum ad te nisi conformiter vt tu extenderis ad eum. hom. 37. num. 15. 16.

**X. Pater tuus reddet tibi.** Quadragesima in parti- culari est tempus bene operandi: vtque ad hoc te ani- met, primo tibi intimat, quod quando bonum feceris, ne cogites quod Deus tibi auferet illud, non enim id vult vt maneat tibi, sed vt tibi reddat melioratum, dan- do tibi vt sit tuum: ipse enim gratiam dedit tibi ad o- perandum, & quod tu operatus fueris. homil. 17. nu- 34. 35. 36. Nec potuit Deus ostendere se magis libera- lem in volendo tibi dare, quam relinquendo tibi men- suram eius quod tibi dabit, vt tu conformiter ei des in corde tuo. hom. 25. n. 50. vsque 60.

**XI. Reddet tibi.** Soluet tibi quod voluntarie & ex corde dederis ei, faciens tantum propter Deum; tan- tum enim digna sunt solutione & gratitudine opera quæ sunt voluntarie, ideoque sunt ita meritoria quæ sunt ex voto. hom. 36. num. 31. 32.

**XII. Reddet tibi.** Admirabilis loquendi modus ad- nostrum honorem; licet enim quod nobis Deus est daturus procedat ex mera eius gratia, disponit dare vt debitum, & redditum, eius quod nos fecimus; in quo demonstrat se perfecte liberalem. hom. 25. numer. 47. vsque 50.

**XIII. Pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi.**

Non tantum vult dicere quod dabit præmium impor- tans vel substantiale, quod est regnum & gloria æ- terna, sed etiam æstimationem & honorem quem præ- tendunt hypocritæ, sic vt opera quæ facis in abscon- dito pro solo Deo; quo tu ea plus absconderis, eo plus educet in publicum, exponetque visui totius mundi, ad honorem tuum; idque non tantum in die iudicii, quod tunc faciet completissime, implens quod dixit Dauid: *Educes quasi lumen iustitiam tuam & lumen tuum tamquam meridiem.* homil. 6. numer. 45.

Sed etiam in hac vita, educendo ad publica fora se- cretissima opera tua. Ita intelligit Venerabilis Beda lib. 4. in Luc. cap. 52. quod Dominus dixit Lucæ 11. *Qui in tenebris dixit in lumine dicentur non solum in futuro: quando cuncta cordium abscondita profertur ad lucem, sed & in presenti tempore: quoniam quatin- ter tenebras quondam pressurarum carcerumque umbras vel lucis vel passi sunt Apostoli, nunc glorificati per or- bem ecclesiæ, eorum virtutibus publice prædicantur.* Deum enim tangit manifestate opera bonorum, licet abscondita, ad eorum gloriam; vt malorum secretio- ra, ad infamiam & punitionem eorum. hom. 26. na. 17. 18. 19.

**XIV. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra.** Christus venit vt impleat bonis desideria nostra, &c.



quia ordinatum & vrgentissimum est, diuites esse vel-  
le, docet nos quomodo possimus esse. hom. 33. num.  
26. dicit nobis. si velimus diuites esse, non queramus  
thesauros quos recondamus in terra, quia his non ma-  
nebit diues, cum finaliter non sint pro te: collige il-  
los qui semper manent pro te. *thesaurizate vobis*. h. 17.  
numer. 36.

XV. *Thesaurizate vobis*. Ne sis tam stultus vt om-  
nis labor tuus sit in Thesaurizando filiis tuis, obliuiscens  
tui ipsius, thesauriza etiam tibi. h. 27. n. 50. vsque  
57. & h. 15. v. 29.

XVI. *Thesaurizate vobis*. Inuentio. Serana est, au-  
gere in nostra cogitatione nostras obligationes erga  
filios & famulos, vt negligamus thesaurizare nobis,  
dando pauperibus, hoc enim nobis thesaurizamus.  
Magna stulticia, quia ad mensuram qua crescunt si-  
lij & famuli domus tuæ, debet crescere thesaurizatio  
pro te, dando elemosynam. homil. 27. numer. 50. 51.  
Ponderaque à S. Bernardo dictum tibi propositum:  
*Maledictus qui facit partem suam desertorem* ibid. n. 57.  
Et intellige esse donum Dei pauperem tibi mitti. h. 25.  
num. 70. vsque 73.

XVII. *Thesaurizate vobis*. Ne credas quod Paupe-  
ribus distribuis bona tua ea perdas, sed tibi thesauri-  
zas, sumusque valde obligati ob fauorem quem Chri-  
stus nobis facit docens nos colligere thesauros nobis,  
ex vltioribus domuum nostrarum panniculis; arte ex-  
cellentiore ea quam docebat Deus Stercutius. ho. 27.  
num. 74. vsque 79.

XVIII. *Thesaurizate vobis*. *Et in celo vbi neque  
arugo*. Res stupenda te ita anhelare ad Thesauros mun-  
di, qui difficulter acquiruntur, & difficilius seruan-  
tur, & in fine, vel non manent tui, vel si manent non  
sedant sitim tuam, torpeasque incurius diuitum the-  
saurosum quos potes lucrari in celo, qui sunt tui pro-  
pria, pro te, & æterni. hom. 25. num. 73. vsque 88. est  
que mirabilis ponderatio S. Augustini. ibid. num. 74.  
S. Chrysostomus ait, quod gentiles illud videntes,  
ridebant Christianos dicentes, esse impossibile illos  
credere quod dicebant se credere de thesauro cæli. ho.  
34. num. 43. & verè magnum committunt peccatum,  
detinendo veritatem Dei in iniusticia, quod licet cre-  
dant de bonis & thesauro cæli quod credunt, non tan-  
tum non querunt eos, sed etiam contemnuunt, magis  
ex parte offendentes Deum quam si eum non cognou-  
issent. ibid. num. 41. vsque 47.

XIX. *Vbi est thesaurus tuus ibi est cor tuum*. Deus  
præterdit cor nostrum radicibus solo extrahere, vbi  
tantum sunt spinæ, carduique; tales enim sunt diui-  
tiæ, delitæque mundi, vt dictum Dominica Sexa-  
gesimæ; vt que cor in celo ponamus, ex tunc fruente  
in hac vitâ cælesti quiete, q. à fruuntur oves Dei. ho.  
37. numer. 61. vsque 66. Ideo petit à nobis, vt ibi

thesauros nostros recondamus, pro talibus tantum ha-  
bentes opera bona & Sancta, quæ ibi habebimus refe-  
rata, vbi enim est thesaurus ibi est & cor. Etiam idem  
veniens ad conciones elicit tam parum utilitatis, & v-  
suis Sacramentorum tam parum prodest tibi, quia non  
habet ibi cor, sed vbi thesaurus tuus est. Auarus in  
bonis suis, sensualis in mulieribus, ambitiosus in ho-  
noribus, est que vt diues S. Antonii de Padua. hom. 19.  
num. 23. 24.

XX. *Memento homo quia puluis es*. S. Ecclesia inci-  
pit curationem nostrarum infirmitatum animæ, ordi-  
natque efficacissimum Recipe pro nostra salute, quod  
est memoria mortis; potentior ad fuganda peccata,  
quam ventus Occidentis ad fugandas locustas. *Ægy-  
pti*. hom. 31. numer. 12, 13. 14. Vtique viuacius ista  
memoria in nobis operetur, vult nos particulariter o-  
culos conicere in mortem iuuenum & potentiorum  
mundi, quia istorum mors magis nos inimidat. Vt  
morte magnorum & potentium principum Pharaonis  
Deus voluit Ægyptios intimidare: & illius metu exu-  
lant facile peccata ibid. num. 11. 12.

XXI. *Memento homo*. Ecclesia ex omni parte con-  
cutit rebellem turrim cordis nostri, doctrina, quam dat  
auditi nostro, & cinere, quem ostendit oculis nostris;  
que concio eius magne est efficacitæ; est enim vt yer-  
borum desuncti dicens: *Memor est iudicij mei: mibi  
heri tibi bodie* hom. 31. nu. 8. vsque 11.

XXII. *Puluis es*. Licet tibi videaris viuere, potes  
ex nunc te vt mortuum habere & puluerem, quia nec  
vitæ punctum habes certum, tam ex parte Dei, qui  
eam tibi dat pro mero beneplacito suo, nec scis quan-  
do tibi auferat. hom. 31. num. 17. vsque 21. quam ex  
parte materie vnde compositus es doceatque te nauis  
columnæ Machabæi. ibid. numer. 22. vsque 28. vide  
quod quadragesimam incipias, nec scias an eam fines.  
Nec te decipiat quod te videas inuenem & robustum,  
propinquior enim morti es, ibid. nu. 28. vsque 33. Et  
si dæmonem reddat sollicitum te videre morti propin-  
quam vt te perdat, reddat te sollicitum vt te salues. h.  
36. numer. 42. vsque 49. Dæmon agit tecum vt iudens  
taxillis dat tibi ad capiendum, & intronum ad vitia tua  
vt te occidat, teque perdat: sic diligentia illius tua æ-  
qualis vt euadas. ibid. num. 43. Ita festina penitentiam  
peccatorum tuorum agere, vt desideras tibi solui ab eo  
qui tibi debet sine dilatione; nam solutionem securam  
procuras nec expectas crastinum ne mors antevertat;  
nec differas penitentiam, ne mors te auferat antequam  
eam agas. ibid. num. 41.

XXIII. *Memento homo*. Efficacissima consideratio,  
*in puluerem reuerteris* si inspicias, quod licet hodie vi-  
deas corpus tuum tam pulchrum & alacre, eras erit  
plenum putredine, vt corpus Imperatoris quod vidit  
S. Augustinus. hom. 31. num. 33. 34.

XXIV. *Memento homo.* Ex nunc te vocat pulverem & cinerem quia vita quam vivimus iam est mors, profectusque proprius dicit quod per illam sumus mortui, quam vivi ut probat S. Augustinus: vita est quam oblatam, non accepit defunctus qui erat in purgatorio, h. 32. num. 70. 71. 72.

XXV. *Memento homo.* O si videres angustum terminum sepulturae, quem cum particulari nota vocat Evangelista loculum, vilis discursus, hom. 31. num. 63.

XXVI. *Memento homo quia pulvis es.* Incipiendo tempus penitentiae & bonorum operum, quia haec debent fundari in humilitate, sine qua, ut ait S. Gregorius, torum quod edificabitur corruet; Ecclesia vult illud fundamentum in anima nostrâ tacere, ad quod proponit nobis nostrum nomen, quod est homo, & consequenter omnis vanitas secundum hoc Davidis: *Vniuersa vanitas omnis homo vixit* h. 1. n. 21, 23. & super haec dicit nobis elarius id quod sumus & erimus, quod est pulvis. Vnde patet quam aliena debeat esse ab homine superbia, hom. 15. num. 31. 32.

PRIMO. DIE IOVIS QUADRAGESIME ULTRA HOMILIAM  
Secundam.

I. *Cum introisset Iesus Capharnaum accessit ad eum Centurio.* Mar. 8. Christus ostendit se verum solem, proceditque ut talis in cursu suo, eo elationes lucis radios emittens, quo procedit descendens de monte incipit curare infirmos. Inde pergens curabat leprosum, inde processit Capharnaum, ubi fecit magnum illud miraculum in seruo Centurionis, hom. 31. nu. 4. 5.

II. *Accessit ad eum Centurio.* Prophetia Abacuc impletur quod splendore Christi tenebrarentur caeli, qui erant sapientie legis, & illuminaretur terra gentilium, ut hic Centurio, hom. 7. num. 2. 3. 18. Sicque impletur etiam stupendum mirabile, & mutatio miraculosa quam refert Spiritus S. accidisse malo Prophetae Baalam, qui cum eouisque rexisset asinam, haec iam regerat eum, docebatque & ostendebat ei Angelum, quem habens ante se nec cognoscebat nec videbat, asina eum videbat, cognoscebatque ibid. num. 16. Christus fuit ut Elias, contemptus à populo suo, & bene tractatus à coruis, Symbolo gentilium ut S. Augustinus, hom. 9. n. 8.

III. *Accessit ad eum Centurio.* Licet tam multa sint occasiones statui militum & capitaneorum, hic Centurio fuit Sanctus. Ne conicias culpam in statum, tu omni-gate, tu miles: est tua non illius, hom. 24. num. 19. 20.

IV. *Cum introisset Capharnaum accessit ad eum Centurio.* Cum de via veniat non permittes ei parum quiescere? Centurio nouit conditionem Dei; non esse horam incommodam aditu ad petendum ab eo: non est ut tu, à quo ut ipse Deus aliquid petat, debet expectare horam, h. 36. n. 49. & sequentibus, tractatque te ut venatores onagrae h. 9. n. 10. vsque 14. Sciebat Christo non esse molestum aduentem ad petendum, imò velle dare bonum responsum, nec est Deo maior quies, quam te ad eum adire ad petendum, h. 9. n. 27. vsque 38. Ideo, ut considerat S. Chrysostomus, posuit in templo locum requietionis suae, ubi semper peterent, h. 10. n. 10. Et conqueritur nostro loquendi modo, quando nullus eum adit ad petendum, h. 1. num. 5. & 6. Idque est quod dixit Propheta Isaias: *Aportatus est quia non est qui occurrat* hom. 25. num. 24. homilia. 28. homilia. 37. num. 17.

V. *Accessit ad eum Centurio.* Integre adit, intellectu & corde, vnde ore pleno dicitur quod *accessit*, non ut tu, qui dimiute accedis, quia non corde, ut illi Ezechielis, ho. 29. nu. 23. 24. Scias, ut tibi bene succedat sicut Centurioni, debes Christum adire intellectu, cognosceus quis sit, & celsitudinem myteriorum; & voluntate eius inflammatus affectu, in itando Seraphinos, quos vidit Isaias, qui duabus alis volantes appropinquabant throno Dei. Et Baptistam Ioannem, qui fuit fax lucens altâ cognitione Christi, & ardens feruentissimo amoris eius igne, ibid. num. 23. Accedebat eum via fide, ideoque dicitur ore pleno quod accessit ad Christum, dergebat aquas Siloe quas non repererat increduli, hom. 30. num. 52. 53. 54.

VI. *Accessit ad eum Centurio.* S. Euangelista Lucas dicit eum non accessisse sed misisse ex Senioribus Iudaeorum; tamen S. Matthaeus dicit eum accessisse nam idiomate Dei, quod facis per tertiam personam dicitur ipse fecisse, nec quisquam potest id insimulare falsi, h. 15. n. 30.

VII. *Accessit ad eum Centurio.* Prudenter accedebat volens habere remedium praecipue ad eundem Christum hom. 31. num. 7. & seqq.

VIII. *Cum introisset Capharnaum accessit ad eum Centurio.* Hoc praetendebat Deus, mittens infirmitatem ad domum eius, ut hac enim extraheret, & ad se traheret, ut faciunt venatores ouagrar. h. 9. n. 10.

IX. *Domine puer meus iacet in domo Paralyticus.* Est bonus Dominus, bene curans salutem famuli sui, est enim Domini curare ut famuli bene valeant non tantum corpore sed etiam anima Ideoque punit Deus Dominos & Patres quando filij subditi que ceciderunt in peccata, hom. 33. num. 23. 24. Illisque attribuantur defectus subditorum & filiorum, ho. 23. nu. 4. vsque 9.

X. *Domino puer meus.* &c. Iste famulus debebat esse bonus, qui fideliter seruiret magistro suo in bonis rebus, ideoque adit Christum, ut pro illo peteret salutem. Nimis defectus est talium famulorum; nam ordinariè dant dominis suis occasiones ad mala ho. 35. nu. 25. vsque 28. quia iste erat bonus famulus obtinuit gratiam Domini sui, quem obligabat ad peccandam sanitate à Christo pro eo. Qui sunt boni, intenduntque gloriam Dei, & huius zelum habent, obtineat à Deo, ut eos respiciat, & gratiam habeant Dominorum suorum, ut patet in Daniele qui quia feruens amore Dei & zelo Domini, maxime ex omnibus qui erant in palatio Regi satisfecit. ib. n. 27.

XI. *Domine puer meus iacet.* Hic est bonus Dominus, qui non tantum non est occasio mali famulo suo, sed etiam tractat de remedio mali eius, hocque est damnum multorum principum & dominorum, qui non tantum non procurant ut famuli sint boni, sed etiam faciunt malos: sicque vidit eos Ezechiel intrare infernum cinctos talibus famulis. hom. 35. n. 29. 23. 24.

XII. *Domine puer meus iacet.* Bonus Dominus compatens famulo suo, videns eum ægrotum. Vain hoc maxime irritabat Deum contra populum suum, Dominus esse crudelis famulis & servis suis, ideoque puniit eos eiciens seruos in Babiloniam. ho. 10. num. 51. 52.

XIII. *Puer meus iacet in domo Paralyticus.* Non est domus in mundo sine heu, mundus enim est Ægyptus, & in omnibus domibus eius est aliquid delendum. hom. 24. n. 25. Ut non est homo in mundo qui non sit morti subiectus, nec potest esse, sic est impossibile inueniri in eo hominem sine tristitia, dolore, vel labore. Mirabilis discursus S. Chrysostomi. ibid. n. 25. Licet autem hic Centurio esset Sanguis, tamen non etiam desunt labores in domibus Sanguinum. ibid. n. 21.

XIV. *Puer iacet Paralyticus.* Huic inueni iniecit Deus Paralytin ut compedes. Sæpe bene conueniunt talibus morbi, quibus Deus eos derinet in lecto, & retinet à peccato; Sanctosque humiliat. hom. 24. num. 27. vsque 32. Iuuentus est periculosa, ventosior quam venti. hom. 37. n. 18. estque necessarium pondus infirmitatum retinentium, secundum quod dixit Iob: qui facit ventis pondus. hom. 24. num. 27. vsque 32.

XV. *Iacet in domo Paralyticus & male torquetur.* Sunt ægroti adeo deiecti, ut non videatur eis inesse vis ad se leuandum ideoque necessarij sunt illis mediatores qui petant pro illis, ut pro isto rogabat Centurio, & Seniores, ut S. Lucas dixit. hom. 24. num. 17. 18.

XVI. *Ego veniam & curabo eum.* Deus est adeo paratus ad tibi benefaciendum, ut tantum expectet petitionem tuam, secundum quod dixit Isaias: ad vocem clamoris tui statim ut audieris: respondebit tibi. hom. 8. n. 2. 3. 4. Est paratus ut tibi fauorem exhibeat, si verè petis, & enim resoluta voluntate. hom. 10. numero 37. 38. Et vide quàm facile sit obtinere dona & fauores à Deo; solum enim petendo & volendo, possumus ea habere. Quo non obstante magis sumus depositi ad procuranda bona terrena. quæ cum sint viliora in se, sunt difficilia ab obtinendum; ut excellenti ponderatione declarabat S. Augustinus. hom. 25. n. 74. 75. & n. 79. vsque 82.

XVII. *Ego veniam & curabo eum.* Respondit breuiter & placide, plus concedens quàm petebatur & Chananaea, quæ etiam erat gentilis, petenti, respondit asperè, derinetque illam; est diuinus medicus, qui diuersimodè succurrit ægrotis, secundum cuiusque illorum qualitate. homilia. 9. num. 37. 38. 45. & ho. 24. n. 54. 55.

XVIII. *Ego veniam & curabo.* Centurio obtinuit tam bonam expeditionem ad suam supplicationem, quia eius oratio erat bene facta, in qua ostendit se valde illuminatum in ista materia, quia non petiit rem determinatam in materia salutis temporalis, tantum enim proposuit necessitatem domus suæ, famulique, relinquens Christo facere quod conueniebat. h. 12. n. 31. vsque 36.

XIX. *Ego veniam & curabo eum.* Non est multum Deum tam cito accurrisse ad voluntatem Centurionis, eum hic valde sollicitè accurrisset ad Deum & ad eius seruitium edificasset Synagogam, iam enim dixerat David, Deum facere voluntatem eorum qui faciebant suam. Quomodo vis Deum facere quod tu desideras, si tu non tantum non facias quod ipse vult, sed etiam semper facias contra voluntatem eius. hom. 24. num. 39. 40. A teipso & voluntate tua capis mensuram eius quod velles obtinere ab eo, ut enim dederis ei dabit tibi. hom. 25. num. 56. vsque 60. Ideo Deus dicit se speculum, quia talis erit erga te qualis tu fueris erga eum h. 37. n. 15. 16.

XX. *Domine non sum dignus.* Hic videt cur Deus affligerit eo morbo famulum, & quare fauerit ei tam placido responso dicens: *Ego veniam* ut deegeretur, magna eius fides, humilitaque ut enim flores hortus eius edant suauem odorem quem in ludunt, concutit eos aquilone aduersitatis, & austru prosperitatis. hom. 9. numero. 37. 38. Bonus & Sanctus est hic Centurio, si affligat eum serui infirmitas, fide vna ad Deum accurrat pro remedio, si pacifico responso eum Deus consolatur, humiliat se, confitens hoc esse gratum Dei donum, & quod ipse meritis non sit: Bono etenim omnia in bonum cedunt, aduersitas æquè ac prosperitas

peritas. homil. 32. numer. 40. vsque 45.

XXI. *Domine non sum dignus.* Vide viam eius fidem quā con tetur Christum esse verum Deum vocando eum Dominum absolute, confitens eius vniuersale Dominium in omnia, et quē dare morbos & auferre. hom. 9. n. 23. vsque 25. Scias afflictionem & virgam quā Deus imū itte esse ministrum eius, debeatque ad Deum recurrere pro eius remedio, eumque solum posse dare, quia totum pendet à voluntate eius. ibid. num. 24.

XXII. *Domine non sum dignus.* Bonum initium ad obtinendam à Deo quod desideras, supponendo indignitatem tuam, & defectum meritorum, nec faciendam tibi est oratio cum Pelagio hom. 9. n. 17.

XXIII. *Tantum dic verbo.* Fatetur per hoc etiam verum esse Deum et quod oratur solo sui verbi imperio, cognoscit quod deinde dixit S. Paulus: *Fortians omnia verbo virtutis sua.* hom. 10. num. 47. & hom. 31. num. 72. 73.

XXIV. *Tantum dic verbo.* Bene petit, confitens opus sanitatis non esse attribuendum meritis manuum suarum; his enim spectatis cognoscit se indignum; sed virari & misericordiam Dei: non eleuat arcum penens in eo manum suam vt Saul, sed Dei vt Dauid. hom. 19. num. 45. 46. 47.

XXV. *Nam ego sum sub potestate constitutus.* Declarat humilitatem suā, eo dis, confitens quod se cognoscit hominem, licet Capitaneus sit, & superior multorum militum; nec est res quæ plus importet vt te humiles, quā ista cognitio; quia non est vitium quod minus conueniat homini quā superbia quæ est vt ale campanæ. homilia 15. numero 31. 32.

XXVI. *Homo sum sub potestate constitutus habens sub me milites.* Recognosce ordinem Superiorum & inferiorum, estque his obediendum, quando illi imperant; hic enim ordo est à Deo dispositus in mundo ad bonum nostrum. hom. 14. n. 3. vsque 7.

XXVII. *Homo sum sub potestate constitutus.* Optime procedit ille Capitaneus, conseruans in ordine suo, cognoscens se inferiorem Superioribus suis, & Superiorem inferioribus, nolens se extollere vel ascendere à statu quem habet. Si illud faceres, esses bene dispositus essetque mundus, quando contentus esses, statu quem habes. homil. 27. numero 62. vsque 65.

XXVIII. *Non inueni tantam fidem in Israel.* Hanc fidem quarebat Christus viam & operantem. Vnde nascitur secura spes; quia verò parua in te reperitur & cum ea non adis Deum, non concedit tibi quod petit vt desideras. hom. 27. num. 37. 38. 39. Remedium vniuersale omnium necessitatum nostrarum est misericordia Dei, hancque tunc obtinebis pro omnibus

necessitatibus quas patieris, quando secura fiducia sperabis in illa. ibid. num. 37.

XXIX. *Non inueni tantam fidem in Israel.* Nemo plus honorat Sanctos suos quā ipse Deus, nec magis publicat virtutes eorum. Ideo dicitur Terebinthus quia rami quibus tegit suos sunt honoris & vilitatis. hom. 17. num. 12. 13. 14.

XXX. *Sequentibus se dixit non inueni tantam fidem in Israel.* Fide gentilis confundit incredulitatem Iudeorum, vt canibus crudelitatem dicitis auari. hom. 7. num. 15. & seqq. & hom. 6. num. 30. 31.

XXXI. *Multi veniens ab Oriente, &c. Filij regni eiciuntur foras.* Iudæi errarunt vocando se filios regni Dei, quod erat Ecclesia. Eiecit eos foras ob incredulitatem eorum & ingratitude, & per gratiam suam admittit Gentiles. Cane tibi si admittis ad hoc regnum, sis vt illi adeo ingrati: eii iet enim te vt illos. hom. 17. num. 48. vsque 53.

XXXII. *Multi veniens ab Oriente, &c. & Filij regni eiciuntur foras.* Sors mutatur, præcedunt naturales rami oliuæ, & inferentur oleastri sicque mutatio de qua Isaias. hom. 7. nu. 15. 16. 18. Hisque verbis voluit Dominus Iudæos pungere vt se conuertent. hom. 21. num. 59. 60.

XXXIII. *Filij regni eiciuntur foras.* Ipsi eiciuntur foras, & videbunt eos; quos contempserunt sedentes cum Abraham, Isaac & Jacob. Ista erit magna illa pena quā in inferno mali torquebuntur, bonos sedentes videre ad mensam gloriæ. hom. 6. numer. 53. hacque fuit pena diuitis Epulonis. hom. 16. num. 46. & 48.

XXXIV. *Ibi erit fletus & stridor dentium.* Ibi erunt veræ lachrymæ, quia & penæ, quæ tantum audire terrent. hom. 6. num. 59. vsque 64. Bene exiitens in inferno hunc vocabat locum tormentorum, quorum sola consideratio operatur patientiam in Sanctis, vt dicebat Angelus S. Iohanni. hom. 16. num. 40. vsque 49.

XXXV. *Te dixit Centurioni vade sicut credidisti fiat tibi.* Vide regulam mirabilium & miraculorum Domini, fidem viam; secundum hanc, fuerunt miracula magna, quando illa erat magna, nulla quando illa erat nulla, ideoque facit in te tam pauca. hom. 17. num. 37. 38. 36.

PRIMO DIE VENERIS QVADRAGESIMÆ VLTRA HOMIL. III.

I. **A** vdistis quia dictum est antiquis diliges amicum tuum &c. Matth. 5. Hodie habemus Evangelium continens præceptum amoris inimicorum.



mīcorum, adeo oblitum vt sit necessarium facere vt Sacerdos Elchias, qui inuenit librum legis ita conspersum puluere, vt fuerit necessarium excutere, & de nouo intimare populo legem diuinam. homil. 22. num. 1.

II. *Audistis quia dictum est Antiquis.* Qui fuerint isti antiqui auctores traditionum reprobatarum, & quomodo eas Iudaei seruabant, infringentes legem Dei, & quomodo Christus uenerit ad eas eradican- das. hom. 23. num. 44. 45.

III. *Ego autem dico uobis: diligite inimicos.* Christus uenit ad dandam legem suam ita efficacem vt consumat & depluat omnes traditiones, & alias mundi leges contrarias, vt Virga Moysi facta serpens deuorabat & consumebar virgas sapientum Aegypti. hom. 23. num. 65. & hom. 31. num. 55.

IV. *Ego autem dico uobis.* Christus dat nobis hoc praecipium, quo declarat nos debere iugiter anti- quos Scribas & Phariseos, etique iustum, cum plures receperimus fauores. hom. 17. num. 37.

V. *Ego autem dico uobis.* Loquitur Christianis qui- bus proponitur lex Euangelica, cuius doctrina est à mundi lege separata, & haec contraria sed illis neces- saria, sicque edocta particulari cum sollicitudine. ho. 29. num. 67.

VI. *Ego autem dico uobis.* Sufficit Christiano scire, quis sit praecipiens nimis cum diligere; nam praec- epta Dei non sunt examinanda sed simpliciter creden- dum quod dicitur, & faciendum quod praecipitur, hinc que nosces an sis ex ouibus eius. hom. 37. tit. 28. & sequentibus. Valde dolendum cum non sit Domi- nus dignior cui obediatur sine replica, quam Deus; non sit cui minus obediatur, de quo sapius conque- ritur. hom. 17. num. 24.

VII. *Ego autem dico uobis.* Mirabile est uidere quomodo male correspondamus Deo; & ad id quod a demon à nobis petit accipimus sine replica, cum ea quae nobis praecipit sint valde difficilia, & talia autem habemus quae Deus nobis iubet cum sint facilia. ho. 25. num. 63, 64.

VIII. *Ego autem dico uobis:* hoc loquendi modo fecit Christus istud praecipium facilius, dicens, ego praecipio uobis, qui estis homines, & proceditis in uestris actionibus cum deliberatione; quo non petit ut non habeas & sentias repugnantiam & difficulta- tem in rebus quas praecipit, sed ut operando ad est de- liberate procedendo impleas praecipium eius. ho. 4. num. 9. 10. 11. & hom. 42. num. 86.

IX. *Diligite inimicos uestros & benefacite &c. & orate;* Tria petit pro inimico; vt eum ex corde di- ligas, diligite ut ore roges pro eo *Orate* & manibus ei benefacias. *Benefacite*; ex eo quod dicis ore, & manibus facis, scies an eum ames corde. Nota est

enim regula S. Gregorij. *Amor operatur magna si est, sed autem operari uenit amor non est.* Vide hoc in Chri- sto qui ut daret tibi exemplum fecit Iudaei stupenda. hom. 45. num. 29. vsque 32.

X. *Diligite inimicos uestros ut suis filij.* Secundum mensuram qua tu ages cum Deo in eo quod tibi praecipit, ager tecum, fauores impertiendo, utque dimittis inimico, dimittet tibi Deus, & debesque computare amorem & opera inimico exhibita Deo esse facta, & propter Deum, & ad eam mensuram soluet tibi. ho. 25. num. 50. 51. & 56. 57.

XI. *Ut suis filij patris uestri.* Vide quam sincere uelit te hoc praecipium seruare, cum pro praemio assignet maiorem rem, maioris aestimationis & magnitudinis quam Deus tota omnipotentia sua dare possit, quod est te facere filium suum. Magnum praemium debet multo constare, facitque amplecti omnes difficultates, etiam bonum uolare. hom. 12. num. 7. vsque 13. Fides magni praemij oblata à Deo quam habebant Patres antiqui, obligabat eos ad opera heroi- ca aggredienda, quae refert S. Paulus. ibid. num. 8. & fortificabat sanctos ad tam uiriliter patientium mortificationes, labores, persecutiones, & martyria quae patiebantur. ibid. num. 8. & hom. 15. num. 14. 15. Ioseph transibat cum magna facilitate & uoluptate per omnes labores, qui fuerunt multi grauesque, sola recordatione regiae sedis ei à Deo in somnis essentia, in qua sellus erat ut Rex: quanto faciliores reddet labores, quos patitur pro illa uera Dei gloria. ibid. num. 14. Moyses immine fidei detegebat praemium gloriae quod debebat habere pro laboribus quos erat passurus, & ne illud perderet, negabat se esse filium filiae Pharaonis, Regnum quod inde expectabat, au- ctoritatem, honorem, & delicias palatii Regis, uoluitque pati cum Hebraeis. ibid. num. 16.

XII. *Ut suis filij patris uestri.* Deus non uult te perdere honorem tuum, nec id sit gratiose iniuriam remittendo. Christus est Thersibinthus, qui i fauet omnibus ad se refugientibus honore, & uilitate. ho. 27. num. 14.

XIII. *Qui solem suum oriui facit super bonos & malos.* Praepone bonos malis, quia si sol lucet malis, fit ob bonos. hom. 27. num. 19. vsque 22.

XIV. *Estote ergo perfecti sicut pater uester qui in caelis est,* ob singularem rationem dicitur de patre: qui est in caelis: quam declarat S. Bernardus. hom. 32. num. 78.

XV. *Estote ergo perfecti.* Ista est excellentia Christi cui singulariter dedit legem ut faceret homines perfectos & sanctos. Non inuenies legillatorem qui rempublicam ad hoc instruerit praeterquam Christus. hom. 34. num. 34. & seqq.

XVI. *Estote perfecti sicut pater uester.* Si aestimari te

vis filium Dei debes te ideo talem estimari velle quia facis quod ipse fecit, & in hoc cognoscens esse filius Dei vel diaboli. hom. 4. num. 47. 48.

XVII. *Attendite ne iustitiam vestram faciatis.* Eleemosynam vocat iustitiam, eo declarans quam vilis sit. hom. 10. num. 13.

XVIII. *Attendite ne iustitiam vestram faciatis eorum hominibus.* Vide notata die Mercurij præterito, quomodo debeat fieri Eleemosyna, Ieiunium, & opera bona, scilicet ob solum Deum qui habet oculos fixos in cor nostrum.

PRIMO DIE SABBATI QUADRAGESIMÆ ULTRA HOMIL. IV.

I. *Um sero factum esset erat navis in medio mari.* Discipuli erant valde contenti eo die quo Christus operabatur miraculum panum dans edere populo per eorum manus cui adeo satisfactum erat ut voluerit Christum facere Regem, & statim cum sero factum esset, inveniunt se in mari magnæ subiectos periculi, iactatos ventis, & solis. Hoc est ordinum mundi, ubi non est firma satisfactio, sed hæc subsequitur poena. hom. 11. num. 29. 30.

II. *Erat navis in medio mari.* Sancti Marcus & Mattheus dicunt eos non exposuisse se mari voluntarie, sed coactos, vel obligatos præcepto Christi; Marcus dicit *compulsit eos*, & Marcus ait *egressi eorum*. Vide successit illis aliter quam loqui, qui se commisit mari, suam sequens voluntatem, contra Dei præceptum, qui egressi in mare, & eorum cum deglutivit, ne tu te voluntarie exponas mari occasionem ubi fugere impellat contra spiritum tuum, nam si factus ita cades in profundum culpæ, & eorum per accidit, unde se as t. obligatum ad fugiendum pericula, teque his non exponendum. hom. 5. num. 11. vsque 15. Et ad hoc propositum mirabilis decti na S. Augustini. hom. 36. num. 16. vsque 24. Et hanc confirmant ac a Iacobi & Martiniani. ibid. num. 26. 27. Si Deus te mari exponat, & tempestas exurgat, ipse liberabit te. hom. 5. num. 11. vsque 16.

III. *Et erant laborantes in remigando.* Christus ipse exposuit eos tam arcto labori, quia erant discipuli eius dilecti, hos enim exponit auxiliis sollicitudinibus & tempestatibus ad eorum bonum. Sic ergo un maioribus Sanctis: unde ad magnam excellentiam Patriarchæ Iacob dicitur Deus ei eximium hoc præstivisse beneficium: *Cersamen forte dedit illi, ut vinceret.* hom. 32. num. 21. vsque 30.

IV. *Erant laborantes.* Eleuabat se in Apostolorum corde motus superbiæ & assumptionis prolixæ: quia

paulo ante viderant se honoratos miraculo panum; tam quia hos per eorum manus Christus distribuit quam quia videbant se honoratos a populo; ad eos ergo in humilitate detinendos, & ne evanescerent, exponit eos tempestati tam periculosa. hom. 24. num. 27. vsque 29.

V. *Erant laborantes in remigando.* Quid aliud expectandum exponibus se mari quam tempestates, quæ obligarent eos ad remigandum? Hoc enim expectandum intranti mare huius mundi, ubi non sunt nisi contrarij venti qui ferunt nauem huc & illic, estque ordo Dei ut talis sit mundus, ne sedeat vel radices agar in corde nostro, cum non sit nisi mare amaritudinum & tempestatum. hom. 24. num. 25. 26.

VI. *Erat ventus contrarius eis.* Erat navis amicorum, ideoque immisit eis ventos contrarios, nec habet at ventum secundum. Infelix navis cui permittit Deus pernavigare hoc mare cum vento secundo iuxta desideria sua obtinendo quantum præterit, & fruendo quantum desiderat; sic enim agit Deus cum inimicis suis. homilia 35. numero 28. vsque 36. Deus ex ira dedit Pharaoni locum ad persequendum populum suum, & aquas intrandum, timentis ne evaderent manus suas. Et in ipsis aquis quas intravit, sequens vestigia inimicitia & rancoris sui contra Hebræos, inuenit mortis suæ supplicium. Et ubi aperuit viam ad satianum suum persequendi desiderium, & populum Dei destruendum, inueniebat rigorosam maiestatis diuinae punitionem. ibid. num. 32.

VII. *Erant laborantes in remigando.* Ne dimittas remum quando virget tempestas, quod est animarum debilitium & parum fidei ium Deo. hom. 30. num. 6. 7. 8. Sanctorem fidelitas se ostendit in eo, quod ob nullum laborem desitit ab inepto, sed prosequuntur in obedientia Dei, & observantia sancta legis eius. ibid. num. 8.

VIII. *Vidit illos laborantes.* Dominus respicit exstantes in vigente afflictione, est enim proprium Deo ex proposito conicere oculos in illos, ut dicebat David. *Prospectus de excelso sancto suo. Dominus de celo in terram aspexit ut audiret gemitus competitorum;* &c. Oculi Dei differunt ab hominum oculis; hi enim tantum eos coniciunt ubi est quietes & lucrum; Deus autem ubi est labor, & opus favore. homil. 10. numero 31. estque particularis discursus. hom. 30. numero 15. 16. 17.

IX. *Veni ad illos.* Erat certum, quod videns afflictionem, accurreret cum remedio, cum possedare; videns enim sui fratris necessitatem, & potens ei succurrere, nec faciens, habet cor peruersum, sine charitate, ut dicebat & probabat Evangelista S. Iohannes homil. 16. numero 11. vsque 16. Videns enim in labore accurrere eo: hoc sufficeret ut centum milibus.

liaribus fugias ab eis : prout enim homines accurrunt ubi sunt diuitiae, quiesque, sic fugiunt à paupere, & in afflictione posito, qui possint ab eis petere. Ita dicit Iob sibi accidisse cum amicis suis. homil. 36. numer. 35. 36. 37.

X. *Venit ad illos.* Erat certum, quod cum intrassent mare, seque lugerent in tempestate ad Christum sequendum, & voluntatem eius faciendam, non permitteret eos perire: Bene monet nos Spiritus Sanctus ut sentiamus de Deo ad minus sicut de homine bono, qui sibi exponat laborem, non permittit te perire, si potest tibi fauere, discussus visus spei nostrae. hom. 27. num. 8. vsque 14.

XI. *Venit ad illos ambulans supra mare.* Positi in medio maris, conuulsi vehementi tempestate, videbantur sibi esse totaliter sine remedio & ubi non vident apertam portam, occurrit Deus miraculose. *Ambulans supra mare.* Licet inops omnino remediorum terrae, ne diffidas, Deus prouidebit tibi modo quem minus es imaginaturus. Ne diffidas pauper Domicella, inueniens te in tempestate, & solam, tantum videns aquas, super has enim venit Dominus, vel per viam quam minus es imaginata. homil. 5. numer. 31. 32. Arma te fiducia in Deum ad daemone vincendum, qui praetendit te vincere assigendo te necessitate, ad huius enim remedium accurret maiestas diuina. Mandabat Moysi eleuare virgam ad intuitum totius populi, quando petebat escam in deserto, ut illam videus excitaretur in eo fiducia quam debebat habere in eius prouidentia: quod erat reficere illi memoriam fauorum semper ei exhibitorum ut sic consideret, quod obtineret alios, qui necessitati eius mederentur. Patuitque quando magis urgebantur fame Israelitae nam Deus eis prouidebat de manna ib. d. num. 31. 32.

XII. *Existimantes phantasma esse conturbati sunt.* Mira res quod post laborem tempestatum quae eos affligit, quando poterant expectare remedium, accurret eis cum alio labore grauiore, representando se taliter, ut plus eum modum timeant quam tempestatum laborem, hoc modo tractat Deus amicos suos maiores, immitens eis labores supra labores, ut taliter daret eis spem, ut dixit Isaias. homil. 32. numer. 47. vsque 51.

XIII. *Conturbati sunt & exclamauerunt &c. quia Phantasma est.* Hoc erat eorum remedium: tamen conturbati sunt credentes esse perditionem suam, saepe tibi hoc accidit ut in labore vel morbo in tui remedium turbes ac si esset phantasma. Hoc est Deum in abscondito venire. hom. 38. num. 53.

XIV. *Conturbati sunt & exclamauerunt.* Est ordinatum etiam sanctis turbati, quando vident se cinctos virgibus afflictionibus, sic ut non tam bene confi-

dant in Deo & tam viuè ac iustum esset. hom. 27. num. 40. vsque 45. & h. 32. n. 53.

XV. *Dixit eis confidite: ego sum nolite timere.* Bonae ratio securae confidentiae, videte quod ego sum, meque habeatis vobisum. Securam potest habere fiduciam qui secum habet Deum, ut potest esse sine illa, & timeat quod contra se praualebit aliqua afflictio, qui est sine Deo, hoc prosequimur longis discursibus. hom. 13. num. 5. vsque 25.

XVI. *Confidite ego sum.* Cognoscite me esse, & scitote me non desse in vos curando, cum vos non dessetis in me sequendo, & faciendo quod vobis iubeo. Hoc debes credere de Deo, qui se habet ut ignominiose tractatum, quando serui eius non fidunt illi, id enim non est cum habere talem qualis est. hom. 27. num. 9. 10. 11. Nec patitur seruos suos fidere in alio quam se, qui oportantur dat illis praemium beatitudinis, & honorum suae gratiae, sed etiam succurrit eis cum necessitate ad conseruandam vitam, significatis medio palmo addito sex alius mensurae templi ibid. numero 9.

XVII. *Confidit ego sum.* Est proprium Dei nomen, qui est, fidite in me, cuius esse tam subsistens est, ut includat in se verum esse, ne confidatis in hominibus, qui tantum habent esse pictum, & in apparentia, hom. 10. num. 46.

XVIII. *Imperauit ventis.* Licet Christus ostendisset potentiam suam miraculo panum, paulo ante factio tamen id facit eleuans oculos suos in caelum, gratias agens Patri, cui fatebatur se inferiores secundum humanam naturam, sed in hoc miraculo voluit clarius ostendere diuinum esse suum, faciens illud cum imperio, ut Dominus ventorum & maris, proprio modo quo Deus operabatur, sicque magis nouerunt eum Apostoli, & plus mirati sunt videntes hoc miraculum, quam videntes praecedens quod intimarunt Evangelistae dicentes mirati sunt dicentes quis est hic quia venti & mare obediunt ei. homilia 2. numero 39. vsque 50. & homilia 10. numero 43. & homilia 31. numero 72. 73. & homilia 32. numer. 71.

XIX. *Imperauit ventis.* Erat magnum opus refrenare bestias adeo indomitas ut mare ventique sunt, sed maius fuit modus quo fecit, scilicet imperando, estque quod plura miramur in operibus Dei homilia 30. numero 45. Sponsa magnificat opera sponsi, dicendo, manus eius esse plenas hyacinthis, qui sunt coloris caelestis, quia de magnis rebus dicimus esse res caeli ibid. numer. 5. etiam dicit esse tornariles, ad declarandum facilitatem qua operatur totum quod vult, quia omnia exeunt de manibus Dei secundum mensuram intentionis eius, ideoque dicit manus eius aureas et caput ibid. num. 5.

XX. *Quis*

XX. *Quis est hic quia ventus & mare obediunt ei* Omnia obediunt Deo sine replicâ, tantum cor hominis contradicit ei ideoque Ieremias dicebat esse fortissimum creaturatum. homilia. 3. numero. 22. vsque 27. Ideoque solum est quod fatigat Deum operantem in illo. homilia. 25. numero. 23. 29. & 30. Estque maximum opus Dei efficaciter operari in corde. homilia. 25. numero. 4. 5. Ideoque vocat se Deus magnum Dominum. homilia. 29. numero. 15. 19. & hom. 41. n. 11. 14. 15. 16.

DOMINICA PRIMA QVADRAGESIMALIS ÆVLTRA HOMI. V.

I. *Vetus est Iesus in deserto à Spiritu.* Matt. 4. Hac historiâ videtur declaratum ænigma Salomonis, quod apparebat difficile, de, via, colubri super petram, qui repens non relinquit signum vel scissuram, cum infernalis serpens atrepens Christo, tentatione sua primâ, secundâ, tertiâ, nil effecerit quam peccatum suum terere. h. 26. n. 2. 3.

II. *Ductus est Iesus, ut tentaretur.* Non exposuit se tentationi, imo fugiebat eam quando aliqua se offerebat, docens te ne vadas ubi tentaberis: vin- ceris etenim, sed tantum quando Deus te ducit, tant enim dabit tibi adiutorium ad vincendum pro eius gloria & utilitate tuâ. homilia. 4. numero. 29. vsque 36. & numero. 46. Id prosequitur S. Augustinus mirabili doctrina, & probatur exemplis Sanctorum, singulariter Christi, qui siquidem se tentationi exposuerit doctus à Spiritu tamen se subtraxit quando Iudæi volebant eum occidere. h. 36. n. 16. vsque 17.

III. *Ut tentaretur à diabelo* Pater voluit Christum tentari & experiri tentationes in se, pœnasque & infirmitates nostras, ut inde heret misericors erga nos, secundum S. Paulum. hom. 15. n. 13.

IV. *Cum ieiunasset quadraginta diebus.* Cum deberet pugnare contra dæmonem elegit armâ ieiunij, quod est contrarium carni, non propter se, eius enim casus erat sancta, sine inordinato motu, sed ad nos docendum, præcipua arma quibus nos fortificare debemus contra peccatum & diabolum, esse ieiunium mortificans nostram carnem, principium damnorum nostrorum. homilia. 1. numero. 3. 4. 5. vsque 13.

V. *Cum ieiunasset* Fortificat etiam se ieiunio, quia ad potenter Satanæ resistendum est necessarius fauor gratiæ diuinæ, quæ nos fortificat, & vires Satanæ refrœnat. homilia. numero. 7. 8. Ad illum fauorem obediendum, gratiam de cœlo, ieiunium est necessariû. h. 1. n. 15. 16. 17.

VI. *Esurit.* Et licet fameret ideo non reliquit ieiunium, ne cogites quod ieiunans non senties famem & debilitatem, opera enim mortificationis tibi causabunt pœnam, nec fuit persona cui maiorem causauerat quam Christo, quia eius corpus sic organizauit Spiritus Sanctus, ut esset aptum ad patiendum & sentiendum pœnam in operibus penitentia & mortificationis. homilia. 25. numero. 26. & seqq.

VII. *Iustus esuriit.* Non accepit nostram naturam, ut aliqui crediderunt, liberam à pœnalitatibus, sed cum illis, quibus ostendit se accepisse veram naturam humanam. homilia. 32. numero. 67. & homilia. 36. numero. 2. & sequentibus. Illas etiam accipiebat, ut exiens in campum cum illis contra diabolum, esset victoria Dei gloriosior & maior utilitas nostra. homilia. 36. numero. 5. & sequentibus. etiam a deo sanctificauit famem, sitim, & mortificationis opera, ut sancti ea habeant pro gloria, quaruntque illa ibid. n. 9.

VIII. *Iustus esuriit.* Verum quidem est Christum aliquando fuisse in conuiuio, sed Vigilantius hæreticus non attendebat, ut ait Hieronymus, quod si vnâ vice comedeat multis vicibus aliis ieiunabat, incipiebatque ieiunio quadraginta dierum. Erat enim vniuersalis Magister qui debebat docere edentes & ieiunantes. h. 38. n. 12. & sequentibus.

IX. *Accedens tentator.* Euangelista dat Dæmoni malum nomen, quod Deus vult nos scire, ut eius officium sciamus. Dæmonis enim est nos tentare in nostrum damnum & perditionem, ideo declarabat nobis S. Ioannes nomen eius quod est *exterminans*. hom. 19. numero. 11. 29. Licet autem verum sit Deum nos tentare, tamen ad nostram id sit utilitatem. h. 27. nu. 32. 33. 34. 40. 41. 42.

X. *Accedens tentator.* Videtur alienum a bonitate & misericordia Dei erga nos, quando Angelos damnauit ob superbiam, & manserunt Dæmones non misisse omnes ad infernum, sed eorum innumerabiles reliquisse in mundo, qui nos tentent & persequantur: non videtur illa prouidentia p̄ij. Patris erga filios suos, nec pastoris erga oues suas: est difficultas quam prosequitur mirabili doctrina. S. Chrysostomus. h. 19. n. 2. vsque 13.

XI. *Accedens tentator.* Christum tentat & Sanctos, non ad eorum damnum, sed gloriam Dei, & utilitatem eorum, quos Deus spectat ut spectaculum placeas ei: pro ut patuit in Job. homilia. 4. numero. 29. vsque 33. Huius autem consideratio reddit sanctos ita animosos ut prouocent totum infernum ibid. n. 34. vsque 39.

XII. *Si filius Dei es die vi lapidos iste &c.* Primæ dæmonis tentatio ordinatæ est. *Affidentiæ*, per suadendo.



suadendo, si seruias Deo, quod dolebis te sine pane, cum solis lapidibus, quodque Deus non habeat curam sibi seruientium; ordinaria Satanæ ratio, hom. 27. numer. 2. Habetque Deus vt magnam iniuriam credi de se quod Dæmon dicit ibid. numer. 8. vsque 13. Fuitque magnæ admirationis punitio Ananiæ & Saphyræ etiam Moyfi & Aaron. ibid. numero 10.

XIII. *Die vt lapides isti panes fiant.* Dæmon non fert ei panem ad edendum, tantum inuitat ad panem quem Christus poterat facere, sic vt si habeat vim eum faciendi, edat, si non, careat illo. Dæmon tantum inuitat te ad id quod propriis viribus potes obtinere, & lucrari proprio labore. homilia 18. numero 20. 48.

XIV. *Non in solo pane viuunt homo sed in omni verbo &c.* Responso directe opposita diffidentia: Deus non permittit sibi seruientes fame mori, sed habet potentiam eos sustentandi sine pane eo quod vult, etiam ipsa fame idque ait S. Bernardus Dauidem dixisse: *Oculus Domini super sustentans eum. Vt ornas à morte animas eorum; & alas eos in fame id est per famem.* homil. 27. numer. 9. Hæc est potentia manus Dei, vt det quietem in ipsis laboribus, & in fame fatietatem, & sustentaculum. homil. 30. numer. 40. 41. 42. Idque est centuplum quod promittit etiam in hac vita sibi seruientibus. ibidem numero 48. 49. 50.

XV. *Non in solo pane &c. verbo &c.* Dominus citabat hæc verba, quæ ipse dixerat per Moysem, ponens certum fundamentum, quod Deus non permittit sibi seruientes mori fame, quodque iustum sit bene sentire de Deo, saltem vt de honesto viro, qui nollet dicere famulo suo: seruias mihi & quas nuriem te. homil. 27. numer. 8. vsque 11. Non est vt Diabolus, mundus, & caro qui permittunt perire seruientes eis. ibid. num. 12. vsque 15. habetque pro iniuria sibi facta sentire de se contrarium ibid. num. 16. 17. 18. Fiditque bonus de Deo, quod cum pro eo mundum fecerit, sustentetque, non deest ei ibid. num. 19. vsque 24.

XVI. *Tunc assumpsit eum diabolus in Sanctam ciuitatem.* S. Gregorius ait videtur horrorem piis auribus causare quando audiunt dæmonem assumpsisse Christum in manibus suis, & portasse, eumque permisisse à dæmone se ferri quo vellet, sed ne cogites sanctos timere quod dæmon tanget corpora sua, cum hæc aliquando intrant, vt patuit in singularibus exemplis, hoc enim non adimit eis punctum sanctitatis, imo hanc auget aliquando, huius sunt diuinae historiarum. homil. 19. numer. 20. vsque 25. Deus te custodiat, ne maum animæ tuæ inticiat, portetque quo vult, nec eam intret, quod damnum

timent sancti; quando enim illum dæmon intrat, post eum mors & integer infernus ingreditur. homil. 19. numero 13. vsque 26. Sine comparatione malet Dæmon animam possidere quam corpus, & multo maiorem vim ad hoc infert ibid. num. 25.

XVII. *Assumpsit eum Diabolus in sanctam ciuitatem, & statuit supra pinnaculum templi.* Etiam tunc cum Dæmon ad templum, quia in hoc possunt committi magnæ offensæ quasque Deus magis sentit, sic multos eo fert cum intentionibus laiciis & malis, grossissimum peccatum in Dei iniuriam. h. 28. num. 14. vsque 18.

XVIII. *Mitte te deorsum.* Dæmon non precipitabat eum; non enim habet vim ad nos detinendos in peccatum. Primo, quia potentia eius est valde limitata, nec potest attingere seram porti sine participatione licentia & permissione Dei, homilia 19. numero 6. vsque 11. Tantum potest deglutire sanctum carnis hanc torquendo, vt dicebat Iob Deus, & tantum potest auferre sanitatem, diuitias, & dignitates, non autem bona animæ; nec Deus tradidit ei nisi corpus Iob vt illud affligeret, sicque permittit ei petellatam in multos ibid. numero. 6. Secundo quia vestrum cor & voluntas tantæ est libertatis, vt nullus possit ei vim inferre, hæcque non illata, potest solus Deus eam efficaciter mouere ad id quod vult, idcoque vocatur magnus Dominus. homilia 23. numero 66. vsque 70. & homilia 28. numero 15. 16. Ideoque culto, di cor tuum & voluntatem homilia 23. numer. 71. 72. Sic vt Dæmon tantum possit dicere: precipita te: non autem vim inferre nisi velis. homilia 37. numer. 70. Vnde in peccatis tuis conice precipue culpam in te. hom. 29. num. 45.

XIX. *Mitte te deorsum.* Vide qualia miracula Dæmon petat saltus, & mirabilia in aëre, sive aliqua utilitate, Talia satisfaciunt Satanæ & aliis eius mundanis; vnde petierunt ea à Christo: sed talia non satisfaciunt Deo, nec Christus talia erat operaturus secundum scripturas sed vtilia tantum. homil. 8. num. 41. vsque 47.

XX. *Mitte te deorsum.* Attende quam difficilia Dæmon petat: fac vt lapides isti panes fiant, & deice te ex turri deorsum, estque talis cæcitas tua, vt ea libentur facias, cum autem ea quæ Deus petit sint facilia, suauia tibi que vtilia, non vis ea facere. homil. 25. numero 63. 64. Cum magna cura & diligentia facis, quæ petit Dæmon & mundus à te, cum sint in damnum tuum: facis que magnas difficultates in eis quæ Deus petit à te, difficisque executionem, et in fiat ad tuam utilitatem. Alta consideratio S. Chrysostomi. ibid. num. 64.

XXI. *Mitte te deorsum quia Angelis suis &c.* Illa est ordinaria ratio quæ Diabolus persuadet mul-

sis ut se dicant, representando eis, quod Angeli Dei accurrerint, id est, misericordiae eius, multis qui se deiecerunt ut Dauidi & Magdalene: magna est stultitia facere legem operum gratiae quibus Deus erga aliquos vult esse. homilia 21. numero 31. vsque 33. Ista opera non relinquunt vestigium ut nec Isaac, litae in maui ibid. numero 33. 34. 35. Ad hoc propositum S. Bernardus diuine declarabat verba Dauidis non congregabo conuenticula eorum &c. homil. 44. n. 46.

XXII. Non tentabis Dominum Deum tuum. Mirabilis lectio: non tentabis Deum; id est, ne quatas miraculum ubi non est necessarium, nec exponas te periculo, fidens quod Deus tibi succurrerit, quando te expositus secundum voluntatem tuam: id enim est Deum tentare. homilia 36. vsque 24. Id confirmant duo Anachorite sancti. ibid. numero 26. 27. Et Christus, eo quod iam fecit, nolens se deiecere ex pinnaculo, silendo quod accurrerent Angeli ibid. nu. 16.

XXIII. Iterum assumpsit eum Diabolus in montem excelsum. Adeo quartum notitium daemum, ut quamuis semel & bis se repulsi, non cesset nos aggredi & oppugnare, si non possit rationibus quas proponit conator saltem continua importunitate nos deicere ideo vocatur Brelzobab, id est, musca, ut tu discas perpetuo stare vigil; non enim quia semel eum viciisti, liberasti, te a laqueis eius, nec per confessionem & penitentiam, putes te securum quia victus ab vna parte veniet per aliam. homilia 19. numero 36. vsque 40.

XXIV. Iterum assumpsit eum diabolus. Hic videns se victum, & vim Christi, in quem nil efficiebat, tamen non cessat, sed redit vna & alia vice, fidens, quod si non faciat prima & secunda vice, efficiet tertia, cum ex toto illo opere tantum habeat poenam. Quanto plus debet conuincator insistere, tuque in particulari, ad corrigendum peccatorem licet obstinatissimum in peccatis suis particulariter cum licet nil efficias, semper lucraris premium ac si quid effecisses. h. 21. n. 33 vsque 37.

XXV. Ostendit ei omnia regna mundi & gloriam eorum. S. Lucas dicit ostendisse totum illud in momento; & in hoc quod monstratur omnes illae celsitudines & gloriae mundi, patet, quam paruae essentiae sint eum in vno momento ostendantur & transeant. Sicque omnes monarchiae depinguntur in vno momento. homilia numero 46. 47. 49. Ideoque Angelus ostendens S. Ioanni omnia regna & Reges ait quod regnauerunt vna hora homilia 1. numero 48. Diuersa sunt regna Dei ut declarabat propheta Isaias homilia 11. numero 22. vsque 38. Et ut conuictes oculos in illa, contemneres, omnia alia

Cum enim Christus tantum in visione dedisset eorum exemplar, videbatur Petro quod non erat ei plus desiderandum. h. 11. n. 39. 40.

XXVI. Ostendit ei &c. & gloriam eorum. Ostendebat regna mundi non taliter aut qualiter, sed adiciens eis apparentiam gloriae, id enim facit Daemon: cum res mundi sint de se viles representat eas ut gloriosas & pulchras: ideo dixit Deus de ipso, quod sit faber ferrarius qui incendit facitque carbonem illustres. homilia 4. numero 17. Ideo quando Daemon representat similia regna bonaeque, sancti denudant ea illo velo, quo diabolus ea tegit facitque apparenter: sic ut considerent res non tantum in exteriori apparentia, sed scrutantur intimum eorum. h. 23. numero 20. 21.

XXVII. Haec omnia tibi dabo. O mendax! bene quidem audis eum promittere regna ei qui eum adorant & seruiuntque, sed inuenies eum hoc facienti tantum dare siliquas porcorum, in ijs eos opprimens summa misericordiam miseris ut fecit prodigo. homilia 18. numero 47.

XXVIII. Haec omnia tibi dabo. Verbum diaboli proprium de futuro, qui trahit promissis & spe se daturum. Sensuali gustus Anaro diuitias sed ipse nunquam dabit rem, quod enim obtines, virtus tuis & sumptibus debes, non ipsi. Non enim permittet tibi fructum eiusdem quod tu quaesisti in fructu ipse ut probant sancti graui doctrina homilia 18. nu. 47. 48.

XXIX. Haec omnia tibi dabo. Quam bene praebentur aures Daemone qui orditur dicens: Tibi dabo, licet mendaciter & comprehendens quidquid dare potest in regnis terrae, cumque Christus promittat cum veritate aeterna colorum regna, si ei seruias, des Eleemosynam pauperi, frustum panis esurienti, non vis tamen eum auscultare. homilia 3. numero 57. Vnde habebis coniecturam an sis pergestinatus, vel praescitus, videns ad quem curas ad Daemone, qui ostendens tibi bona mundi, dicit: Tibi dabo, vel ad Christum, qui tibi dicit idem. homilia 37. numero 30. 31. Debes igitur Christum & diabolum imaginari ut duos Reges quorum quisque ostendit regna sua offerens ea ijs qui seruiunt illis. homilia. 20. n. 3. 4.

XXX. Tunc reliquit eum diabolus. Pro paruo tempore, sed nunquam desinit excitatus esse ad redeundum videns occasionem, sic redit eam videns tempore passionis Christi, ei durum bellum inferens per Iudaeos & gentiles. homilia 39. numero 6. & sequentibus.

XXXI. Tunc reliquit eum Diabolus. Peiores fuerunt Christo homines, quam Diabolus: hic enim ut attutus videns se victum, cessauit saltem ad tempus, cumque

eumque Christus nil ei concessisset eorum quae petebat, videns eius fortitudinem secessit. Scribae autem & Pharisei numquam cessauit ab eo tentando licet eis multa miracula concederet. Illorum enim malitia erat stultitiae iuncta, & procedebat ulterius quam Dæmonis: unde aliquando plus hominum malitia est metuenda quam ipsius Satanæ, ut dicebat St. Theresia, homilia 5. numero 10. & homilia 8. nu. 19. vsque 28.

XXXII. Tunc reliquit eum Diabolus, &c. Diabolus mansit victus ut in principio, sed postea reliquit integrè cum victus, itaque fractus ut iam rideant ipsum sancti & puellæ. Unde iam non minima macula est quod aliquem vincat, homilia 49. numero 11. Christus reliquit eum vincum & catenatum tamque parum timendum ac canis vinculus non timeatur. ibid. n. 34. 15.

## PRIMO. DIE LVNÆ QVA-

## DRAGESIMÆ VLTRA HOMILIAM

Sextam.

**C**um venerit filius hominis in maiestate sua. Hodie sunt reia mittenda ad vtramque manum dexteram & sinistram, quia Dominus nobis edisserit in eam gloriam, quam daturus est bonis in die iudicii, faciens eos Dominos regni sui, & horribiles poenas ad quas condemnaturus est malos cum Dæmonibus ignibus æternis. Si quælibet reia sunt potentia ad trahendos multos pisces quanto plures vtraque simul, homilia 11. numero 2.

II. Cum venerit filius hominis. Indicat nobis quod veniet ut rigorosus iudex, horrendam denotat calligationem quæ puniet malos: qui hæc nobis prænuunt non desiderat nos incutios reperire, homilia 13. numero 2. 3. 4. Patet clarè: quando enim debet peccatores punire non tantum minatur eis ut fugiant seque saluent, sed etiam ostendit eis viam per quam debent se saluare & quando ostendit se ut leo, & altius attollit brachium ut rigorosus iudex, mutat se in misericordem patrem & desinit à punitione, si peccator desistat à sua malitia ibid. n. 4.

III. Cum veniet. Non dicit nobis diem, quo veniet, nec assignat tempus ut nos reddat sollicitos & semper vigilantes, sicque diligentes simus, ne nos capiat ut in mulcipulâ hom. 36. nu. 42. vsque 49.

IV. Cum veniet. Videbatur multis aduentu Christi iudeo intentatus tardare, ideoque ridebant Apolto-

los, quando eum prædicabant, sed rS. Petrus respondebat, quod si tardabat, esse in bonum nostrum, dando nobis parum temporis ad nos præmonendum? Non tardat Dominus sed patienter agit propter nos nolens aliquem perdere. Hæc est magna misericordia, non statim obruere peccatores, sed prænuuntiare illis & modicum temporis elargiri h. 17. n. 44. & h. 35. n. 36. 37.

V. Cum venerit in maiestate sua & omnes Angeli eius cum eo. Quam maiestuosus erit aduentus iste! Primus, quo venit in mundum ad nos redimendo in carne mortali, paupere, humili, fuit cum tantâ gloria ut eo momento, quo intrauit mundum accurrerint Angeli omnes, fueritque introitus Dei, quid faciet quando veniet in maiestate suâ cum omnibus Angelis suis? homilia 41. n. 10.

VI. Cum venerit filius hominis in maiestate sua. Videtur S. Paulus voluisse correspondere illis verbis quando dicebat. Cum veniet glorificari in sanctis suis & admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt. Quia veniet operari aliquo modo in sanctis suis quod operabatur in se, quando quadrabat ei nomen à propheta datum admirabilis. homilia 12. numero 23.

VII. Sedebit super sedem maiestatis sua. Quando fuit in mundo inuenimus eum in variis dispositionibus conformiter operibus, quæ volebat facere & semper plenum misericordiâ, quali egrediamur peccatores, semel sedentem ad os fuit expectantem mulierem peccatricem, lassum cum magna humilitate ut accederet sine timore, homilia 25. numero 34. vsque 38. Alijs vicibus ambulantem qui expectat peccatores homilia 37. numero 17. 18. Alijs vicibus hæret dubius qualem representabat Thecutes. ibid. numero 22. 23. Toraque vita se nobis representat Crucifixum apertis brachiis ad nos recipiendos, constitutus (ut dixit Isaias) fidei loco, homilia 42. numero 23. Tunc autem veniet ut rigorosus iudex ad faciendam iustitiam sine misericordiâ iis qui hæc non fecerunt, ut dicebat S. Iacobus præcinctum habens pectus, symbolum misericordiæ, quâ nos expectabat & sustentabat in hac vita ut eum vidit S. Ioannes in Apocypsi h. 16. n. 19.

VIII. Sedebit super sedem maiestatis sua. Est iudici proprium sedere, ut ostendat se procedere non precipitanter, sed sedatè & cum magna consideratione, quod significat sedes iudicis: Talis veniet Christus sedens licet iudicium sit in momento futurum ut dicebat S. Paulus: non erit precipitatum, cum toto tempore quo viuis, processum tibi intentarit. homilia 16. nu. 41.

IX. Sedebit super sedem maiestatis sua. In primo aduentu venit ut pauper & exhibuit se mundo in

uobis

stra carnē mortali & paupere: in fine autem vite suæ intravit Hierusalem sedens super asinum manducans: vt Propheta dicitur: *Eccc Rex tuus venit tibi mansuetus*. Conueniebaturque illum tali modo venire vt ostenderet se oneratum peccatis nostris, ideoque figurabat se ipsum Symbolo Cameli. homil. 26. numer. 45. Sed aduentus secundus erit ad inuendum computum, quomodo profeceris illis misericordis, redibique ad te onerandum peccatis tuis: si ea si, licet non propria, fuerint tam graua causantque adeo mortalem agoniam & ignominiam, quid erunt in te in quem cadent vt in proprium futicctum? homil. 42. num 103. 110.

X. *Congregabuntur ante eum omnes gentes & separabit eos ab inuicem sicut pastor oues ab hœdis.* In mundo sunt multi status, Principes & vasalli, Ecclesiastici & seculares, nobiles & plebei &c. Tunc reducentur totum ad duos, qui er. ut oues & hœd, boni, & mali. Illi erunt regnum Dei in quo regnat pro semper; hi Satanæ. hom. 20. numer. 3. 4. Tibi curandum ad quod istorum regnorum pertineas, & que tibi fors obueniat in illa diuisione; quod causauit sanctis perpetuam sollicitudinem an magnus pastor stauerit inter oues suas vel inter hœdos sis reuicendus. hom. 37. numer. 4. vsque 17.

XI. *Separabit eos ab inuicem.* Deus nunc dabit curas propriam sedem suam. Ob secreta eius iudicia, in mundo cuncta sunt inuersa: sicutque in locis honoratioribus & prin ipalioribus mali, & per hos sepe administrat mundum & suam Ecclesiam: vultque illos honorari secundum dignitates suas & sedes: boni autem sunt afflicti, pauperes, etiam in carceribus. Tunc ponet quemque proprio loco suo & patebit quis sit ouis & quis hœdus. hom. 14. numero 29 30.

XII. *Status oues à dextris & hœdos à sinistris.* Quam graue malis tormentum erit videre bonos honoratos, quos ipsi hie contempserunt se que suprema honoratos ignominia: & quod illorum bonitate Deus ignominiosè eorum contineat malitiam. hom. 16. numer. 47. 48.

XIII. *Congregabuntur ante eum omnes gentes.* Deus ibi detegit productetque omnium peccata: er. tque quasi hinculus qui halitu suo eductet ad lucem serpentes maxime absconditos. Si enim d. gito scribens in terrâ poterat in templo detegere omnia Scribarum & Phariseorum peccata, poterit gloria & luce maiestatis suæ illuminare obcurisissima tenebrarum, vt dixit Apostolus S. Paulus. homil. 26. numero 47. 48.

XIV. *Tunc dicit Rex.* Cum sit daturus sententiam super omnia mundi peccata, vt supremus Rex,

manifestabit ea, exponetque oculis omnium vt dictum est ea que taliter detegit vt pateat propria veraque figura eorum: vnde ibi videbunt quid sit peccatum, quem offendisti, contra quem peccasti, & quam ob causam: ita vt sicut dixit Sanctus Basilus, horribilior futurus sit peccatori aspectus suorum peccatorum pœnalique pudor ipso inferno; ibi apparebit horrenda ceti facies que plus terribit quam daemones ipsi. homilia 26. numero 47. 58. & homilia 38. numero 54. 55. 56. Quod iam non confundaris & in aspectu peccatorum tuorum mortuaris ratio est, quod ea non bene cognoscas. homilia 26. numero 58. vsque 61. licet peccata non essent Christo propria, sed tantum quia se onerauerat illis quando comparebat ante tribunal æterni Patris in horro, tanta tamen fuit verecundia animæ ipsius, vt tam vehementi torqueretur agoniam, quæ exprimeret ei sudorem sanguineum: Quid tu facies, quando videb s te oneratum propriis tuis peccatis? hom. 42. numer. 110.

XV. *Tunc dicit Rex.* Christus mutat nomen suum: vocat enim se initio Euangelij, *filium hominis*. Iam autem vocat se Regem: si quidem ad representandum suas misericordias vt conuincatur mali vocat se filium hominis: quia fecit se fratrem nostrum, amicum, patrem nostrum, & nostram carnem & sanguinem. Inhibet tamen not iscum rationes & iudicat vt Rex extraneus, rigorosus & iustus tantum attendens quod sit Rex. hom. 15. num. 42.

XVI. *Tunc dicit Rex.* Ibi ostendet se plenè Regem habentemque Dominium & executionem super omnia, vt supremus eorum Rex; quando namque primò venit in mundum, erat etiam verè Rex, tamen noluit se ostendere talem saltem in administratione & vsu, tantum ostendit se talem in paucis occasionibus quibus ira conteniebat ob particulares circumstantias. hom. 26. num. 55.

XVII. *Dicit Rex is, qui à dextris eius erunt.* Primo conuertet se ad bonos, ad pronuntian dum in fauorem eorum æternaque bona eis ad iudicanda; quomonstrat desiderium, quod habet mercedis dandi; quas dat inclinatus bonitate sua & natura, punit autem quasi coactus nostris malis, quod Propheta dixit esse opus alienum ab eo, vt est punire peccatores. hom. 28. num. 46. vsque 52.

XVIII. *Venite benedicti patris mei possidete paratum vobis regnum.* Vide bonorum pramium quod est Regnum Dei, id est totum quantum Deus habet; vnde faciet eos Dominos omnium benedictum Dei, etiam ipsius Dei, qui debetur eis totus. Istud vult Christus nos indies petere dicendo: *Adueniat regnum tuum.* Huius fecit nos legitimos prætendentes quantum

do intramus Ecclesiam per baptismum. homil. 11. num. 6. vsque 12. Regnum tam abundans diuitiis & bonis vt declarabat Isaias symbolo conuiuij, alludebatque Christus ei dicens: quod affidebunt mensa sua. hom. 11. num. 22. & sequentibus. O si illud regnum vidisses quanto faciliora tibi essent misericordiae poenitentiaeque opera, quam fuerunt Iosepho seruilia sua. homil. 11. numer. 1. vsque 6. & homil. 12. numero 7. vsque 13.

XIX. *Possidete paratum vobis regnum.* Hoc est tam praeclearae magnitudinis, vt non tantum non possit detegi ab intellectu creato etiam supremorum Seraphinorum; sed nec reuelatum efficaciter desiderari a voluntate creatâ, licet esset eorundem Seraphinorum nisi Deus det particularem vim & supernaturalem virtutem. homil. 12. numer. 15. 16. Ideoque Apostolus faciens mirabilem gradationem dixit, quod nec oculus vidit & hom. 12. num. 17.

XX. *Possidete &c. regnum.* Hoc est ipse Deus vnus in essentia & trius in personis qui se communiabit dabitque cuius animae in particulari sic vt quavis earum habitura sit totum, quod est supremae Theologiae mysterium. homil. 12. numer. 24. vsque 26. & homil. 41. numer. 63. Dicitque quod tunc dabit vt possideant, non quia sancti beati eo non fruuntur in praesenti: sed quia tunc erit in publico iudicio in conspectu totius mundi, & quia tunc per sententiam publicam ad iudicabunt eis regnum illud ad magnam eorum gloriam, vt res quam merito lucrati sunt, etiam, quia dabitur possessio tam plenè, vt non tantum maneat in anima sed etiam transeat ad corpus cum supremis effectibus. homilia 11. numero 27. vsque 38. & homilia 12. num. 26. vsque 37.

XXI. *Possidete &c. Regnum ab origine mundi.* Ab hac parauit Deus homini regnum, & siquidem aliquo modo abscondita fuerit notitia eius, Christus venit ad illud praedicandum & detegendum, in plenis quod dixerat per Dauidem: *Eructabo abscondita à constitutione mundi.* Idemque regnum quod praedicabat iam tradit per sententiam publicam, ostendens se fidelem in iomissis suis. homil. 41. numer. 80. vsque 84.

XXII. *Esurium enim & dedisti mihi manducare.* En declaratum mysterium magnum praedestinationis & reprobationis, quodque debes intelligere circa illud, ne te affligas considerando aeternos actus Dei, sed inspicere opera tua; causa enim tua non remittitur ad diuinos actus illos, dando eos pro ratione sed opera tua. hom. 37. num. 12. & seq.

XXXIII. *Esurium enim & dedisti mihi manducare.* Quod Christus proferat ad singulorum computus decessionem; tantum erunt opera propria; 13.

rum enim erit virginibus tales dici & sponsum expectare, si tantum velint oleo lucere alieno: nam vt S. Augustinus ait, in Dei iudicio tantum dicitur *Eccc homo & opera eius.* hom. 17. num. 11. vsque 45.

XXIV. *Esurium &c. manducare.* Christus bene ostendit & implebit quod promittit: quae dederimus in abscondito, reddet in publico, sicque exponet visui totius mundi quidquid ad seruitium eius fecisti, ad honorem tuum & redditus aeternae gloriae. homil. 2. num. 52. & hom. 38. num. 113.

XXV. *Esurium &c.* Non dedisti pauperi, sed mihi: fuit enim in paupere, sic vt dante te pauperi, hic non tam recipiat, quam Christus: diuina inuentio ad te obligandum vt sis Eleemosynarius. homilia 16. numero 12. vsque 16. Vnde intelliges quibus fidei oculis debeas pauperem aspicere. homilia 30. numero 24. & sequentibus. Quod Dominus dicebat domum Dei esse tibi pauperem mittere. homilia 25. numero 70. 71. & 72.

XXVI. *Esurium enim & dedisti mihi.* Non adducit in publicum nec magnificat. quod ipse nobis dedit, cum eius sit totum quod habemus boni, omnique meritum nostrum fundet in donis diuinae gratiae. Tantum eductum in publicum, quod nos fecimus & quamuis factum sit cum gratia eius, exponit tamen vt opus nostrum, vt det nobis quasi ex iniuria, quod omnino penitens eius gratia, quo probatur esse perfectè liberalis. homilia 25. numero 45. vsque 50. Vnde intelliges rationem cur petat à te, vt des ei quaedam viuis, tantum enim est vt tibi conformiter ei tribuat quod dedit illi. id. numero 43. 50. vsque 60.

XXVII. *Tunc dicens iusti, quando te vidimus &c. & dicit: quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.* Bene dicit Apostolus illum fore diem reuelationis quo ille se detegat qui iam est reclusus in paupere, si modo eum tantum vides oculi fidei, tunc detegat se dicendo: *mibi fecistis.* homilia 27. numero 46. & homilia 30. numero 24. & sequentibus numero 47. & 63. Haecque est causa cur maiores sancti & magni Principes terrarum pauperibus propriis manibus idque singulariter fecerunt etiam Apostoli quod est notabile. homilia 27. numero 66. vsque 71. Hincque nascatur admiratio Sancti Gregorij Nysseni homilia de *pauperum amore* quomodo non inquiramus pauperes. Etiam Sanctus Chrysostomus notauit Gentiles risisse Christianos de quibus illis dixisse, non esse possibile quod credebant id quod se credere dicebant, quia videtur impossibile illam doctrinam credere & tam negligentes esse in succurrendo pauperibus. homilia 34. numero 43. vsque 46.

XXVIII. *Quod uni ex minimis meis fecistis.* Iam probat quod Dominus dixerat Samaritanæ, Deum ei magnopere favere ad quem mittebat pauperem, cum ipse esset in eo magis ad dandum illi, quam recipiendum. homilia 25. numero 68. vsque 73.

XXIX. *Quamdiu fecistis uni ex minimis meis mihi fecistis.* Deus est fidelis mittit ad te pauperem cum scedula signata manu sua se in computum suum recipere quod ei dederis. Virtus hic accurrentem cum solutione ostendendo se recipere esseque principalem debitorem quique debet tibi correspondere, non pauper *mibi fecistis.* homilia 1. numero 39. 40. vsque 47. Chrysostomus dat cautionem eius quod dabis pauperi sicque accurrat cum solutione ad quam nil potest pauper. hom. 27. numer. 67.

XXX. *Tunc dicit his qui à sinistris eius erunt. Discedite maledicti.* Prima præcipua & maxima poena quam dabit per sententiam malis, est separatio à Deo & privatione, quam Theologi vocant damnationem, estque certum quod est supremum damnatum, esse sine Deo; quia cum in eo sint omnia bona, cum abest, omnia illa desunt, inrantque omnia mala. homilia 13. numero 5. vsque 25.

XXXI. *Discedite maledicti.* Cum ratione reiecit à se illos iam, quando vellent esse circa illum, cum quando ipse volebat esse circa illos reiecerint illum à se illi dicens ex Iob. *Recedite à nobis;* nunquam enim ab illis Deus recelet si illi non reiecerint Deum à se ignominiose: per hoc meus damnatum sibi inferentes quam possent omnes creatura etiam ipse Deus. homilia 13. numer. 26. vsque 31.

XXXII. *Discedite in ignem æternum.* O quam horrendus ignis ad quem torissimus hic, est quasi pictus illeque nomine includuntur omnes poena quas Deus habet paratas ad te rependum inimicos suos homilia 16. numero 40. 41. 44. 45. Ideo vocatur infernus locus tormentorum quia in eo multa sunt, quæ inferuntur damnatis, sed singulariter vocatur ita: quia in eo habent Deum sibi inimicum. ibid. numero 42. Dicitur septimus locus in generibus patiendi in inferno, habere Deum in eo ut inimicum, quia numerus septem significat universitatem & habere Deum inimicum, est pati omne genus tormentorum universatim. ibid. numero 41. Erant in eo submersi in omnem partem versi, sine aliquo subleamine. homilia 11. numer. 32. Figuravit eum Itaias in valle Tophet. homilia 16. numer. 43.

XXXIII. *Discedite in ignem æternum.* Doni me mittite omnes ad ignem, non faciens distinctionem nobilium & rusticorum, pontificum & mercatorum: hic attendunt Iudices ætorum qualitates & secundum illas disponunt poenas: ibi autem

tractabitur quis secundum qualitatem operum suorum eritque ut dixit Propheta, *sicut populus ira & Sacerdos.* homilia 28. numero 52. & sequentibus. Eratque ille ignis talis qualitatis quod quænis torquetur secundum magnitudinem culpæ. Ideoque vocat eum S. Ioannes *flagnum ignis ardentis.* homilia 11. numer. 31. 32.

XXXIV. *Qui paratus est diabolo & Angelis eius.* Deus non fecit infernum pro hominibus, sed pro demonibus utque dicebat Sanctus Paulus: *Non posuit nos Deus in iram, sed in acquisitionem salutis.* Homines ipsi quaesierunt eum, & conquisierunt sibi brachiorum vi per sua peccata. homilia 13. numero 31. vsque 34. Deus dedit diabolum homini inimicum & homo ipse voluit se diabolo tradere in subditum ut fecit prodigus. homilia 18. numero 41. Et aliquando se tradit, ita ut ipse demon non eum abigat à se, licet baculis. ibid. numero 43. 46. Filius Israel in Aegypto occupati operibus sordidi luti sic erant eis traditi, ut nec cogitationem haberent exeundi de Aegypto & relinquenti tam durum & impium Dominum, ut erat Pharaon; Sunt Sancto Augustino & Sancto Bernardo figura inhonestorum qui traditi diabolo inhonestatis vicio, dat eis officium laborandi circa opera sordidi & foetentis luti carnalium operum nec cogitantes de exeundo inde & deserenda seruire Pharaonis infernalis. ibid. numero 46. Cumque Deus creasset hominem ad regnandum in eo & dandum ei regnum suum, ille ipse tradit se Satanae ut regno eius, datus ei liberam introitum per peccatum: cumque demon secum ferat ignem inferni, quo Deus eum punit, iustum est eandem punitionem extendi ad hominem. homilia 19. numero 13. vsque 20.

XXXV. *Espusum est & non dedisti mihi manducare.* Non dicit quia me spoliasti, occidisti, vel malum fecistis, tantum dicit: quia bona non fecistis. Intellegat dices non sufficere alterum non rapere, sed obligatum se esse ad Eleemosynam faciendam de proprio, quocumque tantum obicitur orationem damnabitur. hom. 16. numer. 27. vsque 31.

XXXVI. *Espusum est & non dedisti mihi.* Deus non est in culpa damnationis tuæ, ipse non fecit infernum pro te: ex eis visceribus tantum nascitur misericordia; in inferno illi iram crudelitatis tuæ. homilia 28. numero 46 vsque 52. Hæretico debet esse sollicitudo ad committendum si sit tractatus non servando adus diuini intellectus, sed operum merum, certus quod si tu notis damnationem tuam voluntarie peccando, non damnabit te. hom. illa 37. numero 12. vsque 17.

XXXVII. *Ibunt hi in supplicium æternum, infans autem in vitam æternam.* Christus elevabit illos ad

ad vitam æternam id est, Deus regnabit cum illis sic  
 ut idem Apollolus dicebat *ut sit eis omnia in omnibus*,  
 Implens quod idem Apollolus dixit *Tradat regnum*  
*Deo Patri*, homilia 41. numer. 63. 64. Et quia habe-  
 bant Deum in se, qui est vita per essentiam fruuntur  
 æternâ vitâ implebiturque quod dicebat Isaias *præci-  
 pisabis mortem* &c. homil. 11. num. 38. & mali ibunt  
 ad infernum quem vocat supplicium, quia proprium  
 eius nomen est *Locus tormentorum*, homil. 16. nu. 40.  
 Eruntque æternus, ubi mors perpetuo occidet non occi-  
 dens. homil. 11. numer. 38.

PRIMO DIE MARTIS QUADRAGE-  
 SIMÆ ULTRÆ  
 HOMILIAM SEPTIMAM.

I. **C**um intrasset Iesus Ierusalem, commota est vniuersa ciuitas. Matth. 21. Hoc Euange-  
 lium agit de introitu triumphali quem Do-  
 minus fecit in Ierusalem Dominicâ palmarum, de  
 commotione quæ fuit in omni genere hominum & de  
 eo quod Dominus fecit in templo, ad quod statim ac-  
 currit procedens contra eos qui illud prophanabant.  
 De introitu isto quam fuerit gloriosus ut depingit Da-  
 uid, agitur, hom. 41. num. 9. 10. Et quomodo trium-  
 phabat Christus de suis inimicis implens prophetiam  
 Iacob & quod experiebatur sponsa aiaque pertinen-  
 tia ad illum prosequimur homilia 41. à numer. 11 vs-  
 que 25. Et quod dicebat Iob. *Ad silicem extendis ma-  
 num suam subuersit à radicibus montes*. ibid. num. e-  
 ro 31.

II. *Commota est vniuersa ciuitas dicens: quis est hic?*  
 Vocat ciuitatem huius Gubernatores, Principes, sa-  
 cerdotes &c. Qui exesi inuidiâ dicebant. *Quis est hic?*  
 verba contemptus quibus grauabant Dominum ut pri-  
 mo cum grauabant Nazarenî qui licet opera eius pro-  
 digiosa viderent, tamen etiam videbant pauperem &  
 videbatur eis filius pauperis fabri. Nec apparebat mun-  
 do credibile pauperem posse tot excellentiis diuinis  
 præcellere, vnde has videntes dicebant. *Quis est hic?*  
 hom. 21. num. 21. vsque 25. S. Ioannes rectè vocauit  
 diuitias substantiam vel fundamentum mundi, quia  
 videtur mundano nullum accidens posse excellentiam  
 habere sine illo fundamento. hom. 16. num. 25. 26. &  
 hom. 39. num. 14. Non obstante quod Ægyptii detra-  
 uerunt Israelitas inermes, ut hic nos Mauros imo  
 magis ramen verificatur quod exierint de Ægypto ar-  
 mati, quia cum diuitiis Ægyptiorum exierunt quas ab  
 his mutuo petierant de mandato Dei: arma enim po-  
 tentiora & in quibus fundatur potentia & Dominum  
 mundi sunt diuitiæ: excellens declarat S. Hierony-

mi ibid. numer. 26.

III. *Quis est hic?* Sunt verba contemptus. Regna-  
 bat in illis superbia & inuidia vnde non poterant fer-  
 re quod Christus eos superaret, populusque plus ei ho-  
 noris exhiberet quam illis, vitium eis valde commune  
 ut eis Christus declarauit. homil. 21. numer. 50. vs-  
 que 53. Quando Iosue petebat à Moyse ut prohiberet  
 Eldad & Medad prophetizare vocabat eum Spiritus  
 Sanctus puerum, quia ex vitio pueris proprio scilicet  
 inuidia, egre ferebat illos vel alios se superare. ita non  
 poterant illi ferre quæ Christus faciebat ex inuidia  
 ideoque contemnunt eum. ibid. numer. 51.

IV. *Commota est vniuersa ciuitas*. Quando Deus  
 intrat animam mouet totam mutatque ex omni parte.  
 hom. 38. num. 111. Idque tibi necessarium est vt tota-  
 liter mouearis & in alium muteris. hom. 15. num. 44.  
 & hom. 30. num. 58.

V. *Populus autem dicebat hic est Iesus*. Deus con-  
 uincit incredulitatem illorum plebis linguâ, vt aia-  
 næ Balaam, vsque Ieroboam lapide. homil. 16. num.  
 30. 31.

VI. *Populus autem &c. Iesus*. Valde dolendum ple-  
 bes magis illuminatos esse in Dei cognitione, quam  
 sacerdotes, qui erant oculi mundi & quam principes  
 qui erant populo excellentiores. Sæpe plus nouerunt  
 de Deo quam principales & ordinaria gens quam li-  
 bros & altaria frequentantes: Deus confundit eos vt  
 per Naaman gentilem, quia plus sciebat de Deo Is-  
 raelis quam Hierosolymitani. homilia 21. nume-  
 ro 58.

VII. *Et intrauit Iesus in templum*. Ad hunc in-  
 troitum in templum, & quod Christus fecit contra  
 negotiames qui illud prophanauerunt, potest feruire  
 quod tale prosequimur. homil. 28. Notato quod illa  
 historia est S. Ioannis, contigitque anno primo præ-  
 dicationis Christi. hæc est S. Mathæi, acciditque vl-  
 timo anno Dominica Palmarum, cum Dominus iam  
 morti suæ esset vicinus nam eo finiebat & compu-  
 tum absoluebat cum illis incredulis, sic vt inciperet  
 cum verberibus & cum his finiret: quia erant avari &  
 inuidi quæ vitia sunt desperatorum. hom. 28. num. 36.  
 vsque 42. & hom. 39. num. 13. vsque 18.

VIII. *Et intrauit in templum*. Possent adferri mul-  
 ti defensus circa hunc introitum de reuerentiâ quæ  
 templis debetur, quomodo sint loca & domus Dei,  
 ubi habitat, de respectu qui eis debetur, quam grauitet  
 Deus offendatur peccatis quæ ibi committuntur, quam  
 graue peccatum sit auaritiæ malitia, quæ in illis re-  
 gnabat: quomodo Dominus eos flagellabat incensus  
 Zælo honoris Patris sui, & quam parum intellere-  
 rint flagella, late prosequimur. hom. 28. numer. 14.  
 vsque 63.

IX. *Intravit in templum* &c. S. Hieronymus cre-  
 dit

dit in ista occasione Dominum ostendisse se adeo cœlestem, vt exierint à facie eius radij lucis tam diuini, vt cum ipsi essent ipsa auaritia, licet tangeret eos in eo quod maxime sentiebant, scilicet pecuniâ, tamen non fuerunt ausi Domino se opponere quamuis viderent eum pauperem. h. 11. num. 4.

X. *Mensas nummulariorum & cathedras venditum euerit.* Est necessarium deicere peccatum sed non sufficit, nisi etiam renuntietur rebus illi seruientibus & occasionem dantibus. homil. 10. numer. 45. 46. hom. 30. numer. 21. 29. & hom. 41. num. 64. Oportet fugere occasiones peccati ad confirmationem eius quod exierit de peccato, quando enim illæ durant, regnabit peccatum. S. Ambrosius excusat Dauidem in aliquo propter occasionem quam habuit ad illud. hom. 36. numer. 24. Moyses noluit Ægypto exire nisi Israelinæ extraherent inde sua pecora & bona: quia sibi persuadebat quod illa darent iis occasionem eo rediendi: desere occasiones & viues securus de non rediundo ad Ægyptum peccati. ibid. numer. 25. Ad sacrificandum & seruiendum Deo vt oportet, debet relinqui totum quod inclinatur ad peccatum, debentque consistitij de toto præcindere capita filiorum Achab vt Iehu, quæ sunt occasiones, nec fidere proniis paritatis in illis ad eum absolendum. ibid. numero 15. Quantumuis bene valens & fortis, non audebit dormire prope viperam quia rationabiliter debet timere mortem, ita parum fidat quis viribus suis exiens in occasione peccati quod est vipera occidens animam optimè valentem, & in virtute proficientem. ibid. num. 27.

XI. *Videntes mirabilia eius indignati sunt.* En quomodo malo omnia cooperentur in malum, etiam ista mirabilia quæ Dominus operabatur in templo ad ipsorum honorem. Et ratione iussit Deus propheta Isaiæ, vt in maxime prosperis successibus eis condoleret. homilia 12. numer. 41. vsque 45. Nec tantum indignabantur Domino ob id propter quod debebant eum amare, sed ob idem etiam occidebant eum. Rectè Iacob vocauit eos *vasa indignitatis*. Et Dauid arcum prauum. homilia 39. numer. 8. vsque 13. Ex his quæ Deus faciebat Pharaoni in beneficium quibus debebat eius cor emolliiri & ad Deum reduci, extraxit motiua quo magis induraretur persequendo eius populum, ita sunt illi & rectè vocantur proditoria instrumenta belli, cum ex eodem, quod Deus eis dat vt obliget eos ad sibi seruiendum, opera scilicet quæ fecit Christus ad eis seruiendum, elicerint motiua ad eum persequendum. ibidem numero 12.

XII. *Videntes mirabilia qua faciebat indignati sunt.* Rectè dixit propheta infirmitatem istorum posse haberi vt desperatam, cum efficaces medicina eis

conuertantur in venenum. Sicque reliquit eos Osea vt desperatos diciturque quod Deum affligant, qui si non det eis signa indignantur, si det eis, similiter. homil. 8. num. 15. vsque 19. S. Iohannes bene depingit eos vt homines Deum obsecrantes ex omni parte. hom. 37. num. 40.

XIII. *Indignati sunt.* Ex hoc probantur peiores Dæmone: hic enim vno signo viso subiecit intellectum vnaque voce audita ex ore eius confessus est eum Dei filium. Illi autem ad maiores clamores sunt furdiores, & ad maiora miracula sunt non tantum cœcæ sed etiam indignati. homilia 8. numero 19. & sequentibus.

XIV. *Videntes mirabilia indignati sunt.* Probantur præcisi petendo signa à Christo quibus ostendat se Messiam, & petendo vt declaret quis sit: iam enim quando clare illi satisfacit indignantur ei. Ad quid ergo petistis signa? multi sunt illis similes qui petunt à Confessario vel doctore, vt dubia sua declaret, & indignantur quando responsum non est secundum eorum appetitum. homil. 37. num. 37. 38.

XV. *Indignati sunt videntes pueros clamantes & dicentes Hosanna &c.* Clarissimum miraculum quod fecit Christus ad probationem diuine personæ suæ, fuit hæc acclamatio lactentium puerorum. Et illud quod plus in eorum cordibus debebat operari quo illuminarentur, grauioribus repleuit eos tenebris & malitiâ. Fuit hoc magnum miraculum & magna continet mysteria. homilia 41. numero 110. & seqq.

XVI. *Relictis illis abin foras extra ciuitatem.* Dominus deseruit eos vt desperatos, sicut medicus ægrum qui medicinâ grauius infirmatur, Tales depingit eos Dauid. homil. 8. numer. 1. Istaque fuit suprema punitio Gentis adeo rebelis, hincque processit eorum perditio, quod Christus eos deseruit ob eorum rebellionem. Hæcque est maxima punitio vestrorum peccatorum, Deum vos relinquere, vt summa est felicitas eum habere secum. homil. 13. num. 5. vsque 25.

XVII. *Relictis illis.* Dominus eos deseruit non ex sua voluntate: ante enim venerat ad eos quando merebantur vt cum exercitu Angelorum veniret eos perditurus. Ipsi autem in recambium tot donorum ab eo receptorum interunt plenum concilium & mortis reum damnarunt. Tamen venit ad eos mansuetus ad mille beneficia eis conferenda & misericordias vt representat eum Propheta Zacharias: opus dignum magis considerationibus. homilia 41. numero 37. & sequentibus; quibus non obstantibus non tantum eum non recipiunt, sed etiam de nouo indignantur ei, sic vt impulerit eum vt ipsos de-



sereret. Deus enim nunquam deserit peccatorem nisi prius ab eo deserens & coactus ad eum deserendum. homil. 13. numer. 25. vsque 31. Deus posuit iridem deique hominibus in signum pacti cum eis iniri, quod non deleret eos amplius, nec desset eis, Eo non obstanti, quod Deus non possit desse verbo suo, tamen dat signa firmitatis ut pateat eum nunquam desse ex parte sua quando foedus iniri, sed homo ex sua parte desset & prius eum expellit. ibidem numer. 26.

SECUNDO DIE MERCVRII QVADRAGESIMÆ VLTRA  
HOMILIAM OCTAVAM.

**I.** *Vne responderunt ei quidam de Scribis, dicentes: Magister volumus &c.* March. 12. Historia huius Euanglij videtur declaratum ænigma quod Salomoni videbatur difficile, de via colubri super petram, qui licet scriptus super petram reuoluatur, hæc manet tamen integra & coluber pectore contritus. Tales fuerunt Scribæ & Pharisei astuti ut colubri, cum repetitis flexibus, quibus super petram Christum repebant. Patetque impletum esse quod David dicebat: *Conculcabis leonem & draconem* via vice accedebant illi ut dracones astuti versipelles, aliter ut leones representantes Principes: iam accedunt utroque modo ut dracones astuti verborum vocando Christum *Magistrum*: ut leones auctoritate, quæ accedunt dicentes: *Volumus: absorpti sunt in illi petra.* Ut dicebat David, homilia 26. num. 2. 3.

**II.** *Accesserunt Scribæ & Pharisei dicentes &c.* En comprehensos in propriis laqueis. hom. 26. nu. 47. 48. Et experiuntur quod dicebat David eis, quod si turmatim accederent ad parietem inclinatum, caderet super eos. hom. 26. num. 47.

**III.** *Magister volumus.* Malum principium petitionis à Deo, quo incipitur cum superbiâ & auctoritate offendit *volumus* sicut Moyses virgâ ad petram. hom. 9. num. 17. 18.

**IV.** *Volumus.* Magna stultitia agentem cum Deo proponere voluntatem suam, volendo eum agere quod tu vis. Ponas primo loco voluntatem Dei, faciens quod ipse vult, tuncque poteris dicere: *Volumus ut Elias:* David enim dixit *voluntatem immensam se facies* Vtique tu ages cum Deo, sic ipse te. eum ager, ut patuit in Abraham, David & Lot. homil. 25. numer. 50 vsque 62. Deus est speculum, talemque habebit voluntatem suam erga te, qualem tu erga eum, unde si primo tradas voluntatem tuam ei, ipse postea faciet quod tu voles, ibid. & homilia 37.

numer. 14. 16. Isaac orabat pro sterili Rebecca viginti annis petens filios à Deo. Licet enim sciret decretum æternæ prædestinationis manifestatum Abraham Patri suo, quod habere filios, tamen orat pro eis quia Sancti non tam attendunt quid Deus prædestinavit quam quid iusserit eis: sciunt enim quod sicut ipsi agunt cum Deo, Deus ager cum ipsis. hom. 37. numer. 15.

**V.** *Magister volumus.* Hi parum sciunt de orando & petendo à Deo, nec sciunt quid petendum nec formam, cum non possit ore eorum exire verbum inordinatum illo: *Volumus* ut prosequitur S. Augustinus. homil. 32. numer. 31. vsque 35. Nosque docuit Christus primo verbo, quando dixit ut peteremus, *Erat voluntas tua.* Deinde duplicando genua cum singulari mysterio ut notavit S. Hieronymus, & aperte dicendo: *Non sicut ego volo.* homil. 42. numer. 86. vsque 90.

**VI.** *Magister volumus.* Isti videntur apes & sint vespa & lamia, quas dicebat I. propheta, accedunt enim cum bonâ appetentiâ & ligis subiectionis vocantes Christum Magistrum habentque tantum intentionem petendi eum. hom. 23. num. 9. & hom. 37. numer. 31.

**VII.** *Volumus à te signum videre.* Rectè Beda: petunt signum ac si nullum vidissent: bene manifestarunt diabolicam malitiam suam: cum enim miracula à Christo facta esset ante oculos eorum tam magna, non videbantur ab eis, nec illorum quidem magnitudo, ideoque contemnebant ea. hom. 29. num. 23. Rectè poterat eis dici quod Moyses Patribus eorum: *Pes vidistis &c. & non uedit vobis Dominus cor intelligens &c.* hom. 15. num. 3.

**VIII.** *Volumus &c. videre.* Inordinatissime procedunt & repugnantia perunt: quia dicendo se velle videre ostendunt se accedere sine fide, estque magna stultitiâ Christum adire sine illâ, petendo miracula ab eo, qui tantum operatur ea iuxta fidei mensuram. hom. 2. num. 27. homil. 27. num. 32. vsque 59. & 40. vsque 49. Christus erat ut fons Siloë, cuius aquas non videbat, nec referebat qui non accedebat cum fide. hom. 30. num. 54. 55.

**IX.** *Volumus &c. videre.* Rectè ostendunt se cecos cum non videant radios tam claræ lucis miraculorum Christi, quæ habebat ante oculos, dixitque Origenes bene eos fuisse illuminatos ut lateres, quibus lux manet in superficie nec penetrat ad intima. homil. 2. num. 2. 3. Hic impletur illud Abacuc quod diuina lux Christi calos tenebris inuoluit obscurioribus: hom. 7. num. 15.

**X.** *Volumus à te signum videre.* Stulte in omnibus procedunt, cum accedant male dispositâ voluntate, & certum sit ad Christi miracula videnda & fidem, necesse.

necessarium esse voluntatem bone affectam & affectum eius pium vt docent Theologi. hom. 29. nu. 52. & sequentibus.

XI. *Generatio prava & adultera signum queris.* Licet isti veniant cum humilitatis chlamyde, tamen detegit eos & auferit cetera laruam, cum enim haberent bona verba in ore, tamen habebant cor auctum. homilia. 26. nu. 40.

XII. *Generatio prava.* Recte hos dicit generationem inuersam reprobam cum petat videre ad credendum, de eaque e contra fieri. Si enim non credas non videbis: circa quod erat blasphemia Hymenæi. homilia 29. numero 59. 60. Ad intelligendum mysteria si lei primo debent ea exerceri, & credi: quia hæc est via ad intelligendum ea. Ideo dixerunt filij Israel quando Deus eis proposuit diuinam legem, *Omnia qua locutus est Dominus faciemus.* homil. 29. nu. 59. Non oportet nos ea malitare discursibus nostrorum intellectuum, sed ea bibere & deglutire vt declarabat Propheta Isaias, quando proponebat mysteria Incarnationis Dei. nam secundum lectionem Septuaginta præmisit. *Hæc primum bibe velociter, bibe.* ibid. numero 59.

XIII. *Generatio prava.* torta & inuersa. quia cum intellectus debet illuminare voluntatem, hancque ducere, voluntas exæcat intellectum trahitque post se. ho. 29. n. 52. & seqq.

XIV. *Generatio prava:* torta & perversa. quæ cum illuminari debuisset miraculis Christi ad maiora miracula manens cæciores, & quo plura miracula vident eo minus credunt, & quem deberent ob eadem miracula recipere, reiciunt & persequuntur. Ideoque vocabat eos Iacob *vasa iniquitatis bellantia* & David *arcum prauum.* h. 39. n. 8. vsq; 13. Procedunt quasi obsidentes Deum, cuius non videtur terminus inueniri posse. h. 37. n. 40. 41.

XV. *Generatio prava,* & præpostea, non cum conueniunt opera verbis, cum opera quæ faciunt, quando Christus eis miracula dabat, ostendant ea fictè petita. h. 49. n. 9. Indiciis præfectorum qui mendacis & deceptionibus vtuntur. h. 37. n. 32. vsque 35.

XVI. *Generatio prava & adultera.* Christus dat eis congruum nomen, vt bene noscens eos, alludens ad id quod olim eis dixit per Ieremiam *prauum est cor hominis*: cum post tot miracula quæ in eorum præsentia Dominus fecerat singulariter vltimum recenter factum quo dæmonem sibi subiiciebat qui possederat hominem surdum, cæcum & mutum, ipsi minus subiicerentur, ostendentes duritiem & prauitatem cordis sui. h. n. 3. n. 25. Ista durities & prauitas erat Christo molesta. h. 25. n. 24. vsque 28. Constatq; illi vt Ezechiel multi diligenter, quæ hic ollæ sordidæ impendebat. h. 25. n. 28. & seqq.

XVII. *Signum non dabitur.* Licet Christus sæpe non

responderet malitiis istorum, tamen iam responderet aliter, occasione id requirente, implens consilium Sapientis. *Responde stulto iuxta stultitiam suam ne sibi Sapientia videatur.* h. 34. n. 36. 37. 60. Hic patet quod S. Ioannes dixit quod tenebræ lucem non comprehenderunt, licet accederent ad eam obscurandum, sed lux super illas reflexit. h. 30. n. 2. Et Christus ostendit se ignem, cuius lucem non tantum non extinguit stramen, sed etiam consumptum euanescit. h. 23. n. 23.

XVIII. *Signum non dabitur ei.* Aliis accedentibus dedit Christus signa his petentibus non vult dare, quia intuebatur corda, nec volebat omnes vnâ medicinâ curate, sciebatque his obfutura, illis profutura; vt eadem de causa vocat vnum qui nec cogitabat de ipso, vt eum sequatur, & alium accedentem & dicentem: *Dominus sequar te*: non admittit. homilia 2. numero 23. 24. 25. Ideo non dat tibi Deus multa quæ petis, quia scit ea tibi damno futura & maiori tuæ damnationi; Ideoque noluit prædicari Asiæ & Bythinæ. Et ob eandem causam non dederat miracula Nazarenis Patriotis suis. hom. 21. n. 9. vsque 13.

XIX. *Signum non dabitur ei.* Non dabat eis signa quæ petebant, quia sciebat quod postea patebat, quod ea, vt conueniebat dantem persequerentur, imo etiam occiderent, cur igitur petebant ea? Sic multis accidit à Confessario vel doctore petentibus dubia vt respondeant, si dent responsum vt conuenit, & non quod illi volunt secundum placitum suum, persequuntur illos verbis & querelis. Cur ergo petitis? homilia 37. nu. 35. vsque 40.

XX. *Signum non dabitur ei.* Isti sunt mala generatio vt maledicta terra arenosa, quæ quantumvis aquæ cadat, non fert fructum & frustra additur aqua aqua, quia nulla prodest; etiam sunt isti vt argentum reprobatum quod Deus ostendit Ieremiæ. ho. 19. n. 49. & ho. 37. n. 69.

XXI. *Signum non dabitur ei, nisi signum Iona Prophetæ.* Negans eis miraculum, dat supremum omnium quod fuit eius resurrectio, quam specialiter eis dedit vt irrefragabilem probationem personæ suæ diuinæ. homilia. 28. numero 63. & sequentibus. Figurata in factu Ionæ mirabilibus præclaro prodigijs, homilia. 48. numero 7. vsque 17. Supremum signum inter omnia quæ Dominus est operatus. homilia. 49. numero 6. vsque 11.

XXII. *Viri Niniuitæ surgent.* Deus suam habet causam adeo iustificatam vt eius iudices faciat homines, licet sint ad o barbari & peccati, vt fuerunt Niniuitæ. hom. 17. n. 5. 6. 7.

XXIII. *Viri Niniuitæ.* Hos vocat viros quando egerunt penitentiam, licet essent etiam mulieres, quia hæc fuerunt viriles, aggressæque sunt penitentiam

gentiam virilem, qualis debet esse tua: licet enim minimum quod potest haberi in cibo, sit illum gustare prohibuerunt tamen hoc. *Non gustent quidquam.* Ad argumentum rigorose veræque penitentiae. h. 1. n. 7.

XXIV. *Viri Ninivita surgent &c. & condemnabunt &c.* Magna est Christianis damnatio, verbum Dei in quibusdam perditis & terrenis Gentibus operari, & non illis: & magnus pudor lucem posse terram illuminare, cælis remanentibus obscuris. homilia. 7. numero 15. vsque 19. Rectè coniecta fuit durities Ieroboam, & damnatum eum lapides quod in his operatum sit Dei verbum, non in illo hom. 16. numero 30. 31. Vtque eos condemnarunt Ninivita, etiam damnabit te quoque Samaritana. homilia 25. numero. 5.

XXV. *Viri Ninivita surgent. & Regina Austri surget &c.* Virtute & operibus aliquorum Sanctorum convincer in iudicio peccatores obstruens eis os, ut dicebat David, & pudore confundens &c. h. 6. n. 35. vsque 38.

XXVI. *Regina Austri surget in iudicio.* Tunc eos damnabit Regina Saba ut olim condemnavit incredulitatem eorumdem vidua Sarepta tempore Elia, & per Naaman Syrum tempore Elisei h. 21. n. 53. vsque 59.

XXVII. *Cum immundus spiritus exierit ab homine.* Vocat Dæmonem immundum spiritum, ut olim Zacharias ob fordes immundas quibus involuitur, & à suis requirit. homilia. 19. numero 38. 39. & particulariter, quia potestatem habet regnare in sordidis & carnalibus. h. 18. n. 43. 44.

XXVIII. *Fiunt novissima hominis illius peiora.* Quando aliquis post remissionem redit ad eadem peccata peius ei accidit ut Oza, aliisque, quæ sunt hortenda exempla. h. 10. n. 49. vsque 52.

XXIX. *Fiunt novissima hominis illius peiora.* Perseverantia & recidencia in peccata debilitatur liberi arbitrii libertas ne ab illis creetur, quod est pessimum quod potest peccatori accidere. homilia. 13. nu. 50.

XXX. *Ecce mater tua & fratres tui.* Christus non habebat germanos ex sanctissima matre eius natos ut aliqui hæretici voluerunt, sed vocat fratres consanguineos ex parte matris suæ: veræ vel patris putativæ. h. 36. n. 33.

XXXI. *Qua est mater mea & fratres mei.* Non oportet Deo allegare consanguinitatem Sanctorum & Sanctorum sed virtutis tantum. Dives Epulo sunt Consanguineus Ioannis Baptistæ, tamen eum Dæmones abstulerunt. h. 16. n. 2.

XXXII. *Qui fecerit voluntatem Patris mei, qui in caelis est.* Dicunt ei matrem eius illic esse, non negat sed dicit, se patrem in caelis habere, docens

magnum mysterium duarum nativitarum suarum, quibus habet in terra matrem sine patre, & in caelo patrem sine matre. h. 11. n. 18. 19.

## SECUNDO DIE IOVIS QUADRAGE-

SIMÆ ULTRA HOMILIAM NONAM.

**E**gressus Iesus secessit in partes Tyri & Sidonis. Evangelista representat nobis Christum exultantem indubie ad aliquid magni machinandum; aduentus eius in mundum fuit ad dissolvendum opera damnaeque dæmonis, cumque mundo eiciendum quem sibi subiogaerat, ideoque ordinariè eius machinationes erant contra dæmonem, hunc eiciendum corporibus, eò ostendens intentum suum esse cum animabus eicere. Ideo discurrit, exit, & quidem hodie ad terram gentilium ubi dæmon habebat præcipuam sedem suam. h. 19. numero. 31. vsque 40.

II. *Egressus Iesus.* Vides hic flautem Nilum cui si ponatur impedimentum in ordinariò alveo suo Iudæis, mox exsurgit per arida gentilium non enim stant aquæ, vbi qui noluit recipere donorum & gratiarum eius, aquas, derivat communicatque illas alius. h. 25. n. 16 vsque 19.

III. *Egressus Iesus.* Exit à Iudæis linguens cæcos eorum sapientissimos, cum quibus cum paulo ante contendisse dicebat: *Sinus illos cæci sunt &c.* Atque ad gentiles illuminandos, implet iudicium, quod dicebat per Isaiam quod faciet iustitiam sapientes ex cæcis, & ex cæcis, illuminans. homilia 30. numero 10. 11.

IV. *Egressus Iesus* Dominus prælectionem dederat doctrinam de illo quod coinquinat hominem, quod est sine manuum lotionem edere; quæ & mirabilibus eius tantis illi sapientes involuti sunt tenebris quantis dicit Evangelista. Exit ab eis, & digreditur ad terram gentilium, ubi mulier ita fuit illuminata, ut penetraret mysteria divinitatis & humanitatis eius, ut capto eum Dominum, filium David, implet illud Prophetae Abacuc: *Operuit calos gloria eius & laudis eius plena est terra.* h. 7. n. 2. 3. 4.

V. *Egressus Iesus secessit.* Non ex sua voluntate, sed quasi coactus hypocritis & rebellionem Pharisæorum, qui ad splendorem eius obscurandum venerunt Ierosolyma, ut conquirerentur de discipulis eius, quod non lotis manibus manducarent, quæ rebellio tanta fuit ut coegerint eum ad illos deserendos ut desperatos, vult dicebat: *Sinus illos &c.* Deus enim non abit à te nisi eum abigas tuis peccatis & rebellionibus. h. 11. n. 21, vsque 31.

VI. *Egressus Iesus.* Abreunt Christo rectè potestatem

mus de Iudæis dicere quod Ieremias dicebat: *Egressus est à filia Sion omnis decor eius*; cum abeunte Deo omne bonum abeat manentque aperta portæ omnibus malis & damnis. homilia 13. numero 5. vsque 24.

VII. *Egressus Iesus secessit in partes Tyri & Sidonis.* En qualiter ita Dominus quarat peccatores, iam in Samaria iam in Phœnicia, intratque per Tyrum & Sidonem. Secundus Adam quarit cibum suum in fidiore vultus sui & fatigatione. homilia 25. numero 19.

VIII. *Et ecce mulier Chananæa.* Res extranea, Evangelistam velle nos oculos conicere in mulierem Gentilem à Chamo descendentem, cuius posteritatem maledixit Noë pater eius. Iustè quidem: quia ista mulier habet excellentissima: primò invincibilem fortitudinem: mulieris est propria infirmitas & inconstantia, quod etiam nomine suo declarat ut dixit Isidorus, quod *mulier* dicatur *quasi mollis aer*. homilia 38. numero 32. Illa autem est adeo fortis & valida, ut se non subiciat, licet non respondeatur ei, licet teneatur, licet dicatur canis, ali. que contumeliosa verba ei dicantur sic ut vincat ipsum Deum. Sunt fortes valideque mulieres quarum exempla refert D. Hieronymus. homilia 26. numero 31. 32. Et quando mulier sincerè apprehendit opera virtutis, nullus eam superat ut prosequuntur SS. Basilius & Gregorius Nyssenus. homil. 38. numer. 29. 32. vsque 38. Et si fortitudinis symbolum est columna, mulier ista fuit adeo firma, ut nullus occurfus, licet passa sit, fortissimos, eam deiecerit ab incepto bono, processitque et vultus Dei. hom. 37. num. 73.

IX. *Ecce mulier.* Secundo: multum in ea videndum, quia est sapientissima; mulieri tribuitur ignorantia. Quia parvo laborat intellectu sicque disposita est, ut decipiatur, decipia que ut patuit in Eva. homilia 25. numer. 7. vsque 10. Imo & ipse diabolus voluit ut videntes mulierem iudicemus eam stultam. homil. 32. numer. 19. 20. Ecce mulier sapiens in negotiando cum Deo, quæ rectè vocatur Chananæa id est negotiatrici tam sapiens, ut nobis possit esse magistra orationis quæ negotiamur cum Deo, orando cum vana fide quæ detegebat aquas fontis Siloë, quas increduli non vident. homilia 30. numer. 52. vsque 55. Estque notum quod Dominus docebat, sine fide nihil sperandum. hom. 2. num. 27. & hom. 27. num. 32. vsque 39. Etiam orando cum humilitate & perseverantiâ patetque in ista quod Sancti di. uni, quando mulier se trahit malitiæ, vanitati, lascivie, nihil ea esse peius: etiam quando se consecrat bonitati & sanctitati, nil ea esse melius. hom. 38. num. 21. vsque 38.

X. *Ecce mulier.* Christus singulariter venit ad reparandam honorem mulierum, quæ valde erant ini-

fanatæ in omni genere defectum, facitque hoc, exponens visui vnam, quæ existens de stirpe Chananæa maledicta, excedit multos viros excellentes sciantque plura quam totus Pharisaismus, & quando illi, qui erant flos scientiæ & bonitatis secundum mundi iudicium, heri erant Christo molesti, hodie ista placet illi. hom. 25. num. 13. 14. 15.

XI. *Mulier Chananæa.* Dominus voluit continere duritiam Iudæorum, ut probavit in Rege Ieroboam cui dum loquebatur per suum Prophetam, Rege in contumacia persistente, convertit se & loquebatur ad petram quæ comminuta est ad Verbum Dei. homil. 16. numer. 30. 31. Magna Iudæorum confusio quod mulier Chananæa tam cito cognoscat Deum, parvis signis visis, sciatque tantum de oratione vno momento ipsis manentibus ita duris tot visis operibus. hom. 7. num. 15. vsque 19.

XII. *Mulier.* Ut olim per viduam Sareptæ pauperem viventem in terra Gentilium convincit infidelitatem populi sui, quia mulieris istius fides erat excellens, tantum ad Eliæ aspectum & verbum eius auditum, fueruntque mirabilia opera eius: & etiam per fidem Naaman Gentilis convincebat incredulitatem populi sui in eo quod fecit Eliseo: ita iam efficacius eos convincit actibus mulieris istius quæ recognoscit eum, adorat, & invocat eum extrema fide & perseverantiâ, cum Iudæi visis innumerabilibus miraculis eum non cognoscant nec recipiant. Ista mulier damnabit eos in iudicio, etiam te, quod nutritus sis inter fideles & tantam habeas doctrinam, fidem tamen ita mortuam, scilicet tam parum de oratione. hom. 21. num. 57. vsque 59.

XIII. *A sinibus illius egressa.* Iudæi habent eum in domo suâ, hancque evincunt, ista exit suâ ut eam quarat & inueniat: Dominus voluit eos ad æmulationem prouocare ut dicit Apostolus S. Paulus is quæ operabatur inter Gentiles, quod eis toties fuerat miratus, cumque id maxime sentirent, non tantum id eis non proderat, sed etiam magis indignabantur. hom. 21. num. 59. vsque 62.

XIV. *A sinibus illius egressa.* Ut adiret Christum ad petendum ab eo, reliquit idololatriam quæ Deum offenderat exitque de idololatriæ ad petendum quod volebat. Ista fuit stultitia illorum heri quod non linquentes peccatum quod paulo ante commiserant in Christum sed perseverantes in eadem effensâ ad eum ut concedat eis quod petunt. hom. 8. num. 9. & sequentibus. prodigia quæ fecit Deus in Ægypto, atque exitus populi, submersio Pharaonis eiusque exercitus in mari, concessio aquarum dulcium euntibus per desertum, manna & cornicum contigerunt tempore triginta dierum post exitum Ægypti & post tota mirabilia, quibus constabat Deum illa esse operatum,

tentarunt enim petendo aquam ut scirent an ipse precidentia dedisset quam offensam Deus dolenter sensit eamque prosequuntur heretici qui postquam vidissent tanta Christi opera quae declarabant eum esse Deum verum, de nouo accedunt ad petendum & tentandum. ibid. num. 9.

XV. *Afinibus illis egressa.* Confirmata mulier ad orandum & petendum a Deo, primo exit de peccatis & terminis suis, id est, occasionibus, idque petit a te primo loco. homilia 1. numero 3. 4. & homilia 28. numero 53. 54. Qui eas non fugit, non tantum non est bene dispositus ad Deum adendum, sed etiam tentat eum vt S. Augustinus declarat. homilia 36. numero 21. vsque 24. Et confirmatur exemplo Sanctorum Anachoritarum. ibid. numero 26. Docebatque Christus recedens a terminis Iudaeae. ibid. numer. 36. vsque 39. Non tantum debes exire Sodoma vt Lor, sed etiam terminis eius, vt ei dicebat Angelus. hom. 10. num. 46. vsque 50.

XVI. *Afinibus illis egressa.* Ad orandum est bonum de tumultu exire: licet recedenti occurrant cogitationes te distrahentes vt aues quae inquietabant Abraham. homil. 42. numer. 73. vsque 77. Exeas de negotiis pro tempore vt ores Deum, si non potes omnino: saltem ex parte, sique, vt pisces alati qui saltus edunt super aquas. hom. 11. numer. 12. 13. Ad orationem & meditationem gloriae requiritur magnus recessus a rebus mundi. Eriam antiqui Philosophi noverant necessitatem illius ad considerationem Elementorum & stellarum caeli tantum, & secedebant ob illam, imo Plato secedebat ad hortum Academi ad speculationem Philosophiae indeque derivatum nomen Academiae, id est, locus solitarius quia dedicatus est tractandis rebus literariis. ibid. num. 12.

XVII. *Clamauit dicens es.* Habens in demo daemone qui torquebat filiam eius, currit ad Christum pro remedio & defensione vt enim dixit S. Chrysostomus: vna causatum, ab quas Deus reliquit daemones in mundo, ea est qua nos cogat vt recurramus ad eum pro remedio &c. hom. 19. num. 5. vsque 14.

XVIII. *Miserere mei fili David.* Accedit cum viua fide & perfectâ consistens eum Deum verum, ideoque ait absolute Domine: nomen Deo proprium. hom. 2. numer. 31. 32. Etiam consistit hominem significans impletas esse omnes promissiones factas Dauidi a Deo & populo per Prophetas quod descenderet ex familia Dauid; Secundum hoc bene accedit, quia cum viua fide, sine qua Christus non faciebat miracula, quaeque faciebat secundum mensuram fidei faciebat. hom. 27. numer. 32. vsque 39. Ideoque non facit ea in te qui accedis petens cum fide sopita. ibid. num. 40. vsque 45.

XIX. *Miserere mei.* Bona petitio quia fundatur

non in suis meritis, sed in misericordia Dei talsique debet esse tua, vt petens a Domino respicias misericordiam eius non opera tua, si haec ostendat scriptis plus inueniet quod puniat quam quod remuneret. homil. 32. num. 35.

XX. *Miserere mei, fili David, filia mea male a daemone vexatur.* Eu magnam magiltram orationis, & pondera in eo quod agit singularem excellentiam, quod misericordiam absolute petit in ordine ad se sed in ordine ad infirmitatem filiae suae nihil determinatum petit, tantum repraesentat infirmitatem, & quod patitur, misericordiam Dei absolute debes tibi petere, non ab infirmitate liberari & labore quem pateris, sed tantum id repraesentando, vt tibi det quod magis conuenit. homilia 32. numero 22. vsque 26. Fieri potest, infirmitatem & laborem tibi conuenire, esseque ad tuam salutem vt Deus declarabat Sancto Paulo; hincque discipulo suo Timotheo, dicens pro tempore bonam esse leoni febrem. homilia 24. numero 31. 32. idque ita verum est, vt licet aliquando sit damnnum corpori a daemone torquebatur, tamen multum proffit animae, idque aliqui Sancti petierunt a Deo & obtinuerunt: est mystriola doctrina. homilia 19. numero 20. & homilia 20. num. 3. Estque singularis quam refert Sanctus Chrysostomus de Stagyrio monacho. homilia 19. numero 2. 3.

XXI. *Filia mea male a daemone vexatur.* Inste mœsta conueritur: quia daemone torquebat filiam eius, non tantum in corpore sed magis in animâ, quam cum daemone intrat, magnum causat tormentum: quia confert infernum patiturque iam infernum portabilem. homilia 19. numero 13. 14. & homilia 37. numero 53. 54. 57. 58. Secundum flagellum quo Deus puniuit peccatum Pharaonis erat importuna rana, quae non permittebant eis somnum vel quietem, vel vno instanti, & in quavis parte erant inquieti ob illarum coactionem, exibantque de flumine, in quem iusserat proici. pueros Hebraeorum: etiam de flumine male conscientiae peccatoris exiunt ranae importunorum remorsuum, qui quouis loco & tempore torquebunt eum, conferetque infernum qui eum torquebit. homilia 37. numero 54. Quando daemone tantum corpus torquet non est dicendum absolute male vexare: imo aliquando bene & ad bonum cruciat. homilia 19. numero 23. vsque 28.

XXII. *Filia &c: vexatur.* Hoc parentes sentire debent & gemere, non infirmitates & mortem quas Deus prolibus immitit corporales, sed spirituales quas daemone causat. homilia 31. numero 64. vsque 67.

XXIII. *Male a daemone vexatur.* Deus permittit & saepe

& sepe permittit nobis videre, quomodo demon torquet corpora quæ intrat, ut inde colligamus damna quæ inferi animæ in eius potestate existentis vique iudicemus ex corporali spirituale. homilia 19. numero 10. O quam horrendos operatur effectus. ibid. numero 13. Si Deus aperiret tibi oculos ad cognoscendum quanto terrore percelleretur? & si petas quomodo demon intrat animam ad illos causandum: dico intrare equitem in peccato, quod committis. ibid. numero 15. 16. 17.

XXIV. *Male à demonio vexatur.* Num esset melius demonem adire, rogando ne tam crudeliter torqueret? intelligebant doctrinam postea à S. Gregorio datam: voluntatem demonis semper esse malam: quia eius est, sed potestas, quam habet est bona quia Dei: unde ab eo non potest peti, ne nobis noceat quia est obstinatus in malo, nec potest desistere à voluntate nobis malefaciendi, ideoque nobis Deus ad eundem qui potestatem eius refrænet. homilia 19. numero 5. vsque 10. Deus tantum dabat demoni potestatem in corpus Iobi, siquæ dat in multorum corpus, ab ipso autem non est sperandum beneficium, nec allevamentum malorum, sed Deus ad eundem ut eum reuincat, quia ipse totus est ad nos perdendum. hom. 19. num. 6. & 8.

XXV. *Male à demonio vexatur.* Hic vides officium demonis esse torquere & vexare, nec nouit, nec potest aliter facere, unde Hieronymus vocat eum Questionarium Dei: quia vitur malitiâ & operibus Satane, est & Faber Ferrarius igne, forma & maleo terribilis. hom. 19. numer. 23. vsque 26. Dæmon fuit ut hamus, quo Deus traxit hanc mulierem ad suos pedes subditam: sic conuenit agere. hom. 2. num. 43. 49. 50.

XXVI. *Filia mea male à demonio vexatur.* Cum vexata sit eius filia, peti misericordiam pro se, quia sciebat afflictiones sepe proliis obuenire ob culpas parentum, quia eas male educeant. homilia 21. numero 6. 7. O quam præcisam obligationem habeat parentes curandi ut filij eorum sint boni, si non sunt, Deus eos punit in illis & per illos. homilia 35. numero 13. 14.

XXVII. *Male à demonio vexatur.* Dæmon torquet eos quos inhabitat. Hoc est cum infortunium, quod dæmone te male tractante & mille tormentis afficiente se quæras eum habere sive tecum, nec des infortunium Christo, qui tibi dat mille bona & consolationes. homilia 19. numero 13. 14. Quod valde dolendum. ibid. numero 18. 19. Pater ita prodigum tractasse, mactando eum fame. homilia 18. numero 47. vsque 51. Dæmon torquet ac quasi suspendit suos. homilia 37. numero. 47. vsque 51. Iam que participant inferni tormenta. ibid. numero 53. vsque 57. Ques in-

terim Dei gaudent, quos inhabitat per gratiam, & fruuntur principis gaudij vite æternæ. ibid. num. 57. vsque 67. Christus est vita & gloria, hæcque dat ubi intrat, sicut dæmon cum sit tormentum & mors, hæc causat ubi intrat. hom. 19. num. 13. vsque 18.

XXVIII. *Filia mea male &c.* Deus aliquando facit ut venatores, qui apprehendendo canes capiunt parentes, & sicut qui sectantur Elephantes. hom. 31. numer. 64. 66.

XXIX. *Non respondit ei verbum.* Mirandum quod diuino sole curlum suum faciente, & in alijs suis sanitate ferente, sic ut non tantum daret petentibus, sed transiens etiam offerret non petentibus ut Sanctus Petrus dixit: *Sanando omnes oppressos à diabolo:* Modo restringat se, respectu mulieris huius petentis cum humilitate & fide. Valde mirabile non minus quam solem retrocedere, quod excitabat sapientes Babylonia eius causam inquirere. homilia 8. numero 2. 3. Est diues in omnes qui invocant eum, ut dixit Sanctus Paulus & Hieronimus, se affligit quando non est qui ad petendum accedat. *Aporianus est quia non est qui occurrat.* Quomodo ergo iam invocatus tacet: ibid. numero 4. 5. 6. Multis ab eo rogantibus pacifice respondit, hæc autem hæc verbum quidem respondit: medicus etenim est diuinus: & non omnes eodem modo eademque erat medicina. hom. 2. num. 13. 14. 15.

XXX. *Non respondit ei verbum.* Deus aliquando tacet quando ab eo petit, nouit enim tuam conditionem, te esse instar passeris, qui accepto grano sibi adiecto, discedit: et in Christo oranti in horto non respondetur primâ & secundâ vice nec ideo cessat ab oratione, t. cessas, licet à Deo petenti non respondeatur verbum: orat o enim eget magnâ perseverantiâ hom. 42. num. 95. vsque 98.

XXXI. *Accedentes discipuli rogabant eum.* Ne putet te solum quando oras, te enim orante in afflictione rogant Sancti pro te ut vidit Sanctus Machabæus Ieremiam pro se orantem quando erat in afflictione magnâ. homilia 24. numero 38. Angeli etiam assistunt tui quando oras & orationes tuas offerunt Deo, ut iam Apostolus istis mulieris Christo, dicentes: *Clamat post nos.* Consideratio Sancti Bernardi re prouocantis ad recollectionem habendam in oratione. Tobias orabat nec Deus respondebat. Sed Angelus Raphael accurrens eius orationem offerens Deo. hom. 42. num. 75.

XXXII. *Accedentes &c. eum:* magna Dei misericordia erga nos quod habeat secum Apostolos & sanctos fratres nostros, quorum oratio magna valet autoritate apud eum. hom. 42. num. 39.

XXXIII. *Non sum missus nisi ad omnes.* Magna mysterium: cum enim Sanctorum oratio sit efficacissima

serua sic vt dicatur Deum vincite, proinde bonum est habere aliquos particulares, qui pro te intercedant tempore necessitatum tuarum. homilia 24. numero 39. vsque 43. Cumque sit efficacior eorum oratio quando sit ab omnibus illis simul. ibid. numero 49. & sequentibus: tamen videtur non audire omnibus Apollolis simul orantibus, idque facit ad bonum & honorem huius mulieris vt habet occasionem detegendi viam eius fidem, eosque docendi talem debere fidem esse, quæ disponat ad opus tanti miraculi, nec permittere illam mortificari vt eis accidit quando erat operaturus miraculum panum & quando maris tempestate iactabantur. homil. 27. num. 35.

XXXIV. *Non sum missus nisi ad oves.* Notat heri vocasse Iudæos generationem pravam & adulteriam, quo reuelauit eorum duriciam & incredulitatem, iam in eorum absentia honorat eos vocans oves domus Israhel. Ita faciendum peccatori in presentia detege peccatum eius, & prouoces ad penitentiam & in absentia rege defectus eius dicatque tantum ad eius honorem conducentia. Non vt falsi prophetae de quibus conqueritur Deus, quod peccatoribus non detegant vulnera sua, sed eis coram adulabantur. *Non aperiebant tibi iniquitatem tuam, vt te ad penitentiam prouocarent.* Nec vt tu facis, de quo Hieronymus ait, te factum inuersum, dicendo in presentia laudes & in absentia vituperia. homilia 22. numero 43.

XXXV. *Domine adiua me.* Animata oratione Apostolorum facta pro ea, etiam accurrit rogans pro se, non enim debet tibi sufficere Sacerdotes & ministros Dei pro te rogare, te desistente, imo etiam & in peccato tuo manente. Nec sufficit dicere patres orate pro me, sed illis orantibus tibi est accurrendum & faciendum, vt David, qui sentiens sonum excitatum ab Angelis inter pyros accurrit amatus. hom. 10. num. 19.

XXXVI. *Domine adiua me.* Notat S. Gregorius: petentem te vt cum adiuues, non tibi dicere vt agas totum, nec manum te abstrahente, ipse suos in sinu habeat: hoc enim non esset iuuare, sed te totum facere, sicque declarat quod Apostolus dicebat *Dei adiutores sumus.* libro 17. *Moralium capite 26 & quod David de Deo psallit: Adiuutor in tribulationibus in opportunitate.* Secundum quod quando petis à Deo vt te adiuuet ne committas ipsi totum sed adhibe manum tuam disponens te peccatorum tuorum confessione, & accurrens cum elemosynis vt suadet Spiritus Sanctus homil. 24. numer. 51. *Negotium iustificationis est lusus societatis tecum; & eius manus debet tua copulari.* hom. 10. num. 33. homil. 24. num. 48. 89.

XXXVII. *Non est bonum sumere panem filiorum*

*& mittere canibus.* Domine quod incredulis & rebellibus, qui heri te adibant fide vacui & malitia pleni, dixeris generatio prava recte & loco suo dictum est; sed quomodo vocas canem, visque illum vt talem à te repellere quæ accedit vt ovis plena fide: hec patet quod dicebat propheta *vt facias opus suum peregrinum opus eius ab eo.* Quodque dixit Sapiens esse diuersissimos processus, & introitus Dei, Sannaritana non petenti offert dulcibus verbis, hanc petentem videtur reicere tam duro eam impetendo lapide, vocando sic canem. ho. 25. num. 44.

XXXVIII. *Non est bonum sumere panem filiorum.* Videtur omnes portas ei claudere. Nam si certum sit Deum nil facere nec posse nisi bonum, dicemus non esse bonum, quod illa mulier petebat, erat dicere quod non esset facturus nec posset facere. Aliquando sic abscondit se Deus vt veniens & valens te medium dare, se distigret, vt faciebat Apollolis tempestate iactatis, quibus se representauit vt phantasma timore in eis accrescente. homil. 4. numer. 42. 43. & hom. 36. num. 53.

XL. *Etiam Domine.* O Sapiens negotiatrice quæ non cessat ab oratione, licet indignè repellatur, mouerat etenim, quod ponderabat S. Ambrosius, dona fauoreque Dei extrahenda de manu diuinâ cum tali perseverantia quæ videatur violentia. homil. 42. num. 91. vsque 94.

XLI. *Etiam Domine.* Ista perseverantia fuit singulare donum Dei quam illa non poterat de suo habere, si Deus eam non dedisset: vnde licet imito petitionis non responderit ei verbum, tamen factio, dans ei viam & animum ad perseverandum, eius fiducia crescente quando videbatur eam acius ablegare (ita S. Bernardus) bona oratio nunquam manet sine effectu, & si non statim tibi det quod petis, Deus donum largitur conueniens maxime patientiæ & perseverantiæ. h. 42. num. 95. vsque 98.

XLII. *Etiam Domine.* O Sapiens negotiatrice quæ intelligebat philosophiam diuinam, quam S. Hieronymus laudet in S. Paula, quia quo Deus ei maiores mittebat afflictiones eo plus crescebat eius spes, firmatque in eodem quo videbatur amandare. Verum est Domine me canem esse & inde miserabilem pauperem & vilem: sed illud idem fortificat me ad petendum misericordiam à te qui es fons illius, misericordia enim est pro miseris: hanc philosophiam non comprehenderat vxor Iobi vnde illam ipse tractat vt stultam. homil. 32. nu. 27. vsque 31.

LIII. *Etiam Domine.* Deus emittit sagittas tam fortes vt videatur totam spem auferre quales erant quas Iob expectus est in se. homil. 42. numer. 57. Talis fuit quam immisit huic mulieri vocans eam canem, reiciens eam vt talem, dicendo non esse bo-

num facere quod petebat: sed bene dixit Propheta eadem sagittas immittas cum luce. homil. 38 numero 38. Si ex vna parte torquent, ex altera illuminant ostendentes isthac aperire viam ad spem obtinendi quod petitur: secundum quod dixit Propheta Deum dedisse vallem Achor quam plena erat lapidibus, vt aperiret & faceret viam ad spem. homil. 32 numero 27. vsque 27. Et recordare quod Christus iacendo lutum in oculos cæci, quo videbatur eum omnino excæcaturus, si habuisset aliquid visus, eodem tamen illuminari: licet enim sit lutum quod iacitur, si exeat de manibus Dei, est ad lucem & consolationem. hom. 30. num. 48. vsque 51.

**XLIV. Etiam Domine.** En mirabilem philosophiam spirituales ad faciendum panem ex lapidibus, id est, facere de necessitate virtutem, & afflictiones quas Deus nobis immittit nec possumus euitare, facere voluntarias dicendo *Etiam Domine*: quo faciunt se legitimos filios qui non erant: mirabile documentum. hom. 44. num. 17. 28.

**XLV. Etiam Domine.** Vides hic Chanaanæ humilitatem, quo enim se plus humiliat & fatetur indignam favorem, quem desiderabat eo se faciebat digniorem: hoc est sapientem esse vt serpentem. Hicque patet suprema potestas humilitatis: vade cum ea ad Deum quando ei in afflictione dicis: *Etiam Domine*, plus isto mereor, & iuste me tractas vt eam non immaniter lapides afflictionum homil. 2. numer. 32. vsque 35.

**XLVI. Etiam Domine, nam & catelli edunt.** Mirabilis ratio ad spem sustentandam. Domine verum est me canem esse, sed magni Domini non tantum habere curam prolium, sed etiam canum, his frusta panis proicientes. Miranda ratio quæ plus excitat fiduciam tuam si eam inuertas. Si Domini per suas proles succurrunt canibus quid facient prolium tuis? Certum est quod illis succurrerit: O si illud cogitates quam viam hoc excitaret in te spem ad precandum à Deo, qui sustentat tot canes infideles per fideles, qui sunt filii eius, hom. 27. num. 16. 24. Obque defestum huius Deus non succurrit nobis ibid. numer. 37. 38. 39.

**XLVII. O mulier magna est fides tua.** Noluit eam infamare vocando canem, sed occasionem dare ad magnam fidem suam detegendam, vt haberet occasionem magnificandam honorandique nomine quod ei dabat tam honorifico, vocando eam mulierem magnæ fidei. Non est qui honorat Santos suos vt Deus, clamans celebrat eorum virtutes factique singulares gestus in honorem eorum vt faciebat admirans fitem Centurionis eamque publicando. homil. 2. num. 31. 32.

**XLVIII. Fiat tibi sicut vis.** Responsum datum mulieri multum differt à dato petentibus miraculum. Causa est quod hi dicerent: *volumus præponendo voluntatem suam, volentes vt Deus conformaret suam illorum voluntati: Iungis tu voluntatem tuam Dei, nec velis Deum suam voluntatem tuæ iungere: sicut ei dicas: Fiat voluntas tua ipse respondebit, fiat tibi sicut vis.* Nam dauid dixit *voluntatem meam se faciet.* hom. 14. n. 39. 40.

SECVNDO DIE VENERIS QVADRAGESIMÆ VLTRA HOMILIAM X.

**I. Erat dies festus Iudaorum & ascendit Iesus Hierosolymam.** Est celeberrimum miraculum quod Dominus fecit sanans paralyticum à paralyti confirmatâ triginta octo annis: incipiebat secundum prædicationis suæ annum ab hoc miraculo, quibus enim super superuixit omnes cepit ab aliquo favore, elemosynaque pauperibus factâ. Tibi quoque sic incipiendi anni vitæ tuæ. hom. 27. num. 81. Tantum prodigium vt de illo Dauid mille annis ante, secundum opinionem Chrysolomi, composuerit psalmum quadragesimum. ho. 38. num. 67.

**II. Ascendit Iesus Hierosolymam:** Christus præcedebat vt sol clariore lucis radios emittens quanto plus procebebat. homil. 31. numer. 4. Vt iam in cursu prædicationis suæ progrediebatur, licet ostendisset se Deum in mirabilibus quæ fuerat operatus, pergit tan en vltimus detegens se manifestius hoc miraculo tantæ lucis, vt eo monstraret se Dominum legitis, iubens sanato vt die festo tolleret grabatum suum; Ponēbat quæ hoc miraculum pro fundamento ratiocinationis tam contentiosæ quàm longæ quàm habebat cum Phariseis, in quâ clarè declarabat eis, quod erat filius Dei naturalis, idque taliter vt Euangelista dicat, quod ab illo die ceperunt illum persequi quia se dicebat filium Dei. Vnde patet magnitudo miraculi enim id voluerit ponere pro fundamento principali nostræ fidei. Itaque sicut incipiebat tertium annum suæ prædicationis miraculo paralyticum, quod habet inus quarta Dominica; vt supra illud fundaret veritatem SS. Sacramenti quod tunc incipiebat revelare, ita iam fecit initio secundis anni ad fundandam veritatem suæ diuinitatis, quam volebat clare manifestare cui se opponebant Iudæi tantacriter vt calumniarentur hoc miraculum tegebantque vt Palastrini patios quos aperiebat Isaac. hom. 32. num. 3. Bene ostendebant se æcos, cum manerent



plus exæcati quando splendidior eis lux affulgebat. hom. 70. num. 2.

III. *Est autem Hierosolymis probatica piscina.* Aliqui credunt hanc piscinam fuisse circa templum in quem aquæ tectorum templi cadebant, etiam decurrentes à sacrificiis quæ lauebantur. Dicitque S. Ioannes fuisse hospitale quinque infirmorum & porticum infirmorum. Hospitale est optimè circa templum, hoc enim cum sit locus quem intras ut dona à Deo postules, transi primo per pauperes, ut in his Deo des, sperans quod etiam tibi Deus dabit succurretque, fac teipsum mensuram eius quod tibi dabit. homilia 25. numero 50. 51. Idque voluit ostendere in Abrahamo, Dauide & Lot, quod sicut tu ei, sic tibi succurret. ibidem numer. 52. vsque 61.

IV. *Est Hierosolymis probatica piscina.* Istæ aquæ erant mirabiles: magna mysteria declarabat Deus & faciebat in aquis. homilia 25. numer. 61. 62. Eratque supremum opus quod faciebat per has huius piscinæ tam celebris, ut Hierusalem esset famosa per illam idque ex ratione, quia in illa voluit dare symbolum piscinæ penitentiae, cuius lacrymarum aquæ & vera contritio sanat quemvis infirmum, à quavis infirmitate, si se illi iniiciat, quia non est tam graue peccatum quod illis aquis non curetur: quam veritatem voluit Deus ad nostram consolationem tam firmam esse in sua Ecclesiâ quam nobis conueniebat. homil. 48. num. 8. vsque 14.

V. *Est Hierosolymis probatica piscina.* Hæc est symbolum penitentiae: vera enim est abundans aquis lacrymarum, quæ sunt fideles testes contritionis cordis. homilia 38. numero 62. 63. Vt paruit in Dauide. ibid. numer. 64. 65. Et in Magdalena ibid. numero 70. Idioma lacrymarum non decipit. ibid. numer. 75. 76. Sic ut penitentia siue lacrymis doloris videatur stagnum sine aquis.

VI. *Est Hierosolymis piscina.* Huius aquæ habent magnam vim ad curandas corporis infirmitates & lacrymarum ad curandas animæ suntque tam pretiosæ ante Deum, ut tantum quia puræ aquæ videntur lacrymæ, illas magis fecerit tempore Samuelis prophete in satisfactionem peccatorum. homilia 38. numero 74.

VII. *Est piscina.* Huius aquæ sunt mirandæ: in iis enim submerguntur omnes corporis infirmitates, plus autem mirandæ aquæ piscinæ penitentiae scilicet lacrymæ, quibus submerguntur peccata & infirmitates animæ consumuntur, omnesque machinæ Diaboli deiciuntur, de quibus proinde potest dici: *Contribulasti capita Draconum in aquis.* homilia 38. numero 77. vsque 80. Reddunt animam à peccatis mundam melius quam aquæ torrentis Cilon

terram cadaueribus fœdatam. homilia 38. numero 81.

VIII. *Est piscina:* Ex huius aquis non extrahantur pisces, nec earum vis alteri seruebat, quoniam infirmitatibus curandis, aquæ autem piscinæ penitentiae scilicet lacrymæ non habent vim ad mortes damnæque temporalia tollenda. Sed tantum ad curandas animæ infirmitates, & ad hoc tantum sunt bene impenitæ, ut docebat Amos Propheta per applicationem: vsunque aquæ ut faciunt agricolæ. homil. 38. numer. 82. vsque 85. Et S. Esdras vocans lacrymas stultas, quas mulier fundebat ab morte filij sui. ibid. num. 85. 88.

IX. *Quinque porticus habens.* Et omnibus est opus, quia est magna multitudo infirmorum: *Iacibat magna multitudo caecorum claudorum aridorum.* Quis potest dicere multitudinem caecorum &c. Quæ in mundo est. Reducit ea ad tres peccatorum species S. Ioannes inhonestorum vel carnalium avarorum & ambitiosorum vel superborum: vnde omnia mala trahunt originem. hom. 41. num. 72.

X. *Caecorum:* Hos ponit primò: quia sunt in maiori numero significantque inhonestos canales, quos S. Ioh. bene depingebat vocans inhonestatem & luxuriam cæcitate. homil. 26. numer. 19. Carnalis eo cæcus: tendit quo passiones eum ferunt, non videt quo: ut Ezechiel, quem particulati mysterio portabant velatis oculis. homil. 18. num. 15. vsque 28. Parturque in Herode. ibid. num. 28. Ideoque dicit Spiritus sanctus carnalem clausis oculis ambulare. ibid. num. 30. Et infelix non videt, neque sentit licet radatur ei caput ad nouaculam ut Samsoni. ibid. num. 33. & hom. 43. num. 56.

XI. *Claudorum.* Hi sunt symbolum ambitiosorum facientium reuerentias ad consequendum quod præterunt. Magna infirmitas & valde communis ex quâ sequuntur innumerabilia damna Sacilegia & Simoniæ. hom. 41. num. 72. vsque 75.

XII. *Aridorum.* Hi sunt symbolum auarorum qui habent cor sine succo misericordiæ, ut Diues cuius ariditatem cordis probabant canes qui compatiebantur pauperi Lazaro. homil. 16. numer. 30. 31. Ista infirmitas est magna, habet S. Paulus ut desperatos habenter eam radicatum. hom. 28. num. 33. vsque 41. Est mortalis infirmitas cordis, hoc etenim submergit. ibid. num. 42. 43.

XIII. *Angelus autem Domini descendebat secundum tempus.* Vis aquarum istius itagui procedebat ab eo quod haberet Angelum qui descendebat à celo, & mouebat aquas. Principium valoris penitentiae veræ debet procedere à motu supernaturali, quo Deus mouet cor, ideo dicitur de illo qui facit Arcturum & Orionem. homil. 43. numero 57. vsque 60. Numquam

quam enim cepisset Petrus flere efficaciter si Dominus eum prius non respexisset. ibid. n. 52.

XIV. *Angelus Domini &c. tempus.* Ne tibi fidus perferens in peccatis tuis dicens, quod semper quando voles poenitentiam ages, quia ut sit vera efficacique, debet necessario Angelus descendere ad te mouendum, hincque non semper descendit, sed secundum voluntatem diuinam tantum. homilia. 13. numero. 41. 50. Ut paruit in eo quod Sanctus, Petrus dicebat Simoni Mago. homilia. 43. nu. 60. vsque 63.

XV. *Qui prior descendisset post motionem aqua.* Magna pars remedij pro infirmo erat diligentia eius, hanc non habens accurrendo quando mouebatur aqua, manebat ut prius infirmus, itales sunt infelices qui habent in ore eras Pharaonis corui infernalis. ho. 38. nu. 41. vsque 45.

XVI. *Qui prior descendisset.* Diligentia est mater felicitatis & domi successus ut hinc sit bonus, sis diligens in te immergendo poenitentiae flagno. ho. 38. n. 41. vsq. 41. Ne expectes horam mortis, qua remediatur erit difficile, disce à fornicis & confectis aduersario tuo dum es cum eo in via vitæ huius, ut dicebat Christus. hom. 34. nu. 30 vsque 34.

XVII. *Qui prior descendisset.* Diligentiam salutis nostræ confundit diligentia demonis qua ad nostram perditionem tendit celerime. Ipse enim videns occasionem accurrit statim timens, si iam non facit, quod postea non habebit tempus: maiori cum ratione debes tu diligens esse, & quia non es, capit te quasi municipalia ut dicebat Amos Propheta hom. 36. numero, 42. vsque 49.

XVIII. *Qui prior descendisset post motionem aqua.* Si iam non accurras quando Angelus inspirationis mouet cor tuum, quid scias an postea redibit alia vice Angelus descendens ad mouendum aquas istas, quo enim sepius venit, minus mereris istum Dei fauorem & minuantur vires tuæ ad iniciendum te piscinæ. homil. 13. num. 43. 44. 50. *Qui prior &c.* Hinc seruiunt multi discursus vtilis in eadem hom. 13. vsque ad finem.

XIX. *Sanus fiebat à quacumque detinebatur infirmitate.* Magna vis aquarum procedens ex eo quod Angelus ei dabat, nam infirmum maximè oneratum infirmitatibus & illatum verum hospitale, in puncto reddebat mundum, sed veræ poenitentiae vis est maior ut plene illi se iniciens in puncto ceteretur ab omnibus culpæ infirmitatibus licet illis plenus sit homilia 38. numero 109. vsque 109. Pharisæus ignorabat vim in casu Magdalenæ. homilia 38. numero. 26. vsque 33. *Quæ licet plene iniectisset se huic flagno,* lotaque aquis lacrymarum suarum esse affecta a deo munda ac Seraphim, iudicat tamen eam pecc-

Hieron. Bapt. de Lanuza, Tom. I.

atricem dicitque: *Peccatrix est.* ibid. numero 110. vsque 116.

XX. *A quacumque detinebatur infirmitate.* Pondera verbum *detinebatur.* Erant detenti & infirmi, qui habebant infirmitates easque ferebant pedes, sunt alij quos infirmitates tenent in lecto. Primum est malum, sed Deus te liberet à secundo. homilia 24. numero 35. 36. Tu infelix es, quando infirmitas te detinet habetque ita viribus clumbum ut Angelo aquam mouente tu maneat, & Christo vocante teque expectante, inde capias occasionem ad ad te detinendum. homilia. 37. numero 18. 19. Effetque magna inhumanitas & stultitia infirmi quod Angelo mouente aquam se contineret in sua infirmitate immotum, dicens cum Angelo redibit ad mouendam aquam, tuac me iniciam piscinæ. ibid. numero 20.

XXI. *A quacumque detinebatur infirmitate.* Mirabilis loquendi modus Evangelistæ, quasi infirmitates essent ut compedes detinentes multos ne vadant vel currant viam peccatorum suorum. Sicque illis bene conueniunt: vnde quando aliqui istorum te rogant ut ores pro eis ad hoc, ut Deus eis auferat infirmitates, responde illis quod Deus S. Paulo, & hic Timotheo. homilia 24. numero 28. vsque 33. Imo Sanctis ipsis sunt infirmitates compedes eos detinentes ne superbiant. homilia. 15. numero 45. & homil. 74. nu. 27.

XXII. *Erat ibi homo triginta & octo annos habens in infirmitate sua;* si tot annis fuerit infirmus declaretque Dominus paralyfim ei accidisse ob peccata, horum viam tempelluè cucurrit, sicque fuit magna Dei misericordia et statim pedicas iniicere, ne ut effraonis pergat currere in suum damnum. Si enim illud initium tantum ei causauit damnum, quid fecisset si vltius perrexisset, eximia est Dei misericordia quando incipis deuiare si te infirmitate couigat & lecto detineat, nec permittat tibi liberè sequi appetitus tuos. ho. 35. n. 33. cum antecedentibus & sequentibus.

XXIII. *Triginta octo annos habens in infirmitate sua.* Quam cæcus erat hic pauperculus, qui non cognoscebat causam infirmitatis suæ, quæ erat peccatum coniciebat autem causam non curationis suæ quod hominem non haberet. Ista non est causa frater mi, sed peccatum hocque existente in suo esse, etiam erit illa, donec istam radicem eicias ab animâ, malum non exibat de corpore. Quam bene dixit Daniel Nabuchodonosori, quod futurus esset in campo ut bestia vsque talis tractandus ab hominibus ob superbiam suam quodque duraret corporis pœna quamdiu culpa in animâ: *Donec cognoscas, quia est Altissimus &c.* homilia 28.

K nuu.

numero 91. 62. O pauper! te non tenet hic, quod hominem non habeas, sed tantum Deum cuius vnus est paralyticus, quam non auferet à te, donec redeas ad eum à quo fugilli vt mancipium fugitiuum. homilia 2. numero 48. 49. Non aduenit tibi paralyticus casu, sed ex ordinatione Dei, vnde donec ad eum redeas deserens peccatum, illa non cessabit. ho. 32. n. 38. vsque 41.

XXIV. *Triginta & octo annos habens.* Ne mireris tam longam infirmitatem, vnum enim peccatum sufficit ad causandum omnes infirmitates animæ & corporis etiam mortem ad vsque æternitatem. ho. 13. n. 31. vsque 34. Peccate non est tantum omnes sibi infirmitates procurare sed etiam ipsam mortem æternam. ho. 13. n. 34. 35. & ho. 17. n. 25. Amos Propheta considerat omnes infirmitates inferni & mortes æternas quas patiuntur infelices qui sunt in illis tristibus locis, quorum aliqui patiuntur plus quam quinque millibus annorum & patientur plusquam quingentes millibus quia pater eos habere radicem peccatorum suorum in animâ. ho. 37. nu. 57. 58.

XXV. *Hunc eum vidisset Iesus.* Domine rectè ostendis ipso etiam intuitu te Deum esse, cui proprium est conuicere oculos in pauperissimâ a quo tanto plus suos auertunt hom. n. 2. quãtò minus vident quod desiderant suo congruo proposito: mirabilis doctrina ho. 30. n. 15. vsque 18.

XXVI. *Hunc eum vidisset Iesus.* Primò respexit eum ipso non aduente: oculi eius sunt viuificantes hosque primò conuicit in animam vt consequatur salutem. homilia 30. numero 18. vsque 21. Numquam iam se fuisse reuerfus filius prodigus si Pater primò non conuicisset in eum oculos, videlicet que adhuc in regione longinqua exillentem. ho. 18. nu. 52. 53. & ho. 43. num. 52. vsque 55.

XXVII. *Hunc eum vidisset Iesus & cognouisset.* Vt aggrediatur huius curationem: dicit, quod eum vidit & quidquid in eo erat, causam infirmitatis, tempus quo eâ laborauerat, vt eum velle curare Lunaticum, petit tempus, quo illam infirmitatem passus esset, non petit pro se quia iam sciebat. homilia 13. numero 52. Sed ad medicos docendum, quibus cura incumbit sanandi peccatores, vt primò bene inquirent de tota infirmitate, huius causam & quo durauit tempore. ho. 14. nu. 54. 55. Non enim omnibus danda est eadem medicina, particulares enim requirunt infirmitates particulares, estque opus eas cognoscere & cuius conuenientem applicare medicinam. homilia 2. numero 23. vsque 26.

XXVIII. *Hunc eum vidisset.* Christus sæpe isthac transierat nec hunc infirmum curauerat, ne quidem eum respexerat, licet tanto tempore passus

esset, quia non conueniebat ante, nec saluti conducebat vsque ad hoc tempus, Deus enim sæpe differt succurrere infirmitatibus nostris: sed est certum quod succurret quando conueniet: recte enim dixit propheta *Veniens venies & non tardabis.* hom. 32. num. 48. vsque 52. Ostenditur in S. Paulo: quando deueniens remedium afflictionis, quam patiebatur, dicebat, sic conuenite. hom. 42. nu. 96. 97.

XXIX. *Vis sanus fieri?* Petis ne id Domine? quis agrotus non desiderat sanitatem, vultque sanus esse? multi vt phreneticus non tantum nolunt esse sani sed etiam opponunt se medico, licet autem infirmi corpore velint esse sani, sunt multi in anima qui nullo modo vel ut curari. homilia 22. numero 9. 10. Et sunt infirmi quibus ita placet infirmitas sua vt se opponant volenti eam curare, vt se opponebat Paulo & Syle quia curarant iuenculam encephalem. homil. 9. num. 22. Nec otiosa est petitio *Vis sanus fieri?* Sunt enim peccatores quibus ita placet infirmitates suas, cum in has incidunt addidit seruitio diaboli, nec ipse potest expellere eos licet baculis excipiat. Quod singulari mysterio Dominus notat in parabola prodigi. hom. 18. num. 45.

XXX. *Vis sanus fieri?* Vide quam tibi facile se obtinere bona animæ & sanitatem eius, vt solo pretio voluntatis tibi offerat Deus, estque sane informium tuum vt cum bonâ mundi sint rara & cum mille difficultatibus & laboribus obtineantur, hæc insignificabiliter quaeras, non illa, etiam vili oblata pretio contempnas. hom. 25. numer. 73. vsque 76. Ideoque grauer fert Deus, quod eum contempnas & quod nobis offert, nec velimus, licet vili pretio offerat. hom. 28. num. 28.

XXXI. *Vis sanus fieri?* Vnum eorum quod procurabat Deus erat sanitatem nostram ponere in re tam facili, vt est, eam velle. Scit nostram conditionem quod licet vili oblata, non velimus eam. homil. 28. numer. 27. vsque 30. Ideoque maius remedium nostrorum peccatorum posuit in confessione sacramentali, remedio tam facili ex vnâ parte vt sit in verbis oris nostri. hom. 19. num. 60. vsque 64. Ad remedium peccatorum tuorum vtque Deus te recipiat in suam gratiam, est te disponere per confessionem. Mysterium figuratum in Iacob, quando prae mittebat Iudam ad disponendum Ioseph vt eum benigne reciperet. Iudas significat confessionem estque opus hanc præcedere vt Deus te recipiat in suam amicitiam & gratiam. ibid. numer. 61. In hominum iudicis quo plus fateris culpam tuam eo plus te oneras penâ teque index maiori rigore condemnat. In Dei autem iudicio quo plus te culpabilem fateris declaraturque peccata tua, eo plus disponis te ad remissionem. ibid. numer. 62. 63. Et ex altera parte, confes-

fito sacramentalis est maioris efficaciae, quam in dispositione veteris legis: in hac enim licet fuerit tempus quo computus peccatorum fiebant, tamen nec Sacerdotes ab his absoluebant, ut legis gratia facerent, nec dispositiones illius operabantur, quod huius est singularis gratia. hom. 1. num. 5. 6. & hom. 19. num. 37. vsque 60.

XXXII. *Vis sanus fieri.* Cur petis voluntatem eius cum sanitas dependeat à solo verbo tuo & gratia: quia licet totum bonum quod sit à voluntate Dei pendeat: hic vult etiam poni tuam, pateatque aliquid eius quod ponis cum effectu qui fit. hom. 27. num. 57. 58. Saepe dictum est in iustificacione lulum fueratis. hom. 24. num. 48. 49.

XXXIII. *Domine hominem non habeo.* Iam monimus hominem in eum errasse in credendo defectum sanitatis suae esse non habere hominem: non enim hoc erat, sed habere peccatum in anima: unde recte dixit, *Domine peccatum habeo.* Hæc enim est tam mala radix ut diuinas. Certum autem erat quod existens pauper omnes eum desererent, nam etiam diuites, quando fit pauper, omnes deserunt ut et delectam arborem quam videbat Nabuchodonosor, à quo animalia fugerunt, & deseruerunt aut que sine numero, que se collegerant in ramis umbræque illius. Cum quis vel redolet tantum pauperem, omnes eum deserunt vertuntque tergum. hom. 36. num. 35. 36.

XXXIV. *Qui mittat me in piscinam.* Bene inuenies qui te ferant in perditionem & qui dimittat in puteum sensualitatis, non autem qui te ferat ad bonum. Ezechiel habebat sufficientes, qui eum ferrent velans oculis quasi ad precipitium. Et Amnon filius David habebat paratum Ionadab iuueniculum sibi similem à quo decideretur in puteum stupri cum propria sorore. hom. 18. num. 25. vsque 28. O infelicias te festinare ad perditionem! Existis de Aegypto tribulationum, laborum & lachrymarum miseria peccatorum vestrorum, ubi non habuistis vel horam quietis ut Israelite in Aegypto, curritisque ad redeundum in eandem terram. Perpendite quid faciat, quando peccatis quid habeatis & ad quid deuenitis videbiti que totum illud esse regionem mortis, perditionis, & infortunij. hom. 18. num. 26.

XXXV. *Surge, tolle grabatum tuum.* Cum Dominus veller ostendere se Deum per hoc miraculum hoc operabatur modo Dei proprio, id est, imperando. Ideoque sponsa vocat manus sponsi hyacinthinas quarum color est celestis quia opera quæ fecit in hoc miraculo superant omnia naturalia & creata, suntque tam magna & diuina ut possint vocari res cæli. hom. 30. num. 3. vsque 6. & hom. 31. nu. 72. & hom. 32. num. 78.

XXXVI. *Tolle grabatum tuum.* Videbatur enim Episcopo in concilio Sardicensi durum esse verbum *Grabatum* unde legebat *tolle lectum tuum* fuitque reprehensus, quia fideles debemus nos conformare etiam in verbis eiusque ut quibus maiores nostrum. hom. 14. num. 23.

XXXVII. *Tolle grabatum tuum.* Fortassis eius peccatum erat lecti, idcirco agit penitentiam cum lecto, ut dixit S. Ephrem de Davide. hom. 58. nu. 65. Nam conuenire debet culpa penitentia. hom. 30. n. 51. Etiam eadem facere, quod seruiebat culpa. hom. 38. num. 99. vsque 102.

XXXVIII. *Tolle grabatum tuum.* Facio ex parte meâ, quod me tangit offerens tibi virtutem meam, quæ operetur in te. restat id agere pro tua quod te tangit. Quam doctrinam declarabat Apostolus quando agens de passione Christi dicebat: adimpleo quæ defuit passioni Christi in carne meâ. hom. 15. num. 23. 24.

XXXIX. *Tolle grabatum tuum.* Opera te lecto tuo in quo iacebas, nec nullum est illud onus tibi imponi in penitentiam ad utilitatem tuam, quia in damnatum tuum tulisti peccati lectum, quod sine comparatione erat maius. hom. 25. num. 31. vsque 34. Erat onus peccati quod impositum humeris Christi illum deiciebat in terram. homil. 42. numer. 13. & numer. 103.

XL. *Tolle grabatum tuum.* Domine attende te imperare contra legem ferendi onus in die festo. Tamen bene facit ideo enim facit miraculum tant clarum evidensque ut probaret se verum Deum esse & Dominum legis in hacque dispensare posse ut superemus legislator, dixitque bene *Dominus est Sabbati filius hominis* hom. 26. num. 55. & hom. 31. num. 67.

XLI. *Tulis grabatum suum.* Ostendit se onem Dei in obediendo simpliciter eius præcepta non inquirens quomodo illud præcipiebat. hom. 37. num. 24. vsque 39.

XLII. *Tulis grabatum suum.* Statim onerabat se lecto suo & obambulans egrediens per Hierusalem, occurram cuiusque occurrero: ita tibi agenda est penitentia, ut egisti peccatum. hom. 38. num. 47. vsque 50.

XLIII. *Quis est ille homo qui dixit tibi tolle lectum tuum.* Pharisei opposuerunt se Christo maiori cum tumultu quia eum curauerat, quam si eum infirmasset ut in caeco. hom. 30. num. 1. Vide eorum malitiam: non enim petunt quis eum sanasset, sed quis iussisset ei tollere lectum in die festo, quia illud erat laudabile, hoc autem videbatur ipsis reprehensibile. Conditio malorum, qui non ponderant mille virtutes & bona quæ faciunt boni in eorum conspectu sed si videant aliquid quod eis videtur repre-

hensibile illud extollunt : ita fecisse Phariseum ponderat Sanctus Bernardus. Quia non aspiciens tanta tamque visibilia quae faciebat Magdalena ad seruitium Dei & suorum peccatorum remissionem, tantum respiciebat praeteritum, dicens : *Uxor est*. homil. 38. numer. 112. Respice in aliis bona opera ut ea imiteris, & in te tuos defectus, ut eos emendes sicque astimabis alium teque humiliabis. homil. 23. numero 21, 22.

XLIV. *Quis est ille homo &c. tolle lectum suum.* Hae sunt istorum malitia, quod in Christo tantum respicerent quod erat homo, & quod in eo videbant hominis, quo volebant eius diuinitatem obscurare operaque diuina, cum deberet contrarium esse, fuitque haec consuetudo Iudaeorum & Gentilium inimicorum Christi, huius hominis actiones intruere & contemnere, tamen propter humana opera non debebant diuina despici, sed ea haec debebant humana magnificari. Ideo commendabat S. Ioannes, ut nullo modo distolleretur Christus. hom. 9. num. 23. hom. 28. nu. 64. hom. 32. nu. 67. & hom. 36. nu. 8.

XLV. *Qui me sanum fecit, ille mihi dixit tolle &c.* Hic homo melius procedit quam illi qui respicientes quod iusserat, personam eius contemnebant & culpabilem iudicabant quia contra legem faceret. Hic contra habet pro sancto quod iubet quamuis videntur contra legem, quia considerat personam eius adeo potentem ut possit solo verbo sanare : unde illis dicentibus : *Quis est ille homo qui praecipit tibi : tolle lectum tuum*, respondit, *Qui me sanum fecit ille mihi dixit.* Datus efficacissimam rationem quasi dicat non deo ex anima e quod iubetur, qui habet talem potestatem ut solo verbo operetur quod vult sed simpliciter id exequi, utemque pro honore habere, licet mihi videatur adferre iniuriam & onus. Mirabilis responsio danda a fidelibus quando agunt aliqua quae non videntur bona oculis mundi : ille mihi iussit, qui me sanum fecit hic est hinc generosi equi ligati, ut dixit Iob. hom. 3. nu. 38. vsque 40.

XLVI. *Laus sanus factus es noli amplius peccare.* Recte dixit Dauid, quod in omnibus Dei operibus splendet misericordia & iustitia : quantumvis magna sit misericordia quam facit peccatori, remittendo ei peccata, vult aliquid iustitiae adesse in agendo penitentiam pro praeterito, onerando se lecto penitentiae & non redeundo ad peccandum. homil. 16. numer. 56.

XLVII. *Noli amplius peccare ne deservias &c.* Quando se offerente occasione redis ad peccatum tibi est amendum, ne forte sanatio praeterita non fuerit bona, mansileque peccatum vitium licet coopertum ut accidit in humore febris tertianae. homil. 35. numer. 6. vsque 10.

XLVIII. *Noli amplius &c.* Hinc collige quando tibi aduenit afflictio, vel morbus, timendum tibi hunc euenire ob peccata tua, licet non debeas idem iudicium formare de aliis : vtilis conceptus. hom. 30. numer. 31. vsque 35.

XLIX. *Eccc iam sanus factus es.* Dominus qui cepit hunc hominem sanare, etiam perfecit : ipse ponit primum lapidem volendi, qui operatur in nobis & vltimum conformiter ei quod dixit Apostolus, *ipse dat velle & perficere.* hom. 30. num. 63. 64.

L. *Eccc iam sanus factus es noli amplius peccare.* Ostendit se Deum his verbis declarando & detegendo legitimam causam eius paralytici, quae erant peccata eius. homil. 30. numer. 26. vsque 30. Quodque penetrabat iustitia cordium. homil. 41. numer. 11. Idque voluit Ioseph declarare eumichis incarceratis somniantibus & desiderantibus explicationem scire somniorum : *Numquid non Deus est interpretatio ?* Conceptus S. Chrysostomi ibid. numer. 12. Illisque dedit mirabilem lectionem ut in vestra peccata coniciant afflictiones morbosque vobis superuenientes, licet non debeatis hoc iudicium formare in alienis. ho. 30. num. 31. vsque 35.

LI. *Eccc iam sanus factus es.* Ostendit se verum Deum curando paralyticum corpori & animae virebi sui, quod Dauid dixit proprium Deo esse. hom. 31. numer. 56.

LII. *Noli amplius peccare.* Si redis ad eadem peccata tua videbitur vana penitentia & lachryma tui risu digna. hom. 40. nu. 9. 10. Causa ne tibi contingat quod Ninive & uxori Lot, ut scilicet. homil. 8. numer. 49. Ne sis ut canis neque ut porcus. homilia 47. numero 67. 68.

LIII. *Noli amplius peccare.* S. Chrysostomus ait peccare esse hominum, perseverare dicitur num. hom. 37. numer. 68. Videtur iocere quod postea S. Petrus nonnullis ait : *Sufficiat iam praeteritum tempus &c.* hom. 36. num. 41.

## SABBATO ET DOMINICA II. QVADRAGESIMAE VLTRA { HOMIL. XI. & XII.

I. **A**ssumpsit Iesus. Petrum Iacobum & Ioannem. Math. 17. Christus est mysteriosa scala Iacob habens duo extrema, vno tangit caelum, quia est Deus, alio sedet in terra quia est homo mortalis. Euangelistae ut Angeli ascendunt & descendunt iam exhibendo ea quae sunt infirmitate humanae, iam mysteria virtutis diuinae, Dominicus praeterita representabat eum Euangelista ut hominem ieiunantem & esurientem, tentatum a Satana :

na: hodie representat eum nobis vt Deum recogno-  
nim à Patre adoratum per Moysen & Eliam &c. ho-  
mil. 36. num. 3.

II. *Assumpsit & duxit in montem excelsum.* Do-  
minus fauet sibi feruentibus vtraque manu; dans  
eis in hac vitâ sustentationem temporalem & in alia  
aeternâ bona spiritualia. Vtriusque voluit dare ex-  
emplar in duobus montibus. In Hermon, dans se-  
quentibus abundanter ad comedendum. In Tha-  
bor ostendens quosdam gloriæ splendores, qui cum  
tantum ostenderentur à longè, videbatur Sancto Pe-  
tro nihil amplius desiderandum esse. Ideo dixit Da-  
uid istos duos montes esse celebriores. homilia 27.  
num. 2. 3.

III. *Duxit illos in montem excelsum.* Est dux ad  
montem gloriæ; vnde colligendum non esse aliam  
viam ad illam quam eam quâ ipse ducit cui propo-  
sito congruè iam dixerat: *Non est seruus maior Do-  
mino suo.* hom. 5. num. 10. 11. Illud docebat duos fra-  
tres Iacobum & Ioannem. ibid. num. 12. 13. Ne in-  
telligamus solum ca: ut nostrum Christum Dominum  
nostrum debere ad cælum ire per labores; in his  
enim etiam nobis sequendum ad intrandum cælum  
cum omnes faciamus vnum corpus. ibid. nu-  
mero 12. Est Pastor qui ducit oves suas, hæcque de-  
bent eum sequi & vestigia eius tenere. homilia 38.  
num. 30.

IV. *Duxit illos.* Bene potest dici duxisse quia fuit  
factus dux ad cælum postquam se vt columbam quæ  
duxit Israëlitas in terram promissionis, vt demon-  
strauit deos falsos qui essent antesignani ad infer-  
num. hom. 33. num. 42. vsque 46. Via quam Chri-  
stus capit, est ascensus in montem, proinde frago-  
sa, est enim ciuitas ostensa Eldræ. ibid. numero  
40. 41.

V. *Duxit illos & ascendit.* Bene dici potest quod  
illos duxerit: & ascenderit, ipse ducit quem perdi-  
tam ad ouile & super humeros suos portat nos ad  
gloriæ: quia illam quam speramus ea est quam ipse  
passione sua meruit, & expensis suis: nam correspon-  
dent sibi: *Eccc homo.* quod dixit S. Ioannes de Chri-  
sto cum: *Eccc mulier.* quæ illi ipsi ostendebatur. ho-  
mil. 38. num. 120. 122. Et correspondent *Venit tibi.* Et  
*bauians sibi crucem.* hom. 41. num. 31.

VI. *Duxit illos in montem.* Discursus Christi cum  
eis paulo ante habitus eos perterruerat ostendens eis  
crucem ab omnibus ferendam, & cum perpetua car-  
nis mortificatione procedendum: quia vero pote-  
rant despondere animo in tali labore, proponit eis  
præmium ad eos animandum: quo enim illud ma-  
ius eò ad maiora stratagemata prouocat animos: no-  
tum enim quod magni constare debet quod mul-  
tum valere deoque allimabat Iob lepram & vermes

suos, Thesauros esse. homil. 15. numer. 14. 15. Vnde  
sequebatur quod quantumcumque patiuntur sancti  
pro gloria, quando se illa frui letantur, videatur  
eis parum, quia vident magnum esse pretium & va-  
lorem Theauri sui. Ideo Sanctus Caprasius despice-  
bat regna à Maximiano Imperatore oblata præ  
martyrio: eo quod per hoc obtineret illam. ibid.  
numero 14.

VII. *Transfiguratus est ante eos.* Hunc actum sibi  
gloriosum ordinabat ad vtilitatem discipulorum, &  
faciebat ante illos, gloriæ enim suas & honores diri-  
git ad bonum nostrum & vtilitatem, vtque non ad-  
misit in corpore suo penas ad nostrum nisi bonum,  
ita nec ostendit se gloriosum nisi ad nostrum bonum.  
hom. 21. num. 42. 43.

VIII. *Transfiguratus est ante eos.* Volens corpo-  
ri suo parum quietis dare quod significat Euangeli-  
sta S. Lucas dicens eum fecisse dum vacaret oratio-  
ni. *Dum oraret facta est species vultus eius alba, O-  
rante ipso ante Patrem deriuarunt illi splendores glo-  
riosi vt Solis radij in limum tempore Ieremiæ.* homi-  
lia 25. num. 91. Si namque velis consolationem iam  
fatigatus, incumbas orationi: ibi enim Deus commu-  
nicat radios gloriæ suæ. hom. 42. num. 68. vsque 71.  
Id sunt Sancti experti sentientesque in te si eos imiteris.  
ibid. num. 71. 72.

IX. *Resplenduit facies eius sicut Sol, vestimenta eius  
facta sunt alba, sicut nix.* Id est resplendens. Phra-  
si Scripturæ declarabat hoc S. Lucas, dicens: *Vestimen-  
ta eius alba & resplendens.* hom. 29. num. 33. Vide Chri-  
stum, qui totus est lux vsque ad vestes: felix anima  
quæ recipit eum in se, ex eo enim luce replebitur,  
quod bene dixit Propheta: *Replebit splendoribus ani-  
mam tuam.* hom. 30. num. 14.

X. *Resplenduit facies eius.* Mysterium fuit, quod  
habeeret animam suam gloriosam ab instanti conce-  
ptionis suæ, sed gloriam in illa repressam sine detur-  
su ad corpus: iam autem leuauit illam cataractam,  
quod fuit maximum miraculum ad nostram salutem  
habere corpus passibile cum anima gloriosa, operan-  
do majus miraculum quam in Iordane. homilia 42.  
numero 49. 50.

XI. *Resplenduit facies eius.* Permisit fluere & de-  
tuare gloriam animæ ad corpus pro breuissimo tem-  
pore: hoc fuit profundissimum mysterium, quod o-  
perabatur ad nostram redemptionem; detinere fluxus  
gloriæ seruando corpus magis possibile, quam  
quotquot corpora hominum formauit Deus, sicque  
requiritur defluxus consolationis vt inde proce-  
deret agonia tam penibilis in horto, vt in caluarie  
sanguinem. Mysterium profunda Theologia: & ex-  
cellentissimum amoris opus: sicque voluit pati pro  
nobis, nolens corpus suum ab omni pena liberare

per gloriam, quam in se habebat. hom. 42. num. 98. vsque 101.

XII. *Resplenduit facies eius.* Apollolis lassus con-  
cedebat aliquod tempus quietis. hom. 27. num. 4. 5.  
Noluit pro se accipere quam hoc breue tempus trans-  
figurationis suae, idque fuit: quia conueniebat no-  
bis ut dictum est, sic enim seruebat proposito pa-  
tiendi pro nostris peccatis, nam temperamentum  
quod Spiritus Sanctus dabat Sanctissimo eius corpo-  
ri, aptum erat ad patiendum: hoc etenim significa-  
bat, dicens: *corpus aptatum mihi.* hom. 25. nu. 21. &  
ho. 42. n. 49. Unde quies fuit ita breuis ac transfi-  
guratio, sed passus est à conceptionis suae instanti  
vsque ad mortem, nihil admittens quod posset dolo-  
rem carnis suae temperare, ut paruit, cum nolens bi-  
bere myrthatum vinum, bibit tamen acetum. ho. 42.  
n. 52. vsque 55.

XIII. *Transfiguratus est ante eos.* Hoc actu de-  
dit aliquod specimen gloriae, quam habituri sunt bea-  
ti, accidit enim aliquo modo, ut in Christo: nam si-  
cut in eo se vniebat diuinitas animae eamque redde-  
bat gloriosam, indeque dimanabat gloria in corpus,  
sic erit in beatitudine, Deus iungit se anima eo mo-  
do quo declinat Theologi, & postea inueniendū se cor-  
poribus ex gloria animae in hac deriuatur gloria  
quam quisque possidebit, implebiturque quod dixit  
Apostolus. *Tunc erit Deus omnia in omnibus.* hom. 41.  
n. 62. vsque 65.

XIV. *Et ecce apparuerunt Moyses & Elias.* Sin-  
gulariter apparuerunt hi duo, quibus Dominus com-  
municaret aliquid istius gloriae: ait enim Euangeli-  
sta quod fuerint visi in maiestare. Isti fuerunt mag-  
ni poenitentes & singulares ieiunatores; Quisque e-  
nim eorum ieiunabat quadagesimam quadraginta  
dierum continuo ut Christus. Poenitentia autem par-  
ticulariter disponit animam ad communicationem  
visionum illustrium caeli eiusque donorum. hom. 1.  
num. 13. vsque 18. Sciasque si velis Deum tibi da-  
re similes fauores, debere te disponere similibus ope-  
ribus. hom. 21. num. 39. 40. Deus fecit nos omnes  
eorum capaces gloriae suae, peccato autem facit se  
quisque indignum & vas irae: Si autem quos bene  
dispositi petunt fauores, petant male dispositi, ex-  
ponunt se periculo quod Deus eos pudore confundet.  
ibid. num. 39.

XV. *Dicebant excessum eius quem completurus erat  
in Hierusalem.* Sunt mysteriosa verba: certum est au-  
tem significare, quod loquebantur de morte Domi-  
ni, quam passurus erat in Hierusalem. Vide. hom. 46.  
S. Chrysostomus autem dicit hunc sermonem fuisse  
valde ad propositum, ut explanaretur quae paulo an-  
te discipulis dixerat scilicet haec duo. Primum in  
ordine ad se, quod passurus erat atrocis poenas &

mortem à Scribis & Pharisaeis. *Dicebat, quia oportet  
filium hominis multa pati & reprobari à senioribus &c.  
et occidi & tertio die resurgere.* Secundum in ordi-  
ne ad illos, & omnes saluandos, dicens eis: *Serui mei  
debent sequi vestigia mea tollentes sibi crucem & mor-  
tificantes vitam aeternalem: verumque terrebbe Apo-  
stolos atque ut eorum deiectum spiritum eleuaret pro-  
mittebat eis dare specimen istius gloriae ad quam ten-  
debat per mortem suam, & ad quam per crucem per-  
ueniret.* Ad hoc elegit tres, qui ordinariè attentiores  
erant ad verba eius, ducensque illos ad montem o-  
stendit eis specimen promissae gloriae, adducensque  
Moysem, in quo representabatur tota lex, & Eliam in  
persona omnium prophetarum, introducitque ean-  
dem sermocinationem de conuenientià mortis suae ut  
figuratae per legem & praedictae per prophetas, ut  
Apostoli audientes eiusmodi sermocinationes, con-  
firmarentur & firmarentur in mysteriis mortis & pas-  
sionis eius. Estque stupendum, quod omnibus his  
diligentis positus Euangelista dicat, quod quando  
Dominus ibat ad moriendum & haec eis repetebat,  
non tamen intelligebant. *Et erat verbum abscondi-  
tum ad oculos eorum & non intelligebant &c.* Cumque  
ita essent praemoniti, passione Dominica incipiente  
omnes impegerunt secundum quod eis dicebat,  
*Omnes vos scandalum patimini &c.* Vide celsitudi-  
nem mysteriorum passionis Domini: necessaria est  
particularis lux Spiritus Sanctus ad illa intelligen-  
da, nec sapientes mundi cognouerunt ea: quia  
Deus reseauit perfectis cognitionem eorum Licet  
autem id voluerit significare, obscuratione solis tempore  
passionis, tamen non attingit eorum intellectus vis  
lucis naturalis nostrae cognitionis, sed vis gratiae &  
luminis Spiritus sancti. hom. 46. num. 4. 5. & per  
totam homiliam agit de passione. Ideoque quando  
de illis mysteriis Ecclesia tractat praenuntiat nos Ieru-  
salem quadagesimam ut dicit S. Leo Papa hom. 34. n. 2.  
Debemusque infinitas Deo gratias, qui nobis lucem  
desit ad ea cognoscenda; relinqueis tam innumera-  
biles gentes & nationes sine declaratione illorum.  
hom. 17. num. 20. 21. & hom. 33. num. 26. & seqq.  
Noe praenuntiat Deus septimo animalium ex mundis  
quod illi iubeat ut arcae includeretur, ad ei facien-  
dum in gratiam actionem quam ei facturus  
erat, quod ipse totaque familia euasisset aquas dilu-  
uuii, quando totum mundi reliquum illis submersum  
interit quo praecipiebat ut ei gratias ageret etiam  
antequam fauorem recepisset. Quanta erunt quas de-  
beamus ei agere, qui accepimus tam singulare be-  
neficium, dando lucem nobis ad illud cognoscen-  
dum, quod nobis contulit per mortem, per hanc  
nos liberans à tenebris infidelitatis in quibus tam  
multi condemnantur. hom. 17. num. 18. Quamque  
magis

magnas debeat populus Christianus, cum Christus per passionem suam liberarit eum à tenebris peccati & introduxerit in regnum suum, quod est Ecclesia, cuius maiori eum proprietate conveniunt tituli quos Moyses populo dedit antiquo, quem Deus extraxit de captivitate Pharaonis ibid. num. 19. Ecclesia est mons hereditatis Dei, firma habitatio maiestatis eius facta ab ipso, estque vetum Sanctuarium Dei, in quo regnabit in æternum: vide magnitudinem beneficii quod tibi Deus fecit introducens te in illam & quas pro eo debeas illi gratiarum actiones. ibid. num. 19.

XVI. Dicebant excessum eius. Verbum textus originalis Græci significat duo. Primum ut veritè vulgata *Excessum* quod significat exitum. Secundum gloriam, quasi dicat secundum S. Chrysostomum, *Loquebatur de gloria* utraque significatio includit mirabilia mysteria, quibus nominatur Christi mors: primo nominat eum exitum eius, quia per illam exiit ex hac vita. Sed vocant eius: qui fuit secundum voluntatem eius. Mortuus enim est quando voluit, tradiditque se voluntarie in mortem, modo quo voluit, implens quod dixerat. *Nemo tollit animam meam à me sed ego pono eam & iterum assumo eam.* homil. 35. numer. 38. vsque 41. & homil. 36. num. 29. vsque 33. Idque voluit ex proposito monstrare Dominica palmarum tam voluntario progressu suo, quam per illud quod agebat in illa ho. 41. num. 20. vsque 27.

XVII. Dicebant excessum eius. S. Chrysostomus hom. 62. in Mat. th. legit. *Loquebantur de gloria quam completurus erat in Hierusalem cruce videlicet & passionem.* Daturque rationem, quia Christus mortem suam vocabat gloriam & exaltationem suam. *Diceas: Oportet exaltari filium hominis.* Et hinc accipit S. Ioannes eundem loquendi modum dicens: *Spiritus non erat datus: quia Iesus nondum erat glorificatus, id est mortuus in cruce.* Mors Christi dicitur gloria si et videtur summa ignominia ob multas rationes. Primo quia non potuit esse quidquam maioris gloriæ, quam ut Christus moreretur in cruce, quia mors est tanto gloriosior quanto causa eius. Causa autem huius mortis erant gloria Dei, reparatio caelorum, salvatio mundi, destructio Dæmonis, peccati & mortis: mors Regis est gloriosa quando moritur ad liberandum subditos, Ideoque voluit Christus ut ante mortem suam fieret certificatio causæ illius. Notabilis conceptus, hom. 34. num. 21. vsque 26. Secundo est gloriosa: quia innumerabilium gloriarum causa. Et si dicatur felix culpa quæ non causa bat, sed occasionem talis Redemptoris dabat, quanto gloriosior erit mors, quæ est causa tantarum gloriarum & utilitatum, quibus satisfiebat mi-

sericordie & iustitiæ. hom. 19. numer. 37. 39. Et causabantur effectus, qui referuntur. ibid. num. 40. & sequentibus. Tertio fuit via ad gloriam corporis Christi & exaltationem nominis eius. hom. 36. numer. 17. vsque 40.

XVIII. Diebant excessum, Id est mortem Christi, vocantque gloriam quia est medium, ut dicebat Sanctus Paulus, si premax sapientiæ: *Quam prædestinavit Deus in gloriam nostram* quia in illa morte erat nostra vita; & in eius ignominia nostra gloria. Vnde moriturus plorabat, & Propheta à nobis petit ut exitemus, quia in eius lachrymis erat nostra lætitia, & in eius cruce requies nostra: hom. 30. num. 43. 44. & hom. 41. num. 30. vsque 34.

XXI. Excessum quem completurus erat in Hierusalem. Christi mors habebat tot vacua quot erant figurata à Patriarchis signata à lege, & dicta à Prophetis, quæ omnia debebat implere, moriens in Hierusalem. Quod dicebat Apostolis suis iam morti proximis: *consummabuntur omnia &c.* hom. 13. numer. 19. vsque 23.

XX. Quem completurus erat in Hierusalem. Christus vocat se desideratum cunctis genibus, quia in eo desideria omnium abbreviata sunt & impleta eius morte in Hierusalem. hom. 41. num. 46. vsque 52.

XXI. Dicebant excessum quem completurus &c. Voluit ut omnia quæ passurus erat primo per legem essent figurata & per Prophetas dicta, utque audientibus Apostolis ea Elias & Moyses tractarent ad claræ præbationem supremi de Christo mysterij. hom. 15. num. 20. 21. Ideoque præcepit Isaia ut prophetias suas scriberet in libro & libro. hom. 41. num. 34. vsque 37. Et illi tantum qui in prophetis inveniunt testimonium de Christo, consequuntur spiritum prophetiarum. ibid. num. 34.

XXII. Dicebant excessum. Agebant de ascensu quem tam festinanter se curus erat ut vno cursu transiret & impleturus esset quod prædictum à quinque millibus annorum erat, & figuratum, ostendens se gigantem cursorem, igne accensum ut elecerum. Notabilis conceptus. homil. 15. numero 17. vsque 23.

XXIII. Loquebantur de excessu. Mors Christi rectè vocatur excessus, quia non tantum debebat esse pro ipso, moriente gloriam corporis sui, & exaltationem nominis sui, sed etiam debebat nobis relinquere ditissimum thesaurum, quo omnes obtineamus infinitas divitias, quibus nos reliqueret ex parte suam divites, quam sumus pauperes ex parte nostra. hom. 42. num. 16. 17. Voluitque relinquere, quo nostram spem firmaret, quæ in se est debilis, ego in tanto subsidio, ut gratum esset thymama magni mysterij. ibid. num. 19. vsque 24.



XXIV. *Loquebatur de excessu.* Si mors illa & redemptio fuit tam copiosa, & cum excessu, pro peccatis meis quid pro illis à me petitur? Si dedit perfectissimam solutionem, quid mihi soluendum? Multum pro tua parte; de sua, quod erat, cum excessu implevit, restat ut facias quod est ex tua. ho. 15. n. 23. 24.

XXV. *Loquebatur de excessu, quem completurus erat.* Eius mors erat medicina omnium peccatorum, eamque fecit ita completam, ut voluerit eam esse totam pro peccatis vniuscuiusque in particulari: Sicque tam completè applicabat illam, ut viderit in particulari omnia peccata tua; ut videas, quantas debeat ei gratias. Magnum mysterium. ho. 42. n. 1. vsque 8.

XXVI. *Quam completurus erat.* Perfectè accurrit cum medicina; ideoque passus est in omnibus partibus sui corporis naturalis, quia mystici omnes vulneratae erant. ho. 15. n. 5. vsque 8. Fuit mare, quo submersa sunt omnes locustae Aegypti. ho. 42. n. 107. vsque 110.

XXVII. *Respondens Petrus dixit: Domino bonum est &c.* Quod gaudium debebat istud esse, & quomodo animum causaret in peccatore tuo, si aliquando eleuares oculos ad considerandum gloriae statum. S. Ambrosius dicit, defectum considerationis esse defectum capillorum Samsonis, his enim deficientibus, vires deficientiebant ei. ho. 31. n. 12. Consideretur in potenti manu Dei facilitas, quae euerit potentes mundi, quique videntur similes Dei; & videbis quid sint diuitiae, honores, & eorum delectationes, cum in felicissimis quoad hanc mortem talem edat stragem. Hacque consideratione acquirunt vires ad agendam veram penitentiam. Hoc medio vititur Ecclesia tempore quo illam aggreditur, scilicet Quadragesimae, ad cuius ingressum reficit nobis memoriam mortis ibid. nu. 12. Rectè Dauid. *Si dormiatis inter medios cleros*, id est fortes, pennae columbae deargentatae nascuntur vobis, quibus volabitis per viam virtutis. Iste fortes duae sunt gloria aeterna caeli & poena aeterna inferni. Si intuens illas non volas, durior es lapide; inquit Balmus. ho. 6. nu. 64.

XXVIII. *Nesciens quid diceret*, ait S. Lucas. S. Petrus nesciebat quid diceret, quia volens exusare mortem, tollebat totum mundi remedium. Videtur hoc verbum *Nesciens* loci huius alludere ad idem, quod Christus duobus germanis Iacobo & Ioanni dixit; quando petebant dextram & sinistram. *Nescitis quid petatis*. ho. 15. n. 12. vsque 17.

I. **D**ixit eis iterum Iesus: ego vado, & quaeritis me &c. Ioan. 8. Dominus concludit lucos computus cum Iudaeis, quia peruersi erant, ut quo plus remedij applicaret in eorum bonum, eo plus cresceret eorum malum: & determinat eos deserere, ut agricola terram quae, quo plus seminata est, & rigata, eo plures fert spinas. Videturque iam non inuenire plus quod agat in istis, unde dicit se abire & deserere. hom. 8. numer. 14. vsque 19. Tam pernicaces, ut Dominus applicatis medijs omnibus, iam videtur suspensus, ut medicus, qui omnibus medicinis applicatis inuenit eas damnositas. hom. 25. n. 24. vsque 30. sicque vadit, eosque deserit. ho. 37. n. 40. 41.

II. *Ego vado.* Signat primo iam, vultque conlatae se ire ad mortem voluntarie. ho. 31. n. 71. ho. 35. n. 37. vsque 41. & ho. 36. nu. 29. vsque 33. Idque ostendebat clarè sacrificium vaccae rufae, quae non tulerat iugum. ho. 34. n. 14. 15. Ipseque Christus, vadens ipse ad moriendum. ho. 41. n. 20. vsque 27.

III. *Ego vado.* Cur vadis Domine, cum dicas delicias tuas, esse cum filiis hominum, ideoque assumpti carnem nostram? Vadit ob multas rationes, quia eorum malitia erat inueterata, peior quam Satanae, dante enim ipso eis, quae petebant peiores fiebant, unde videtur malitia irremediabilis. ho. 8. n. 24. 25. *Ego vado.* Vadit, quia ponunt impedimentum fluxui misericordiarum eius. Est ut flumen Nilus, qui posito impedimento suis aquis, diuertit se ad alias partes. ho. 25. n. 16. vsque 19.

IV. *Ego vado.* Haec verba sunt protestatio, quam eis Dominus facit, quia abigunt eum duritie peccatorum suorum; Erant duri ut dixit Propheta & eum fatigarunt ut Ezechielem arugo ollae. hom. 25. n. 28. vsque 31.

V. *Ego vado.* Dominus ordinariè faciebat protestationes, ipse enim non recedit à peccatore ex sua voluntate, sed quia peccator eum abigit, nec ipse abigit peccatorem, sed quia vult abire, permittit. ho. 18. num. 18. 19.

VI. *Ego vado.* Haec comminatio valde timenda; quia Deus est vnus & solus, à quo dependet omne bonum; eoque abeunte, nullus expectandus qui tibi in anima beneficiat. hom. 31. nu. 55. Si rationabile sit mortem amici vel filij deplorare, rationabilius est se ipsum desistere quando quis peccauit, quia verius potest seipsum pro mortuo habere, quam eum, quem videt

videt offerri ad sepeliendum, quia per peccatum manet anima eius mortua. plus quam corpus, quod morte corporali cecidisse videt ibid. n. 55.

VII. *Quæretis me, & non inuenietis.* Quomodo Domine, cum dicas? *Omnis, qui querit, inuenit?* Verum est omnem quærentem Deum inuenire eum, si querat ut debet. Quo modo illi non quærebant, quia peccator quærens Deum, debet se omnino auertere à peccato. Quod licet multi videantur facere, non tamen est ita. Patuit in Saule, & Antiocho Historie notabiles. ho. 35. n. 6. vsque 10. Etiam in Esau, aliisque. ho. 38. n. 46.

VIII. *Quæretis & non inuenietis.* Quia non quæritis Deum sincere, quærentes vestram voluptatem in peccato, nec habetis spiritum robustorum, quem Propheta petit a vere penitentibus, ut Deum inueniant. ho. 38. n. 47. 49.

IX. *In peccato vestro moriemini.* Hoc poterat bene de illis dici, quia illud committebant sub specie virtutis, dicentes tibi sui esse veritatem inquirete, miraculaque Christi, quia erant oculi populi. Deus vos liberet à peccatis larvatis specie virtutis, quia vix admittunt remedium. ho. 7. n. 31. 29.

X. *Quæretis me, & non inuenietis.* Peccatores, ut illi, qui non quærent Deum in vita, & abire permittunt habentes eum ante se, non inuenient eum in morte, quia ista non est quærendi hora, nec occidit morbi dant locum quærendi, sed tantum est hora patendi. ho. 30. n. 28. 29.

XI. *Quæretis me, & non inuenietis, & in peccato vestro moriemini.* Peccatores, quibus peccatum est de presenti; & quætere Deum semper est de futuro. *Quæretis me.* Habes ut derelictos habentes semper in ore cras Pharaonis, corui reprobati. ho. 38. nu. 41. vsque 45.

XII. *Quæretis me, & non inuenietis, & moriemini &c.* Time in peccato mori, si de presenti non quæras, & differas quætere vsque ad mortem. Disce à formicâ, & Ruth & præcipue à Christo Domino nostro. ho. 34. n. 32. 33.

XIII. *In peccato vestro moriemini.* Peccatum, quale istorum, quod non habet homo, sed hominem habet quod plene occupat animam, time illud & habet pro irremediabili. ho. 24. n. 35. 36. Quid mirum, si dicamus, quod morietur in peccato, hoc habens in anima, quo dedit Satanæ introitum, qui vocatur mors? Quid magnum credere illum mori, qui mortem secum habet? ho. 19. n. 13. vsque 20.

XIV. *In peccato vestro moriemini.* Iusta comminatio genti facta, qualis est ista, quæ non mollitur promissis, nec refrænatur minis, timeo que posse vobis dici, cū sitis eiusdem farinae. h. 37. n. 40.

XV. *In peccato vestro moriemini.* Mala vita certum  
Hieron. Bapt. de Lanuzâ, Tom. 1.

tum pronosticum, malæ mortis; & de illâ, quam ducis, potes iudicare talem fore mortem tuam: Nam laam fuit valde stultus, qui viuens suos sequebatur apertus, & perpetuo obedierat Satanæ, tamen desiderabat mori ut iusti. Eratque ut alter, qui volebat iumentum cum canda pavonis h. 37. n. 45. & seqq.

XVI. *In peccato vestro moriemini.* Christus est magnus Astrologus, editique indicia certa, non esse bonam mortem expectandam viuenti male. Si dæmon tibi contrarium dicit, hoc est, quia malus Astrologus, est videns solum aliquos influxus non confereus eos cum alijs. homilia 5. numero 36. 37. Em vnum altum vnum latronem tantum, qui viuens in peccato, mortuus est in gratiâ. Vtque S. Bernardus ait, hunc solum inuenies, qui hoc modo saluus factus sit & vna autem hirundo non facit ver. ho. 44. nu. 45. 46. Iusti non formant iudicium, nec legem, fundant in operibus gratiæ singularibus sed in iustitiâ. Ideoque singulari consilio non relinquunt Israelitæ vestigium suæ viæ, transeunt liberè per mare, eaque reliquit Pharo, curruque eius qui submergebantur in eo. h. 21. n. 29. vsque 35.

XVII. *Quid ego vado, vos non potestis venire.* Si Christus hæc verba bene dixerit illis, etiam potest dicere multis ex vobis, quod quod ipse vadit, non poteris ire, quia fust diuersi termini, ipse vadit ad cælum, tu ad infernum. ho. 11. n. 12.

XVIII. *Vos non potestis venire.* Si velis ire, quod Christus vadit, debes relinquere tuum esse, & nouus homo fieri, mutans te à capite vsque ad pedes, utque Propheta dixit, mutans fortitudinem tuam. homilia 38. numero 48. Implensque quod dixit Apostolus: *Vino ego, iam non ego.* Quam doctrinam prosequuntur S. Augustinus & S. Gregorius. homilia 38 numero 110. 111. Et Christus eam signauit. h. 15. nu. 44.

XIX. *Quid hic iturus est? &c.* Numquid in dispersionem Gentium? Hoc nomine vocabant Gentiles, dispersos, vel sparatos per mundum, dicuntque ut rem impossibilem, si forte Christus iret illis predicaturus: quia certum erat, si ad illos iuisset, non fuissent eum secuturi: illis enim nil erat infamius, quam tractare cum Gentilibus. Volebantque per hoc alludere ad id quod Dominus aliquando eis dixerat, Deum eos deserturum, & ad Gentiles transtenturum, ut eos per hoc terret, quod maxime sentiebat hom. 21. n. 59. 60.

XX. *Nisi credideritis, quia ego sum, moriemini in peccato vestro.* Vide magnam Domini misericordiam, licet enim videatur eos omnino deseruisse, ille ipse redit, aperiens eis portam, dicendo sententiam tantum fuisse comminatoriam, quod si non deserant incredulitatis peccatum, in hoc morentur: modificalque

ficatque minas suas, dicens, quod si ipsi mutent se, etiam iudicium Dei cum illis mutandum, utque dixit S. Ambrosius: *Novit Dominus mutare sententiam si eis noverit mutare delictum.* ho. 34. n. 63. Et propheta. *Cum iratus fueris, misericordia recordaberis.* ho. 28. n. 42. 43. Ista est profunditas sententiae Sapientis Theocriti: *Dens retrahat, cogitans ne pereat, qui abiectus est.* ho. 37. n. 22. 23. Est de hoc notabilis discursus, quomodo Deus mutet suas resolutiones tam de bono, quando sit malus, quam de malo, quando sit bonus. ho. 37. num. 15. 16.

X X I. *Si non credideritis &c. moriemini in peccatis vestris.* Repetit eis has minas secundam, & tertiam vice in hoc Evangelio, quantum potest ex parte sua faciens, ut causa Dei iustificetur, & eorum malitia convincatur. Nec possunt dicere se non audivisse, vel non fuisse monitos, sicut eadem de causa repetit toties terribile iudicium, quod malis est superventurum. h. 6. n. 7. vsque 12. Ideoque vult Praedicatorum unam, & alteram vice minari damnationem tuam, licet fiat sine effectu. ho. 22. n. 36. 37. Utinam istis aquis minarum finis vitae tuae te laues sic, ut eo cures lepram animae tuae, non minus, quam Naaman corporis sui, lauens se aquis Iordanis. ho. 6. n. 4. & 5.

SECUNDO DIE MARTIS QUADRAGESIMAE ULTRA HOMILIAM XIV.

S *uper cathedram Moysi sederunt Scribae &c.* March. 23. Sapiens ait Deum creasse omnia ut essent, & se conservarent. *Creavit omnia ut essent.* Et quia non possunt se conservare res differentes, nisi bono ordine dispositae, hunc posuit in omnibus. *Omnia dispositus in numero, pondere, & mensura.* Utque praecipua creaturarum est homo, & multitudo sine ordine, est confusio, voluit inter homines ordinem servari. Utque est in caelis, & stellis, ac motibus eorum tantus, ut ideo vocetur exercitus *Militia colorum.* Nil enim est quod maiorem requirat ordinem, quam exercitus: sic vult esse in terra inter homines. Utque ubi ordo est, conservatur mundus, destruiturque ubi deest. Estque certum causam destructionis eius esse, quod quibus nolit servare locum suum, sed quod subditi velint esse Superiores, & plebeius poni loco nobilium. Vnde venit confusio causans famem, & necessitatem eorum quae in mundo tolerantur. h. 27. n. 62. vsque 66.

I I. *Super cathedram Moysi sederunt Scribae & Pharisei.* Licet in toto mundo sit necessarius ordo Superiorum & inferiorum tamen plus in spirituali Republica Ecclesiae, ubi particularis est Cathedra pro Superioribus, & Sacerdotibus quibus populus debet

particularem respectum. ho. 2. nu. 12 vsque 18. In ipso posuit Deus potestatem absolvendi peccata, praecipiens ut eis se omnes subiciant, quando sedebunt in ista Cathedra, quam occupat ad utilitatem nostram, cum insigni auctoritate supra Sacerdotes antiquos. ho. 19. n. 54. vsque 59. Ipsi sunt, per quorum manum Christus Dominus nolter distribuit panem doctrinae, & Sacramentorum invitatis ad hunc montem Ecclesiae h. 27. n. 66.

I I I. *Sederunt Scribae & Pharisei.* Qualis gens est ista Domine? Desine dicere illis ipsis in presentia omnis populi, quod sint inimici Dei, hypocritae sepulchra dealbata, quae licet habeant bonam apparentiam exterius, sunt intus plena putredine, & vermibus. Talem gentem collocas in Cathedra tua, facisque Superiores, & vis nos eis obedire, Ne hoc cures, tantum intellige hoc conuenire, si erigere cum divina sapientia tanta, ut ad tibi satisfaciendum in hoc, particulariter stabilient diem iudicii. h. 6. n. 29. vsque 35.

I V. *Sederunt Scribae & Pharisei.* Domine visne in exaltata Cathedra tua sedere, & throno Pontificatus eos, qui deberent mergi in infernum? Videbis sapientiam Dei, qui diuinus est hortulanus, trahens aqua veterae doctrinae per luteos canales motos per mulum obvelarum, ad rigandum plantas Ecclesiae suae. ho. 19. n. 26. vsque 29. Antiquum Sanctissimae Trinitatis concilium, in quo fuit decretum, ut Christus moueretur pro salute hominum, fuit significatum in illo ferro submerso in aquae fundo, extracto per Elisam Prophetam, ligno manu eius abscisso, quo medio restituit illud manibus id desiderantis. Illudque decretum, dignum, immetsum abyssu difficultatum, quo modo foret exequendum voluit Deus declarari per Caipham, Deo eius linguam mouente. bid. n. 26.

V. *Sederunt Scribae & Pharisei.* Quomodo Domine ita, honoras Gentem, quae meretur tantam punitionem, quanta sunt peccata eius? Vult eo iustitiae suae satisfacere, soluendo parum boni, quod faciebant isto honore temporali, qui est paruae substantiae. Est, ratio S. Chrysostomi, & aliorum Sanctorum. ho. 16. n. 4. vsque 54. Deus dedit gladium in manu Simonis & Leui, dans eis robur, & vim ad sumendam vindictam de iniuria Dine sorori eorum illata a Principe Sichem, tradiditque illis spolia & diuitias illius gentis, in praemium eius facti, prodeuntis ex zelo castitatis & abominationis turpitudinis illius Principis, qui permittens se vinci a suo appetitu lasciuo, & sensuali intulit vim virgini, cum offensu Dei, patris & fratrum eius. Noluitque Deus bonum licet exiguum quod in actione illa erat praemio suo priuari. ibid. n. 52.

V I. *Omnia ergo quaecumque dixerint vobis seruaue & facite.* Debeone genti tam male obedire? Debes, non ob personas eorum, sed quia sunt in Cathedra, loquente

Dei debet que illos reuereri, vt representantes ipsum Deum. Vt Alexander Magnus videns summum Sacerdotem Iado, statim descendit ex equo, prostravitque se ad pedes eius. Rogatus autem a noscentibus superbiam eius cur id fecisset tantus Monarcha vt ipse, homini ordinario? Respondit se vidisse in eo, & representasse sibi magnum Deum qui preteritis annis ei promiserat felicitates, quibus fruebatur. Historia a Iosepho relata Ob. eandem causam supremus Monarcha Nabuchodonosor prostrabat se ad pedes Danielis, offerbatque illi incensum, quia considerabat in eo personam Dei, quæ in Daniele ei loquebatur. ho. 43. n. 51.

VII. *Omnia ergo quaecumque dixerint vobis &c.* Obedite illis, quia sedent in Cathedra, debetque in illis ipsum Deum respicere qui in hac vita in tribus se præbuit absconditum, Prima & præcipua in SS. Sacramentis. Secunda in pauperibus, Tertia in Prælati. Cumque simus fideles, vult nos semper in fide ambulare. Vt videntes parvam quantitatem panis, credamus ibi vere Christum esse, & videntes pauperem lacerum in eo respiciamus Christum, implentes quod dicebat David, beatus, qui intelligit super egnum videntes hominem in natura similem, & aliquando in qualitatibus inferiorem, in Cathedra sedentem, credimus Deum in eo esse, si non ad bonum eius, quia peccator est; ad bonum tuum, quia Prælati est, qui te regat. ho. 26. n. 13. vsque 16, & h. 30. n. 24. 25.

VIII. *Omnia ergo quaecumque dixerint vobis, seruare.* Fuit magna Dei misericordia, relinquere nobis Prælatos, qui deciderent nostra dubia, & resolverent quid nobis faciendum in rebus animæ nostræ, quia nemo est bonus Iudex in propria causa; semperque es dubius, an bene resolveris, an satisfactio tua sit sufficiens vel non. Iam cum Deus posuerit Prælatos & Ministros suos, qui rebus animæ tuæ, & peccatis auditis, dant sententiam iuridicam ex parte Dei; sepe es scrupulosus an sit ei satisfactum, nec ne; quid esset, si Deus non posuisset qui ex parte ipsius daret tibi scedula subsignatam nomine suo, cum vno *Ego te absoluo*? Eodem modo est pœne ordinationum in propria causa indicare leue, quod valde graue, defectus alienos habere pro magnis. licet parui sint; & proprios, licet graues, habere pro leuibus. h. 23. n. 11. Ad consolationem, & nostram exonerationem ponit, qui nomine suo nos reddant securos ex parte sua. ideoque antiquitus opetabatur magnum illud miraculum, quod faciebat Sacerdos circa leprosos. h. 26. n. 23. Etiam Deus disposuit vt ad hanc cathedra reuereres in dubijs obligationum cuiusuis, & cuique maneret plene satisfactum ex eo, quod Sacerdos dispouerit. h. 1. n. 10.

IX. *Omnia quaecumque dixerint vobis seruare.* Deus vult opera nostra magni esse meriti vt pro illis magnum det nobis præmium, valde autem illa cleuant humilitas, & obedientia, quibus eorum meritum ineffabiliter crescit, in tantum vt Christus ipse, ad hoc vt opera eius essent magis meritoria, nullum voluit facere, nec verbum dicere, nec miraculum operari, quod non esset ab aeterno Patre præceptum, superiore suo secundum hominem idque dixit, quando ait: *Ipsè Pater mandauit mibi, quid dicam, & quid faciam.* Profundum mysterium. Christus voluit nobis ex parte id ordinare ad nostrum meritum. h. 36. n. 31. 32.

X. *Omnia quaecumque dixerint vobis.* Mirabile, quod cum nil plus alienum à natura sit hominis spectati ex parte corporis, quam superbia-homilia 15. nu. 30. vsque 33. non sit vitium quod plus eum oppugnet secundum animam, quia secundum hanc videt se libero præditum arbitrio, similem Deo. Ad hoc damnum præueniendum, primum quod Deus fecit, erat Ad præcipere ne comederet non quia arbor erat mala (vt ait S. Augustinus) de arbore scientiæ boni & mali, sed vt præcepto Superioris daret ei contra pondus ne euanesceret, inque caput eius ascenderet velle Deus esse. Dæmon autem accurrens eum perdebat, auferens ei, obedientiam, & erga superiorem subiectionem. Christus vult nostram reparationem, dans nobis æquipondium, ne euasceamus superbia. Ideo præcipit nobis, vt simus subiecti Superioribus. Quod est facere quod ait Iob *Fecit ventis pondus* & h. 29. n. 9.

XI. *Omnia quaecumque dixerint vobis.* Hæc bona est obedientia ourum Dei, sincere obedire, sine disputatione circa id quod Ecclesia præcipit credendum, vel operandum, idque exequi, ac si Deus ipse imperasset, cui, obediendum sine contradictione, vt faciebat ille qui alteri caput percussit ho. 37. n. 24. vsque 30. Ino parati sint omnes leges seruare. *Omnia quaecumque dixerint.* Nam vt S. Iacobus dixit. *Qui offenderit in vno, factus est omnium reus* ho. 17. n. 25.

XIII. *seruare, & facite.* Duo sunt præceptorum genera: Negatiua, quæ seruantur cauendo facere, quod prohibent. Et affirmatiua, quæ præcipiunt res faciendas. Vtraque debent seruari. Non sufficit enim, non facere malum, & non futari, sed debes agere bonum, & eleemosynam facere. h. 16. n. 6. 7.

XIII. *Secundum opera eorum nolite facere, dicunt enim, & non faciunt.* Ne respicias opera eorum, quæ sunt mala, sed ausculta doctrinam eorum, quæ est bona quia Dei est. Vides hic Prophetas, pe quos locutus est Spiritus sanctus. Integer Propheta habet duo, opera Sancta, & doctrinam bonam & veram. Talis fuit S. Iohannes Baptista, qui erat, *lucerna ardens & lucens.* Habebat ardorem charitatis in operibus, & lucem doctrine in verbis. Illi autem tantum habebant

habebant medietatem, solam verborum doctrinam non operum bonitatem. hom. 39. n. 21.

XIV. *Dicunt enim & non faciunt.* Mali Cathedralici; Boni enim bonis operibus suis declarant bonam doctrinam verborum suorum. Sunt vt lampades, quas vidit Zachar. cap. 4. quæ habebant lucem; quæ lucebant, & simul, quævis earum habebat duo vala; quorum vno ex vnâ parte adipem subministrabat, & in alia habebat lucem; vt enim lux doctrinæ conferretur bene; eget Prædicator oleo Sanctorum operum in ordine ad Deum, & proximum, quibus se faceret, ho. 30. n. 25. Iſtis enim deficientibus, lux extinguitur; Sequiturque S. Gregor. *Cuius vita deſpicitur, reſtat vi doctrina deſpicitur.* Ideo vult Deus Prædicatores suos tales; vt populus non videat defectus eorum. hom. 21. n. 16. vsque 50. Nec in eorum operibus aliquid videat contrarium verbis eius & doctrinæ; sed vt primò faciant id omne, quod prædicant. ibid. num. 49.

XV. *Alligant onera grauiora, & impartabilia.* Multum imperant, & nihil faciunt, cumque deberent esse exemplar operibus suis; hi contradicunt verbis suis; toti in hoc positi, vt disponant alius, quid faciendum; ipsis nil faciendis vtile, in beneficium animarum se arum. Super quos ait S. Bernardus hanc maledictionem cadere. *Maledictus homo, qui facit partem suam deteriorem.* hom. 27. n. 53.

XVI. *Omnia sua faciunt, vt videantur ab hominibus.* Infelices, cum enim opera eorum sint tam magni pretij, perdunt ea quia vendunt oculis mundi; hic autem cum sit pauper, soluit malè. Ne sic facias tua, sed vt Christus fecit. hom. 1. n. 25. vsque 26. Abraham illi attendens, noluit solutionem, nec præmium, quod ei Rex Sodomæ offerebat ob triumphum & victoriam, quam obtinuerat de illis quatuor Regibus, sed letabatur ad caelum manum suam: *Letabo ad caelum manibus meam.* Vt tantum respiciens Deum, qui integrè soluit bona opera nostra. ho. 1. n. 25. Fac ea tantum coram Deo, quo valor eorum crescit. ib. n. 22. 23. Libera ea ab oculis mundi, qui ita corrupti, insciunt, quod vident. ib. n. 23. Ideo petit David à Deo. *Auſurie oculos meos, ne videant vanitatem.* Id est, gloriam mundi; & pro eâ opera facta non habent vestigium, vel signum virtutis, manentque merito vacua. hom. 1. n. 23. 24.

XVII. *Amant primos recubitus in cænis.* Mali Doctores, & iniuri Prælati, qui tantum amant dignitatem ob sessionem. Prælati non sunt vt sedentur, sed vt in pedes stentur ad huius, & alteri succurrendum. Imo summus Pastor Christus; iam in caelo, licet pro vnâ parte se repræsentet sedentem ad dexteram Patris, ex alterâ vidit eum Stephanus stantem, vt ei fauere. ho. 15. num. 33. & seqq. Ideo fugebant Sancti Prælati, scientes eas non esse ad sedendum, sed standum,

& laborandum. ibid. num. 37. vsque 43.

XVIII. *Amant primos recubitus.* Quod faciunt, implentque, est assidere mensis, vel accumbere, vt assueuerant Iudæi, & perpetuo inter homines versari, acceptando honores, & salutationes. Ostendebant se reprobos, vt pitesc sine alius, qui semper natant sub aquis. ho. 11. n. 13. *Salutationes in foro & vocari ab hominibus Rabbi.* Videtur his Iſaias miratus dicendo: *Uulſate nauis maris.* Quia ferebantur hinc inde vento egrediente ex aliorum ore illos honorantium & salutationum. Magna infelicitas, vt possit de illis dici: *Ephraim pascit ventum.* Caue ne sis vt illi, vento te turbante vel abripiente. ho. 4. n. 23. vsque 26.

XIX. *Amant primos recubitus.* Parum sciunt de consuetudine domus Dei, praxique eius, quæ est descendere ad ascendendum, humiliare se; vt exaltent. h. 2. n. 32. vsque 37. Prudentia nostra debet esse vt serpens, qui descendit, vt eleuet se. Illi non intelligebat hanc doctrinam, vt nec aliqui consanguineorum Christi, qui ad se exaltandum, debebat se humiliare vsque ad mortem. ho. 36. n. 37. vsque 40.

XX. *Patrem nolite vocare vobis super terram, unus est enim Pater vester &c.* Non sunt verba, quibus possit explicari donum, quod nobis confert Dominus, non enim contentus dedisse nobis licentiam vocandi ipsum Deum Patrem nostrum; qui est eius, etiam præcipit nobis, vt eum solum pleno ore vocemus Patrem. Hi terreni, si dicantur tales, ideo est, quia participant de illo, vt dixit Apostolus S. Paulus, huius sunt terreni corporis, hospitalis infirmitatum. Ille autem cæli, est animarum factarum ad imaginem & similitudinem eius, quæ per diuinam eius gratiam sunt capaces omnium diuitiarum & regnorum eius. ho. 17. num. 11. Estque magna gratia dare nobis vti isto nomine, ad corroborandam confidentiam nostram, maguam enim habet filius, quando accedit patrem suum vt petat ab eo. hom. 27. nu. 20. Ratio magnæ consolationis nobis, quam S. Bernardus cum admirabili spiritu ponderat. hom. 42. n. 83. 84. Etiam ad eleuandum corda nostra, ne adhæreant paruis rebus terræ indignum enim est filios talis Patris tam abiectas habere cogitationes. ho. 11. nu. 9 10. Hanc cordis nobilitatem petebat S. Thomas. hom. 1. num. 26.

XXI. *Patrem nolite vocare.* Hoc obligat nos Dominus, non tantum ad Deum non offendendum cum sit Pater noster, sed etiam ad honorem eius zelandum, conando vitare offensas eius in aliis, respondendo pro eius honore, sentiendo peccata, quæ sunt contra eum, plus quam propria. Admirabilis doctrina. hom. 22. n. 14. vsque 21. & hom. 23. n. 56. vsque 60. Quia nos habet vt filios, habet vt proprias, quæ nobis sunt iniurias. ho. 22. nu. 27. & seqq.

XXII. *Omnis vos fratres estis.* Cum præcipuum le-

gis sit amor, hincque sit particularis fratris ad fratrem, faciens nos omnes fratres, voluit nos obligare ad nos mutuo amandum, & remedium procurandum; non enim minus potens est amor gratiæ, quam naturæ. Ratio efficaciter ponderata. ho. 22. n. 47. vsque 52.

XXIII. *Omnia qui se exaltat humiliabitur* &c. Hæc est regula, & perpendiculum altitudinum, & graduum domus Dei, tantum enim quis habebit in altitudine, quantum habuit in humilitate, & sui deiectione. Ideo exaltatio Christi fuit altior, quia eius deiectio fuit profundior. hom. 2. nu. 32. & seqq. Vique illius nobis daret exemplum, ita profundum exercuit humilitatis actum in cæna. hom. 45. nu. 27. 29.

TERTIO DIE MERCVRII QVADRAGESIMÆ VI TR A  
HOMIL. XV.

I. **A**scendens Iesus Hierosolymam assumpsit discipulos suos sereno, & ait illis. *Eccc ascendimus Hierosolymam* &c. Marth. 20. Evangelium continet ratiocinationem, quam Dominus habuit cum discipulis suis, dans eis rationem mortis, quam erat passurus. Ideo extrahit eos de multitudine, & ad secretum ducit, præuenitque eos, petens attentionem dicendo *Eccc*. Magnum mysterium quod tantum trahebat cum illis quibus dixerat. *Vobis datum est nosse mysterium regni Dei*. Et in separatione à tumultu mundi ad gloriam suam ostendendam extrahit illos, ad montem separatum, quia oculi mundi capaces non sunt ad gloriam videndam; sic etiam ad passionem & mortem suam tradendam. Mundus enim non intelligit, quod nullus moriatur pro peccatore, Dominus pro rebellis mancipio, hoc enim totum est viam ingredi contrariam. ho. 41. n. 20. vsque 27.

II. *Eccc ascendimus Hierosolymam*. Vult aduertat, ipsum esse, qui ascendit Hierusalem ad moriendum, ut intelligatur mors eius voluntaria esse. Est sacrificium iuste vacæ, quæ non tolerat iugum debiti mortis. hom. 34. nu. 10. 25. Ipse est Dominus temporis, & mortuus est horâ, quâ voluit se tradere. hom. 35. nu. 38. vsque 41. Quodque dicit verbo, ostendit clarè opere, quando intrauit Hierusalem ad moriendum. hom. 41. nu. 20. vsque 27.

III. *Eccc ascendimus*. It voluntariè ad offerendum se in sacrificium ut in se opus esset magis meritum, quia eo plus est, quo fit cum maiori voluntate. ho. 41. nu. 20. vsque 27. Si labores & mortes, quæ tolerantur per vim, sint meritoria si fiant voluntaria, faciendi de necessitate virtutem. ho. 9. nu. 46. vsque 49. & ho. 44. n. 27. 28. Quanto magis meritoria erit mortis, & penæque toleratæ cum tam plena voluntate, ut ipse

met eat voluntariè ad eas patiendum. Vique forent magis penosa admittit voluntariè accidentia timoris & tristitiæ, quæ poterant maiorem penam causare. Profundum mysterium. hom. 42. nu. 37. vsque 43. & num. 49. vsque 62.

IV. *Eccc ascendimus Hierosolymam*. Ascendebat cum gaudio, amoris effectu, qui eum ferebat, ut Evangelista S. Marcus dicat, eum tam festinanter iuisse, ut Apostoli mirarentur; & timerent. Non enim erat ei hora magis desiderata quam ista. Vnde quando venerat, fecit actionem, ita insolitam cantandi magnum Alleluja. ho. 42. n. 25. Et damnatus ad mortem, videns crucem paratam, amplexatus est eam vsque sponsam semper desideratam. ibid. nu. 66.

V. *Eccc ascendimus Hierosolymam*. Domine vocane illud ascensum? Videtur melius posse ad descensum dici, quia vadis moriturus mortem supremæ abiectionis & humiliationis. *Humilians se vsque ad mortem mortem autem crucis*. Tamen bene dicit, quia in hac morte fundabatur ascensus eius, secundum quod dixit Dauid: *Ascendit super occasum*. Mysterium, quod mundus non intelligebat, licet Dominus id declarasset simbolo aenei serpentis. hom. 36. nu. 37. vsque 40. Et in hoc descensu, erat totus ascensus noster. ho. 38. nu. 121. 122. Quem declarabat Evangelista S. Iohannes dicens: *Quod factum est in ipso viderat*. hom. 30. num. 45. 46.

VI. *Eccc ascendimus Hierosolymam*. Hic ascensus valde considerandus. Inde enim nascitur malitia peccati, & detrahitur larva ceto grandi, ut Deus Iobo dicebat. hom. 42. nu. 11. 12. Inde cognosces quam magnum sit debitum, quod contrahitur per peccatum, cum esset necessarium infinitum pretium, ut æquale pro eo solueretur. Et meriti gravitas, qui tam sumptuosam requirebat medicinam. ib. n. 17. vsque 16.

VII. *Eccc ascendimus*. Prope duobus annorum millibus ante videtur Patriarcha Iacob vidisse hunc ascensum, de quo agens dicit feliciter ascende fili mi, video enim te ad hanc ascendere prædam. *Ad prædam ascendisti fili mi*. Adam ascendit super iâ elevans animam & brachium ad arborem, cum inobedienciâ, cumque essemus in ipso diuites, omnes exitum addidit paupertati. Tam ascendit Christus, ut lucretur nobis omnes diuitias Dei; manemisque diuitiores per merita, quæ nobis est liberatus per istam mortem, quam pauperes eramus per Adæ peccatum. Notabilis discursus. ho. 42. n. 19. vsque 24.

VIII. *Eccc ascendimus*. Mundus est, ut infranis equus, quod bessequente suas passiones, dicit, ut respiciamus ascensum quem facit ad moriendum, eritque nobis frænum potens, & operabitur, quod alio in vberè ad puerum ablactandum, homil. 42. num. 14. 15.



**IX. Ecce ascendimus.** Quo vadis Domine? vadit ad colligendas pœnas nostras, vt eas in se suscipiat, nosque maneamus ab illis liberi. h. 42. n. 37. vsque 43. Particulariter ponit ante oculos suos mortem, eiusque timorem vult suscipere tam viuaciter, vt metu esset sufficiens ad ei vitam auferendam. h. 42. n. 55. 56. Quo abstulit illius timorem à nobis vt iam non timeant eam Sancti, sed ament, sitque illis dulcis. Magnam mylterium, vt fuit auferre venenum viperis Melitæ. h. 12. n. 62. vsque 66. Eoque Deificabat mortem splores ignominias, etiam etuam ipsam Excellens doctrina, h. 36. n. 9 vsque 12.

**X. Ecce ascendimus.** Ascendit vt det vitam suam pro nostra, ipseque moritur, vt nos viuamus. Vnde S. Augustinus ait nos posse aliquo modo dicere, quod analuit vitam nostram quam suam, & plus mihi, quam sibi ipsi. h. 9. n. 46. Hinc collige gratitudinem quam debes tanto beneficio. h. 41. n. 23. Quodque Christi passio debeat tibi esse liber memoria, efficacior, quam Regum Persiæ h. 42. n. 24.

**XI. Consummabuntur omnia.** Deus voluit mortem Christi præfigurare, à principio mundi per manus Patriarcharum, per opera legis, & Scripturas Prophetarum ad faciendam itrefragabilem probationem veritatis mylterium nostræ redemptionis. ho. 41. nu. 34. vsque 37. Videatur notatum Dominicæ præcedente supra hoc *Dicere de egressu, quem completurus erat in Hierusalem.*

**XII. Consummabuntur omnia qua scripta sunt.** Hoc magnæ est ponderationis inter innumerabilia ponderanda in morte Domini, quod nil sit passus per manus ministrorum, quin fuerit signatum & scriptum. adeo vt ne vel minimus daretur ictus, nec vel vnus euelleretur capillus, non vel vnum sputum effunderetur, quod non fuerit per Prophetas sculptum in diuina ista petra. Nec erat opus in isto tabernaculo dispositum per Moysen, quod est populus Iudaicus, non figuratum in eo, qui se ostendebat in monte, sic vt in ordine diuinæ Sapientie, & diuinorum mylteriorum nil interueniret casuale sed à Deo bene dispositum vt Christus id pateretur h. 39. n. 26. vsque 29.

**XIII. Tradunt eum Gentibus ad illudendum.** Ipsi Iudæi videbant esse magnum sacrilegium occidere Christum, vsque hoc regeant, volebant vt manu Gentilium, hanc culpantes feram vt mortis eius ream vt fratres Iosephi, homilia 24 numero 90. Sed Deus non decipitur, quod clarè S. Petrus dixit eis postea. *Quem vos interemistis.* Quod enim facis per alienas manus, ipse facis h. 2. n. 10. 11. & h. 23. n. 6.

**XIV. Traditur Gentibus.** Vtitur verbo impetronali, non dicens quis tradet, in particulari, quia

nos omnes. Fuitque traditus, passus & mortuus, pro quouis in particulari, ac si pro eo solo moreretur. Ideoque dicitur de SS. Sacramento, rememoratio passionis eius. *Sic totum omnibus, quod totum singulis.* Mylterium profundæ Theologiæ. S. Ambrosij. ho. 42. n. 3. 4. 7. 8. 10. & 24. Hinc intelliges cur Dominus sit passus tantas & tam veras pœnas. Si enim ob solum peccatum veniale irrogantur tam graues pœnæ vt patet. h. 10. n. 28. Quæ pœnæ debebantur omnibus mundi peccatis. ho. 38. n. 52. 53. Videturque hæc fuisse consideratio, quæ Domino causauit mortalem agoniam vt sudauerit sanguinem. Quia videbat supra se irruentem torrentem omnium peccatorum, vt ait Propheta Isaias. ho. 42. n. 103. vsque 106. Et hoc modo contritionem habebat ita vitam, quanta est necessaria pro cuiuscumque peccatis. ibid. n. 107. vsque 110. Hincque venit ei pudor, qui sanguinem causabat ei sudorem. ib. n. 110. Sic vt te in particulari, & tua peccata, meaque & me, & quemuis in singulari videri. Taliterque passus est pro quouis, ac si pro eo solo foret. Vnde patet, quem dolorem debeas contempere ex eius morte, & qua gratitudine debeas acerrere, cum singulariter fuerit pro te. Debesque intelligere te illum prodere, & per te traditum fuisse inimicis suis ho. 41. n. 8. 9. 10. & 24.

**XV. Tradunt eum Gentibus.** Dicere proditores. Posuitne Deus ideo filium suum in manibus vestris, vt eum tradatis Gentilibus ad torquendum, & occidendum? Tradit illum vt tibi misericordiam ipsius profuit, quas vertis contra eum occidens filium eius. Magna Principum malitia, qui bonis sibi datis à Deo, inferunt ei bellum. ho. 35. nu. 26. vsque 29. Magna Dei offensio, vt eius beneficiis vt armis ad eum offendendum. Tales declarabat Ioseph Dominæ sise quando eum prouocabat ad offendendum Deum, & sollicitabat vt turpi appetitui suo satisfaceret. ho. 35. n. 17. Multi Christiani sunt qui aliquo modo faciunt idem, quos S. Chrysostomus dicit infelices, quia magna eorum erit puniatio. ho. 41. n. 96. 97.

**XVI. Tradunt Gentibus.** Magna nequitia Principum, quibus cum Deus posuisset Christum in manibus, vt eum brachiis apertis reciperent, illi ipsi tradunt eum Gentibus. Illos prauent Deus per Regalem suum Prophetam, dicens eos debere exire ad recipiendum, & adorandum Christum. Et ad hoc magnam eius notitiam obtinuerunt per Sanctas Scripturas. Ipsi autem maximè reuerunt eum recipere, & adorare, cum ipsi deberent populum disponere ad eum recipiendum & adorandum. Magna Principum malitia, cui cum Deus posuisset in manibus iustitiam, ipse inferat ei bellum. ho. 35. n. 23. vsque 26.

**XVII. Tradunt Gentibus ad illudendum & flagellandam.** Christus poudexat se debere tradi variis hominibus

hominum manibus. Primo Seribarum Principum populi Iudaeorum. *Traditur Principibus Sacerdotum.* Secundo manibus Gentilium. *Tradens eum Gentibus ad illudendum* &c. Christus passurus erat acerbiora tormenta, & crudeliorum passionem, quam aliquis sit passus, vel passurus in mundo, quia, ut dictum, solus debebat pati poenas quas omnia hominum peccata merebantur. Ideo est traditus non tantum manibus demonum, sed etiam hominum, qui sunt crudeliores demonibus & primo fatigantur demonis, quam hominum manus. ho.9. n.26.17. & praecedentibus.

XXVIII. *Et tertia die resurget.* Christus non subsistit tantum praedicans mortem crucis, quae futura erat: sed addit resurrectionem securam. Ne sepius unum opus ab alio, ut faciebant Iudaei, faciuntque Gentiles; tantum respicientes ignominiosam mortem; sed intinere illam cum resurrectione; si enim mortuus sit ut homo, habens naturam mortalem, resurrexit ut habens veram diuinitatem. videturque dicere quod Sophonias. *Expulsa me in die resurrectionis meae.* Opus clarè probans diuinitatem eius. h. 48. n. 4. & h. 149. n. 6. & seqq. Si dissolutus unum opus ab alio, eris Antichristus, ut dixit S. Ioannes. ho. 28. n. 64.

XXIX. *Tertia die resurget.* Haec est consolatio laborum licet durent vsque ad mortem, scilicet bonis futuram resurrectionem gloriosam; quae oculis obuersando facit, ut nec mortem timeamus. h. 11. n. 4. vsque 12. & ho. 12. n. 7. vsque 13. & ho. 16. n. 36.

XXX. *Tertia die resurget.* Dominus vult Apostolis suis dare consolationem mortis suae, repraesentando eis, quod resurget. Quae ratio est, quam potest dare acrioribus, tam nobis in nostris moribus, quam amicorum nostrorum ho. 32. nu. 57. vsque 60. Hac ratione consolabatur Christus Matthiam. Eadem S. Paulus parentes in mortibus prolium omnemque fideles h. 31. n. 60. vsque 63. Ad hanc spem viuificandam, quae tantae consolationis est, fideles sepe iungunt de sanctos suos, cum particularibus ceremoniis. h. 31. n. 48. vsque 56.

XXXI. *Tertia die resurget.* Haec est bonorum consolatio, quod morte finiuntur labores eorum & sequetur gloria resurrectionis eorum: ut terror malorum esse debet, quod morte finiuntur eorum delationes, & temporalem mortem sequatur aeterna. h. 16. n. 35. 36. Continget bonis, quod igni abscondito tempore Machabaeorum ho. 31. n. 62.

XXXII. *Tertia die resurget.* Hoc non tantum vult dicere, sed etiam quod resurrectione vincet mortem, & effectus eius resuscitando gloriosum corpus, supereminens praefulgens dotibus. Quae consideratio Sanctis reddidit dulces omnes mortificationes, poenas

& mortes suorum corporum mortalium, quod resurgens vincendo mortem dotibus gloriosa. homil. 11. num. 33. vsque 39. diciturque de illis, quod resuscitantur corpora non facta manibus. hom. 12. num. 26. vsque 32.

XXXIII. *At ipsi nihil horum intellexerunt.* Dicit S. Lucas, referens hanc historiam. Oculis carnis non possunt videre viam ad vitam, esse poenam, & ad gloriam, crucem; & ad sublime Regnum, humilem mortificationem. Nec postea intellexerunt, quando hora passionis venit. Vnde scandalizabantur, donec postea venit Spiritus sanctus, qui eos illuminabat. Hoc est profundum mysterium, de quo S. Ioannes dixit haec verba: *Quod factum est, in ipso vita erat.* hom. 30. num. 43. 44. Capillos nigros Sponsi est difficile pene rae, licet sint sicut elatae palmarum. ho. 29. num. 34. 35. & hom. 45. nu. 7. 8. Vnde non est mirum aliquos Christi consanguineos cum non intellexisse, quibus non fuerat tam clare locutus. hom. 36. nu. 37. vsque 40.

XXXIV. *Ipsi nihil horum intellexerunt.* Quid mirum eos non intellexisse, cum hoc mysterium necdum esset perfectum, nec Spiritus sanctus sua luce aduenisset: cum ut etiam postea hoc totum non intelligas, quod in labore sit requies, in paupertate regni caelorum diuitia, ut intellexerunt sancti, qui iteò querebant labores, & mortificationes. ho. 15. n. 14. 15. Intellegentes esse dotes, quas Deus, amicis suis dat, quibus aperit eis spem ad maiora gloriae. h. 32. n. 23. vsque 31.

XXXV. *Tunc accessit mater filiorum Zabedae.* Quam apertos habent parentes oculos ad petendum & procurandum filijs suis, habent quae pro maxime propriis bona, vel mala, rogam. Ideo quae maxima poenitentia, quae Deus illos punit, est; poenas affigere filijs eorum. hom. 9. nu. 19. vsque 21.

XXXVI. *Tunc accessit mater.* Esset iustum, quod sicut diligentes curas captare aliquam occasionem mediocrium temporalium pro filijs vestris, procurando eis bonum statum in mundo, attenderes ut obtinerent veras diuinas virtutum, & in his excellerent. Ut enim tibi imputatur quando non procuras eis bona temporalia plus tibi adscribetur, si non procures eorum spirituale bonum. hom. 23. num. 6. vsque 9. & hom. 35. num. 23. 24.

XXXVII. *Die vii sedant hi duo filij mei.* Vis eos videre sedentes cum quiete & vita? S. Chrysostomus ait procura ut sint boni; quia afflictiones eis mortuae temporales proueniunt in tuis oculis ex peccatis, ut contigit Heli. hom. 31. num. 30. 31. Cum precedentis doctrina discere iuuenes habere mortem vicinam ob peccata sua. ibid. num. 26. & seqq.

XXXVIII. *Nescitis, quid potate.* Mater petiit, & respondet filijs, quia, ut S. Hieronymus ait, sciebat



eos mouisse matrem ad petendum. Nil falsum potest imponi Deo, nec se excuset Iudex; quia non recepit munus, sed amicus eius pro ipso: nec tu qui decipis alium per tertium. ho. 2. n. 10. & h. 23. n. 6.

XXIX. *Nescitis, quid petatis.* Quia in domo Dei, maiores eius amici, non habent ut amici: tunc donum sedere, sed eum habent ut magis promotum, quem Deus tenet stantem, ducens eum per carceres, deserta, ieiunia. homilia 32. numero 21. vsque 31. *Utque dicitur in vita S. Vincentij Martyris: Tanto feliciores se esse putabant, quanto acriora tyranni supplicia, mira longanimitate sustulerent, pia longanimitate certassent euincere.* homil. 15. numero 15. 16. & homilia 32. numero 23. vsque 31.

XXX. *Nescitis quid petatis.* Valde inconuenienter petuntur absolute bona temporalia, cum sepe id quod videtur nobis esse conueniens sit damnum. Unde Apostolus dixit *Quid optemus, nescimus.* Est stultitia absolute illa petere. hom. 32. numero 35. vsque 35. debemus nostram voluntatem conformare diuine addendo petitioni nostrae ut sit conueniens. *Varus amen non sicut ego volo.* homilia 42. numero 86. vsque 90.

XXXI. *Potesis bibere calicem, quem ego bibiturus sum.* Hæc verba altum continent mysterium, ait enim bibiturus se calicem passionis discipulorum, quia accipiebat eum ut ita proprium ac si fuisset suus, & ipse biberet eum, ut patet eo quod dixit Saulo. *Quid me persequeris.* homilia 22. numero 17. 18. Dicitque se cum populo suo captiuum. ho. 27. nu. 46. 47. Seque esse inter spinas quando sui erans, quod nos debet animare in afflictionibus. homilia 32. numero 64.

XXXII. *Potesis bibere calicem, quem ego bibiturus sum?* Vides hic viam ad obtinendum sedes cæli, bibere calicem quem Christus bibit, id est non tantum peti, sed ut Christus, ad gloriam patris ad exonerationem peccatorum. Licet enim Mundani bibant calicem, & valde amaram ad temporalia obtinendum, quam multas habent difficultates homilia 25. nu. 74. Tamen non prodest eis ad gloriam. Ut nec labores hypocritarum, qui non sunt conformes calici, quem Christus bibeat, ad gloriam Dei & c. supra. h. 34. n. 21. vsque 26.

XXXIII. *Potesis bibere calicem.* Videamus si velis sedes principales habeasque vires; necessarium est enim ad onus & dignitatem harum examen institui & particulariter ad aggrediendum animæ tuæ negotium. Ideo dixit tibi Spiritus Sanctus; *sibi in vira senta animam tuam.* homilia 21. numero 31. Fac ut S. Martinianus auequam aggrediatis aliquid difficile,

vel periculosum animæ tuæ. hom. 36. num. 27. Antequam adeas statum matrimonij, exanima vires tuas an sint ad bibendum calicem, quem confert. Ne tibi accidat ut filiis Prophetarum, cum sua olla. hom. 24. num. 43. Estque admirabilis discursus Theophrasti. ibid. num. 9.

XXXIV. *Possumus.* Ambitio est valde arrogans facitque cuius videri se posse torum, & posse satisfacere obligationibus omnium officiorum; estque mirum Apolos in hac materia tam animosos esse, credentes Dominum qui sedem daturus esset etiam daturum vires; fuerintque tam pusillanimes, quando Dominus dicebat, ut darent pauperibus quod ederent; & ab eis peteret, unde? ho. 30. n. 39.

XXXV. *Possumus.* Ordinarium est nos decipere nos ipsos, acciditque nobis, quod Sanctus Gregorius dicit: *Sape humana mens sibi mentitur.* ho. 27. num. 32. Ut accidit Sancto Petro in promissionibus, quas fecit Christo. ho. 43. nu. 23. 24. Unde non potes tibi fidere, superbiaque tuæ; expositus enim occasione cades ut David & Sanctus Petrus. ibid. num. 12. vsque 21. Ideoque Confessarij, non possunt permittere sibi facile satisfieri per *Possumus* penitentiam. hom. 36. num. 21. vsque 38.

XXXVI. *Possumus.* Infirmitatem suam non nouerant, & quam facile cadat, qui videtur maxime firmus, quia ventus vnus sufficit ad deiciendum omnes vires nostras, quæ licet videantur columnæ sunt naues. Hocque excitat in Sanctis anxios timores, nec audent liberè dicere *Possumus*, hom. 4. numer. 12. vsque 19.

XXXVII. *Possumus.* Hi Apostoli malè sunt dispositi ex spiritu ambitionis quanto enim sibi videntur fortiores eo se debiliores æstimare debebant: quia in domo Dei tantum est quis potentior quanto se infirmiores cognoscit. ho. 43. n. 28. 29.

XXXVIII. *Possumus.* Facile est hoc dicere, antequam calix veniat, sed cum hic est in conspectu, eiusque amaritudo, pauci sunt qui non deficiant. Huius notabat S. Hieronymus etiam in Abraham defectum. hom. 27. num. 41. 45.

XXXIX. *Possumus.* Non est tam mirum videre hos duos fratres tam animosos ad bibendum calicem cum Dominus dixisset, se illum bibiturum. Hoc enim dat animabus vires ad calicem bibendum, & se Cruce onerandum, quod videant Christum præcedentem. Et si ipse biberit eum pro me, estne multum si bibam eum ad utilitatem meam? Non videbatur Viriæ difficile apud vigilantes dormire, cum Ioab Dux eius dormiret super faciem terræ. Particulariter, cum Christus bibendo calicem, reddiderit dulcem eius amaritudinem, deditque illi tam diuinam quietatem, ut esset gultus suauissimi, hom. 36. num. 9. vsque

TERTIO DIE IOVIS QVADRAGESIMÆ VLTRA  
HOMIL. XVI.

que 11. Abstulit timorem mortis, hac acceptando. ho. 41. n. 59. Sicque eam amplectebantur Sancti, eo plus, quo erat asperior; vt S. Andreas, ibid, n. 62. vsque 66.

XL. *Sedere ad dextram meum non est meum dare vobis.* Dona & gratiæ diuinæ non dantur ob consanguinitatem; nec querendum ius in gradibus gratiæ, illi qui eiusdem sunt naturæ, carnis & sanguinis. In hoc enim casu etiam matri suæ diceret. *Quid mihi & tibi;* Consanguinitas carnalis parum valet apud Christum, & Sanctos. Dives epulo fuit consanguineus Iohanni Baptistæ, & eum abstulerunt diaboli. ho. 16 n. 4.

XLI. *Non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à Patre meo.* Domine quomodo illud dicis, cum ipse dixeris, tuum esse vitam æternam ouibus tuis dare? Ambo sunt vera. Est inferior Patre secundum naturam humanam, recognoscitque superioritatem eius tractatque illum tantâ reuerentiâ, vt nullus vniquam filius tantam habuerit, erga Patrem suum, nec ei tribuerit quælibet excellentissima; vt S. Chrysostomus dicat ideo meritum, vt Pater eum supremè honoraret. ho. 42. n. 80. Secundum diuinam est æqualis Patri adeo vt cum particula attentione loquens de ipsis duobus, accepit primum locum dicens: *Ego & Pater unum sumus.* homilia 34 n. 77. 78.

XLII. *Non est meum dare vobis, sed quibus &c.* Sedes gloriæ tantum dantur eas merentibus coram Patre æterno, & secundum eorum meritum. Vnde non debes scrutari mysteria æternorum æquum Patris æterni, sed operum tuorum, nam secundum mensuram eorum, cum diuina gratia factorum, erit sedes, quam habebis in cælo. h. 37. n. 7. vsque 17.

XLIII. *Non est meum dare vobis.* S. Augustinus ait, voluisse dicere necessarium esse, vt vos destinatis esse, quod illis, id est superbi, se talibus enim non dare sedes. Id dico tibi peccatori, quia debes relinquere hoc quod nunc es. ho. 38. n. 110. 111.

XLIV. *Indignati sum decem de duobus fratribus.* Grauis erat infirmitas illorum decem indignati, & scandalizari ob tam leuem defectum, quem videbant in duobus fratribus: Videmus enim in multis, magnisque Sanctis infirmitates, quas permittit Deus, vt eos humiliet. Estque diuinus discursus Spiritus Sancti, ne te scandalizet, videns defectus alienos, quia eos habemus omnes, quisque suos, *Omnes enim in corruptione sumus.* Cumque Sol sit tam pulchra creatura, patitur Eclipses suas. ho. 38. n. 104.

XLV. *Non sic erit inter vos, sed qui maior est &c.* Hic vides legem in domo Dei stabilitam. De qua videantur nota homilia dici Martis præcedentis *Qui se exaltat &c.*

**H**omo quidam erat diues, & induebatur &c. Luc. 16. Cum res, quas in hac vitâ habemus in manibus, sint quasi ludicra; quæ ad eius tamen finem contingunt sunt valde serua. David aspicebat homines in mundo viuentes, vt in theatro personam agentes: *Verumtamen in imagine pertransiit homo.* Quia res huius vitæ videntur risus & representationes. Sed coniciebat oculos in mortem, vbi omnia valde serua sunt, & perpetua. *Intelligam in nouissimis eorum.* Moyses dixerat idem. *Considerabo nouissima eorum.* Imo de ipso Deo dicitur. *Vniuersorum finem ipse considerat.* Quia vt finiuntur res nugatoriæ & quali per iocum in hac vita succedunt æternæ magni momenti, pœnæ, vel gloriæ, in morte. Evangelista depingit nobis duos representantes diuitem & pauperem, qui quandiu vivebant transferunt, vt comœdi referentis quod cito finitur. Sed vult nos inspicere finem magni ponderis, & considerationis, vnde fuisse sepultum pœnis æternis, vt semper moriatur alterum autem obtinuisse æternam quietem, quodque hodie fruatur immenso gloriæ pondere, & in æternum perfruatur. Hoc tibi faciendum, inspiciendæ sunt mundi gloriæ vt representata, vanæque cum magna dolore, qui tales cum sint, tu illis superbas. ho. 30. n. 10. Quodque totum, quod in mundo cernitur ventus sit, vt Salomon vidit, Davidque dixit. h. 4. n. 19. vsque 26. Tibique considerandum, quid erit in fine vitæ tuæ. Esseque vt Nabuchodonosor, qui lecto decumbens cogitare cepit in quid finiret vitæ suæ & quid huic succederet gloriæ quæ tantus fulgebatur Monarcha. Hac erant curæ Davidis, & aliorum Sanctorum. ho. 37. n. 4.

I. *Homo quidam erat diues* Evangelista representat nobis duos Concionatores, qui concionantur mortui melius, quam multi excellentes inter viuentes. Respiciendo autem diuitem potest dici: *Defunctus adhuc loquitur* Si ad id attendas, quod inter flammam tibi dicit, magnum edet effectum in animâ tuâ. Vide pœnas eius, flammæque & clamores: *Pater Abraham misere mei.* ho. 31. n. 11. Tamen dico tibi, idem quod Abraham, si non audis Concionatores, & Christum illud tibi representantes, iste Concionator parum in te efficiet. ho. 40. n. 16.

III. *Homo erat diues.* Vide diuitem & pauperem in suprema quiete mundi: Pauperem in suprema paupertate, infirmitate, & afflictione, Tamen condele diuiti, & congratulare pauperi, quia maiora

M bonæ

bona sunt malo ad malum, vt maiora mala sunt bono ad bonum. h. 32. n. 43. vsque. 45.

IV. *Homo quidam erat diues.* Erat valde diues, vt consequenter magnam habebat occasionem vt esset bonus, faceretque bona opera diuitiis suis. Sed Deus liberet te ab eo quando potens est malus, illa enim sunt materia ad peccata turpissima & nefandissima. Et occurrat quocumque, illa committit adeo libere vt licet exponatur vita particularis, imo exercitus integer à suo, non desisset proposito; vt patuit in Dauid, qui ob scandalosum adulterium, quod commiserat cum Bethsabee, occidit magnam Ducem suum Uriam, exposuitque evidenti periculo totum exercitum. Talesque vidit Ezechiel sepultos in medio inferni profundissimo vbi etiam fuit sepulchrum ille infelix. h. 35. n. 19. vsque 22.

V. *Homo quidam erat diues.* Hoc est malum nomen ori Dei, qui numquam videtur agere cum diuitibus, quam vt eos perterreat semper de illis loquens cum tali fastidio, & zelo, quali cum voluptate de pauperibus. Ellque mirabilis ratio zeli, quem habet Deus erga diuitias, quod videat diuitem eas habere pro Deo. Sicut mouetur zelo sponsus; quando videt suam sponsam aspiciere alium cum particulari affectu. Deus est zelosus, nec fert alium loco suo. Discursus excellentis doctrinae. homil. 29. nu. 32. vsque 33.

VI. *Erat diues.* Dat absolute hoc nomen isti homini quia nil habebat hominis, quam ei dabant diuitiae. Hæ enim totum eum occupauerant, intellectum eius; voluntatem, cor. Sic que representabat eum Dominus, vt captum laqueo Satanæ, secundum S. Paulam. Vnde videtur eum habere vt desperatam. ho. 28. n. 36. vsque 42.

VII. *Induebatur purpura & bysso, & epulabatur quo idie splendide.* Habebat multa bona sed tanta splendebat pompa in vestibus & mensa consequenter suppellectile & famulis, vt non videretur ei quidquam superesse ad dandum elemosynam. Idque credent multi, vt dixit S. Andreas. ho. 27. numero 50. vsque 57.

VIII. *Induebatur purpura & bysso.* Curiosus vestitus, & superfluous offendit Dominum nostrum, quia videtur rideri vestis qua veliuit hominem quando peccarat. Vt S. Officium haberet pro iniuria si dato Apostatae poenitentia habitu, dicto *Sambenito*, ipse illo gloriaretur, eum acu pingi iuberet, ornare auro, Margaritis &c. Particulariter sunt in hæc mulieres reprehensibiles, quibus iam deficiunt nomina, quibus sua expriment ornamenta; licet aliquando us Deus utatur ad eas puniendas, vt facit cothurnis. h. 32. n. 17. 18.

IX. *Induebatur purpura & bysso.* Hæc est nostra

miseria, quod ad, quod Deus homini dedit ex misericordia ita hic mutet; vt ex eodem faciat instrumentum superbiae contra ipsum Deum. Cumque Deus dederit velles mortuorum animalium vt hominem mortificet, hic facit inde instrumentum superbiae suæ, ho. 7. nu. 33. 34.

X. *Induebatur &c. & epulabatur &c.* Magna proditio; cum enim Deus dedisset ei diuitias, vt his ei seruiret ipse fecit eas arma superbiae suæ in vellitu, gula in elu; vique dixit S. Gregorius. ipsis donis Dei contra eum pugnat. h. 35. n. 16. vsque 19.

XI. *Induebatur purpura & bysso.* Possimus de ipso dicere quod Propheta Abacuc. *Eccc isle coopertus est auro & argento, nullus spiritus est in visceribus eius.* Quod licet de idolis dicat, etiam potest dici de illis qui sunt vt iste, Primo quia expensæ factæ in elu & potu auferebant ei spiritum benignitatis: videbatur enim ei nil restare dandum pauperi. Secundo quia cura ornandi corpus exterius non dat locum curando Spiritui, h. 23. n. 23. 24. S. Chrysostomus ait dolendum quod cum pretiosior sit ornatus Animæ quam corporis, huius tanta sit cura & ornatus eius & pro illius tanta incuria. Cumque non possimus tollere corporis defectus, vt tuam figuram, nigredinem aliasque imperfectiones, quas tantum postumus dissimulare, ad hoc sic inuigilemus: ad ornandum autem animam tanta sit negligentia, & obliuio; cum non tantum postumus tegere defectus, eius sed realiter & vere tollere. Quodque in hac animæ pulchritudine, quæ perpetua est, mediante perseverantia in Dei gratia tam patum nos impendamus: in corporis autem, quæ fallax decipiens, & deficiens est quando illa est maxime opus; tantum nos impendamus. Res steta digna ibid. n. 24.

XII. *Induebatur purpura & bysso, & epulabatur &c.* Omni modo saginabat carnem suam, interiori delicatis eibus & vinis pretiosis, exterius autem mollibus vestibus. Hinc collige quot spinas debuerit ferre maledicta carnis terra, ita seminata & rigata; qualesque saltus dare equus ita saginatus Sancti carnem mortificant & eam sentiunt rebellem, vt S. Paulus, quid faciet iste carnem istam bene facinans. Quo certum est, fuisse illum sentinam peccatorum, quia vt Dominus diceret mundum fuisse talem tempore Noë, tantum dicit. *Erat homines comedentes & bibentes.* Quia ex delicato cibo, & potu vult Christus declarare vt ex radice omnia peccata proditiis. ho. 1. n. 11. 12. Quor ramos protulit concupiscentia radix, de carne ita oppiate excepta, quæ sancti cingulo ferreo stringunt. ibid. n. 6.

XIII. *Epulabatur quotidie splendide.* Dæmon vititur catus nostra contra nos, vnde illam bene tracta-

te, est vires addere ipsi inimicis nostris. Ad quorum machinas deiiciendas proprium remedium est dare carni ieiunium vt Eleazarus elephantem ense transfodere. hom. 5. num. 19. vsque 22.

X I V. *Induebatur purpura &c. & epulabatur.* Edebat, & vestiebatur vt Rex cum non esset. Vnde clarum, quod in illis tantum expendens non haberet vnde Eleemosynam daret ad altiorem se statum erexerat quam debebat, volebat esse Princeps & non erat. Inde eius nascebatur defectus, quod pauperi dandum. hom. 17. num. 62. vsque 65.

X V. *Induebatur purpura & bysso.* Tenerè lauteque seplum educabat quod significabant, quæ habebat in domo; lecti, apparatus; ornatus. Sic vt in domo eius omnia essent bene composita præterquam in anima ad quam esset redeundum exspuere volenti. In mundo sunt multi similes. hom. 23. num. 23. 24.

X VI. *Induebatur purpura epulabatur &c.* O mentis diuitum & vestes præfiosæ factæ expensis sanguinis pauperum, quos vel spoliatis vel eorum sanguinem sorbetis, vel quod eis dandum vnde viuunt tenentis, secundum regulam S. Ambrosij. *Si non paupis occidisti.* Similes sunt Achab, & Izabel quorum deliciae procedebant ex sanguine Naboth. hom. 27. num. 30.

X VII. *Epulabatur quotidie.* Si aliquot diebus, possit id tolerari. Ilicita enim & sancta sunt conuiuia, quæ aliquando fiunt ex occasionibus licitis quæ conciliant charitatem. hom. 32. num. 12. & seqq. Sed indies epulans, magnum est peccatum, quia est semper curare corpus & animam obliuisci cuius debet esse præcipua sollicitudo. Effetque iustum te audire rationem quam dabat Iacob. *Multis annis seruisti tibi, iustum est vt provideam domui meæ.* hom. 21. nu. 37. & ho. 36. nu. 41. Quisque talis est vt ille, apprehendet eum maledictio, quam ponderat S. Bernardus. *Maledictus, qui partem suam facit deteriorem.* hom. 27. num. 54.

X VIII. *Erat autem quidam mendicus &c.* Deus succurrit diuiti cum remedio, quod erat, ad portam eius ponere pauperem. Quod est vltimum remedium datum à Daniele Regi Nabuchodonosori in desperatâ occasione, *Peccata tua eleemosynis redime.* hom. 27. num. 57. Ne diues cogites Deum ad suum beneficium tibi pauperem misisse, vel quia non habet, quo eum sustentet, qui populum sexcentorum millium virosi pauit in deserto manna de celo. Et Eliam per coruum. Sed mittit tibi ad tuum remedium, vultque à te coli; & de manu tuâ in paupere eleemosynam recipere, quam per eum petit, vt tibi gratiam suam largiatur. hom. 2. num. 57. & hom. 25. num. 43. 44. Ideoque vult à te pauperem oculis fidei aspicere. hom. 30. num. 24. 25.

X IX. *Erat autem mendicus.* Illi diuiti prouidit Deus de vectore, vt eo deserat eius diuitias, vbi per-

petuo iis fruatur. Nam (vt S. Petrus Chrysologus ait) Deus non vult vt perdas tua, sed vt eo mitas, vbi in æternum illis fruaris, ideo mittit tibi pauperes, quos Sanctos ille vocat *Vectores thesaurorum vestrorum in caelum.* Et S. Augustinus, *Laturarios.* hom. 1. numer. 37. vsque 42.

X X. *Erat quidam mendicus, vlcibus plenus.* Quia ille magnus diues erat, mittit ei magnum pauperem, talem tali. Ne multa habens bona putet se satisfacere parua Eleemosyna sed debet esse proportionata. hom. 17. num. 37. vsque 42.

X X I. *Vlcibus plenus, qui iacebat ad ianuam diuiti.* Deus eum fert, penitque ante oculos eius: quia sciebat non expectandum, quod diues eum quaereret ad eius miserendum. Rectè vocat hominem *homo erat diues.* Ne timeas respectum vbi nil colligendum erat, vel prætendendum; licet in eo Christus ostendat suos esse oculos diuinos. hom. 30. num. 24. 25.

X X II. *Erat quidem mendicus qui iacebat &c.* Cum pauper esset ad portam diuitis sic vt non posset exire, quin obuiaret ei, vel impingeret in eum, ne quidem respicit eum, conditionem vel necessitatem eius. Avaritia id efficit in corde diuitum vt ne quidem respiciant pauperes necessitatem habentes, qui minus habent, quam ipsi; vtque videntes necessitatem, quam alij patiuntur, sint contenti bonis, quæ habent; sed respiciant ditiores; quo incenditur cupiditas æquandi eos, vel excedendi. hom. 27. num. 24.

X X III. *Iacebat ad diuiti ianuam.* Diuites sancti hærebant in porta quaerentes pauperes, eosque ducebant in domos suas, habebantque beneficium pauperes velle portas suas intrare, inque rationabiliter, quia eos intuebantur oculis fidei, & recipiebant eos vt Deum: sicut Pater fidei Abraham, cuius factum ponderatur, hom. 27. num. 65. vsque 68. De quo hoc laudat S. Paulus Christianos Macedonenses. Valde contrariè agit hic diues, qui habens iacentem ad portam, ne quidem aspicit eum. hom. 1. nu. 39. 40.

X X IV. *Erat quidam mendicus, qui iacebat &c.* Vires hic causam cur eum non respiceret, quia non considerabat pauperem esse hominem ad imaginem Dei magnumque honorem à Deo sibi exhibitum sed tantum considerabat mendicum esse. Ideoque contentus patet quia tantum intueris, quod habent ex paupertate. hom. 30. nu. 21. vsque 24.

X X V. *Cupielat saturari de micis.* Vide quam bene Spiritus Sanctus format processum diuiti quod ab hoc non nisi rem tam facilem peteret, vt micæ, & reliquias mensæ, quæ pereunt. Hocque incendit ira Dei rigorem, quod tam facilia non facias. Vnde Sanctus Augustinus ostendit fuisse iustissimam Dei sententiam contra hominem, condemnantis eum ob rem

rem quæ videtur tam parua vt esus pomi. Imo quia res erat tam parua creuit in eo culpa, quod non abstinerit ab illa. h. 25. n. 63. 64.

XXVI. *Et nemo illi dabat.* Erat certum cum Dominus esset crudelis, famulos etiam furuos. Pro magno miraculo enim posuit Spiritus Sanctus, quod apertione se terra, absorptus sit Core nec de domo eius alii. *Factum est miraculum grande, vt perirent Core non perirent filii eius.* Vnde rogandus Deus pro superioribus, hi enim existentes mali totam pervertunt rempublicam. h. 39. n. 23. & seqq.

XXVII. *Nemo illi dabat.* Domini habent famulos inclinationi suæ conformes, & cum illis scelera sua perficiunt. Vnde quando illi sunt mali etiam sunt famuli perguntque simul eo, vbi possint solemnem introitum facere in inferno cum omnibus famulis suis vt Propheta Ezechiel vidit Assur. h. 35. n. 22. vsque 25.

XXVIII. *Nemo illi dabat.* Cum famulorum utilitas pendeat à Dominorum satisfactione, non tantum faciunt, quod illi, quodque illis satisfacere videtur, sed etiam quo illis adulantur. Vnde huius diuitis famuli ad vnum verbum Domini sui contra Lazarum dictum multas illi irrogant iniurias. Hoc est vestrum infortunium o diuites, qui habetis famulos, stellis mali faciunt vos peiores, ho. 35. numer. 25. vsque 28. Sufficiebat autem Lazarum esse pauperem vt non tantum non curarent eum sed nouis omnes etiam afficerent imitarii. Quas vt Christus patitur multiplices, accepit figuram pauperis. homil. 41. numero 75. 76.

XXIX. *Nemo illi dabat.* Quali periculo exposuit Deus hunc seruum suum Lazarum, claudens ei omnes portas, per quas videbatur ei posse aliquod remedium venire, nam statim omnes homines auertunt ab eo faciem, luxurque se circum canibus: tamen tantâ constanti fuit perseverantia vt nec patientia ei desisset, nec contra Deum irascere. Sed tandem concludit dicendo, quod sancti iuuenes in Babylonia: Scio quod mihi possit mederi, & si non faciat, non debet hoc mihi sic conuenire. ho. 43. n. 33. Vide an te sic gereres, quam miserè deficeret, particulariter accurrente Dæmone & dicente vt Christo: *Dic vi lapides isti panes fiant.* h. 5. n. 25. Indubie accurrebat Lazaro dicens quod vxor Iobi. *Benedic Deo & mouere.* Sed S. Lazarus intelligebat id quod Iob, dicebatque *Si bona suscepimus.* Dicens bona putredinem suam & vulnera. h. 32. nu. 27. vsque 31. Et indubie Sanctus iste pauper intelligebat gratiam noui testamenti, hanc maiorem dari ei cui afflictiones, & infirmitates non auferuntur vsque ad mortem. homil. 15. numero. 27.

XXX. *Sed & canes veniebant,* Canes rectè pro-

bant crudelitatem illius diuitis, cum vulneribus Lazari compatere non ille. Vnde manet condemnatus cum iis qui *Nihil compatiebantur super contritione Ioseph.* ho. 31. n. 57. Tales de quibus Apostolus S. Paulus dixit, quod erant. *Sine affectione, sine fide, sine misericordia.* Gens sine visceribus misericordie, quæ se non mouebat ad succurrendum necessitatibus aliorum, nec ad consolationem, eorum quod significat esse sine affectione, secundum doctrinam gloriose S. Anselmi. ibid. n. 56.

XXXI. *Sed & canes veniebant.* Bene probatur quod Deus dixit durissimum creaturarum esse cor hominis, cum durities cordis eorum emolliatur, non hominis. ho. 3. n. 22. vsque 27. Hinc videtur Deus suspensus, agens cum humano corde ho. 25. nu. 24. vsque 27. Hæcque durities fatigat eum, cum nil creatum fatiget eum. ibid. n. 28. vsque 31.

XXXII. *Factum est vt moreretur mendicus.* Hic modus loquendi, factum est autem significat rem valde dispositam cogitatum & præconceptam, talisque fuit mors Lazari, qui quamdiu vivebat in illa sua infirmitate, lepraque, disponebat se ad mortem, expectans eam, vt valde desideratam, ideo enim est tempus vite. ho. 30. n. 39. Faciebat vt formica & prudens Ruth. h. 34. n. 30. vsque 34.

XXXIII. *Factum est vt moreretur mendicus.* S. Augustinus credit eum sic mortuum, cambus circum: mundus indicabit infelicem & tristem mortem, tamen fuit felix vultu, quia in gratia Dei Natapolis discursus S. Augustini. Vnde etiam patet, quam infelix mors diuitis fuerit, licet inter Syndicos & Seneca. h. 13. n. 37. vsque 41.

XXXIV. *Vi portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ.* Videte diuites, quantum Deus faciat pauperi mitti eis musicos suos de celo, vt eorum exequias celebrent. h. 10. n. 7. 8.

XXXV. *Portaretur ab Angelis.* Diuites estimat pauperes & videte quod eos, quos vos tam vili facitis vt nec aspicere velitis Deus tanti faciat vt eis Angelos mittat & quamvis contempti vixerint quando tamen moriuntur, ostendit se illos habere pro filijs hereditibus regnorum, vt declarabat S. Ioannes. ho. 30. nu. 22. 23.

XXXVI. *Portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ.* Diuites aperite oculos, & sentire magnam felicitatem, quam vobis mittit Deus, commendatque seruire pauperibus propriis manibus: Cum vis inter canes morienti mittat Angelos suos, qui serculum faciant ex manibus suis, quo portent eum in sinum Abrahæ, etiam voluit magnates aulæ suæ qui erant Apostoli, in deserto seruire iis, propriis manibus. h. 27. n. 66. vsque 71.

XXXVII. *Moriturus est & diuis.* Hoc loquendi modo

modo significat mortem eius fuisse subitam & improbitam. Non enim loquitur de morbo præcedente, ut quando de Lazaro, nec mortem eius fuisse procuratam, sed quod mortuus sit quod breui factum est, ut ordinariè talibus contingit illud: vel quia reahter ita est, vel quia illis semper sunt præcipitatae mortes, quia ipsos à deceptione nemo liberat, nec audent illis morbi periculum indicare. hom. 32. n. 52.

**XXXV III. Mortuus est diues.** Fuit mors subita in poenam peccatorum eius, ut aliquibus contigit. hom. 10. num. 59. Deus misit hamum, legit pomum, quod videbatur maximè securum. hom. 31. num. 17. vsque 22. Deus cepit eum mulcipulà quam dixit Propheta. hom. 36. num. 46. vsque 49. Id patet in historia Pharaonis. Quando enim cum exercitibus suis voluit profecti sceleris sui propositum peccator populi Dei; eumque exterminare, intrant aquas, quas Deus aperuerat in defensionem suorum, clausit eas, & conclusit iis Ægyptios, qui perierunt sine remedio euasione, quando hanc maximè progrediebant. Sic faciet Deus peccatori, qui peccat, confidens fore facile peccato exire, quando enim volent mors eum rapiet in illo & peribit. ibid. num. 47.

**XXXIX. Mortuus est diues.** Hic loquendi modus indicat habuisse cupiditatem diuitiarum & amorem, adeo inuiseratum animæ ut eum eo non oreretur, sicut loquens de Antiocho, ait. *Plasphemus mortuus est.* hom. 33. numer. 8. Infelix, qui non bene vixit tempore vitæ, ut Ioseph in Ægypto. hom. 36. num. 46. vsque 47.

**XL. Mortuus est diues. Et sepultus est in inferno.** Bone Dens? Quot ex præsentibus, si vidissent in eo aliquot contritionis actus qui videbantur tales, & invocasse Deum, dicerent mortuum ut Sanctum esse que iam in loco quiescit, sicut Abrahæ; Ipse autem iam erat in inferno, accidente in eius morte, quod de Sifra legitur. hom. 13. num. 55. 56.

**XLI. Mortuus est diues. Et sepultus est in inferno.** Infelix, cui quod habebat in vita boni, totum finit in morte, quæ fuit lapillus incidens in pedes struxæ & tota est in puluerem resoluta, miseruntque tantum paræ. O Diuites, si hoc inspicere, quam differenter essent vestra sollicitudines. Quia continua consideratio finis vitæ nostræ reddit hominem Deo, indeque procedunt sollicitudines à diuitum curis differentes. hom. 1. num. 41. vsque 46.

**XLII. Mortuus est diues. Et sepultus est.** Aliqui faciunt hic punctum; in sepultura enim finit mundi gloria, ut David dixit relinquuntque mortuum in sepulchro solum, tantum enim comitantur eum opera sua. hom. 31. num. 52. 53.

**XLIII. Mortuus est diues. Et sepultus est.** Magna adhibetur diligentia in mortuis sepeliendis, ad

corrumpenda eorum corpora quò autem delicatius nutrita, eo citius corrumpuntur. Sicque debebat huic euenire ob vitam deliciosam ut ait S. Augustinus de quodam Imperatore Romano. hom. 32. n. 32. 33.

**XLIV. Sepultus est in inferno.** Hæc lectio est magis ordinaria, quæ voluit Euangelista assignare sepulturam illi propriam, & talibus maximè conueniens est sepultura inferni, ut Deus ostendit Ezechiel. ho. 35. num. 19. vsque 21. Faciuntque solemnem introitum in inferno, quem idem representat. ibid. nu. 22. 23.

**XLV. Sepultus est in inferno.** Tantum est difficultas, quod iste diues haberet præstitam sepulturam, quia id fuit diuitibus commune, ut significabat S. Iob. hom. 31. num. 33. Sed propria ei sepultura erat infernus. Sciasque quod licet bonum sit, disponere de sepulturis in Ecclesiis faciendis & in locis sanctis. hom. 31. num. 46. Tamen si sis malus, istæ sepulture parum proderunt, sed propria erit infernus. Quod Deus voluit ostendere horrendis miraculis à S. Gregorio relatis. ibid. num. 48. vsque 52.

**XLVI. Cum autem esset in tormentis.** Euangelista bene designat inferni poenas, non enim dicit tormenta in ipso fuisse ut dicitur de huius vitæ poenis, de quibus Iob. *Sagitta Domini in me sunt.* Sed quod ipse erat in tormentis, in quibus, ut in horum mari bulliebat. hom. 11. nu. 31. vsque 34.

**XLVII. Cum esset in tormentis.** Non vnum, sed multa habebat tormenta, quia delicia fuerant multæ & peccata, in his enim potens erat; malitiæque plus erant insigniores. Vnde Ezechiel de pingebat tabum sepulturam in medio inferni. ho. 35. num. 19. vsque 22.

**XLVIII. Cum esset in tormentis.** Ibi sunt vitæ veraque tormenta vide hæc patiens vocat eum tormentorum locum, est enim particulariter factus, ut Deus inimicos suos ibi torqueat; ut habet locum gloriæ ad seruum suorum quietem & gaudia. Gradatio, quam fecit Apostolus de magnitudine gaudiorum gloriæ. *Quod nec oculus vidit, nec auris audiuit &c.* Debet fieri de poenis inferni. hom. 12. numer. 17. vsque 10.

**XLIX. Eleuans oculos suos, dum esset in tormentis.** Non apenebat suos oculos, donec esset in tormentis: Nam saepe dicimus diuites, & potentes mundi non videre sua in morte, donec mortui aperiant oculos suos, seque doceant damnatos. homil. 32. numer. 52.

**L. Vidit Lazarum.** Iam cum respicit, quando videt eum in statu in quo videt posse ipsi benefacere. Hæc est conditio malorum quod, tantum videant oculis carnis. hom. 30. num. 19. Melius ei fuisset, aspiciere illum oculis fidei quando vivebat in mundo. homil. 30. num. 24. vsque 39.

INDEX CONCIONATORIUS

L I. *Pater Abraham misere mei.* Magna stultitia eum misericordiam postulare, qui eam non fecit, cum fixa sit S. Jacobi sententia. *Iudicium sine misericordia ei, qui non fecit misericordiam.* Licet petat rem tam parvam, ut est gutta aquae, non concedetur ei. Vide quam iustus rigor quem Deus seruat erga diuitem, cui posuit legem. *Qua mensura & c. feceris alteri, fiet tibi non vult guttam aquae dare ei, qui non dedit micam panis.* ho. 25. num. 50. Sic visum in Abraham ibid. 52. In Lor. & hoc diuite. num. 56. vsque 61.

L II. *Quia crucior in hac flamma.* Patiebatur multa inferni tormenta singulariter autem declaratur ignis, qui est tortor singularis, quo Deus utitur ad punitionem inimicorum suorum. ho. 6. nu. 59. 60. Habetque ignis singulares proprietates. ibid. numer. 62. vsque 64. S. Chrysostomus vocat ignem zelosum, qui procedit contra peccatores, qui patiuntur in eo, ut fidelis filius zelosus honoris Patris sui contra eos, qui eum offenderunt, & exhonorarunt ibid. nu. 62.

L III. *Crucior in hac flamma.* Infelix, non est multum flammis te torquere, quas ipse incendisti, delictioribus enim tuis delictis augebantur ut pice, & resina flamma fornacis Babyloniae. hom. 28. nu. 49. vsque 52.

L IV. *Mittit extremum digiti sui in aquam.* Petis aquam proditor, bene ostendis peccatum eum fuisse avaritiae, cui proprium est habere animam siccam, & sine succo misericordiae. ho. 10. n. 18.

L V. *Fili recordare, quia recepisti bona in vita tua.* Recordari deliciarum & felicitatum praeteritarum est augere poenam suam. erit enim hoc vnum tormentorum damnatis in inferno consideratio deliciarum, quas habuerunt, & cito transferunt. Sic repraesentat Spiritus Sanctus dicens. *Transferunt omnia illa tanquam umbra.* Etiam voluit Abraham istis verbis significare, quid futurum ei sit in maiorem poenam: fili recordare Deum tibi non defuisse, cum posuerit in manibus tuis bona temporalia, quibus posses obtinere aeterna quod non tantum non fecisti, sed istidem mortem aeternam tibi procurasti, sicque bona fuerunt tibi ad malum. Attende quantam poenam haec consideratio causabit. h. 32. n. 41. & seqq.

L VI. *Recepisti bona in vita tua & Lazarus similiter mala.* His verbis docet S. Abraham magna mysteria: primum diuitem non recepisse delicias cum maiori satisfactione, quam Lazarus mala sua, infirmitates, & poenas, id est; *Similiter.* Haec enim conditio virorum est Sanctorum, qui fide illuminati vident in laboribus, infirmitatibus, & poenis aeternam quietem & diuitias caelestes. Sicque eas recipiunt cum maiori gaudio, quam mundani suas delicias, habentes illas ut particulares misericordias Dei & fa-

cientes quod dixit Apostolus S. Iacobus. *Omne gaudium exultate fratres cum in variis tentationes incideritis.* hom. 15. num. 14. 15. Habent maiores afflictiones ut dona maioris Dei amoris. hom. 32. num. 23. vsque 26. Et sub illis vident quietem. hom. 15. n. 27. Recipiuntque illas ut talenta pretiosa. ibid. n. 28. vsque 39. Haecque est gratia noui testamenti meliorata. ho. 15. num. 27.

L VII. *Et Lazarus similiter mala.* Secundum significat Abraham in istis verbis Lazari prudentiam, qui fame existente necessaria, cum non haberet, quod ederet, nec ei daretur eiusque infirmitas esset lepra, quae venerat nolenti: multum sic per illum lucratus faciens istas afflictiones voluntarias. Licet afflictiones corporis saepe non cadant sub Dominium voluntatis nostrae, ut sint viles illisque fructus extrahatur, debent fieri voluntariae, admittat eas anima, acceptetque ut rem ab electione sua procedentem, agetque cum illis ut propriis, faciatque ut famem suam, dolores, poenitentias, & infirmitates ut Lia & Rachel voluerunt facere suos Balae & Zelphae filios ut in numero censeretur duodecim Patriarcharum filiorum. Iacob. Mirabilis lectio, quam nobis dabit Lazarus & ponderabat S. Hieronymus pro illis qui patiuntur afflictiones. ho. 44. n. 41. 44. Et illum latro iustus impleuit. ho. 44. n. 17. vsque 30.

L VIII. *Fili recordare, quia recepisti bona.* Tam ferius petis; Deus dat tempus vitae ad merendum, ubique dedit breue, ut obligaret te ad miseriam hanc bene transigendam. hom. 36. nu. 42. 43. Quod tam breue reddit Dæmonem in mundo sollicitum, ibid. num. 46. & seqq. S. Bernardus ait miseriam hanc nostram esse, quod pro rebus nostri appetitus, & vitilitatis faciamus vitam breuem & periculofam, & quoduis tempus, quo differret executio, est valde breue, & timemus, quod deerit. Pro poenitentia autem peccatorum nostrorum habemus vitam secularem viderique nobis, quod ad illam agendam semper tempus erit. ibid. num. 44. Sed tempus post vitam non iam est, nisi ad fruendum bono quod homo fecit in illa, vel patiendum pro malo. hom. 39. num. 38. 39.

L IX. *Si Moyses & Trophetas non audiant.* Petebat diues ut Abraham mitteret, qui praedicaret fratribus suis, Deus non vult mortuos venire ex altero mundo ad concionandum, possent enim multae deceptions esse. Et Deus prouidit sufficientes Doctores & praedicos in Ecclesia sua. ho. 14. nu. 22. Si non audis illos nec similiter audies mortuos, licet resurgant, ut bene declarauit Cardinalis Caietanus. ho. 40. num. 16.

L X. *Compatiendum huic infelici; magis multum diuitibus, quibus facile est caelum lucrari Eleemosy-*

nis ideoque hanc Dominus causam dandi gloriam illam facientibus assignavit: eaque priuandi eos qui non fecerunt. ho. 6. n. 56.

TERTIO DIE VENERIS QVADRAGESIMÆ VLTRA  
HOMILIAM XVII.

**I.** Homo erat pater familias, qui plantauit vineam. Matth. 21. Paucis diebus ante inierunt Principes Iudaeorum consilium in quo praeside summo Pontifice Caipha, conuenerunt Christi processum & indicant mortis reum. Hic voluit eis declarare quam insipienter egissent stultumque fuisset consilium: quodque illius executio esset eorum totalis ruina, & perditio. Id facit astutia diuina, licet enim ex astutia procedere, quando fallax esset, si calus sit reprobus, non tamen quando est prudens. Hac vitur Deus ad peccatores trahendos. Estque ita prudens, quia sic vitur, proponens illis hanc parabolam, vt contra se ipsos dent sententiam. hom. 27. num. 28. Init cum eis computum, licet nihil sit quod illum ad hoc obliget, vt pateat defectum non sibi sed illis imputandum. hom. 27. num. 36.

**II.** Homo erat pater familias. Dicit eis quid fecerint in suo concilio, & inuitat punitionem eis superuenturam, si illud exequantur; sic vt illi ipsi fateantur iustam fore. Quo Dominus declarat, quam iniustus eos puniat, cum eis ostendat praecipit um via illorum deinde qui tibi significat, non tantum non decipit te, sed praueuit, cautumque facit. homil. 13. num. 2. vsque 5.

**III.** Homo erat pater familias. Deus luce carius representat illis bonitatem Dei & hominum malitiam vt in praehio decertantes, Deo procedente cum operibus misericordiae nec desistente vsque ad supremum quod erat dare filium suum: illis autem non subsistentibus vsque ad supremam malitiam occasionem Dei cogniti. Duo haec iunxit Propheta Daniel. hom. 19. num. 2.

**IV.** Homo erat pater familias, qui plantauit vineam. Dominus incipit declarare misericordiam Dei in plantatione vineae quae facta est ex mera eius bonitate; cuiusq; traditione agricolis facta ex pura misericordia. Punio fuit ob eorum culpam Deo ad hanc compulso ex rebelli eorum processu, facere enim nobis misericordias nascitur ex ipsis Dei visceribus punire vero ex nobis ipsis. Potestque de ipsis dici, quod de diabolo; fuisse principium viarum Do. in. ho. 18. nu. 46. vsque 52. Ad puniendum inimicos tuos sacrilegos, ostendit Christus se vti alienis manibus.

Vnde quando fuerunt in hortu ad eum capiendum dixit Sancto Petro se habere plus quam duodecim legiones Angelorum, qui possent exequi punitionem ministrorum si vellet, nullam faciens mentionem infinitae potentiae suae. hom. 18. num. 47. Quando facit misericordias, ait se facere, non autem quando puniit, Vnde non tribuit sibi punitionem. quam facit, sed nostris peccatis, quae dant ipsi flagellum, ad nos castigandum. ibid. num. 47. Ideo vocat se Patrem misericordiarum, haec enim nascuntur ex eius visceribus. ibid. num. 48.

**V.** Sepem circumdedit ei. Ad bonum ipsius vineae, quia vinea non cineta ferarum palus est & animaliam. Haec sepes est lex quam Deus nobis dedit, vt non transgrediamur eam estque ad nostrum bonum. Videbitur alicui esse valde molestum & melancholicum legi alligari, quodque melius foret, in libertate esse. Sed est ad bonum tuum, quamdiu enim haec sepes stabunt bene tibi erit. Iis autem desertis, teque sequente libitum tuum perdes te. Vtque vineam sine saepe intrabunt ferae quae te deuorabunt, vt contigit. Prodigio. hom. 18. num. 20. vsque 22. Quando Deus reliquit hominem in sua libertate, dicitur se ab eo separasse. Potestque bene eum desistere, qui relictus a Deo, iam sequitur quod vult, quia tendit ad suam perditionem; vt patuit in Pharaone, qui separans se a Deo & sequens suam libertatem submersus est cum toto exercitu suo. ibid. numer. 20 27. Cuius omnem substantiam comederunt ferae, quae intrarunt ibid. n. 28. vsque 32.

**VI.** Aedificauit turrim in ea. Quam magna prouidentia, prou dere de turri, in qua poterant se tutos reddere esseque sine vlla timoris suspitione. Ista est visibilis cath. dra de q. a alias ad tantum bonum & quietem ultra n, vt ibi se un. sinus ab erroribus & deceptionibus hom. 14. num. 9. vsque 16.

**VII.** Aedificauit turrim in ea. Communiter per turri n intelligunt e. m. plim, quod secundum doctores Lyranum erat aedificatum in formam turris. Quantum fauor misericordiae & ja emae prouidentiae Dei dare nobis templa, vbi nobis singulares conferat fauores, sitque domus refugium, vbi inuenias eius misericordias, ad eius honorem, & tuam utilitatem, vbi habeamus defensionem, & Angelorum societatem. hom. 8. num. 18. vsque 27. Vbi doceamur caelestia mysteria, Deo assist. ure singulariter ad operandum n corde nostro. hom. 19. num. 6. vsque 18. Locus vbi infirmi repellant refocillationem, & debiles fortitudinem. hom. 7. num. 40. 47. Vbi fidelum orationes audiantur, eum effectu particulari. hom. 24. num. 47.

**VIII.** Fodit in eo torcular. Hoc est locus poenitentiae quae vt sit bona, debent in eo calcari peccatorum.





INDEX CONCIONATORIVS

una, sic vt exillat mustum lacrymarum; debilis enim est poenitentia, quæ non extrahit hoc mustum: est namque signum cor non esse satis contritum. ho. 38. n. 62. vsque 71. Ista lacrymæ sunt potentiores aquis maris rubri, & torrentis Cison. ibid. n. 77. vsque 82. Posuit autem istud torcular in vinea quia integre vitilis poenitentia tantum est in Ecclesia. ho. 10. n. 15. 16. Poenitentia in Ecclesia, eiusque Sacramentum, est calidatum aquatum stagnum, quod inuenit Ana, nepos Seir, ad generalem utilitatem illius & ad curandum omne genus infirmitatum & peccatorum quia tantum est medicina remissionis peccatorum in Ecclesia. ibid. nu. 14. 17.

**IX. Et locauit eam agricolis.** Non antequam prouidisset ei de omni necessario, sic vt ipsi non haberent amplius quod peterent quia Deus prouidebat omne necessarium, sic vt ex parte sua non deesset in illo, vt ita non haberent agricolæ excusationem à fructu non reddendo. Prouidit ergo Deus abundanter de omni necessario vt respondeas fructibus bonorum operum, vt possit S. Paulus dicere. *Ita vt nihil uobis desit in ulla gratia.* Vnde non potes culpam defectuum tuorum reuicere in Deum, vt faciebat seruus malus, & piger. ho. 37. n. 51. 52. Paripharis uxor coniciebat culpam offensæ Mariti sui, quam inuenit cum Ioseph in illum ipsum qui reliquerat Ioseph ad suam defensionem, & tutelam, reiciens culpas suæ infidelitatis in beneficium sibi à marito prælitum. Sic peccatores aliqui non contenti suis malitiis, etiam harum culpas coniciunt in dona Dei. ibid. n. 51.

**X. Locauit eam agricolis & peregre profectus est.** Hac profectio intimatur, omnimoda, & totalis libertas, quæ relinquit te ita liberum, vt se proponat absentem, ne tibi videatur præsens vim inferre. Deus non uult quidquam per vim, qui tantum intuetur cor tuum, & in tantum sunt ei grata bona opera tua, in quantum facta cum maiori voluntate. Idque est ad magnum bonum nostrum, vt tantum respiciens cor admittat pro fructibus, quos illo das. Qui possunt esse tanto superiores, quanto potest cordis uoluntas esse superior operibus manuum, quod est facere manuum inuentionem, quam dixit Sapiens ho. 1. n. 22. & 23. Etiam Christus, vt meritoria opera sua crescerent in sefecit ea pure ex libera uoluntate, vtque id melius ostenditur per uotum, fecit ex obedientia æterni Patris sui omnia quæ erant ei dicenda, & facienda. homil. 36. numer. 31. 32. Fuitque ea particularis illi cura, vt illud intelligeretur. ho. 41. num. 20. 21.

**XI. Peregre profectus est.** Licet dicatur longè ire, quia nos relinquit liberos; nobis importat, eum semper intueri, vt præsentem, & dicere cum Propheta. *Deus in cœnis conspectus st.* Et facere tam utilem in-

uentionem Moysi. Lux bonorum operum Christiani, quorum symbolum est candelabrum, quod Deus iussit Moysi facere, debet nutrirî oleo charitatis, quia in omnibus debemus Deum, præ oculis habere facientes ea ex Dei amore. hom. 1. num. 33. vsque 36.

**XII. Vt redderent fructus temporibus suis.** Noluît eos obligare ad particulares diligentias, sed ad id quod erat tam facile, vt dare fructus temporibus suis. Deus non petit à nobis nisi quod possumus facere cum magna facilitate: estque stupendum nos illa non referre, currentes ad dæmonem, qui petit à nobis grauissima, & ponderosissima. hom. 25. nu. 61. 64. Deus uult vt filii Israel erigant altare ad ei sacrificium offerendum. Vtque intelligerent, eum petere semper, quod facilius possumus ei dare, uoluit lapides illius esse politos. ibid. num. 63. Quæque à nobis petit, sunt talia vt eadem puniant nostram rebellionem, vt patuit in Prodigio. homil. 18. numer. 50.

**XIII. Vt redderent fructus temporibus suis.** Dicit ea locasse vineam, vt afferrent ei fructus, sed eo ipso concedebat eis edere, & se sustentare iisdem fructibus. Deus enim non uult omnino totum sed primo concedit tibi necessarium sumere tractatque te vt leo Valentia enutritus. h. 23. n. 58.

**XIV. Vt redderent &c.** Christus utitur illo loquendi modo, cum mirabili mysterio, ac si diceremus, illos fructus noluit pro se, sed debebant esse proprii agricolis. Ideoque dicit eum ordinasse, vt traderet ei fructus, quia nullus bonorum operum fructus erit pro te, vel in tuam utilitatem nisi quem traderis ei, id est, faciendo pure eius gratia vt dando ei bona opera tua. Hoc modo seruabis ea tibi. Si autem pro hominibus facias illa, habes vt perdita homil. 1. n. 27. vsque 32.

**XV. Cum tempus fructuum appropinquasset.** Iam fructu maturo eum requisit. Deus non uult opera uiridia sed matura; non secundum arbitrium nostrum, sed iuxta legem suam diuinam; tunc enim dicuntur perfecte matura. ho. 23. nu. 54. vsque 58. Nec uult uiridia, & parum matura, sed legitimo tempore. ho. 36. n. 29. vsque 33.

**XVI. Miste seruos suos:** Vt eius nomine peterent fructus. Hic patet proprium nomen ministrorum Dei, *seruos suos.* Qui quia eius nomine tibi loquuntur, debes eos reuereri, & uocem eorum audire, ac si esset ipse Dei. Qui tibi hoc intimauit dicendo. *Qui uos audit me audit.* Ideo sunt figurati per columbas, quæ ducunt filios Israel. h. 14. n. 10. 11.

**XVII. Agricola apprehensis seruis, alium ceciderunt, alium lapidauerunt, alium occiderunt.** Horrenda malicia. Primo, quia hæc iniuria, plus fiebat patris familiaris,

familias, quam illis. Ita accipit Deus ut propriam injuriam quam facis praelato, vel praeicatori, ut David, quam fecerunt Ammonitae Legatis suis, homilia 14. numero 11. vsque 36.

**XVIII. Agricola apprehensus seruis.** Secundo fuit horribilis malitia ob praedicta; quod patri familias non peteret fructus pro se, sed pro illis ipsis. Quando enim Deus petit per suos Concionatores, & ministros, forum praecipue est ad tuam utilitatem. Quod declarabat Deus his verbis adeo efficacibus *Quis tibi dat ut custodiant mandata &c. ut bene sit illis.* Quod est vnum eorum, quae magis magnificant misericordiam Dei tuamque exaggerant rebellionem, & h. 41. numer. 69.

**XIX. Item misit alios seruos plures prioribus.** Vno passu procedunt misericordia, & hominum malitia Dei misericordia. I. ca. eis vineam, hominum malitia non correspondere fructibus suae voluntatis ut debebant. Crescit misericordia missione seruorum, qui eos exhortentur. Malitia crescit eorum mala iracundia, & occasione. Nec ideo cessat misericordia, sed maiori prodit abundantia mittendo plures seruos; malitia enim hominis diuinam non vincit bonitatem. Nec demon est magis sollicitus ad nostrum malum quam Deus ad nostrum bonum. Demon semel relictus, & relictis inligationibus eius non cessat, sed redit alia vice multiplicatis sociis potentioribus. Quod indicat Christus quando ait. *Assumit secum alios septem nequiores se nec vnquam diffidit in mouendo ad malum.* Melius agit Deus in bonum nostrum vel ut magis causam suam iustificet h. 22. n. 37. 38.

**XX. Fecerunt illis similia.** O malitia humana! Quo enim plus crescit Dei misericordia, eo plus crescant illius rebelliones. Deus nos liberet, quando peccator sic rebellis Deo, nihil eum detinet nec timor refrinat quo minus suo satisfaciat appetitui ut paruit in Hiel de Bethel h. 38. n. 48. 49.

**XXI. Fecerunt illis similia.** Impudens obstinatio, quae ex Dei bonitate sumit audaciam ad plura peccata committenda. Ex longanimitate, qua expectatur, trahit vires ut auaricius perseueret in suis peccatis haecque multiplicet. h. 37. n. 17. vsque 22.

**XXII. Fecerunt illis similia.** Vide misericordiam Dei tam magnam, ut videantur Sancti de illa conqueri, dicentes, quod quia tantum vna vice, vel altera suffert, peccatores audeant suas augere malitias. Sunt quaedam Prophetarum Isai & Ionae. h. 18. n. 4. vsque 7. & singulariter Prophetae Eliae ut zelosi, ibid. numero 8. 9. Hinc procedit (quod S. Chrysostomus ponderat.) quod quando Elias irascebat ob peccata populi petere a Deo ut relinqueret eum

sibi, daretque virgam in manu sua, quia Deus videbatur ei ita misericors ut suo miserendi modo daret licentiam peccatoribus suis augendi malitias. h. 24. d. 40. 41.

**XXIII. Fecerunt illis similia.** Ut primis ob idem, quia veniebant ob eandem causam ideoque tractarunt eos eodem modo. Veniebant autem ut dicerent eis veritatem, conquerentes publice de malitiis eorum. Quia Deo non dabant fructus & sicut ideo primos occiderunt etiam quotquot Deus mittebat occiderunt: sic mundus semper egit. Quod autem iam nos non occidunt est quia non audemus punctum tangere ut illi, alias nobis facerent idem *Similiter* homil. 36. n. 49. vsque 52. Quantum amatur veritas in communi dicta, tantum est odiosa in particulari dicta. homil. 34. numer. 41. Qui ea mundum stringit mactatur ab hoc, ut luctator ab vltio. h. 34. n. 53. vsque 56.

**XXIV. Nouissime misit filium suum.** Vide quae correspondentia fauorum tam seductis, & horrendis proditiombus ad primorum seruorum occisionem correspondit mittendo alios seruos. Hicque occisis correspondit mittendo filium suum. Hic bene ostenditur Spiritum Dei non esse vindictae sed amoris, ut Christus dixit duobus fratribus Iacobo, & Ioanni h. 41. n. 37. vsque 40. Dauidque bene pete ab anima sua: *Noli aduersari omnibus retributiones eius.* De quibus potest dici quod S. Bernardus, *Esse contra inuis ordinem* h. 42. n. 41.

**XXV. Nouissime misit filium suum.** Modo nostro loquendi quae tunc cogitauit Deus? Deltruamne gentem istam, quae tantas in me committit malitias, vel pergam benefacere? Sed ut dixit sapiens Theocritus, cogitationes misericordiae vincunt eam, quae tantam ostendit ut loco supremae punitionis suae premam mutet misericordiam, id est filium suum, h. 37. n. 22. 23.

**XXVI. Nouissime misit filium suum.** Magnam habet vim hoc aduerbium. *Nouissime* quo vult dicere pro vltima misericordia vel gratia, iam enim non habet plus, quod dicitur. Dato enim filio suo vnguento, non restabat Patri tertio quod daret. Id fuit extremum amoris. Sic, *Deus dilexit mundum &c.* Ideo dicit per Isaiam: *requiescit super eum spiritus Domini est amor, qui est datus & hinc donationi non potest aliquid addi.* h. 35. n. 44. Vtique Isaias dixit de filio, quod dans seipsum non habebat plus quod daret & hac donatione anima eius requieuit, sic potest dici de patre, quod dans nobis filium suum non habere quia cum eo dedit nobis diuinitatem suam, diuinitas & gloriam suam. *Quomodo non etiam cum illis omnia nobis donauit.* h. 45. n. 21. vsque 24.

Hieron. Bap. de Lauza. Tom. 1.

XXVII.

XXVII. *Novissime misit filium suum.* Fecit ultimum potentia. Non enim potest dare quidquam filio suo pretiosius. Quod tale est beneficium ut nec homines, nec Seraphini, nec tota natura creata possent illud desiderare ita superans intellectus ut etiam homines, qui beneficium illud acceperant, multis annis non crediderint ut gentiles. etiam nuntii multi non credentes. Fuit enim mysterium maxime difficile mundo persuadendum: quod repræsentans Isaias ait: *Cum feceris mirabilia non suscipiemus.* ho. 45. nu. 23.

XXVIII. *Verberantur filium meum.* Videntes præsentem. & noscentes me illum mittere, pudebit eos, & timebunt, cum prævenerim eos per Moysen. Si autem non seruent ei humanitatem, & debitam reverentiam nec auscultent ad illa quæ ex parte mea dicuntur eis puniam eos, ut moriantur. h. 39. n. 38. s. que 42. & h. 41. n. 93. v. que 96

XXIX. *Verberantur filium meum.* Ut oportet. Vides hic cur Christus Dominus noster exercuerit se in hoc actu profundissime humilitatis, lavandi pedes discipulorum suorum, ad pudefaciendam superbiam nostram, sui que se unius confundit delictiora quærentes. Videtur colles pudere altos esse se, videntes arcam infra se h. 45. n. 9. 10. 11. & 27.

XXX. *Agricola videntes filium dixerunt intra se hic est heres, venit occidamus eum, & nostra erit hereditas.* En quomodo misericordia Dei ad summum veniente, dando eis filium suum, eodem passu pergat malitia ad summum, cum resolutio consilio determinent occidere notum Dei filium. Ut S. Hieronymus colligit ex verbis ab eis dictis *Hic est heres.* Et vide quam diu ne pingat eos Dominus in concilio, quod paulo ante celebrabant. Primum dicit *Agricola videntes filium.* Defacto in veritate cognoverunt eum, per miraculum quod fecerat Lazarum resuscitando, & insignes circumstantias quas illud miraculum habebat h. 32. n. 80. 81

XXXI. *Dixerunt intra se.* Vide quid hic dicat S. Ioannes, quod viso miraculo de Lazaro, inierint consilium ipsi soli ibique confessi sunt eum esse verum Messiam *Dixerunt intra se hic est heres.* Licet enim foris dicerent eum esse deceptorem, ibi tamen plane confessi sunt quod: *Multa signa facis.* Sufficientia ut totus Mundus credat in eum. Sed ex hoc ipso elicerunt resolutionem occidendi eum. *Venit occidamus eum.* Quod resolverant in suo concilio; quia inimica opera faciebat, & se filium Dei probabat: *Expedit ut moriatur.* En quam erroneum consilium. Unde resolvendum erat, recipiendum esse eum honore, quia noverant esse heredem; concludunt contrarium scilicet occidendum, Resolutio igitur concilij eorum erat quia præclara facit opera, vira ei est auferenda. Consilij mali quos ideo eorum vocat Pater Iacob.

*Vasa iniquitatis bellantia.* & David. Arcum prævum h. 39. n. 8. v. que 12.

XXXII. *Dixerunt hic est heres &c.* Divina sapientia ordinabat, ut antequam illud exequerentur in morte Christi, incuntes concilium consisterent aperto ore Christum esse filium Dei eiusque ope a esse sanctas occiderunt autem eum ex Diabolica concupiscentia. *Occidamus eum & nostra erit hereditas.* Deus voluit ante mortem unigeniti filij visificari eum non habere peccatum, nec mori ob peccata sua, implevis figuram vacce rufæ quam Sacerdotes debebant recognoscere an haberet defectum ante sacrificium h. 34. n. 14. v. que 17.

XXXIII. *Dixerunt hic est heres.* Divinæ ordo Sapientia, ut antequam reprobarent lapidem prius approbarent eum in pleno concilio facti quis esset. Unde legitur ex una parte esset lapis reprobatus ab a discantibus, primo deberet esse approbatus, Patre implente quod dixit per Isaiam. *Ponam in Syon lapidem probatum* ho. 48. numero. 17. v. que 21.

XXXIV. *Venit occidamus eum.* O proditorum consilium qui eius consilij erant à Deo positi ad Christum recipiendum, & conandum ut alii eum pro Messia reciperent, eum condemnant. Vides hic rulum Draconem rabioso incensum desiderio quo dignum filium. ho. 35. n. 11. 12.

XXXV. *Venit occidamus eum.* Gens absque prudentia non attendes quem occidas? Ipso enim existit heredes eius debet esse vestra perditio. Iniqui iudices tam immitem sententiam dantes, nec damnaletur attendentes. Dant iectum ut tauri. Basan ho. 7. n. 19. v. que 22.

XXXVI. *Et nostra erit hereditas.* Vide quos consultores habuerint in suo concilio, concupiscentiam bonorum, invidiam quod sic heres, & ambitionem. ho. 39. nu. 13. v. que 16. O mali iudices qui assumunt consultores, & assessores avaritiam, & ambitionem. ho. 39. numero 16. 17.

XXXVII. *Et apprehensum &c occiderunt.* Ut cogitabant, fecerunt. Attende an plus ascendere possit malitia, quam ad captivandum Deum, extra Civitatem eiciendum & in monte crucifigendam. h. 39. nu. 14. Illi fuerunt Dæmone peiores, & ex parte audacit eorum malitia. Si Dæmon ausus sit dicere *Si filius Dei es mitte deos suos* non audebat ei manum inticere, nec id tentare. Illi noscentes eum, *apprehensum &c occiderunt.* Deus te liberet à malitia eorum: hominum quos passio dirigit, quia ex parte peior est quam Dæmonum. h. 8. n. 19. v. que 28.

XXXVIII. *Quid facies pater familias agris illis? Responderunt: Malos mala perdet.* En profundum mysterium sapientia divina faciens ut contra se ipsos veram, & iustam dent sententiam, rem. post

TERTIO DIE SABBATI QUADRAGESIMÆ ULTRÆ  
HOMIL. XVIII.

pore suo erequendam. Vides hic eorum punitionem, quod Deus eos male perdet, ob tantam prodicionem. Imo Iacob desolebat eos vt perditos. hom. 7. num. 22. vsque 25.

XXXIX. *Et vineam suam locabit aliis &c.* Vides hic iustum Dei iudicium, quod per medium, quo putabant hereditatem accipere, per idem perdidierunt, & quo putabant sua bona, Civitatem, templum & locum confirmare, ea pro semper perdidierunt. hom. 39. num. 18. vsque 21. Ita sententia fuit ignis, qui Ierusalem exussit, quod cum magno Mystero dixit Ezechiel. ibid. num. 22.

XL. *Ideo dico vobis, auferetur à vobis regnum Dei.* Ex eadem ratione, quâ vos iudicatis contra illos agricolas, ego eandem contra vos pronuntio sententiam. Deum vos eieciurum vineâ suâ, Regnoque quod est Ecclesia, atque in malam crucem expellimini. Et dabitur hoc regnum & vinea meliores referentibus factus quam vos. Illud est impletum admisionem Gentium in illam & faciendo communicationem tot vicibus committam, cæci vident, & videntes cæci fierent. hom. 33. num. 33. vsque 36.

XLI. *Ideo dico vobis, auferetur à vobis regnum Dei.* Perditio vobis adueniet ob vestra peccata, & rebellem malitiam. Non te inquietes de actibus Dei atem, an te prædestinavit, vel reprobarit, quia certum est, quod te puniet tantum secundum opera tua. hom. 37. num. 12. vsque 17.

XLII. *Et dabitur genti facienti fructus eius.* Quia illos de sua euect vinea, non ideo manebit deserta: non enim deestant seruientes Deo, licet tu deseras eum. Nec Nilus definit curere, licet oppositio sit, sed in mundum bit cam, os terralque ex quibus maior vtilitas elicitur. hom. 23. num. 16. vsque 19.

XLIII. *Dabitur genti.* Non poterat eos vinctiori ratione mordere quam dicendo Deum illos eieciurum, & Gentiles admitturum. Illud enim non poterant perferre quando hoc illis Prophetæ insinuant. hom. 21. num. 19. & seqq.

XLIV. *Dabitur genti facienti fructus eius.* Hic vides, cur Deus tibi tantum fauorem fecerit ponendi te in Ecclesia suâ, vt fructus feras. Si enim illos perdidisti, quia non correspondierunt, tua fors non erit mellior. Vnde illorum punitione, sit tibi monitio. Ideo enim reliquit eos in mundo per quem tremuli vagantur vt Cain. hom. 16. num. 5.

**H**omo quidam habebat duos filios. Luc. 5. Hæc vidimus Deum patrem familias facientem misericordias adeo rebellibus peccatoribus, vt eum compulerint eicere illos de domo sua. Hæc videmus Patrem duorum filiorum vtique facientem misericordias & valde singulares, Iuniorum, qui exierat de domo sua & bona sua dissiparat recipit ad illam redeuntem, cum mille benignis amplexibus, non tantum ei condonans offensas commissas, sed etiam pretiosis donis ditavit ob solam eius peccatorum confessionem, & remissionem eorum petitionem. Quo magnam suam erga peccatores misericordiam ostendit, eisque declarat, quam facile sit remedium, cum hoc ponat in solis verbis ex corde produntibus, quibus peccata sua consistunt. hom. 19. num. 60. vsque 64.

I. *Homo quidam habuit duos filios.* Deus paratur filios suos in duo genera, iustorum & peccatorum, vtque ait S. Chrysostomus significans conspicuam misericordiam suam, quod licet sis peccator, & recedas à domo, nolit te priuare nom ne filij, nec auferre ori tuo nomen Patris erga eum, per hoc tuam volens utilitatem. Primo ne desperes sed confidenter eum ad eas petens remedium dicendo. *Pater noster &c.* Quam rationem ponderat S. Bernardus. hom. 42. num. 83. vsque 86. Secundo vt obliget te ad exeundum de sordibus peccatorum, & subiectione Domini tam vilis, nempe dæmonis: Considerans enim cuius sis filius, ne des te sordibus nec te facias mancipium tam vilis Domini, qui te faciat subulcum. hom. 11. num. 10. Et infamem censeas maculam, te filium Dei subicere te illi qui non habet esse, & pilotis vt Isaias dixit. ho. 41. num. 55. vsque 59.

II. *Homo quidam habuit duos filios.* Magna misericordia licet sis peccator, videte quod te vocet filium, ad excitandam tuam confidentiam in illum, & ne dæmon te deuiat, persuadens tibi, quod Deus te occidet fame, vt ordinariè facit. hom. 27. nu. 2. Nullus enim pater perimit filios suos mori fame, si possit eis succurrere. hom. 42. num. 83. 84.

IV. *Homo quidam habuit duos filios.* Vult eo iustos intelligere etiam peccatores esse suos fratres, nec eis posse hoc nomen negare, cum Deus eis nomen non auferat filiorum, & consequenter desiderandum eis bonum & procurandum, vt vnus iater, alteri procurat bonum; soll. citoque pro eis esse iustos oportere vt mouet Sanctus Paulus non enim minus efficax esse

debet amor gratiæ quam naturæ. hom. 22. numer. 47. vsque 52.

V. *Adolescentior ex eis dixit patri suo.* Inuerecundus erat iunior: proprium enim est iuuentuti, inquit Basiliius esse audacem seu indomitam & ignorantem. ho. 31. numer. 29. Deus non vocat adolescentem, qui tantum est ætate, sed qui moribus. Vt enim S. Bernardus ait, est qui in ætate cana habet caput vanum, & maturior ætate est vegetior in modo agendi, secundum quem dat Deus nomen, vt ait Chrysostramus. hom. 37. numer. 41. 44.

VI. *Pater da mihi portionem substantiæ quæ me consistit.* Dominus voluit hic ostendere excellentiam naturæ, & donum supremum quod dat homini, libertatis arbitrij tantæ excellentiæ, vt nec omnes Angeli, nec omnes dæmones, nec omnia creata, licet simul iuncta possint ei vim inferre. Quia vero id res est tam excellens, Dominum Dei præiudiciale consistit in eo, quod sit Dominus liberi cordis, ideoque vocatur: *Magnus Dominus.* Interim nunquam infert ei vim, etiam quando id mouet efficaciter. hom. 29. numer. 15. & hom. 41. numer. 13. vsque 17.

VII. *Pater da mihi portionem substantiæ.* Patet hic cur Deus se vocet Patrem hominis, scilicet ob substantiam liberi arbitrij, quod ei dedit. Tam excellens donum, vt ob illud dicatur factus ad imaginem, & similitudinem Dei vt filius est generatus similibus patri. Vile autem impudentiam huius iuuentis, qui vitur digniori favore quem Deus consulit eius naturæ scilicet libero arbitrio in quo fecit eum Dominum suarum actionum vt impudenter agat contra Deum ipsum & eum offendat. Deus dedit nobis illud donum, vt ei gratia faciamus obsequia eorum talia non sunt, quando non procedunt ex libera voluntate & spontanea. hom. 41. numer. 20. Eodemque vitur ad offendendum Deum: hominum hæc est cæditio; pretiosus Dei donis, ad bene merendum concessis vt ad agenda peccata, vt pote pretiosum donum temporis, ad faciendam penitentiam datum stimulus ad peccandum & peccata multiplicanda. hom. 36. numer. 41. Datque ideo parum vt te temporis reddat sollicitum in seruitio suo. Iden que facit te incurium Dei, tantum attendentem mundo. ibid. numer. 42. vsque 49. Eoque modo abutimur omnibus bonis & donis Dei. hom. 7. numer. 32.

VIII. *Pater da mihi portionem.* Præcipuo dono Dei offendit eum & impudenter pugnat contra eum donis eius, vt dixit S. Gregorius. ho. 3. numer. 16. 17.

IX. *Collectis omnibus peregrè profectus est.* Conglobauit totum quod habebat, & exinde festinabat. Videbatur enim id perdere, quidquid in domo patris relinquebat. Ipse abiit patrem quæ deseruit, nunquam deseruit Deus peccatorem, nec dimittit eum, nec se

ab illo expedit, si peccator primo non abeat, & Deum dimittat, vel ab eo se expediat, eo sibi plus damni inferens, quam totus infernus posset, in eo Deus ipse. hom. 13. numer. 28. vsque 31.

X. *Peregrè profectus est in regionem longinquam.* Vnum eorum, quæ Sancti faciunt hoc est, semper esse in præsentia Dei vt circumspicere agant. Sicut famulus se videns in præsentia Domini sui. Sicque fecerunt Moyses & David. hom. 1. numer. 13. Peccator autem vt liber us peccet, abiit longè, vbi sibi periclitaret à Deo se non videri quia nullo modo confiderat præsentem, quod ei dat audaciam procedendi in omnibus peccatis, secundum Davidis dictum. *Non est Deus in conspectu eius, inquinata sunt via illius in omni tempore.* Et sicut Angelus de inhoneltis dixit Tobie: *Domum à sua monte excludunt.* hom. 25. numer. 21. vsque 24.

XI. *Peregrè profectus est.* Infelix adolescens, qui quo longius eo magis contentus ibat, quia videbatur ei, quod plus libertatis haberet: nec aduertebat se illam minuire, licet enim in hac vita nunquam omnino perdat, tamen debilitatur, vt accidit peccatoribus, quod ponderat S. Bernardus. ho. 13. numer. 50. 51.

XII. *Profectus est in regionem longinquam.* Adolescens vade secundo iunere sed aduerte, quod quo plus te elongas, plus damni tibi inferas. Cum enim in Deo sint omnia bona ampliorum interiorum habebunt in te omnia mala. Cum que Deus sit vita, liberiis intrabunt opera mortis, eorumque copiosiora, & sine termino damnata tua. hom. 13. numer. 7. vsque 25.

XIII. *Peregrè profectus est.* Quo vadis? nescis, nec mirum: ipse enim non scit. Ducitur enim vt Esau, velatis oculis. hom. 31. numer. 69. 70.

XIV. *Peregrè profectus est.* Quo it? Non ita fertur. Ipse enim non it qui non discursu vanæ ratione, qui sunt hominis peces: sed permittit se ferri suarum impetu passionum, quæ ferunt eum huc & illuc, vt furiosus ventus arundinem. hom. 38. numer. 31.

XV. *Peregrè profectus est in regionem longinquam.* Videbatur ei magna fors & felicitas, quæ nec poterat eum detinere domi, nec inueniretur, qui eum turbaret in sequela sui appetitus, idque fuit manus fortunium eius. Licet enim peccatori videatur omnia prosperè succedere, quod nullus eum impedit ire quo vult, eoque peruenire, quo prætendebat: tamen hæc est summa infelicitas & magna Dei puniatio homilia 13. numero 16. 17. & homilia 25, numero 26. & seqq.

XVI. *Dispauit substantiam suam.* Primo vult dicere expendisse omnem pecuniam, quæ vocatur substantia mundi qua, finita consumuntur accubentia. Sicque factum vt expensis bonis similitudo

estimatio, nobilitas, discretio, & pulchritudo, ob quæ omnia estimabatur adolefcent, quando erat diues ho. 16. numero 25. 26.

**XVII. Dissipans substantiam suam viuendo luxuriose.** Licet proprie velit dicere, bona sua expendisse in deliciis, quæ communiter vocantur luxuria: tamen singulariter loquitur de inhonesto peccato, quod consumit omnia bona, etiam rerum substantiam, quarum successione abstulit Deus Principibus ob illud peccatum h. 26. n. 21.

**XVIII. Dissipans substantiam suam viuendo luxuriose.** Dedit se omni deliciarum generi elus, potus & noturnis discursibus. Hinc videt iuuenis, quo probem te moiti vicinior, quam sen. s. Primo quia ordinari tantum venit mors per accidentia quæ sunt ordinari in inuenibus ob eorum modum in edendo, bibendo &c. Sine modo. Secundo quia aperta via ad mortem est peccatum, iuuenes autem liberius illam ingreditur. Notabilis discursus & vtilis. ho. 31. n. 23. vsque 31.

**XIX. Dissipans &c. Luxuriose.** Hæc est effrenatio peccatoris, quod illum non detineat videre bonorum perditionem, suæ salutis vitæque dispendium. Liberet te Deus a temeritate peccatore, qui Deo vertit dorsum videbit enim propria damna, & perditiones, tamen perget vt Hiel de Bethel. h. 38. n. 4.

**XX. Consumpsit omnibus facta est fames valida.** En quam parua substantia sit ut nudi ferula: non enim tantum non satiant sed etiam famem generant caninam. Idque accidit peccatoribus quo enim plus fedant suo appetitui, maiorem excitant famem, quia illi crescit ipsa concupiscentia quæ non est nisi fames animæ. h. 11. n. 27. 28. & h. 25. n. 79. vsque 79. Sunt serpentes quibus quo plus vescitur ceruus, maiorem sibi prouocat sibi h. 38. c. 95.

**XXI. Facta est fames valida.** Accidit illi, contingetque talibus, quod dixit Iob. Dæmonem eos comprehensurum vt in mulcipula & statim famem excitandam eam am & sitim rabiosam h. 24. n. 35. 36.

**XXII. Et adhaesi vni cuius.** Hic patet, ad quid deueniat peccator, traditus concupiscentiis suis, vt deperiens fame, desideransque illi satisfacere, se tradat dæmoni, & deceptorum tradentium se illi: qui non habet quod det, vt dixit S. Elther. Est que silosus secundum Isaiam. h. 41. n. 55. vsque 59.

**XXIII. Adhaesi vni cuius.** En quem elegit cui se tradat in mancipium, Dæmonem qui cum mors sit, & deferat secum infernum vide quid damus sit vbi intrabit? homil. 19. nu. 13. & seqq. Nomen eius est *Exierit nans*, quod omnia extrahat de loco suo. ibid. n. 28. vsque 31.

**XXIV. Adhaesi vni cuius.** Infelix, quod tali Do-

mino te tradideris euenient enim tibi mala a tali expectanda scilicet mors: sicut iusti sunt felices, in quibus regnat Christus, qui est vita, & salus. h. 19. n. 18. & h. 20. n. 1. 3.

**XXV. Adhaesi vni cuius.** Hæc est Dæmonis gloria, quod licet tam male tractet seruientes sibi, tamen firmi sunt in eius seruitio, quod significat. *Adhaesi vni cuius.* Ideoque ille ipse dicit infelices, se illi tradentes h. 41. n. 56.

**XXVI. Adhaesi vni cuius.** Cogita, si existenti in domo patris, hic illi iubet, vt esset subulcus, quas non querelas redderet dicendo, quod eum ignominia afficeret, & se ipsum; nec esse ferendum filium tam honorabilis viri, subulcum fieri. Illud autem præcipiente tam infelice Domino libenter facit, sortemque censet bonam. Id contingit indies, quod Deo nobis iubente tantum suauia, ad nostrum honorem, & gloriam, videatur nos afficere ignominia nec hominem in mundo posse talem ferre, facitque libenter quæ iubet Dæmon licet horrenda, infamia & laboriosa. homilia 3. numero 10. vsque 14. & homil. 25. numer. 63. 64.

**XXVII. Adhaesi vni cuius.** Hic patet, quid ordinare faciat dæmon seruientibus ei, eiciere illos subulcos, ad pascendum porcos, quia eius nomen proprium est Spiritus immundus estque amicus fornicum & turpitudinum. Vnde vbi habet plenum Dominium vt inter idollatras introducit horrendas immunditias h. 33. n. 7. & homil. 38. numer. 47.

**XXVIII. Cupiebat implere ventrem de siliquis.** Et accertum quod seruicus Dæmoni, Romachum non haberet satiarum. Animam enim non possunt satiare porcorum siliquæ id est temporalia bona. h. 11. n. 27. 28. & h. 27. n. 71. vsque 74.

**XXIX. Cupiebat implere ventrem de siliquis, quas porci manducabant.** Dominus diuine depungit bonamundi, sunt enim vt siliquæ comæ ues hominibus & bestis quas edunt simul, quasi ex præsep. h. 25. n. 76. Vnde patet, quod Dominus dixit Samaritanæ aquas suas non esse communes hominibus & bestis quæ latrabant, & sitim sedabant bid. n. 82. vsque 85.

**XXX. Et nemo illi dabit.** Nullus eum adibat, vel respiciebat, quia iam pauperem videbant. Licet enim sit Monarcha tam potens quam Nabuchodonosor, quando decidit, ab eo fugient animalia, & aues. h. 10. n. 39. 40.

**XXXI. Nemo illi dabit.** Quis Dominus adeo tyrannus, qui seruienti non det quod edat vt diabolus dicens suis: serui mihi, & quæ te nutriendum ueritate enim non dat seruienti, aliud, quam quod in dies quatit. Hincque patet malitia eius, qui tentat seruus Dei volens eis persuadere, si Deo seruiant, quod



permittit eos fame mori, ac si Deus esset conditionis ipsius. ho. 5. n. 31.

XXXII. *Es nemo illi dabit.* Dæmon est Dominus, qui seruientem relinquit fame petire. hom. 4. n. 48. Deus autem hoc non facit, nec posset, sed potius serueros reddit seruientes, quod non permitteret eos fame deficere. ho. 29. n. 8. vsque 11. Quodque succurret suis honore & utilitate non ut dæmon ignomina & fame, postquam enim fecerit subulcum, non dat, quo vescatur. ibid. n. 12. vsque 18.

XXXIII. *Es nemo illi dabit.* Infelix vide cui dederis bona tua, & quæcunque habuisti, qui te videns in extrema necessitate non det tibi vel siliquam. Bene potes quantum habes in seruitio Dæmonis consumere, quando enim peruenieris ad vitæ florem ne speres quod tibi succurret nisi cum urgente fame repræsentando defectum tuorum meritorum, ut diffidas de misericordia Dei ne quidem vna gutta aquæ succurrat diuiti epuloni qui seruitio eius inimplet totum, quod habebat. Magnus Dominus Deus, qui tibi dabit quantum ei dederis, ideoque ante perit ære, desiderans habere, quod tibi det. h. 25. n. 43. & seqq. vsque 61.

XXXIV. *Nemo illi dabit.* S. Augustinus ait dæmonem esse mulierem pauperem, quæ promittens multos panes, non potest vel micam dare nec habet vnam pro se. h. 5. n. 39.

XXXV. *In se reuersus.* Felix fames & afflictiones quibus compulsus in se reuertitur & felices dolores onagrarum qui retinent eam in cursu suo. ho. 9. n. 11. 12. felix anima, quam Deus detinet, cum ad perditionem tendit, refrænataque afflictionibus quo facit eam reuertitur in se. h. 35. n. 33. vsque 36.

XXXVI. *In se reuersus.* Exierat à se videbaturque iudicium perdidisse & intellectum. Tales enim videntur peccatores ex deliciis quæ committunt, & sordibus quibus se immergunt. ho. 25. n. 89. Deerant ei capitis capilli ut Samsoni qui sunt considerationis symbolum; sicque quasi cæcus in circuitu ambulat ut in mola, manetque donec creuerint capilli illi. *In se reuersus.* ho. 31. n. 12.

XXXVII. *In se reuersus.* Licet omnia peccata videantur hominem aliquo modo rapere extra se, tamen particulariter id facit luxuria vnde luxuriosi vocantur cæci. ho. 10. n. 18. Et S. Iob. singulariter vocabat adulterium, cordis cæcitatem. h. 26. n. 19.

XXXVIII. *In se reuersus.* Quid mirum si cum se tradidisset dæmoni fuerit cæcus ut extra se. Illum enim effectum particulariter in illis pro. urat dæmon, in quibus habet potestatem. ho. 19. n. 40.

XXXIX. *In se reuersus.* Deus aperuit ei oculos supernæ lucis, tam misericordiam, quam parum meritâ: quis potest dicere qualem se inuenit quam confusum quam pudefactum? ut Magdalena quando di-

uinus Sol iniiciebat ei sagittas lucis suæ. ho. 38. n. 39. 40. Nam vere sentiebat onus infirmitatis liber à lethargo, quo pressus languebat qui licet sit magnus tamen peccatores cum non sentiant, donec eos Deus illuminet. h. 25. n. 32. 33.

XL. *Quanti mercenarii in domo patris mei.* Conuertit oculos ad domum patris sui, hanc primò possumus intelligere cælum. Si tu peccator, quantumvis magnus aliquando eleuare oculos considerationis, videns quæ bona Deus habeat, parata seruientibus sibi, quæ perdas ob bona quæ sequeris, deceptoriam; mirabilem, hoc in te operaretur effectum. hom. 11. num. 48. O si considerares, quod quamdiu es in misero statu isto, quidquid facis non proficit tibi ad meritum gloriæ, quodque tantum sit infortunium tuum, ut malo quod facis lucreris æternam mortem tormentaque inferni Deoque nolente mortem tuam brachiorum tuorum lucraris illam tibi. ho. 13. n. 31. vsque 36. Bonis autem tuis operibus: licet optima tibi videantur non lucraris gloriam, cum enim sis longe à Deo, qui est vita, non potest facere opera vitæ. ho. 13. n. 7. 8.

XLI. *Quanti mercenarii.* Alius est sensus ut concitias oculos in iustos, & bonos in hac vniuersitate vna; quos Iob vocat mercenarios, considerans gaudium, iucunditatem & consolationem, quibus transgunt vitam, conferuntque ex bona conscientia lætitiæ cordis, qua cum incipiunt frui splendoribus gloriæ de feruntque cælum portatile. homil. 37. numer. 57. vsque 67. Peccator autem pro deliciis quibus fruatur mille patitur tormenta: quibus torquetur, & quasi suspendiatur. ibid. numer. 47. & seqq. Participatque ex vniuersis inferni tormenta. ibid. numer. 53. vsque 57.

XLII. *Quanti mercenarii in domo patris mei.* O si considerasses gaudia & iucunditates, quibus iusti fruuntur in hac vita, etiam in tormentis suis maioribus: tanta enim ibi panum fruuntur abundantia ut experiantur centuplum, quod Christus promisit in hac vita. h. 30. n. 48. vsque 51.

XLIII. *Quanti mercenarii in domo patris mei.* Quanta percellat atque confusione videns se in statu tam abiecto, vilique & acinde tam extrema nec sinitate & paupertate arctatum, videns famulos domus patris sui ita honoratos, & nutritos, se ingemiscebat quasi in Balaam quæ est confusio, ibique conuertit eum Deus. *Opus dextera excelsi*, ut dixit David. hom. 36. numer. 69.

XLIV. *Ego autem hic fame pereo.* Quam clarè ipsa experientia nouit omnia mundi bona, delectationes, & iucunditates fuisse merum ventum: acciditque quod Salomoni qui vertens se ad ea quæ ante videbantur ei magna finaliter reperit, quod dicit. *Vanitas vanitatum & afflictio spiritus.* &c. ho. 4.

n. 20. 21. Nouit ad tactum manus, quod dixit Isaias. Omnia mundi esse bullam. Hoc est quod eum turbat & mouet. ibid. n. 23. vsque 26.

XLV. *Ego autem hic fame pereo.* O si Deus aperuisset tibi oculos, & considerasses te esse in fine vitæ, quodque ex operibus tuis non haberes plus quam adolescentis iste, qualem effectum haberet hoc in te. ho. 26. num. 54.

XLVI. *Surgam & ibo ad partem meam.* Quam insipienter ibat adolescens iste, discedens à domo patris sui. cæcus passione sua. tam sapienter procedebat, quando Deo aperiente oculos eius, statim resoluisset surgere à porcorum societate non in crastinum expectans. Id enim tibi importat, accurtere statim vt audis sonum pyrorum, vt David ho. 10. num. 19. vsque 22. Non erat vt cornu Pharaon, qui habebat in ore *Ceras* ho. 38. n. 41. & seqq.

XLVII. *Surgam & ibo.* Non est ex illis quibus contra quos loquitur Isaias qui in longum differunt penitentiam ac si haberent pactum cum morte & inferno h. 13. n. 58. vsque 64.

XLVIII. *Surgam & ibo.* Bona resolutio, inde discedere. Difficiliter enim inquitur peccatum à manente in eadem hara, cum iisdem porcis, exi & ne subsistas in tota regione Sodomæ. ho. 10. n. 45. 46. & ho. 41. n. 63.

XLIX. *Surgam & ibo.* Statim est executus suum propositum. Concipientes enim si non habeant virtutem ad parandum, iudicent se perditos. hom. 10. num. 17. 18.

L. *Surgam & ibo.* Bona est resolutio, aggredi reditum ad patris domum eodem animo, quo exitum & elongationem ab ea fuerat meditatus, vtque tunc nil eum retinet at quo minus exiret non dolor patris, nec luctus fratris, nec cura consanguineorum nec ignominia qua se, illosque afficiebat, ita iam nil eum detinet, non timor quod eum ridebunt videntes adeo laceratum, nec quod frater toruam ei faciem ostendat, hic est spiritus robustorum. hom. 38. num. 47. vsque 46.

LI. *Surgam & ibo.* Hæc est vera penitentia quæ respondet culpæ. Duo mala fecerat, vertere dorsum patri suo, & versos regionem longinquam sordisque eius: his respondet desertio regionis longinquæ ad quam profectus erat & sordium eius, reditque ad patrem. h. 43. n. 63.

LII. *Dicam ei: Pater peccauit.* Cum à te commissæ, tanta sint offensæ ignominiaque contra patrem tuum, quomodo aures eius præsentiam adire confidens quod te recipiet ob verba confessionis culparum tuarum tantum? Hæc est eius misericordia quod nostrum remedium posuerit in te tam facili facili vt sunt confessionis verba. ho. 19. n. 60. vsque 62. Voluitque dispo-

neret istam confessionem ad tuam vtilitatem ibid. n. 51. vsque 59. mulier clamando dum fuit violata, obtinere remissionem. ibid. n. 49. 50.

LIII. *Dicam ei: Pater peccauit.* Confitebor sine larum cum verecundia peccati & non confessionis eiusdem. ibid. n. 64. vsque 69.

LIV. *Pater iam non sum dignus.* Securus est introitus, noscere quam sit peccator indignus. ho. 2. n. 32. vsque 35.

LV. *Et vidit eum pater à longe.* Hoc filio existente adhuc longe, videbat eum pater spiritualibus oculis recordatus eius, aliter is non poterat aperire suos ad eos conuincendos in domum patris sui, eamque ad eundem: Petri enim oculi nunquam habuerunt vires donec Dominus respexit eum. ho. 43. n. 52. vsque 55. nu. 57. & seqq.

LVI. *Vt vidit eum, misericordia motus est, & accurrens.* Vide viscera misericordiae Dei. Sufficeret tibi videre illum pauperem & lacerum, quodque nouis expensis faciendis te exponeret ad fugiendum ab eo, tunc autem ad eum curreres si videres venientem diuitibus opulentum ad succurrendum domus tuæ miseris. Non sic Dominus non sic. ho. 30. n. 15. vsque 18.

LVII. *Adducite vitulum saginatum, epulemur gaudemus.* Gaudium est Angelis Dei, super vno peccatore penitentiam agente & impletur quod Deus dixit Iob. Numquid nosti ordinem caeli, & panes rationem eius introtra: h. 38. n. 122.

LVIII. *Veni filius eius senior.* Frater natu maior, vidensque festiuitatem, & ratione illius audita iratus, vertit dorsum ab iteris, exitque pater cum rogatus. Magna hic sunt mytheria. Primò in vtroque filio reperies defectum. In adolescentiore bullientem sanguinem libertatem, in uerecundiam & vani aem In & niore impatientiam, summam asperitatem. In omnibus enim Dei filius est defectus. vnde bene dixit Apostolus. S. Iacobus. *In multis offendimus omnes.* Sed his omnibus adest pater iste diuinus & omnibus vult satisfacere, recipiendo vnum, regando alterum. Finaliter ne te scandalizes videns aliquos defectus in seruis Dei: illos enim permittit in eis pater celestis, ob diuinas rationes. ho. 15. n. 45.

LIX. *Frater eius senior.* Dæmon tentat omnes, vultens qualitatibus, quas in quouis nouit. Adolescentem lubricum mouebat vt sequeretur appetitus suos: aliam filium solitariū, quem melancholicum sentiebat tentabat ad impatientiam, & inuidiam, hæc est illius astutia. ho. 5. n. 30.

LX. *Frater eius senior.* Communis declaratio est, quod Dominus loquens Scribis, & Phariseis, se ipsos iudicantibus sanctos & de Christo conuincantibus, ob fauorem quem peccatoribus exhibebat, ad se venientes apertis excipiens brachiis, intelligat ipso-



per filium maiorem, arguens eos de charitatis defectu, quod iudicantes peccatores, suum non agnoscerent defectum valde magnum, cum eis deesset amor erga fratres, quem debebant habere. Erantque adeo mali, ut cum perditos quaerere deberent, quia fratres sunt, etiam redeuntes nolent recipere, qui defectus non erat iudicis. ho. 22. n. 47. vsque 51.

L X I. *Postquam filius tuus hic, qui deuorauit substantiam suam cum meretricibus.* Nota bene defectum quem illi habebant, non tantum in contemnendo peccatores, sed etiam digito monstrando *filius tuus hic*; ut adulteram *hac mulier*. Respicientes aliorum defectus, non suos, reddunt se culpabiles, sequiturque contra alios indignatio ut ait S. Gregorius. ho. 26. n. 42. vsque 45.

L X I I. *Epulari, & gaudere oportebat.* Quid hoc est Domine? Excipiuntur sic subulei in domo tua? Nec sufficiebat adulescentem hunc recipere in angulo illius? sed dandus ei locus in mensa tua? videris domum tuam infirmare. Non infamat eam sed honorat, ostendens magnitudinem potentiae suae, quae tanta est, ut admittens homines etiam peccatores, qui redeunt ad eum per poenitentiam, faciat eos dignos suae mensae conuiuii; utque S. Augustinus ait haec est eius magnitudo, quae honorat ipso latrone paradysum, ho. 44. n. 45. Et quantumuis sordida animalia, facit puriora stellis, ut representata S. Petro in linteo quod descendebat e caelo, ostendens quod ibi posita, iam essent munda, nec deberet illa fastidire. ho. 43. n. 10. Finaliter Ecclesia eius constat fidelibus innocentibus, & peccatoribus, et atque necessarium dare exemplaria utriusque; iustis quomodo debeant se conseruare in sanctitate; & peccatoribus, quomodo debeant ad Deum redire, & poenitentiam facere impleturque illud Dauidis. *Dies dies erudit uerbum.* ho. 38. n. 5. vsque 8.

### TERTIA DOMINICA QUADRAGESIMAE ULTRA HOM. XIX.

I. *Erat Iesus eiciens demonium.* Luc. 11. Duo possessorum genera representat nobis Euangelista vnum corpore, & multos in anima. De illo dicit, quod habebat demonem, de his dicit Dominus multos & potentes *Qui ingressi habitant ibi.* Illum habebat, effectus faciens visibiles in eius corpore. Hos autem ipse habet eos in anima ita excacans, ut ad maiorem lucem minus videant, tam surdos, ut verbum Dei non intrat in corda eorum, sed non reddit eos mutos, imo tam loquaces, ut horrendas euomant blasphemias contra Christum Dominum nostrum, idoque minatur eis, dicens, quod non inuenient miseriam

cordiam Dei, *neque in hoc saeculo neque in futuro.* Cumque demon sit ita Praepolterus, ut ex maioribus bonis conetur maiora trahere mala, id facit in his; ut ex tanto miraculo, quod Christus facit curans possessum, edaxerint blasphemiam. *In Beelzebub eiecit demonia.* Bene uocauit eos David Ar. cum prauum h. 39. nu. 9.

I I. *Erat Iesus eiciens Demonium.* Filius Dei uenit in mundum, ut Dæmonem uinceret qui cum sibi subiecerat ut uinceret eum & destrueret, eumque nobis relinqueret ita subiectum, ut eum facile nos possumus uincere, pedemque ceruici eius impo- nere. Ideoque in nostro conspectu, opposuit se illi, eiciens eum de corporibus, sic, ut eius victoria prodesset nobis. Christus, & nos sumus vnum corpus mysticum, quod est eius, est nostrum; sicut, quod nostrum, est eius Prodit hodie victor Satanæ, & hinc eratur coronam suae victoriae, adeoque totum eius corpus eam habet, corona enim quae capiti imponitur totum prodest corpori & sicut eum deuicerat tam nobis est facile illum uincere. Dignus conceptus S. Augusti- ni calamo, estque iam magna nobis ignominia si eum non conuicemus, nosque ab eo uinci permitamus h. 5. n. 8. 10. & h. 49. n. 11. vsque 14. Cum d. mon. antiqui serpens, insidiaretur calcaneo mulieris, scilicet homi- nitari Christi, ipsa contriuit caput eius, cumque caput contrito, corpore tota serpens contritus manserit, iam valde facile est hominibus obtinere victoriam de quouis eorum in tentationibus eorum, magnumque homini opprobrium ab eo superari ibid. n. 13.

I I I. *Erat Iesus eiciens Demonium.* Non potest esse maius infortunium animae quam Dæmonem habere potestatem in eam, quia ut est mors, causat multas mortes in ea, & singulariter quando eam intrat, occidit in ea vitæ opera, nec permittit ei vllum facere quod tale sit integrè. h. 13. n. 7. 8. Quando peccatum cadit in animam, hancque demon intrat per illud, destruit, & consumit pulchritudinem virtutum eius, operaque meritoria, ut quando in campum tunc eo plenum, aut vineam fructu plenam irruit cicada, bruchus, vel nebula. ibid. n. 10. Angelus exiit de manibus Dei, plenus lapidibus virtutum pretiosis, hancque omnes consumpsi in illo peccatum ibid. nota. Opera in peccato mortali facta semper manent peccata, ut semper captivæ proles generatæ ex matrimonio in captiuitate contracto. Hanc seruitutem intrat ducit dæmon animæ per peccatum, & omnia eius opera, quasi proles eius, manent ei subiecta, nec vllum recipit meriti fructum, quia manent peccata quantum ad esse Deo accepta, & quantum ad gloriam per illa promerendam; meritoria autem ante peccatum facta, manent mortificata, donec animæ per poenitentiam de seruitute liberata, recuperent meriti virtutem.

Numer. 9. vsque. 12. Tantum est talis animæ infortu-  
dium, manetque adeo omnis impos iudicij vt  
Quantò plures inferi ei dæmon mortes & damna tantò  
Plus contenta sit & rideat vt dicebat S. Esther, de-  
clarabatque Isaias symbolo pilorum. h. 17. n. 19. h.  
41. numer. vsque 97.

IV. *Erat Iesus eiciens Daemonium.* Duo sunt ani-  
mæ genera; Vnum in quo regnat Deus, de quodixit  
*manusum apud eum faciemus.* Vtque Deus est omne bo-  
num operatur in illis omne bonum, & abigit omne malum  
ideoque ex nunc principium habent vitæ beatæ, vnde S.  
Paulus aiebat *Gratia Dei vitæ æternæ.* Alterum in quæ  
Satan regnat, qui vt in se habet omnia mala hæc ope-  
ratur in anima, diciturque iam habere principium  
inferni. homil. 37. numer. 57. 58. Vtque illi in qui-  
bus regnat Deus fruuntur lætitiâ bonæ conscientiæ;  
Ita in quibus dæmon habitat perpetuum habent se-  
cum tormentum. Ibid. numero 61. vsque 97. Hic  
ergo conuenient discursus, probantes magnam felici-  
tatem animarum, quæ habent Deum, & non ha-  
bentium infelicitatem. homilia 13. numero 5. vs-  
que 17. Et non habere Deum contingit quia admit-  
tunt Dæmonem, quo à se Deum expellunt, ibid. n.  
28. vsque 47.

V. *Erat Iesus eiciens Daemonium.* Licet quouis pec-  
cato mortali dæmon intret in animam, tamen parti-  
culariter habet potestatem in animam, per infidelita-  
tem & luxuriam, quod, vt Deus ostenderet, permisit  
vt visibiliter possideret eorum corpora. h. 18. n. 42.  
vsque 45. Quando dæmon intret animam per pecca-  
tam luxuriæ, & particulariter eam possidet, non est  
malum, quod luxuriosus non habeat vt de Herode  
declarauit Euangelistæ: nam duobus ex illis dicen-  
tibus S. Ioannem eum reprehendisse vt incestuosum  
Lucas de Iarabat. reprehensionem eius eo tendisse  
quæ cuncta eius peccata corripere. *Cum corripere-  
tur à Iohanne de Herodiade, & de omnibus malis.* ibid.  
nu. 42.

VI. *Et illud erat mutum.* Dæmon non operatur  
in omnibus eundem effectum, sed contrarios, secun-  
dum quod videt se posse plus damni inferre, incitatq;  
aliquos ad lætiam, aliquos ad tristitiam, vtens qualitatibus,  
quas in quouis noiscit ad eum melius euerterendum. h.  
54. 29. vsque 32. & n. 40. Recte nominat eum S. Ioan-  
nes *extremians* cuncta etenim suis euellit cardinibus  
nam loquutus peccatori, corrigendo eum, & hono-  
rem eius apud alios seruando, contraria procedit viâ;  
illi namque nullum dicit verbum nisi adulatorium &  
apud alios detegit eius peccata. h. 12. n. 43.

VII. *Et illud erat mutum.* Euangelista repræsentat  
nobis vt quid singulare, hunc euergumentum, quem  
dæmon faciebat mutum, gens de multis Dæmoni-

bus, qui multos homines reddebant loquaces se vt  
cogerent Christum quatenus eis imponeret silentium;  
ira etiam S. Paulus. h. 9. n. 22. Quis Dæmoni pa-  
rum est lucei à tacentibus, facitque maxima per sin-  
guam lætiam, quam S. Iacobus rectè vocat malum in-  
quietum, venenum mortiferum, ignem inferni, &  
Sapiens laqueum malum. Vitæ discursus. h. 23. nu-  
25. vsque 35.

VIII. *Et cum eiecisset Daemonium locus est mutus.*  
Ablatâ causâ scilicet Dæmone, tollitur infirmitas ab  
eo procedens; Infirmitates enim sæpe peccatorum  
adueniunt, per quæ intrat dæmon. h. 30. nu. 29. 30.  
Et donec auferas peccatum, non tollitur infirmitas;  
Illud voluit Dominus Paraliticum docere, essetque be-  
num te hoc intelligere. h. 10. n. 25. Radix amaritudinum  
afflictionum & morborum est peccatum: aufer hanc  
radicem, & cessabunt omnes; Quod nos voluit Esi-  
seus docere quando ad curandam amaritudinem aquarum  
Iericho iniecit saltem fonti vnde omnes profue-  
bant: sicque fuerunt curatæ ibid. n. 25. Egyptij volue-  
runt puteos fodere ad extrahendas aquas claras, cum  
has conuerteret Moyses in sanguinem nec attendunt  
huic esse effectum virgæ diuinæ potestatis. Quod sæpe  
contingit peccatori non enim aduertit afflictionem  
& infirmitatem, quam patitur, istum esse virgæ Dei  
ob peccatum. Tolle peccatum, & proice in mare  
vitæ penitentia & cessabit tempestas afflictionis,  
ac recuperabis sanitatem in ibid. numero 25. Quod æter-  
nis premet infirmitatibus damnatos in inferno, hoc  
erit quod habeant perpetuo in se radicem illarum,  
quæ est peccatum. h. 37. n. 57. 58. Hocque erit pon-  
dus dictum ab Isaiâ, quod perpetuo detinebit eos  
deiectos, nec se poterunt lauare. h. 25. n. 31. Hoc  
erat pondus, quod adeo fatigauit Christum. Si enim  
solum pondus infirmæ carnis, quam assumpsit filius  
Dei, erat ei grauisimum, quanto grauius erat Chri-  
sto, superaddere pondus peccatorum omnium hominum  
quo se oneravit, quod fuit tantum, vt fatigaret filium  
Dei, quid mirum si idem detineat in inferno damna-  
tos. ibid. n. 31.

XI. *Locus est mutus, & admirata sunt turba.* Hæc  
lætabantur & particulariter amici, & consanguinei  
istius hominis qui duxerunt eum ad Dominum, vt cit-  
ceret ab eo dæmonem, vt significant Euangelistæ ho-  
nam habebant intentionem non vt illi ciuitatis Phi-  
lippenis, qui indignari sunt S. Paulo, quia eiecerat de  
corpore puellæ dæmonium. h. 9. n. 22.

Quidam ex istis dixerunt in Beethanb &c. Do-  
mino fuit facilis cura obsessi in corpore, sed tam dif-  
ficilis obsessorem in animâ, vt Dominus eos habeat  
vt desperatos, vocans eos generationem prauam, &  
declinans eos esse Præscitos & in eterno destinatos; vt  
declaratum est. h. 8. n. 2. & seqq.

INDEX CONCIONATORIVS

**XII. In Beelzebub principe &c.** In hos habebant prestantem peiores demones, inuidia scilicet, quæ vocatur malum demonium, quia particulatim torquet, h. 7. n. 12. Cumque tot essent demones, & tam potentes, quos habebant in se acrietes torquebant eos ostendebantque clare esse spiritum inuidia, quæ cum sit vitium absconditum in cordis intimo, noscitur ex duobus. Primo, quod inquietet animam, edatque vt rabies. Secundo, quod moueat linguam ad loquendum, alterius destruens excellentias. Istos effectus operabatur in istis infelicibus quibus cor cruciatibus angebatur, de quibus Euangelista *Cogitatio oues eorum*, Edebant se præ rabie, videntes Christi gloriam, & ex altera parte, mouet eis linguam vt loquantur ad euetenda opera eius. ho. 7. nu. 8. vsque 11. & ho. 39. n. 13. vsque 17. Ardebant igne malitiæ suæ contra Christum, vt Pharaos inuidia contra Israelitas ardens impetatur Obstetricibus Hebræarum, vt harum masculos suffocarent: Quos vt conseuerent: aliter actum est, vnde plus multiplicabantur, quo ipse maiore inuidia succendebatur quâ percitus illis imperabat vt fluuij recenter natos iniicerent, & submergerent. Idem videmus in Pharisæis contra Christum, in ipsis ignem malitiæ succensum exitantem in stramine ceremoniarum, flammam persecutionis contra eum; quo autem ignis ille crecebat alius eo plus augebatur Christi gloria. Vnde finaliter decreuerunt non credere operibus eius, sed ea submergere in flumine mortis, quam ei stuebant. quos effectus operabatur in eis demon, vt possessor cordium ipsorum. ibid. n. 16.

**XIII. In Beelzebub uicini demonia.** En diabolicam inuidiam Regis Saul, nam Dauid musicam linguâ suâ formante, quâ fugat demonem contra eum insurgunt vibrantque lanceam blasphemiam suarum linguarum cortodentes corda sua præ rabie ob gloriam Christi. h. 7. n. 12. 13.

**XIII. In Beelzebub uicini &c.** Maledicti illi renouant malitiam Palæstinorum contra Isaac cuius exercitium erat aperire puteos. limpida educens aquas. illi autem obstruebant eos lapidibus & humo. h. 32. n. 3.

**XIV. In Beelzebub &c.** Infelices infirmi, quibus medicina magis efficaces vertuntur in venenum, sunt que ita oblinati, & inflexibiles in suâ malitiâ vt cæca hyena. h. 8. n. 41. vsque 47. Propheta Oseas deserit eos vt desperatos. ibid. n. 43. vsque 49.

**XV. Es signum de celo querebant ab eo.** Calumniatores miraculi quod Dominus fecerat & tanta sacrilegi blasphemiam, vt attribuerent virtuti Beelzebub, & dicant ei se velle signa videre præstantiora de celo. Hinc manna descendere vt Moyse tempore tonans, vt Samuël fecerat, vtque Elias ignem de celo

descendere. Infelices, & sine capite, petentes signa, quæ tantum causant admirationem nec quibus ea satisfaciunt, quæ ad vililitatem erant infirmorum. h. 8. n. 41. vsque 47. Ad hunc discursum profectendum conducit tota. h. 8.

**XVI. Iesus videns cogitationes eorum.** Quo monstrabat se verum Deum esse, cuius est epithetum proprium *Seruians corda & venes* vt profectitur S. Hieronymus. h. 41. n. 12. Diuinus est Lynceus cui non absconduntur profundissima cordis secreta dixit Iob. h. 26. n. 40. Estque cæcus quem sponsa dixit extrahere maxime absconditas viperas de cauetis suis. ibid. numer. 47. Habet oculos lynceos Lynce penetrantiores h. 15 n. 30. Eoque melius probat se Deum quam Poeta Menander Solem. h. 33. n. 36. vsque 39.

**XVII. Vidit cogitationes eorum.** Sapientior est, quam Salomon, de quo dicitur, non tantum nouisse herbas, sed etiam maxime absconditas radices. h. 15. nu. 30.

**XVIII. Cogitationes eorum.** Fumo tam obscuro exeunte de fornace cordium eorum quæ rabiosa accendit inuidiam, quis posset dicere quid fecerint contra Christum? nam vt dixit Euangelista S. Marcus, aliqui resoluunt eum occidendum, alij exauctorandum. alij accusandum Quales enim herbe tales sunt vt vapores ascendentes de sublimatorio. vitilis conceptus. ho. 40. n. 45.

**XIX. Vidit cogitationes eorum.** Peiores erant, quam rabidi canes, contra quos eiecit lapidem miraculi, vtque tales opponunt se illi conati illud destruere, dicendo, esse opus parui momenti & factum per Beelzebub. h. 40. n. 3.

**XX. Respondens Iesus dixit.** Licet Christus toleraret multas, & magnas iniurias, quas euomerant, tamen ad hanc eorum blasphemiam, quæ opera sua tribuebant demoni, dicentes enim Deo contrarium esse, semper respondit, ostendens se Deo valde vnitum & demoni contrarium. Ratione cuius respondit latè, quando acalumniabatur miraculum piscinæ, vbi multa astulit argumenta in illius probationem. Idem quando eius doctrinam attr. buebant demoni. h. 29. n. 3. Eodem vsus miraculo in resurrectione Lazari. h. 52 n. 79. Idem modo facit valde ad propositum. Si enim bonum sit aliquando non respondere calumniantibus, alias est necessarium. h. 34. n. 36. 37. 39.

**XXI. Omne regnum in se ipso diuisum de se labitur.** Ostendit opus suum non posse factum esse demonis virtute, quia directè erat contra illum, & nullus Rex agit contra se ipsum, nisi velit regnum suum destrui, quod non potest dici de diabolo, nam ad conseruationem regni sui, omnes conspirant. vt eos vidit Dauid, dicens. *Qui custodiebant animam meam consilium fecerunt in unum dicentes, Deus &c. persequi-*

mini. Et comprehendit eum, Ideoque multæ con-  
tinerunt regiones in vnum; & quia videbant Chri-  
stum regno suo esse contrarium, omnes se vniuerunt  
contra ipsum. Sicut arena, qua est in litore maris,  
hom. 19. num. 7.

XXII. *Omne regnum in se ipso diuisum desolabitur.*  
Non est Rex qui machinetur desolationem regni sui,  
protocans vnâ partem ad destruendam aliam. Nec  
quidquam plus conatur, quam non tantum non per-  
dere pedem regni sui, sed de nouo plures lucrari,  
quo augeatur. Et si hæc perpetua Sarana: cura sa-  
tagere ne perdat vllam animam, semel lucrifactam.  
Vnde quando eam intrat, conatur ei auferre omnia  
media remedij eius, vt fecit huic pauperi, quem pos-  
sedit cæcum, mutum & surdum, cum maiori sollici-  
tudine, quam aranea quæ venatur muscam, festinat  
ad irrendendum eius alas, pedesque, quibus potest  
vino hæcere, ne eam inferat. Hinc processerunt illa  
dicta contra Christum, conquerentium, quod eos ex  
locis in quibus erant expelleret & vnus exiens de  
patero, facit id vltimâ, vt reliquerit eum semimor-  
tuum. Clarum argumentum dæmonem non venire  
ad liberandum, quem possidet. Eodem modo inue-  
nies, Deum agere ne vel vna anima, in qua regnat  
perdat, tradaturque Sarana:, sed potius vult omnes,  
qui se dicunt fetros eius, agere de animabus lucrân-  
dis ei. ho. 12. n. 2. Nec est Rex, qui adeo altimat re-  
gnum, vt Deus animam; nec qui tantam mercedem  
det duci, qui conquisiuit ei regnum, vt Deus animam  
lucran. Vtilis discursus. ho. 22. nu. 55. vsque 58.

XXIII. *Porro si in digito Dei eicio dæmonia, filij  
vestri in quo eieciunt.* Est argumentum ad hominem.  
Vidistis meos Apostolos, filios & fratres vestros in-  
dies eicere dæmones, nec vos malum iudicastis,  
imo magni astimastis opus eorum, cur ergo meum  
calumniamini? Mali iudices, nam malitia volunta-  
tis excæcat vobis intellectum, cumque hic deberet  
voluntatem ducere, contrarium fit. hom. 29. num. 53.  
54. Iniqui iudices, qui habetis diuersa pondera, qui-  
bus ponderatis vestra, & vestrorum opera, & eorum,  
qui non placent vobis quod Deus abominatur. hom.  
23. num. 15. 16.

XXIV. *Cum immundus Spiritus exierit ab homine.*  
Dominus ostendit perditionem illius gentis, decla-  
rans dæmonem habere in illos potestatem. Deus eie-  
cit ab illis dæmonem, quando eos elegit in popu-  
lum suum, per sanctos Patriarchas, extrahensque il-  
los de semitate Egypti, dedit eis terram promissio-  
nis, legem, sacerdotes, sacrificia &c. Sed euerterunt  
se, facti vt domus execrabilis tantum attendentes  
munditiam corporalem, conantes satisfacere oculis  
hominum. Existentibus illis in ista dispositione, dæ-  
mon qui exierat, rediit cum cohorte dæmonum ma-

ioris malitiæ & fortitudinis, quod significant *Septem  
dæmonia*. Numerus determinatus pro indetermina-  
to. Vel vult dicere, omne genus dæmonum, qui eos  
ad omne genus peccati inducerent, vt Dominus de  
Magdalena dixit. hom. 38. numer. 27. Per quod ad vl-  
timam lapsi sunt perditionem. Si mali fuerint ab ini-  
tio, facti sunt peiores, cum peruenerint vsque ad oc-  
cisionem Dei. Sic vt, vult dicere dæmonem imo  
multos potestatem in eos, accepisse factosque cauer-  
nam pilosorum vt ait Isaias. hom. 38. num. 40. & hom.  
41. num. 55. vsque 59.

XXV. *Fiunt posteriora peiora prioribus.* Time si dæ-  
mon exit non viuas incurris, redibit enim ad te mul-  
tò maiora inferens damna. hom. 10. num. 49. 50.

XXVI. *Fiunt posteriora, peiora prioribus.* Reinci-  
dentia plus prouocatur ira Dei eiusque dona perdun-  
tur, & amplius minuuntur liberi vires arbitrij, quo  
dæmon nos plenius possidet, estque peior status, &  
maius periculum. hom. 13. n. 50. 51. Declaratque id S.  
Augustinus in Iuda. hom. 45. n. 31. 32.

XXVII. *Cum immundus Spiritus.* Ita vocat dæmo-  
nem ob particularem potestatem, quam habet in  
peccatores immundos, & carnales, quod declarabat  
Angelus Tobia:, & hoc Deus nobis particularibus  
confirmauit historiis, dans facultatem dæmoni contra  
tales. hom. 18. num. 43. 44.

XXVIII. *Fiunt no-* *ra.* Ne sis incurris  
deuictio semel dæmo-  
nim statim maiori vi  
armatus, vt fecit eo-  
Iob. hom. 5. num. 34. 39.

XXIX. *Exiit vni uocem quadam mulier.* Hic vides  
impletam prophetiam Abacuc. *Operuit celos gloria  
eius, & laudis eius plena est terra.* Qualis confusio  
Principibus & sapientibus, hom. 7. n. 2. 15. 27.

XXX. *Exsollens &c.* Deus committit mulierculâ  
incredulitatem & rebellionem Principum. Patetque  
quod dixit Sapiens. *Melior est canis vinctus loane mortuo,*  
hom. 9. n. 42. & seqq. Quando autem desunt viri Deus  
excitat Spiritum mulierum ad suam gloriam. h. 9. n. 2.  
Si dæmonis vitur ad peruertendum viros, Deus ad  
horum perniciam confundendam vitur illis. hom.  
25. num. 6. vsque 16.

TERTIO DIE LVNÆ QVA  
DRAGESIMÆ VLTRA  
HOMIL. XXI.

I. *V*tique dicitur mihi &c. *Quanta audiuimus  
facta in Capharnaum.* Luc. 4. Cives Nazareth  
Patriæ Christi conqueruntur quod ibi non fa-  
ciat miracula, vt in Capharnaum fecerat. Videnturque  
querela fundata, cum Capharnaum esset ei terra alie-  
na, bi que, vt intrauit, in omni genere gentis faciebat  
mirra.

miracula, in sermo Centurionis, sibi Principis Iayri, focu S. Petri, & finaliter fuit eis vt fons fanitatis, in-  
numeros enim i firmos accurrentes sanauit. Intraus  
autem Nazareth ibique existens, & concionans nul-  
lum fecerat miraculum. Erat autem haec eorum cul-  
pa, quia eis deerat necessaria dispositio, siue qua nul-  
lum agens operatur: Christus autem faciebat mira-  
cula secundum mensuram fidei haecque cum in illis  
non esset. Euangelista dicit nullum ibi potuisse face-  
re miraculum, *Propter incredulitatem eorum*. Ideo et-  
iam tam parum operatur in te permittitque te perire  
non succurrens tuis necessitatibus. hom. 27. nu. 32. vs-  
que 39. Ideoque Deus conqueritur de nobis, vt de  
Rege Aza. ibid. num. 40. vsque 44.

II. *Quanta audistimus*. Hi valde male procedunt  
cum Christo, vtque assueuerunt praesciti, qui reiciunt  
culpam in Deum (quod eos teneat suspensos non  
succurrens, vt rogant) etiam suatum malitiarum, vt  
malus seruus, illi autem incredulitatis suae illi cul-  
pam adscribunt. hom. 37. num. 51. 52. Dauid agre fe-  
rebat istam Dei offensam, quae obligabat eum, vt iu-  
stissimam peteret contra committentes eam, praedic-  
tione illis horrendas punitiones superuenturas: quia  
sua consilia feruant, coniciendo in Deum culpam  
scelerum suorum, eoque modo volunt se excusare a  
peccatis suis. Id significat, *Declinauerunt in te mala*  
*Ecce* ibid. num. 51.

III. *Quanta audistimus fac & hic*. Magna stulti-  
tia, Christus est medicus, non debet omnes eadem  
medicina curare, sed hic succurrit farina, ibi sale, vt  
Iul. us. hom. 2. num. 20. & seqq.

IV. *Fac & hic*. Magna stultitia, in opere miracu-  
lorum cogitare, quod quia acit ibi, debeat hic face-  
re, vtque S. Bernardus ait, haec est tua stultitia, pra-  
tendere quod Deus ibi fecit lazoni, debeat hic face-  
re tibi. ibid. hom. 44. num. 46.

V. *Fac & hic*. Iniqua petitio, vt hic in Nazareth  
faciat, quod in Capharnaum fecit. Hic enim ibant  
recta via & qui a videbant opera Dei hominem hunc  
tenerebantur. Illi e contra, quia videbant hominem  
inter illos educatum parui facti sunt, ridentque eius ef-  
fe Diuinum. Bene enim procedere est fidelium, qui  
aspiciunt opera diuina, vt magnificerent humana.  
Iudaei & gentiles processerunt contraria via, intuen-  
tes enim humana despexerunt diuina nec voluerunt  
ea credere. Vnde Dauid dixit eos arcum prauum, &  
Iacob pater eorum vocat eos *vasa iniquitatis bellantia*,  
vel instrumenta belli proditoria: cum enim ex diuino,  
quod in Christo videbant, humanum debere se  
venerari, ex humano quod videbant, despexerunt di-  
uinum. hom. 38. num. 8. vsque 13.

VI. *Fac & hic in patria tua*. Vsq; ad trigesimum  
aetatis suae annum erat Dominus inter suos compa-

trioras Nazareth, nec aestimabant eum donec am-  
rent eum miracula facere, ideo monstrant se illum  
magnificare petentes ab eo zelum & dirigentes pra-  
tensiones ad suas utilitates: Ita mundus assuevit:  
quo namque tempore te videt iacentem non curat  
te. Si te videat honoratum statim conueniunt, alii  
qui vt conflagrante, alij vt compatriota. hom. 34.  
num. 35. 37.

VII. *Fac & hic*. Illi praetendebant vt Christus mi-  
racula faceret, vt iis ciuitas eorum magnificeret, &  
lucrum faceret, & ita diuitias accumularet accurren-  
tibus multis ad illam, vt Simon Magus praetende-  
bat ab Apostolis gratiam dandi Spiritum Sanctum  
cui vellet. hom. 43. num. 6. Magna peruersitas pra-  
textu Dei & miraculorum eius praetendere utilitatem  
suam, & satisfacere cupiditatibus suis. hom. 7. num.  
38. vsque 40.

VIII. *Fac & hic*. Putabant sufficere ad Dominum  
obligandum, repraesentare illi quod erant eius compa-  
triotae & consanguinei; quod vt ait C. rylotomus,  
magnam sapit stultitiam: parum enim profuit diuiti  
Epuloni, quod esset consanguineus S. Ioannis Bap-  
tista, & patrem eius. hom. 16. num. 4.

IX. *Amen dico vobis non est propheta sine honore  
nisi in patria sua*. Intimat eis magnam culpam, eis  
communem: naturales non honorare Prophetas,  
quos eis Deus mittebat quos tamen debebant hono-  
rare, quia Dei Legati erant, sibi que hoc honore  
dicere. Tamen despiciebant eos, quia habebant eor-  
dem cum illis locum Natiuitatis communem. Deus  
valde per hoc offenditur: vultque Praelatos & Pra-  
dicatores honorari, habetque vt proprios eorum de-  
spectus, vt Dauid Ammonitarum erga Legatos suos,  
& confudit eos; qui despexerant Moysen & Aaron  
quia patriota. hom. 14. num. 31. vsque 34. Ideo de-  
pexit Deus, vt coram ministris suis alij starent sub  
eum excellens factum S. Leonij Episcopi. hom. 11. 14.  
num. 27. 28. Praelatorum est sedere, quod est symbo-  
lum auctoritatis, quam habent a Deo, & fidelium illo-  
rum coram illis, in signum obedientiae, & humilitatis,  
quibus obediunt & eos venerantur S. Ioannes Bap-  
tista dicendo quod stabat vt amicus Sponsi Ecclesiae,  
declarabat auctoritatem Christi esse Messiae, seque  
tantum esse discipulum, qui debeat audire, & obedi-  
re. ibid. num. 27. Illi Doctoresque Ecclesiae debeant  
sedere, quia habent in ea auctoritatem docendi in  
Istoria fidei, & declarandi veram intelligentiam Sa-  
cramentorum eius, non plebei, vt blasphemus Lutho-  
rus. ibid. num. 27.

X. *Multa videtis in israel in diebus illis*. Ex-  
emple Gentilium confundit & conuincit increduli-  
tatem illorum; ideoque relinquens eos sibi, illis te-  
net, radios euibrans in lumen magis eloquentiam, vt

fol in horologio Achaz. hom. 7. num. 15. 16. & hom. 9. num. 8. 9. Hæcque erit tua confusio; Te confundit per Gentiles in multis actibus sicut per Centurionem Doctores Capharnaum. hom. 2. num. 53.

XI. *Multi leprosi erant in Syria.* Tempore Elisei, & tantum curabat unum vementem ex Syria, quia veniebat bene dispositus, faciebatque ad amissum, quod ei iniungebatur. Multi leprosi sunt in Ecclesia, & pauci curantur ob defectum dispositionis, quod non obediunt Confessariis qui sunt vt Prophetæ Dei quos accedunt malo corde de remedio acturi animarum suarum. hom. 37. num. 36. 37.

XII. *Multa vidua.* Est miraculum, nosque confundit Dominus viduâ Sareptæ gentilis, cui non adest animus videre famis augmentum, & consequenter prolium debere curam gerere sed id ipsum fecit eam magis Eleemosynariam, quia vnam fidem habebat, nostram turbat demon, virgine etenim fame nullique obligationibus, agit de tollendâ, vel vt minus domus tuæ Eleemosyna minuenda, cum ideo crescere deberet. hom. 27. num. 50. vsque 57.

XIII. *In Sareptâ ad viduam.* In hac patet exemplum excellentis fidei, non enim habens necessaria pro se, & filio suo, totum erogabat in Eleemosynam. Tales vt ista insigniora edunt miracula cum crescant facultates eis. hom. 27. num. 59. 61.

XIV. *Missus est in Sareptâ.* Deus misit Eliam ad choiatare Sare, te in Sidoniam, Gentilium terram; vbi erat vidua; magna Dei famala: tales enim aliquando habet, vbi minus expectantur: extremam patientiam volebat ei pro idere. Securus est enim qui ferit Deo, non permittit eum fame mori, sed cum minus cogitat, mittit ei auxilium. ho. 27. n. 8. vsque 24. Ideo n. ait eò Prophetam Eliam non vt illa nutriet eum, sed e contra ipse illam. Ad hoc disponit vt Elias petat; hæc enim est consuetudo Dei, petere ab eo, cui vult dare, vt patet longissimis, & mysteriosis discursibus. hom. 25. num. 53. vsque 61.

XV. *Repleti sunt zelo & indignatione hæc audientes.* En a ancas, quia quod eos mouere debebat ad cognoscendam veritatem quam Christus eis dicebat, excitatio in eis demoniacam indignationem contra ipsum, vt patet, quod Isaias Prophetæ dicebat, quod malo omnia fiunt in malum. Si non faciat miracula conueniuntur de ipso, & contemnunt vt malum compatriam, si volens ea facere disp. nat eos, petens necessariam fidem indignanti r contra eum; Ita contingit malis hom. 32. n. 41. 42. Ideo Prophetæ Oieas habet eos vt def. eratos, & representat Deum vt suspensum & perplexum eorum inuita. hom. 8. num. 17.

XVI. *Duxerunt illum vsque ad supercilium montis.* Vide illorum malitiam, quæ demonis superauit, hic enim ferens Christum vsque ad pinnaculum templi,

non fuit ausus cogitare de eo præcipitando, illi autem audent. Vnde aliquando hominum malitia excedit demonum. hom. 8. n. 19. vsque 35.

XVII. *Duxerunt eum.* Iniciunt ei manus, gregatim ducunt eum ad supercilium montis, vt præcipitent eum Christus urgebat eos ratione, & clarâ veritate, quem volebant occidere, ostendentes se vrsos esse, & strutiones, quos dixit Prophetæ Isaias. ho. 34. num. 53. vsque 56.

XVIII. *Duxerunt eum.* Certum erat, quod contradicentem veritatem commouerentur, quia nil minus recipitur, nullusque permittit sibi eam in faciem dici, vel domum suam intrare. hom. 34. num. 41. 42. & hom. 36. num. 49. vsque 52.

XIX. *Repleti sunt indignatione.* Quia reprehendebat eos indignabantur ei: indignatio enim, & odium filij: sunt qui peccatori nascuntur cui dicis veritatem. De quo S. Hieronymus gratam scripsit discursum. hom. 12. num. 28. vsque 31.

XX. *Iesus autem transiens per medium illorum ibat.* Dominus dedit locum iræ illorum, quâ obcecabantur. Idem tibi faciendum dando locum iræ, vt dixit S. Paulus. hom. 36. num. 14. 15. Nec poterant Domino multum nocere, licet permitteret se deici, si vellet diuinâ suâ potentia vti: tamen periculo se subtrahit oclato; vt dicas pericula fugere, ad quod teneris, si potes, & non faciens, dicis Deum tentare. hom. 36. num. 16. vsque 29.

XXI. *Iesus autem transiens.* Punit eos pœnâ maximæ calamitatis ab eundis, & deferendo illes, nulla enim pot. st esse maior pœna animæ quam Deum eam deferere. hom. 13. n. 5. vsque 27.

XXII. *Iesus autem transiens.* Magna voluptate venerat Iesus Nazareth, hæc illi tibi, fecissetque magna miracula; abiit autem, non quia vult, sed quia volebant eum præcipitare. Deus enim non abiit ab homine, nisi homo eum primo abigar. hom. 13. num. 25. vsque 31.

TERTIO DIE MARTIS QVADRAGESIMÆ VLTRA HOMIL. XXII.

I. **S**i peccaueris in te frater tuus, corripo auer. Matth. 18. Maior Regis ea cura est recipere perditâ Regna, usque tyrannos eicere, qui ea conquisierant iniuste. Animæ sunt Regna Dei, in quibus regnat, operando in illis diuinos effectus ad eorum salutem vt profundâ sapientiâ declarabat Apostolus. ho. 41. n. 62. vsque 65. Non est vt Reges terra, qui regnant in suis Regnis, accipientes ab illis, quantum eis opus est ad debitam maiestatis functionem.

conservationem. *Ibid.* num. 59. vsque 62. Daemon occupavit aliqua imo multa ex illis Regnis proditorie, & tyannice. Vnde præcipua Dei cura erat ea recuperare. Ideo venit de Cælo, & accepit nomen Iesus id est Saluator. Vnde vult omnes, qui se servos illius esse gloriantur iurare ad illud stratagemata, & quemvis conari fratrem suum corripere hocque Regnum Deo lucrari, quod intimat: *Lucratus es fratrem tuum.* ho. 19. n. 30. vsque 33.

**I I.** *Si peccaveris in te.* Christo Domini nostro fuit proprium instituire Rempublicam tantum ut homines essent sancti vnde vult ad illam pertinentes procedant eâ intentione conati, ut omnes sint tales. hom. 34. n. 54. 35. Ideoque loquitur in particulari dicens; *Si peccaveris in te frater tuus, corripit.* hom. 31. nu. 72. vsque 75.

**I I I.** *Si peccaveris in te frater tuus corripit.* Hoc est vnum ex difficillimis præceptis totius Evangelii, quia nil est, quod plus exponat hominem periculo, quam alium corripere, dicendo ei veritatem; & amplius si hac virgas illum; veretur enim in visum, ut Herodes erga S. Ioannem & asperget te sordibus ut vix quas exprimis ho. 34. n. 53. vsque 56. & convertit tibi in Erycium spinosum. ut dixit Isaias, & declarat Iob Deus sub simbolo Leviathan *ibid.* num. 56. 57. & hom. 36. num. 49. 50. Quibus non obstantibus officium Prædicatoris est illud reddere facile, ponderando verba Domini, & monendo non posse abrogari consuetudine in contrarium, quia est lex divina, contra quam non potest esse præscriptio. ho. 3. num. 1. 3. 8.

**I V.** *Si peccaveris in frater tuus.* Primo, facile reddat tibi hoc præceptum, intelligere peccatum proximi esse contra te; quia peccato vnus provocatur ira Dei, puniturque multos, particulariter superiores, & parentes ob peccata filiorum, ut patet in Hieli. ho. 23. n. 6. vsque 9. & ho. 35. n. 22. vsque 25.

**V.** *Si peccaveris in te.* Secundo peccatum alteri s dicitur contrate, quia est contra Deum, qui tuus Pater est. Nec est quidquam facilius filio. patrem diligenti quam Zelare honorem eius, & conaris opponere omnibus eum offendentibus. ho. 28. n. 56. vsque 60. Quem honoris Dei Zelum debent habere præcipue Principes, Iudices, Magistratus, Præsides si velint conservare Regna sua, status & thronos. ho. 28. p. 8. vsque 14. & n. 58.

**V I.** *Frater tuus.* Tertio movet ad peccatorem corripendum, desiderando eius bonum, attendere fratrem tantum esse. Malus autem frater est, non procurans bonum fratris suis Eademque de causa non debes ei indignari, videns eum cecidisse, sed eum adire compassionis spiritu qui est oleum, quod Deus offerri volebat in oblatione similæ, non autem persequaris eum

vel reprehendas cum asperitate, ac si fores Deus, ut dixit. Iob. ho. 26. nu. 43. vsque 45. & cum singulari discursu ho. 18. n. 10. 4.

**V I I.** *Vade & corripit.* Tam cito ac potes habesque occasionem accurrere, ne tardes, si enim perseveret in peccato, radices figet & illaqueabit peccatorem, sic ut hæreat peccato suo confixos secundum Davidem hom. 13. num. 53. 54. Nodi plus innodantur, ut postea non possint dissolvi. *ibid.* num. 58. vsque 61. Quo quis diutius perseverat in peccato, eo magis non metetur Dei beneficia, minuitque libertatem arbitrii sui: *ibid.* n. 60. 61. Denique si non statim tollit peccatum trahet post se aliud, tuncque est difficilium cum negotium cum sit futuri plures adversarii ho. 40. n. 6. vsque 9.

**V I I I.** *Vade, corripit.* Eo ipso quo iubet tibi ire & hoc opus incipere, declarat te debere dispositum esse, ne alteri istum iussus repellaris ab eo. tamquam ab Echo, ipso te reprehendente de maioribus defectibus. ho. 23. num. 41. 42. Sic confundebat Christus Pharisæos reprehendentes adulteram arguens eos de gravioribus in facie sceleribus ut David dixit. hom. 26. n. 46. vsque 50. Peccatum est talentum plumbi os oblitiscens ho. 34. n. 15. 16.

**V I X.** *Inter te & ipsum solum.* Vult fieri maioris quæ potest pena correptio. Vique Chiturgus antequam aperit venam, ligat hircium & dulciter dilinit, ita vult in particulari ut sic corripias culpam, ut servas famam, ut eum reprehendens occulte, bene loquaris de illo publice: hunc ordinem conatur Satan invertere, & procurare, ut existens cum peccatore loquar s ei bene, & in eius absentia male; teuelans eius peccatum. ho. 19. num. 45. 46.

**X.** *Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum.* Dominus addit hæc verba ut te animet ad illud opus; dicens, se tanti æstimare lucrari animam; quam acquisitionem Regni. ho. 20. nu. 2. 3. Licet sit parvulus, eam tanti vel maioris facit aliquando, quam si foret Magni Principis. ho. 27. n. 22. 23.

**X I.** *Lucratus eris fratrem tuum.* Magnum erit lucrum si animam lucreris. vna etenim sola maioris fit à Deo, quam omnes cæli cum Sole, Luna, stellis, totaque terrâ cum mineralibus auri, argenti, fontibus, & Mari. ho. 30. n. 22. 23.

**X I I.** *Lucratus eris fratrem tuum.* Ne cogites esse quid parvum, cum lucro vnus animæ latices totum cælum, *Quia gaudium est* &c. Vnde implebitur, quod Deus Iob dixit, Ob id, quod fiet in terra erunt similes in celo festiuitates. h. 19. n. 12. 13. & h. 37. n. 16.

**X I I I.** *Amen dico vobis, quicumque solveritis super terram.* Magna est potestas, quam Deus dat ministris suis, ut quantum ipsi solverint in terra sit solutum in celo. ho. 14. n. 34. 35. ut compleatur quod Deus figurabat

scibat petens à Iob Nunquid vestri ordinem cali & pome rationem eius in terra hom. 18. n. 13. Sed pondera verbum Solueris Deum potestatem dedisse ad dissoluendum, non ad abscondendum, licet communiter dicitur idem significare & profundum video Mylteriam. ho. 13. n. 58. vsque 62.

XIV. Iterum dico vobis, si duo ex vobis, consenserint. En quam excellens promissio facta orationi quae fit in communi. Vnde S. Chrysostomus trahit eius excellentiam, tibi que procurandum vs Ecclesiae Ministri rogent pro te in communi. & ipse S. Paulus petiuit, & multum licet valeat oratio vnius Sancti, tamen multorum simul est singularis efficacia licet non sint tam sancti. ho. 24. n. 37. vsque 41.

XV. Si duo ex vobis consenserint. Ex his verbis trahat S. Cyprianus paruum effectum orationum communium; quia licet in illis multi interueniant vni corpore, non tamen voluntate & amore, habent enim diuersas prentiones, nec dicuntur consentire, & vnum cor habere. ho. 24. n. 47.

XVI. Domine quoties peccabis in me frater meus & dimi tam ei, vsque septies. S. Petrus videbatur sibi valde extendisse remissionem peccatorum faciendam vsque septies. Hominum corda sunt angusta, quibus non tantum videtur nullum septies condonare, sed etiam nec Deum pluries debere remittere; sicque aliquando videtur Deum reprehendere toties condonantem quoties peccator eum offendit, quantum est ex sua parte. ho. 18. n. 45. vsque 61.

XVII. Non dico tibi septies, sed vsque septuagies septies. En cor Dei latissimum ad tibi condonandum, toties, quoties enim offenderis etiam vsque ad septingenta millionum vices & sine termino. quod significat septuagies septies id est quoties peccabis. Vnde quantumvis multiplicentur tua peccata, ne desinas accurrere pro remedio: licet enim sint multa & sine termino, nunquam adaequabunt Misericordiam Dei vt prosequitur S. Chrysostomus ho. 18. n. 8. vsque 14 & h. 43. n. 67. & 70.

XVIII. Non dico tibi vsque septies. Vna rationum ob quas Dominus permittebat. S. Petrum cadere, paruo tempore pluries Christum negando, ad interrogacionem ancillarum, quod graue fuit peccatum ho. 43. n. 43. vsque 48. Quo valde Christum contristabat ibid. 49. ea fuit vt dilaret cor eius & blandum efficeret erga peccatores, ne fatigaretur in condonando illis, quantumvis multa fuissent peccata. Quod vtilibus probatur discursibus ho. 43. n. 5. vsque 13.

XIX. Non dico tibi vsque septies. Disceant confessari non facere difficultatem peccatoribus venientibus ad petendam remissionem peccatorum, sed eos benigne excipere, & leuiter tractare, Nec seram turbent. Ac-

tendant quid Christus fecerit. Samaritanæ. h. 25. n. 89. 90. Magdalenæ. ho. 38. n. 103. & seq. discantque quod S. Paulus docebat. Huiusmodi suscipite in spiritu lenitatis: intelligentes peccatores esse suos fratres & se Confessarios non esse impeccabiles. h. 22. n. 47. vsque 55.

QVARTO DIE MERCVRII QVADRAGESIMÆ VLTRA  
HOM. XXIII.

I. **A**ccesserunt ad eum de Hierosolymis, Quatuor discipuli sui transgrediuntur &c. Matth. 15. Veniunt Pharisei ad Christum ad conquerendum de discipulis eius, ex vna parte vtentes draconum auctoritatem, & ex altera leonum auctoritate. Christus eos vicit vt David dixit, & detegitur anigma colubini, quo repente super petram peccus illi teritur & dilaceratur apertum, petra vero nitida remanet, potestque dici illud Davidis: Absorpsi sunt iuncti petra ho. 26. num. 2. 3.

II. Accesserunt ad Iesum parentes ei laqueum, in quo cepit eos, probans eis, quod si Discipuli sui sunt reprehensibiles vt eis videbatur transgredientes eorum traditiones, plus conuincuntur esse ipsi transgrediendo mandata Dei. Gregatim venerunt murum deieciunt inclinatum, ceciditque super eos. ho. 26. n. 47. 48.

III. Quare discipuli eius. Diximus in Dominica, si fuerit vnus demoniacus in corpore, ipsos in animam esse tales & si ille daemon redderet eum mutum; hic faciebat eos loquaces ad notandos defectus & scholam Christi infamandam pretenduntque ei adimere auctoritatem, tam paruo nisi fundamento. Isti loquaces demones magnum inferunt damnum hom. 19. n. 45. vsque 48.

IV. Quare discipuli sui transgrediuntur. Isti habebunt demones in animam vt diximus Dominica, eoque malos, inuidiam excitantes: Vnde videmus in illis effectus duos isti vitijs proprios: comedunt enim sibi cor videntes Christi gloriam, & ita sunt inquieti, vt aggrediantur multorum iter milliarium. Ex altera autem parte habent verba in ore, quibus maxime possunt exauertorare, & auferre alterius gloriam: illis Christum notantes, dicunt eum habere discipulos male morigeratos, qui pro more habent saniorum transgredi traditiones. h. 7. n. 6. vsque 10.

V. Quare &c. Fecerunt Christo, quod ordinario Deo & hominibus, cum enim illi ipsi sint reprehensione digni praecipiant, faciuntque se reprehensores, vt possit eis dici, Latro tuque maior. ho. 21. n. 2. Deus autem est scientiarum Dominus, vt dicebat S. Anna.



INDEX CONCIONATORIVS

S. Anna. Vincuntur iisdem instrumentis, quibus ag-  
grediuntur, Deusque vitur iisdem cogitationibus eo-  
rum, ad frangendam eorum superbiam ho. 30. n. 39. &  
ho. 44. n. 2. Vnde videns istos Christum accedentes, con-  
sidera Christum dicentem *Ducam coecos per viam, quam  
nesciunt*. vt lanam conquirentes ipsi detondeantur. ho.  
37. n. 43. & ho. 39. n. 30.

VI. *Quare discipuli tui transgrediuntur &c non e-  
nim lauant manus.* Istorum oculi caeci sunt, cum vi-  
dentes tam paruos defectus in aliis suos non videant  
turpiores: Mendaces in iuramentis, cum enim peccata eo-  
rum essent magni ponderis faciunt ita leuia vt non vi-  
deant ea. In aliorum autem peccatis, tale pondus non  
habentibus, magno statueram strepitu ad ima depri-  
munt ho. 17. n. 5. & seqq.

VII. *Non lauant manus.* Magna stultitia scanda-  
lizari de paruis in Dei seruis, quæ cum particula-  
ri providentiâ Deus permittit in eorum bonum, vt  
eos in humilitate conferuet. hom. 15. num. 45. & ho.  
24. num. 27.

VIII. *Non lauant manus.* Non te perterreat co-  
nitrua non radios vel scintillas euibrantia arcentes. Il-  
li enim veniunt Hierosolymis vt tonantes nubes, hor-  
renda euibrantes tonitrua, quocumque transibant,  
contra Christum, eiusque discipulos, dicentes se  
proficisci ad defectus eorum componendos; sed ignem  
non spargebant vel scintillam ardentem, cum to-  
num euasceret in aëra ho. 34. n. 36. 37. 59.

IX. *Quare & vos transgredimini.* Certo, quod  
ipsis tollentibus festucam ab oculis alienis, si in suis  
habebant illi trabem, eis dicendum, vt primo eiciant  
trabem de oculo suo. Id expertus est Patriarcha Iu-  
das. ho. 22. n. 51. Eodem modo confudit eos Domi-  
nus, quando veniebant reprehendentes adulteram. ho.  
26. num. 51.

X. *Quare & vos?* Dominus magno vsus est arti-  
ficio, conuertens eorum oculos ad seipsos, & pro-  
prias eorum conscientias. Id enim non est ferendum,  
quod aliorum respicias defectus, non proprios, sic-  
que alterius peccatum reprehendas; ac si esses impe-  
cabilis. Vnde, quia sic amici lobum tractabant, ait:  
*Quare persequimini me sicut Deus* hom. 26. numer. 42.  
43. Deus puniuit Phacee filium Romelæ, quia si be-  
nè præceptum eius est executus in puniendo Regem  
Achaz, destruendo eius exercitum, & captiuos du-  
cendo pueros, mulieres & senes, ducentaque millia  
de populo, tamen non compatiebatur illi, vt suo fra-  
tri, sed in eadem punitione, aggravabat peccatum A-  
chaz, ac si ipse fuisset sine culpâ merente poenam.  
Ita declarabat ei Propheta Oh d. ibid. num. 42. si-  
cut Gentiles Dauidem attendebant vt peccatorem,  
quatenus eum contemnerent, considerarent illum vt

penitentem, & ænequam illum condemnent, se  
iplos inspiciant: etenim se inuenient multo nefandio-  
res. ibid. numer. 44. Talentum plumbi oppulabit ei  
os. hom. 34. num. 26. vsque 30. notabilis conceptus.

XI. *Quare & vos?* Vides hic id quod ait David,  
venerunt Iudices ad petram & absorpti sunt, & inuo-  
luti confusione. ho. 26. n. 4.

XII. *Quare & vos transgredimini?* Apostoli ta-  
cent vt sancti tolerantes multas ignominias & calum-  
nias sine ratione. ho. 38. num. 116. Sed potest secum  
dormire, qui sub alis Dei latet. Vt enim David dixit,  
habet eius curam. Hoc enim est, *Ego dormius, & so-  
poratus sum, quoniam Dominus suscepit me.* Sic aggre-  
ditur Dominus pro illis respondere, eosque defende-  
re, ostendens. *Qui tangit vos (in vno crine) tangit  
pupillam oculi mei.* & alas cordis, hom. 14. num. 31.  
vsque 34.

XIII. *Quare & vos.* Dixerat, *qui tangit, &c.* vnde  
de ac si sua esset iniuria prodit ad detentionem. ho. 34.  
num. 118.

XIV. *Quare & vos?* Deus videtur vt magna  
proprias capere iniurias factas suis pluraquam sibi; & a-  
liquando grauius punit iniurias factas suis quam sibi,  
magna dignum consideratione. hom. 22. num.  
19. 20. Dominus magna facilitate remisit seruo de-  
cem millia talentorum, quæ secundum computum de-  
bebat: quia proprium ipsi debitum. Crudeleitatem  
autem, quâ idem vsus est erga conferuum suum co-  
luit condonare, sed rigore castigauit, quia erat ob-  
fensa serui sui. ibid. num. 19. S. Paulus dicit, vt vt  
supportet mulierem infidelem, non adulteram, quam  
Christus repudiari iussit: plus enim punit adulterium,  
quia est peccatum contra maritum; quam infidelita-  
tem, quæ immediate diuinam offendit maiestatem,  
vnde facilius hoc condonauit, quam illud ibid. num.  
19. Taliter accepit iniuriam factam Abraham à Rege  
Abimelech. hom. 26. num. 20. & seqq. Quia est par-  
eui propinquum est opponere se filios suos laudentibus.  
Iustum erit recambium si tu, qui filium te æstimas  
Dei, offensas eius capias, vt proprias, & pro eo de-  
fensor respondeas. ho. 22. nu. 14. vsque 21. & ho. 21.  
num. 56. & 59.

XV. *Quare & vos?* Videbat eorum cor, vt in  
Dominicâ dictum, quodque eorum intentio non esset  
corripere, sed infamare. Quod ordinarium mundo;  
non indicare defectus eos habenti, sed alteri sic infamiam  
causando. Est discursus S. Hieron. hom. 22. nu.  
43. & seqq.

XVI. *Deus dixit, honorâ patrem tuum.* Inter  
præcepta proximum tangenti grauius est proles debere  
parentes honorare, succurrere illis non tantum  
veneratione verborum, sed etiam operum, debetque

benigne filij hunc respectum, vtque id sciretur, Deus permittit effectum male dictionis datæ filiis à parentibus ho. 9. n. 19. vsque 23.

XVII. *Honora patrem tuum.* Filij valde obligantur seruire parentibus cum horum omnis cura sit erga proles, ita vt illis sit in præiudicium illa inordinata sollicitudo ho. 15. nu. 19. 30.

XVIII. *Us dicitis, munus quod est ex me.* Habebant inter suas traditiones hanc doctrinam, melius esse opus filiorum offerentium sacrificium, quam succurrentium, necessitatibus parentum suorum: latrones sacrilegi quos Amos vocat vicini. homil. 7. n. 35. vsque 38. Qui altari tegebant impia furia sua & crudelitates in parentes, vt Sacerdotes Bel ibi. n. 38. 39.

XIX. *Bene dixit de vobis Isaias. Populus hic labijs me honorat, &c.* Vult dicere hyenas reprobas esse, boni oris & mali cordis. h. 8. n. 30. vsque 39.

XX. *Populus hic labijs, &c.* Christus ostendit se verum Deum, penetrans corda, proprium enim Dei epithetum *Seruantis renes & corda*, ho. 41. n. 12. Qui est ita acuti visus, vt secundum Ioh. penetraret profunda maris. ho. 26. n. 40. Est cetruulus qui cecidit vt vepes: caueris absconditas. ibi. d. n. 47. Penetrit visus, plus quam Ixus, nosciturque melius radices nostrorum actuum, quam herbarum Salomon ho. 15. nu. 30. Si autem Sol fuerit habitus pro Deo principia, hinc est conspectus ocelorum eius, id est, radiorum, nihil absconditum, vt voluit Menander, per hoc multo melius noscitur Christum esse Deum. ho. 33. n. 38. vsque 39.

XXI. *Cor autem eorum longè est à me.* Tantum dant mihi oris verba, non autem cor, sine quo, quidquid agant nullius æstimationis est in oculis meis. ho. 1. nu. 22 & seqq. Ordinaria propositio Spiritus sancti loquentis de Deo hæc est. *Posui oculos suos super corda illorum*, ho. 1. n. 20. In recognitionem quod homo fatetur Deum esse Dominum suum, Deus præcepit, vt sibi cor suum offerat & voluntatem. ho. 1. n. 19. 20. & ho. 25. n. 17.

XXII. *Cor autem &c.* Ita Deus de populo illo coliquebatur & magia adhibita diligentia, vt cor eorum sibi acquireret: videbat semper illud longè à se distitum, ideoque se repræsentat, vt suspensum cor considerans humanum. homilia 25. numero 24. vsque 27. hæcque rebellio fatigat eum. ibi. n. 28. vsque 31.

XXIII. *Sine causa colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum.* Frustra mihi sunt oris verba, si cor ardens flagret avaritia, ex qua in causa sunt cur magnum illud Dei de diligendo parentibus mandatum infestigatur. Sunt multi tales, habentes in ore verba, quæ possunt dici de Deo optima, cor autem

longè ab eo. Potestque dici quod taliter existens in casum sit bona verba. Sic contigit Ant. ocha ho. 35. n. 8. vsque 11. multisque accidit in hora mortis, Deum habentibus in ore tantum quorum cor longè est ab eo. ho. 13. n. 55. 56.

XXIV. *Sine causa colunt me.* Corde corrupto non est fidendum exterioribus oris ostentationibus, cum intra se seruet radicem mali, vt parum fidendum est bono pulsui, quem exterius ostendit quartana vel tertiana laborans cui statim cedit febris, quia malignum humorem seruabat interius. Vnde potes elicere regulam ad coniecturandum, an tuo iudicio habeat bona verba, cum Deo habens cor quale debes. h. 35. n. 6. & seqq.

XXV. *Audis, quod scandalizati sunt.* Confusi sunt, diuersas proferentes facies, quas dissoluit intuens corda eorum & illorum foras educens malitiam, implensque prophetiam Abacne. *Aspexit & dissoluit gentes & contriti sunt montes faculi*. ho. 35. n. 5.

XXVI. *Scandalizati sunt.* Eos adeo confudit vt non haberent quid rephicarent. Eodem modo confudit eos, accusantes adulteram. homilia 26. nu. 47. 48.

XXVII. *Quod intrat in os in ventrem vadit & quod exit de ore, procedit de corde.* Hic vides radicem boni vel mali moralis esse cor, quale hoc est, sunt & tales cogitationes & curæ cuiusvis. De illo exeat actus humani, hinc erunt, secundum quod cor fuerit, omnesque cogitationes. h. 40. n. 4 & seqq.

XXVIII. *De corde exiunt, &c.* Ne æstimes inordinatos motus, quos sentis in te peccata esse, si non exeat de corde tuo. Erunt enim tales in quantum procedunt ex corde suntque voluntati. ho. 4. n. 8. vsque 11.

QVARTO DIE IOVIS QVADRAGESIMÆ VLTRA. HOMIL. XXIV.

**S**urgens Iesus de Synagoga introiit in domum Simonis. Luca 4. Christus per os Sapientis dixit decursum suum esse veniendo de caelo, seque mundo renelando instar rivuli. *Ego quasi aquaductus exiit de paradiso.* Proceditque vt flumen Nilus, cui si ex vna parte ponatur impedimentum fluxui donorum, & gratiarum, diuertit deriuans se per campos, introitum illi concedentes. ho. 25. nu. 16. vsque 19.

**II.** *Introiit in domum Simonis.* Dominus non dedignabatur intrare tam pauperem domum, vt erat Simonis Petri, imo libenter eam intravit, quia non est indignus eo alius locus quam peccati. homilia 24. num.

n. 30. 31. Unde cauet intrare domos, & palatia multorum nobilium, qui totam domum colentes pulchram & nitidam, animam tantum habent male dispositam. h. 23. n. 23. 24.

III. *Introitus*, &c. Petrus in naui, quâ Christus vehebatur, iudicabat se ipso indignum & quem in illâ secum haberet, unde rogabat vt exiret ab eâ. *Eui à me Domine*. Iam autem ducit eum in domum suam, & introduxit in illam. Bene autem egit in vtraque occasione; in vnâ recognoscens suam indignitatem, in alia suam necessitatem. homilia 2. numer. 45.

IV. *Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus* Petri domus erat amicorum, eratque focus eius mulier sancta. Loque intant infirmitates, nam & illa febres patitur vehementes. Non enim ex auersione Deus dat afflictiones & morbos, De quo recte S. Gregorius dicit quod amat & cruciat. h. 9. n. 46.

V. *Tenebatur magnis febribus*. Certum erat, cum domus Petri maiorum esset amicorum, ibi futuras febres & morbos grauiore, vt enim afflictiones & infirmitates sunt dona Dei pro amicis, pro maioribus sunt maiores afflictiones, & c. h. 32. n. 21 vsque 31.

VI. *Introitus in domum Simonis* Ante intrauerat laeans sub infirmitate, vt daret occasionem n erendi, iam intrat manifestius ad dandam sanitatem & ostendendum quanti faciat amicos suos. homil. 36. numer. 53. Videbatur morbus ad malum esse, sed tantum erat ad bonum, vt Dominus ostenderet, quam synecere succurrat suis in afflictionibus constitutis. homil. 32. nu. 41. & seqq.

VII. *Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus* Nota verbum *Tenebatur*. Sæpè enim Deus detinet aliquem in lecto, ad eius salutem, vt antifaber aurum in igne ad purificandum. Etiam detinet suos ne in superbiam erigantur suam videntes infirmitatem, & quod patiuntur. ho. 4. n. 6 & 23.

VIII. *Tenebatur magnis febribus* Socrus S. Petri mulier erat sancta tamen sebris patiebatur molestas, licet enim esset sancta non erat sine peccatis venialibus. Peccatum autem tantum est malum, vt vnum veniale sufficiat, quo Deus graues morbos immittat. Disensus magnæ considerationis. homil. 10. num. 28. vsque 31.

IX. *Tenebatur &c.* Ne cogites tantas immisisse febres isti mulieri, quia male volebat ei vel præcise ad eam torquendam, sed ad magna bona inde elicienda multaque ad suam gloriam, ostendendo suam potentiam, & ad honorem Apostoli S. Petri, aliorumque & vt pateat quanti Deus faciat Sanctos suos, & orationes eorum. ho. 24. n. 38. vsque 40. declarabat hoc Propheta Elias verbis profundissimis, quæ ponderauit S. Augustinus. ibidem 32. 41. vsque 45.

X. *Tenebatur magnis febribus*. Has dedit Dominus huic vetulae ad suam gloriam vt virtus eius innotesceret, sic vt tota ciuitas Capharnaum eo confuere: videret enim Deus bonis amicorum suorum ad gloriam suam secundum legem bonæ amicitiae vt etiam Iobi. bid. n. 45. vsque 48.

XI. *Socrus autem Simonis*. Magnus erat fauor à Domino exhibitus huic bonæ viduae, dum pergit ipse in persona eam visitaturus, ostendens quam magnificat veras viduas, honoretque particularibus beneficiis. ho. 31. n. 57. vsque 60.

XII. *Rogauerunt illum pro ea*, vt febrem ei auferret, quia sciebant eam nec de se venisse, sed missam particulari decerio diuinæ sapientiæ nec abituram nisi hac imperante. h. 2. n. 47. vsque 50. & h. 9. n. 24.

XIII. *Imperauit febri* Ostendit se vnum Deum, opera faciendo sua solo in perio. h. 31. n. 72. 73.

XIV. *Imperauit febri* Hoc est diuinæ potentiae impetare non habentis sensum, nec intellectum, vt febri. Deo enim habent auditum creaturæ etiam insensibiles. ho. 32. n. 74.

XV. *Continuo surgens ministrabat eis*. Sanitas bene impensa, seruienti ei, qui eam dederat; non vt tu, datam enim tibi ex misericordiâ eius impendis officia, cuiusque ex eius donis arma ad eum expugnandum. ho. 34. numer. 16 vsque 19. Hæc est enim malorum conditio, donis Dei cum offendere, quibus debebant ei seruire. h. 8. n. 15.

XVI. *Continuo surgens ministrabat eis*. Dominus sciens Scribarum & Pharisæorum animi calumniandi eius miracula proferebat argumentum instigabile in illis, sicque disponebat vt breui probaret salutem imperans paralitico sanato, vt tolle ret lecti sui. h. 10. u. 43. Filia Principis resuscitata videret, Lazaro vt in conspectu omnium deambularet. h. 32. n. 75. vsque 80.

XVII. *Surgens ministrabat illi*. Hoc prohibet sanitatem suam esse si mam & veram; faciens enim contrariis, quæ faciebat ægrota, tunc enim iacebat nequies manum vel pedem mouere, misisset seruire, nam seruitio egebat alieno. Iam totum est contrarium. Inde nosces an post confessionem sis curantis, si adeo sis bonis occupatus operibus, vt videaris non esse, qui eras. Vera enim penitentia est hominis motio, & mors præteritæ vitæ contrariæque initium. h. 15. n. 44. & h. 38. n. 110. 111.

XVIII. *Omnes qui habebant infirmos ducunt eos ad Iesum & singulis manus imponens curabat eos*. Diuinus medicus qui particulariter imponit, cuius manus, omnes enim infirmi non sunt eodem modo curandi, eademque medicina: aliqui enim egent manu grauiori; quam alij homilia 2. numero 23.

**XIX. Singulis manus imponere.** Ponebatur manus super caput animalis sacrificandi pro peccatis, quasi in signum peccatori esse subsistendum, nec ulterius pergendum. Idque faciendum ad veram curationem, manus ponenda in signum quod peccatum cessabit & occasionebus se offerentibus renuntiabit, quæ sunt quasi ferentes Ezechielem, singulare nota mysterium, Confessarius imponat manum faciens præmonitionem Principis Iehu. hom. 31. n. 69. 70.

**XX. Exibant demonia clamantia: Tu es filius Dei, & increpans non sinebat ea loqui.** Mirum, quod dæmone idem cum S. Petro confitente, & idem dicente Dominus laudet S. Petrum, promittatque illi supremam in Regno Ecclesiæ lux dignitatem: dæmonem autem reprehendat. Sed intuebatur corda. Totum autem quod dæmon dicebat, ad malum tendebat; dicitur aliquando decem vera, ut unum mendacium perfradear. Unde similitur debemus eum habere ut inimicum: totum enim quod agit, dicit, præterdicitque est ad nos decipiendum. De illo enim ait Prophetæ David, *soles tota die meditantur* ho. 5. n. 25.

**XXI. Increpans non sinebat ea loqui.** Duobus personarum generibus prohibebat Dominus prædicare veritatem divinæ personæ suæ, dæmonibus & mulieribus, ob singulares rationes. hom. 25. num. 7. Licet autem aliquando voluerit uti mulieribus, ut Samaritanâ, quam fecit Archiapostolam & aliis ad ostendendam potentiam suam, eisque honorandas, quia efficebat illas sanctas & soles in Ecclesiâ suâ, ut ostenderet patientiam suam plus posse, quam dæmonis malitiam. hom. 25. n. 10 vsque 16. Tamen nunquam voluit, uti dæmonibus, quia sunt obstinati in malo, nec possunt desistere à volendo nostram damnationem. hom. 19. num. 5. Ideoque Apostolus S. Paulus similiter non permisit dæmonem laudum suarum tibicinem. hom. 23. num. 45.

**XXII. Increpans &c.** Mirandum, dæmones obedientiæ præcepto eius tacendi, non aliquos cæcos quos illuminabat, quod S. Gregorius ponderat. ho. 1. nu. 28. Deus relinquit homines liberiores ad faciendum, quod volunt quam dæmones. ho. 18. n. 20. 21. Minusque obediunt homines Deo, quam dæmon. ho. 3. n. 23. vsque 27. Tamen illo casu non fuerunt homines illi reprehensibiles, quia si Christus faciebat, quod erat in se iubens eis tacere, docens quid nobis faciendum in operum exercitio bonorum, illi fecerunt, quod erat in se, ostendentes se gratos. Deus enim vult nos adesse eum tali gratitudine, secundum hoc Davidis. *E quam te, & honorificentibus me.* ho. 1. n. 28.

**XXIII. Volebant eum desinere.** Mirabilia eius facta, prodigiaque adeo nota erant civitati Capharnam, ut prostrati ad eius pedes rogarent ut maneret in ea; qui enim transiens tam magna contulerat eis beneficia,

plura infinites facturum sperabant, si maneret. O si considerares bona, quæ Deus operatur etiam transiendo, quam sincere conareris ipsum retinere. Est lux divina, & si adeo illuminat transiens, quid faciet diu remansens. ho. 30. n. 13. 14. 19.

**XXIV. Volebant eum desinere.** Hic tuam videbis insipientiam, ubi enim Dominus transibat, volebant eum retinere ob bonum, quod illis faciebat: Deo autem volente apud te manere, abigis eum à te per peccatum mortale. ho. 13. n. 25. vsque 31.

**XXV. Volebant eum desinere.** Intuebantur propriam vilitatem, ideoque volebant apud se Christum retinere. Christus & dæmon sunt contrarij causantque effectus contrarios, dæmon mortis, Christus vitæ, dæmon inferni, Christus cæli. Tanta tamen est hominis dementia, ut Christum abigat, qui confert omnia bona cælestia; detque introitum dæmoni, qui secum totum confert infernum. ho. 19. n. 13. vsque 26. Si autem petas quomodo des introitum dæmoni; respondeo quod peccato, in quo intrat eques, ut dixit S. Ioannes. ibid. n. 15. vsque 23.

**XXVI. Quibus dixit, quia alii civitatibus, &c. Quia ideo missus sum.** Christus erat Sol mundi, qui non erat lucem suam conclusurus, vel collecturus in unâ tantum civitate. h. 33. n. 5. vsque 14. Unde exiens de Capharnaum perrexit in patriam suam Nazareth, ubi tam malam invenit dispositionem, vrin eâ nullum fecerit miraculum. Unde procedebat illa querela, aliaque de quibus. hom. 21.

QVARTO DIE VENRIS QVADRAGESIMÆ VLTRA  
HOMIL. XXV.

**I. Venit Iesus in civitatem Samaria, qua dicitur Sichar.** Ioan. 4. Evangelista S. Ioannes refert, quod cum Christus corpisset se manifestare talibus mirabilibus, quibus Nicodemus se conuictum faciebat: atque pergens in illis regionibus Iordanis illuminandis, ubi ob S. Ioannem Baptistam concurrerat innumerebilis multitudo: Principes, Scribæ & Pharisæi ceperunt alterari, & murmurare contra eum, rabidâ moti invidia; ob quam Dominus eos relinquens, abiit in Samariam, Gentilium idololatrarum Prouinciam, ubi eum receperunt, & in civitatem suam Sichar introduxerunt omnibus in eum credentibus & Messiam esse consententibus. Unde adverte primo, quod deserens Iudæos, his dedit occasionem quâ eum persequerentur ex invidia, qui non meliores, sed peiores fiebant ipsâ eadem medicinâ. Deus non abiit, nisi quia eum abigunt quasi baculis, duriora sunt enim ei peccata.

hom. 13. num. 29. vsque 31. Secundo continetur eorum rebellio effectus, quem causat in Gentilibus idololatrias, quod idem fuit ad duritiam Ierobeam convincere molliendo petram, & taciturnitatem Balaam visum asinae. hom. 16. num. 10.

II. *Venit Iesus in civitatem Samariae.* S. August. ait, vide hic magnum Eliam cui a populo suo reprobo ministrant cornu. hom. 9. num. 3.

III. *Venit Christus.* Retrocedit ut Sol in horologio Ezechiae Regis cum enim venisset pro Iudaismo, & per hunc discurrisset, ut dixit Chanaan, retrocedit ad multas lineas, & notat in ultima mulierem idololatricam, sordidam, inhonestam, quaerentem aquam, siquae Sol divinus in ea resideret, ut faciat eam quasi lunam plenam ad gentem illam illuminandam; nocte infidelitatis obfcuram. hom. 3. num. 2. 7.

IV. *Venit in civitatem Samariae.* Hic divinus Sol illos deserit, & alios illuminat, transiens colles, ut ait Sponsus. ho. 10. n. 31. 32. Erat caelestis Sol perficiens cursum suum, aliquos transiens, & apud alios residens, hos illuminans, & alios in tenebris relinquens. Differt ab hoc materiali Sole, & intelligitur de ipso, quod David ait: *Sol cognovit occulum suum.* Materiam enim Sol non habet in se, nec voluntatem quo disponat ortum suum & decursum, ut Christus habet. hom. 30. n. 9. & seqq.

V. *Venit Christus.* S. Hieronymus dicit, quod Samaria sit idem quod *Adamas.* S. Iohannes dixerat Christum esse Solem illuminantem omnes mundi homines. Quod Origenes declarabat dicens. Ita esse sed quod aliquos illum inabat ut lateres, alios ut adamantes. Illuminabat in Iudaea Principes ut lateres, iam tendit versus Samariam ad illuminandam mulierem, ut adamantem efficiens eam ut Solem, ad alios illuminandos. hom. 2. num. 2.

VI. *Oportebat transire per Samariam.* Evangelista notat singulariter causam transitus Domini per Samariam, quia erat in via eunti ex Iudaea in Galileam. Primo ad vitandum scandalum, quod aliquibus poterat obvenire, quia Dominus ad terram pergebat Gentilium quod ipse prohibuerat Apostolis dicens: *In terram gentium ne abieritis.* Secundo ad rebellionem Iudaeorum convincendam, quod gentiles eum recipere & honorarent transeuntem paulatim illuminati per miracula eius, Iudaei autem cum haberent eum commorantem in seculum exacerati sint quo impleta est propheta Abacuc *Operus coelos gloria eius.* hom. 7. numero 2.

VII. *Oportebat eum transire per Samariam.* Erat inter Iudaeos prohibitum tractare cum Gentilibus ita Deo disponente, ne ab his perverterentur. Facilius enim est malo pervertere bonum, quam bono convertere malum. Christus autem non erat huic pe-

riculo subiectus, ideoque, & quia Dominus legis habere poterat eo proficisci. Erat enim certum, quod non tantum non perverteretur, sed alios ipse converteret. hom. 31. numer. 87. & hom. 38. num. 102. Tamen voluit S. Iohannes auferre occasionem scandaloli atque quod necessario illuc transire deberet, ut discas quod licet opus tuum sit bonum, si ex eo possit aliquid scandalum sequi te obligari ad illud relinquendum. hom. 14. num. 2.

VIII. *Iesus autem fatigatus ex itinere.* S. Iohannes ut damnus Angelus ascendit, & descendit per supremam scalam Christum iam nobis offendens esse Deum per divina eius opera, modo esse verum hominem per poenas, & humanam infirmitatem. hom. 36. num. 2. 3. Ideo enim assumpsit lassitudines, & poenas, ut ostenderet veritatem naturae suae humanae, etiam ad gloriam suam, & nostrum honorem. ibid. num. 5. vsque 8. Unde poenas, famem, sitim & alias afflictiones, adeo desiccavit, & divinas reddidit: ut sancti iam habeant lassitudinem pro quiete, famem pro sativitate, imo mortem pro vita. ibidem num. 9. vsque 12.

IX. *Fatigatus ex itinere.* Vide illum hic verum Patrem nostrum. Nullus enim patet ita filios suos diligere ut tanta sollicitudine & anxietate lucretur eis bona, & dicitur: cum autem acquisierit ea, per labores, lassitudines, poenas, & sollicitudines, hoc assumpsit ita sine mensura ut illis delectaretur & inhaerere. hom. 42. num. 50. vsque 57.

X. *Fatigatus ex itinere.* Assumebat nostras anxietates, curas, & lassitudines, ut ab his nos liberaret, ut eo etiam admisset metum mortis, eiusque poenas. hom. 42. num. 9. vsque 96.

XI. *Fatigatus Christus.* Ut venerat ad nos redimendos per labores & poenas, licet haberet in se eandem gloriam, quam hodie habet sanctissima eius anima retinebat tamen eam in superiore parte, ut inferiori carnis, & corporis vivaciter pateretur sentiendo lassitudines, & operans manus miraculum, quam illud Iordanis. hom. 42. num. 50. 51. Tali modo tractabat se permitens fatigari, patique suum corpus sanctissimum, cui aliquando tam arde clangebatur omnes consolationum portas ut non posset descendere ex superiore parte, faciens quod dixit Iob, *Stellus claudis, quasi sub signaculo.* Sic ut esset necessarium ei desoris venire confortationem. Profunda Theologiae Mysterium. hom. 42. num. 96. vsque 101.

XII. *Fatigatus Christus.* Erat divinus camelus, qui se onerabat omnibus nostris peccatis, eorumque numerus sufficit quo gigantes premanur. fortissimus. hom. 26. num. 45. & hom. 42. num. 103. vsque 107. Ponderum tam immentum, ut secundum S. Hilarium, cum Christus

Domini imponeretur terræ, totam tremore concussit. hom. 42. num. 14.

XIII. *Fatigatus &c.* Festinanter incedit: festinat enim ad beneficium peccatoris. hom. 18. num. 51. Et quæ illi proprium primus expectare in loco. Unde et eum secutus Iudas inveniret ad capiendum, festinat ad hortum, ut ibi ante illum esset. hom. 42. nu. 35. Tandem certum est si Deus non curat, primusque et in nostræ saluationis negotio effectum non pronuntium alicuius meriti. hom. 18. num. 52.

XIV. *Fatigatus &c.* Fierine potest Cæli Domine, te ad lucrandum rem ita vilem ut mulier est avariæ, infidelis, inhonesta, fordidæ, actualiter habitans in domo proci perfricere tantum iter, adeoque festinanter, ut omnino lassus sederes super os putei, sic, ut omnis cura tua videretur eo tendere? Hic videbis quanti faciat Deus unam animam cum peccatâ ita fatigatur. Filius Major conque rebatur de Patre suo, quia frater suum (qui consumpserat omnem substantiam vivendo luxuriosè) recipiebat speris brachiis, & festum in domo sua celebrabat. Videbatur enim ei patre suo indignum, recipere illum, licet filius suus esset. Quid faceret, si videret bonam patrem suum pro cæcitate, errantem tam festinanter in ardore Solis, ut toto corpore sudaret totisque lassus iaceret super os putei? Quanto verius conquiretur, dicereque de illo, quod faceret operata personæ sic vâde indecentia. Quanto plus si quaeretur mulierem extraneam, perditam, prophanam, vilem. Id facit Christus, hic bene cadit admiratio Sanctorum. hom. 18. num. 4. vsque 8.

XV. *Sedebat sic supra fontem.* S. Evangelista quale Sic est hoc? Videtur nobis eum representare et olivæ Propheeta, qui nostro loquendi modo, proponit nobis Deum ut fontem, & rogatus unde, respondit, ex multo nimis inire quæretis unam guttur, no sapidam nec inuenerat, sed tantum immaturas, quibus os & dentes obstupescant. Ideoque conque rebatur, dicens. *Ve mihi, quia factus sum font qui colligit in Autumno rac. mos, non est botrus ad considerandum.* Vide, ut quæ quod compatiens æternus Pater, misit ei de terrâ promissionis unam, id est Gentilitatem, magis mirandam, quam allatam ab exploratoribus ex terrâ promissionis, quod Christus de clarare voluit quando Apollolis cibum ei ferentibus dixit, Patrem suum sibi iam providisse de via palato suo gratissima. hom. 9. numer. 49. & hom. 17. num. 47.

XVI. *Sedebat sic supra fontem.* Dominus eo venit lassus, voluitque cum æternus Pater recreare, preparatis ei convitiis eius appetitum pergratum scilicet animam: quo satiabantur, quando accubuit in domo Paritaxi, ubi non satis iaciebant ei cibi ap-  
D 31

siti sed misse ei à Patre Mulier peccatrix. Hoc erit convitiis animæ eius quod ei poteris facere iucundissimum ad allepiandam lassitudinem, qua Evangelista eum deseguit idque expectat a te. hom. 38. numero 17. vsque 21.

XVII. *Sedebat &c.* Videatur Propheta Isaias eum intueri & considerare dispositionem eius dignam aspectu dicens, *Expectat vos Dominus Deus vester, ut misereatur vestri.* Etiam conuincit impudentem nostram malitiam qui abutentes Misericordiâ eius, quæ nos expectat, eo ipso illum diutius in illa detinemus. hom. 37. num. 17. vsque 21.

XVIII. *Sedebat sic.* Sicut ille ita mirabilis est, ut ei diuina conueniant disticha aptè quidem ad declarandum, quid Dominus faceret lassus, sedens meditandus. *Retrahit cogitans, ne pereat, qui abiectus est.* Dignum mirabilia includens mysteria. homil. 37. numero 22. 23.

XIX. *Sedebat sic.* Dominus sermo vâde arripit ea quæ nostræ sunt salutis quando nos ea quæ Deo concernunt honorem persunctorè obimus, & nostræ salutis propriæ sumus incurij. homil. 37. numero 15. 16.

XX. *Veni ergo mulier de Samaria.* Pondera illud ergo, est enim conclusionis nota quasi quis dicat, Si aues ferre conclusionem ad quam ordiantur omnia principia ista, exiit Christi ex Iudæâ, festinat profectio ad multè miliaria in magno calore feruentis regionis illius, & sangationis tantæ; ut caderet super marginem putei: illorum omnium conclusio fuit, eo venturam mulierem Samaritanam. Vide igitur conclusionem tam mirabilem præmissarum. *Veni ergo mulier de Samaria haurire aquam.* Si foret Regina Saba, quæ magnifico comitatu adiret Salomonem. Si iussit Rebeca, quam expectans Isaac exiit obvium ei in campo, sed mulier Samaritana, vilis, tam pauper, ut non habeat puellam, quæ deferat ei hycram aquæ. Unde patet Deum non estimare animam, quia Regis est, vel alicuius Principissæ Magnæ, nec ob exterioribus quo fulget sed ob nobilitatem quam ei dedit in se & infinitam capacitatem, & hanc æque habet pastoris, & rustici anima ac maioris Monarchæ totius Mundi. Unde nullus putet qualitates, quæ faciunt in Mundo excellentes, esse alicuius momenti apud Deum. hom. 21. num. 22. 23.

XXI. *Veni mulier de Samaria.* Hic videbis, quid expectat, Mulierem de Samaria. Si autem, ut dictum, Samaria, si idem, quod Adamas, ideo expectabat mulierem adeo induratum, ut nec guttam aquæ daret petenti, tamen expectat eam, quia est Adamas, qui claros recipiat radios ab eo, qui sol est diuitius, quo adeo resplenderet ut posset S. Paulo  
pr. ar.

prior dicere. *Deus qui dixit de tenebris lumen splendescere, ipsi illuxit in cordibus nostris ad illuminationem* *Eccl. h. 44. n. 25.* O quanti faciebat Deus illam mulierem, per quam erat acquisiturus tot regna, quot erant inhabitantes illam civitatem Sichar: Regna enim Dei sunt animarum. h. 20. n. 2. 3.

XXII. *Venit mulier &c.* Huius adventum desiderabat Dominus vivo affectu, ob id quod operaturus erat per illam; David desiderabat valde acquirere turrinam Sion, occupatam à Philistinis cæcis, claudis &c. sciebat enim quod illa conquesta facile occuparet, fieretque Dominus civitatis Hierusalem. Verus David aggredditur istam turrinam, plenam omni genere peccatorum ut per eam redigeret in suam potestatem, totam civitatem, unde tanti facit eam, ut lassus expectet. hom. 22. n. 55.

XXIII. *Venit Mulier haurire aquam.* Fierine potest, quod post tot annos malæ vitæ fuerit tam pauper, ut non haberet inueniendam vel puellam quæ sterneret ei aquam? è contra plus dico, fuisse meritum, quod ipsa inhonestam vitam sequente, manserit ei clavis in pariete: quia illud vitium consumit totum, eique adherentes degenerant in porcos. hom. 18. num. 28. vsque 37.

XXIV. *Venit haurire aquam.* Felix aquæ defectus cum fuerit initium tanti boni, extraxit enim eam de domo sua, coegitque eo ire, ubi Christus erat. Id operatur defectus aquarum terræ, scilicet sanitatis, honorum, lassitudinis, quia enim hæc defunt, homines ad Christum accurrunt etque experitis; vix enim cogitas eum adire, nisi quando similem pateris defectum aquarum. hom. 9. num. 10. vsque 14. ille disponet te ut Deus tecum agat, quantum enim Deus omni tempore sit paratus ut agat cum eo, tu tamen semper non es paratus, ut agat tecum, ideoque facit aqua defesse, teque corripit sitis, vel morbus; quo te venetur, sicut Onagram. hom. 9. num. 12. 13. & hom. 36. num. 10. 41.

XXV. *Venit haurire aquam.* Fierine potest, quod fornicator in domo exsilius, videns eam exire ad aquam tempore ita calido hoc permisit non providens de aliquo, qui ferret ei amphoram aquæ? Quoties putas ei promississe, quod eam delicate nutrirer, de omnibus providerer, & tandem nec de situla aquæ providet ei, sed debet eam ipsa querere. hæc est infelicitas mulierum, quod viri eis milia promittant, quas libatim deferunt, omni eas labore prægravantes ut Adami Eam. h. 2. n. 33.

XXVI. *Mulier da mihi bibere.* En petitio qualis rei ita facilis ut mulieri non possit esse facilior quæ naturaliter est compatiens: quam prope fontem existens, petenti parum aquæ, non daret, hoc est Dei conditio, de quo S. Iohannes dixit, quod ea quæ

petit sint suavia. *Mandata eius gratia non sunt* Quæ autem dæmon petit gratia sunt & laboriosa. ho. 3. n. 10. & seqq.

XXVII. *Mulier &c.* Hic vides suavitatem Dei qui à te peccatore petit rem ita facilem, ut est aqua de puteo. Quid potest esse facilis, quam quæ à te in inferno existente ob tua seclata petat ut extrahas de puteo cordis tui aquam ita facilem ad hauriendam, ut verba tuæ sunt confessionis, quæ petebat Propheta, dicens: *Tollite vobiscum verba:* ho. 19. n. 60. vsque 64.

XXVIII. *Mulier da mihi bibere* Nescio quid habeant aquæ, de quibus bene dixit Terullianus. *Numquam lesus sine aquis.* His inceptum miraculum committens eas in vinum. His finit; quia cum iam exspirasset affluerunt de eius l. tere hæc mysteriosa. Quo monstratur, rem illi pretiosissimam esse lacrymas de puteo cordis extractas ob peccata. Sunt enim potentes ad conterenda capita omnia Draconis Infernalis, & ad animam mandandam melius quam torrentis Cifon h. 38. n. 77. vsque 81. Tantum quia aquæ sunt figura lacrymarum tanti sunt apud Deum, ut eas videns placari videatur. Profundum mysterium. h. 38. n. 74.

XXIX. *Mulier &c.* Vnum ex ijs, quæ Deus fert argerrime, est, quod pro eo tantum defunt aquæ putei cordis, cum lacrymarum tam abundanter requæcantur quo pluribus in mundo satisfiat: ad succurrendum rebus multis mundi, sic ut ob puellia terra sunt abundantes, defunt autem lacrymæ pro multis peccatis, quas Deus petit ut ingrediatur animam nostram. Propheta Amos rectè nos docet cui & ubi debeamus illis succurrere ho. 38. nu. 82. Pessimis quæ multas dicere sultis, ob earum lacrymas, ut quandam vocabat Efdras. ibid. nu. 85. vsque 88. Multis enim possumus dicere, quod Dominus videt *Dei l. fere* h. 31. n. 60.

XXX. *Quomodo tu Iudæus sum sis* En quam hæc sit serupulosa, sollicitaque pro alterius animâ in te tam struola, & nauci facit duxisse totam vitam in luxuriis, quodque actualiter haberet concubinarium in domo. Quodque notandum est, serupulus eius non erat ex parte sua sed vero illius: Gentiles enim poterant loqui Iudæis Iudæi non poterant tractare cum Gentilibus. Sic ut alium reprehendat, quia petit aquam, non se ipsam, quia concubinaria. Valde ordinatum est videre minimos defectus in aliis, & condemnare quod nihil est magnos autem in se non videre, nec agere de sua emendatione homil. 23. numer. 15. vsque 18. Vt Absalon. ibid. numer. 12. Attende Domina decere quidem te serupulosam esse non autem stultam, ut hæc mulier h. 22. n. 20.

XXXI. *Opulter si scires donum Dei, & quis est, qui dicit tibi, da mihi biberetis forsitan petisses ab eo.* Idem possum tibi, O Dives, dicere quando te pauperculus adit, petens à te si scires fauorem, quo Deus te dignatur, & videres quis sit qui à te petit, quod primo tibi intelligendum; non enim est præcipue pauper, qui à te petit, sed Deus, qui se posuit in eo, vt à te petat. ho. 16. n. 13. vsque 16. Sicque debes pauperem oculis fidei aspicere ho. 30. nu. 24. Hincque intellige ad bonum tuum esse, quod in paupere Deus petat à te, cum possit ei multis modis providere. Nam qui dat Eleemosynam pauperi, benefacit sibi, & animæ suæ. *Benefacit anima sua vir Misericors.* hom. 1. n. 38. Sic intellexerunt Sancti maxime illuminati. ho. 27. n. 67. 68. Ideo etiam Apostoli fuerunt in eo ad hoc solliciti, ibid. n. 68. vsque 71. Sic iudicabat vidua. Sareptana. ho. 21. num. 55. 5. Inde sibi honori vertebant quando Deus mittebat eis pauperes, imo quærebant eos vt Abraham. ho. 26. & singulariter de Christianis Macedoniæ dixit S. Paulus h. t. n. 19. 40.

XXXII. *Tu forsitan petisses ab eo, & desisset tibi.* Deus non petit Eleemosynam in paupere ad minuendum bona tua, sed augendum ea, tibi que diuini. S. Chrysostomus ideo vocat eam maximi lucri artem. hom. 27. num. 76. Et quia eam Dominus nos docuit, maiorem meretur laudem quam Stercorius inter Gentiles, quia docuit eos artem seminandi. hom. 27. numer. 74. 74.

XXXIII. *Domine puteus altus est, &c. Vnde ergo habes aquam viuam?* Nimis tempestiuum est vt aquas illa videas, non inuenies eas, donec vitam habeas fidem; quia est fons Siloe, cuius aquas tantum inueniebant cum tali fide aduentes, vt dixit S. Epiphanius. ho. 3. n. 52.

XXXIV. *Domine, neque in quo haurias habes &c. Vnde ergo habes aquam?* Hic vides iudicium mandatorum, qui iudicant secundum visionem oculorum, vt dixit Isaias, Hisque tantum videntes labores, mortificationes, poenæ, & poenitentias, iudicant tibi non posse aquas haberi: vnde vitam Evangelicam iudicant infelicem & melancholicam. Nec intelligunt hoc Iobi dictum quod *Dat carmina in nocte, id est, lætiam in tribulatione* vt exponit S. Gregorius. Vbi enim omnia videntur arida, sunt aquae dulciores, quas Deus de iisdem elicit amaritudinibus, & poenitentis melius quam olim ex petra de qua videbantur non profilituræ, nisi scintilla; idque est centuplum, quod S. Bernardus valde vtiliter declarabat. hom. 50. num. 48. Solus Deus nouit, & potest delectare doloribus, & lætificare afflictionibus, eoque quod contrarium est appetitui, illi gratum infundere. Vtque dixit Eliu amicus Iobi nouit dare canticum, vterisque lætissimè in nocte afflictionis; quia

in medio persecutionis, alleuiat fauoribus suis, quibus delinit & recreat eas patientem. Et quando influxus videt se vehementius irgeri & in maiorum periculo afflictionum, tunc fruatur delictijs quas Deus in illis communicat. Vtilis discursus S. Gregorij. ibid. num. 48. Et mundo indicantes S. Paulum torque-ri vt suspensum, hic iudicabat illud de mundo. hom. 37. num. 63.

XXXV. *Domine puteus altus est.* Hac ratione conatur dæmon abstrahere te à seruitio Dei. persuadens tibi, si in eo pergas, quod non habebis vel diem voluptatis, quod tibi deerunt edulia, & alimentum. Alteri repræsentat si malam vitam deserat, quod non erit qui ei calicem aquæ hauriat, & quousque decurrit hydræ sibi torquebitur, id voluit ipsi Christo dicere. hom. 27. num. 1. Vt autem te redderet de illo certior rem respondit Dominum, Deum non tantum nouisse aquam extrahere, sed etiam panem vbi videtur impossibile, vt patuit in Manna. hom. 5. num. 31. 32. Vtque augetur fiducia, quam in eo populus suus per desertum proficiens debet habere, imperauit Moysi, vt leuaret virgam in conspectu omnium, quando tam importunè petebant edulia. Illa enim refrebat memoriam magnorum beneficiorum à Deo ipsis factorum illa virga, quam Moyses leuabat. Et modo ipsi silant, affirmabat, quod non deesset eis in maribus necessitatibus quodque his, etiam ipsa in fame nouisset illarum remedium educere, & saturitatem, qua illis satisfeceret, cum viderent in manu Moysi eandem virgam, quæ operata erat tot mirabilia in eorum beneficium. ibid. n. 31.

XXXVI. *Domine puteus altus est &c. Vnde ergo.* Non est mirum hanc mulierem replicasse, vnde posset dare aquas, non videns vnde & quomodo posset eas haurire, cum etiam Apostoli in eius schola educati turbati fuerint Domino eos rogante *Vnde ememus panes?* Vt etiam Moyses, ad providendum populo diuinibus in deserto petebat ab eodem Deo. *Vnde oues &c.* Hac enim nostra est infirmitas quod statim de nobis spes non videntibus simulam & cordam, nec cessariaque ad aquam hauriendam. hom. 27. num. 40. vsque 45.

XXXVII. *Domine neque in quo haurias habes &c.* Sareptana commendatur, quod Eliu petente, illaque paruum possibilitatem suam repræsentante: Hoc replicante ex parte Dei, quod ei prouideret de omni necessitate, quamdiu fames duraret; Non petierit vnde ei prouideret homo tam pauper vt ipse erat, sed statim succurrent illi Eleemosyna: Hoc facit vera fides, quando est viuæ. h. 27. n. 51. Deoque valde distulset te replicare, & examinare vnde quando aliquid te petit. h. 37. n. 28.

XXXVIII. *Omnia qui liberis in hoc mundo...*



*iterum* - Supremus Magister incipit declarare excellentiam aquarum, quas dat terrenis digniores, quod has bibens semel, iterum sitiat, unde non sedant inegre sitim, sed potius eam accendunt & augent. Id habent bona terræ, & delectationes, quod non satiant, sed quo plus ex illis bibitur, eo maiorem prouocant sitim, ut patet in prodigio, vili discursu. h. 18. n. 37. 38. Ex fluentibus de carnis fluuiis, qui sunt appetitus eius, unde patet satiari peccator bibendo ex eius aquis, prodeunt ranæ coarctantes nouorum appetituum: & nouarum inquietudinum, quæ non permittunt ei quiete nec vno instanti, ut egredientes de aquis Ægypti inquietabant ranæ Pharaonem. ibid. n. 37. Etiam habent singularem proprietatem, quod illas aquas plenius bibant bruta, quam homines, vt S. Bernardus declarauit mysteriose. ibid. In. 48.

XXIX. *Omnis qui biberit ex hac aqua, sitiet iterum.* Licet vnus biberet omnes mundi aquas, adhuc sitiet, quia illæ omnes sunt finitæ nec possunt satiare nostri appetitus sitim, quæ est infinita hom. 11. num. 27. 28. & ob eandem rationem solus Deus potest satiare, quia est infinitum bonum. h. 12. num. 24. 25. & h. 38. num. 95.

XL. *Sitiet iterum.* Dominus declarat, quod dixit Propheta; Aquas mundi esse infideles, & in meliori deficient, sed aquas Dei esse fideles. h. 33. n. 34.

XLI. *Qui autem biberit ex aqua, quam ego ei dabo, non sitiet etc.* Aquæ quas Christus dat, sunt diuinæ gratiæ eius, & si recipiantur vt debent, sedant omnino sitim, quia quod per illam datur, est ipse Deus, qui habitat in animâ, vtque supremus fons rigat totam: ideoque dixit S. Paulus *Gratia Dei vita æterna*, quia idem bonum, & eundem Deum habet iustus in se in hac vita, quem Sancti in gloriâ, cum sola differentia modi eum habendi, ideoque iam fruuntur in hac vitâ, principio vitæ æternæ. h. 37. n. 57. 58.

XLII. *Non sitiet etc. Sed fiet in eo fons etc. vsque ad vitam æternam.* Gratiæ est aqua, quam Christus promittit, quæ in corde sita fons fit satiens vsque in vitam æternam, quia de illâ prodeunt actus spei, qui secunt S. Paulum *pertingunt vsque ad interiora velaminis.* Quot tanta est eorum consolatio; vt contemnunt omnes aquas terræ. Pater in muliere ista, cui cum Dominus diuinas has aquas suas dedisset, ita fuit satiata, vt pateri despererit aquas & reliquit *hydriam mulier.* Vtilis conceptus. h. 37. n. 59. 60.

XLIII. *Dominus da mihi hanc aquam.* Certum erat, quod propolitus excellentis istarum aquarum, eas desideraret, ideoque tu eas non desideras; quia non proponis eas animæ tuæ viua perpendens consideratione. ho. 11. n. 39. 40. Vt eas desideres, Deus dat tibi sepe afflictionem aloæ, ne bona terræ trahant voluntatem tuam ad ea desiderandum, vt patuit in Israelitis

quos in Ægypto magnis afflictionibus, de illa abundantia terræ obliuiscerentur terræ promissionis, sed desiderarent exire, lugentes in illa se adeo afflictos, suspirarentque ad hanc promissionis. ibid. numer. 39.

XLIV. *Dominus da etc.* Non agitur hic de emendo, vel mutando, sed tantum de dando; quia hæc Dei magna est misericordia, & liberalitas, quod hæc aquas suas det volentibus, solo pretio veræ voluntatis, velique publicari, quod S. Ioannes audiuit in Apocalypsi sua *Qui vult veniat & accipiat aquam vitæ gratis.* Quibus omnibus non obstantibus tanta, & impudens est nostra malitia vt tali modo datas ne quidem sincere eas velimus. ho. 10. nu. 37. 38. Idque est vnum eorum, quæ maxime Deus exhortet videre contemptum istarum aquarum diuinarum, vt eas oblatas non desideremus, nec dicamus. *Dominus da mihi hanc aquam.* ho. 18. n. 27. vsque 30.

XLV. *Vade voca virum tuum.* Domine necesse est eam non habere maritum sed concubinatum; Cur dicitur ei, vt vocet maritum suum. Dominus virtutis illius modi vt nos prodamus, quod in corde habemus, quod licet ipse sciat, illi conuenit quoddam operari est cum discipulis in Emmaus *Finxit se longius ire;* vt ostenderent charitatem cordis sui, eum detinendo, sic iam, quia necessarium est ad peccatoris remedium vt ipsemet confiteatur peccata sua, vtitur hoc stratagemate vt ista mulier incipiat fateri peccata sua. ho. 19. num. 51. 52.

XLVI. *Vade voca virum tuum.* Sapiens dicit Deum fuisse vsum astutiis, quibus conuenit, vt haberet introitum ad peccatorem. Illis vtatur per Nathan apud Dauidem, cui proposita parabola, cum Dauid sententiam contra hominem, sibi à Propheta præsentatam dedisset, dixit ei, quod bene iudicasset, sed quod seipsum condemnasset. Sic agit Dominus cum ista muliere, proponens ei, petensque præsentiam mariti eius, ipsa respondente se non habere virum, hinc incipit ei dicere *bene dixisti non habeo virum; quinque enim viros habuisti, & quem iam habes non est tuus;* sed concubinarius. Et atrepra hinc occasione dixit ei, quæ tota feceret vita, vt ipsa dixit Samaritis. *Dicit mihi quacunquæ feci etc.* Facit generalem confessionem huic summo Pontifici, qui docet Confessarios benignitatem erga penitentes, & sanctam astutiam ad eos inducendum ad omnium peccatorum suorum confessionem, claram & distinctam, ideo dicit labia eorum debere esse silia. h. 22. n. 52.

XLVII. *Bene dixisti etc.* Quinque viros etc. Deus liberet te à vitio luxuriæ, non enim satiatur quodque, nec quinquaginta, nam non inueniens licitum, adhibet illicitum, lugebit que se non prodigio fatæ laqueum. h. 18. n. 37. vsque 41.

XLVIII. *Bene dixisti Ecce.* Dominus incipit ostendere se vetum esse Deum, cum haberet oculum penetrantem cordis intimum; meliori argumento, quam Poëta Menander conabatur persuadere Solem esse Deum, & Deorum præcipuum; quia illuminat omnia, & in eius præsentia, omnia sunt manifesta. ho. 33. n. 36. 37.

XLIX. *Sciō quia Messias venit Ecce.* En dispo- sitam ob desideria suæ saluationis, & obuiandi Mes- sias. Si hoc desideras mulier, scias eum statim se ex- hibere præsentem desideranti. *Prooccupat qui se con- cupiscunt:* Statim ac Sponsa eum desiderabat, dicens *Osculetur me osculo oris sui.* Statim habuit adeo præ- sentem, vt ei loqueretur, addens, *Quia meliora sunt vbera tua Ecce.* Cum ergo eum desideres. ecce hic quia præsentem habes, dicit enim *Ego sum qui lo- quor tecum.* Quæ verba Dominus dicens, illicem im- misit animæ illius clarissimam vt in initio, *Deus qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipse illuxit in vordi- bus nostris.* Quid vidit, cognouitque mysterium In- carnationis, personam Christi, rationem lassitudinis; etiam agnoscebat magnitudinem peccatorum suorum Quis posset dicere, quali eorum pudore confunde- retur cognoscens Deum, quem offenderat, vidensque in eius se præsentia constitutam. Quem non pude- ret ibi peccatorem comparare, quando Deus ei viva- citer repræsentat suarum turpitudinem culparum, vt patuit in Cain. h. 6. n. 45. 46. & h. 38. n. 57.

L. *Ego sum qui loquor tecum.* Habeo pro certo quod operatus sit in ea, quod in Magdalena quæcum agebat sincere vt venator, quem sin- xerunt Gentiles de Apolline, vel Phæbo. h. 38. n. 39. 40.

LI. *Reliquit ergo Hydriam.* Flagrauit accensa amo- re Christi, vnde licet appeteret cum eo manere, ta- men sciens eius desiderium lucrandi animas, non hæ- ret, neque proiicit se ad eius pedes, ad usufruendum, vt Magdalena: sed opus erat eam monere dicereque vt non in eo hæreat, sed occurrat ad maioris momen- ti negotium & adeat Apostolos ad eorum fidem con- firmendam. Imo ipsa relinquit, quod appetebat, vt quod Christus desiderabat, faceret. Qui eam elige- bat, vt præcurreret eum in ciuitatem Sichar, mittebat- que illam ante se, vt S. Ioannem Baptistam ad mun- dum. Potestque dici mulierem istam fuisse verbum Christi, & ob illam, posse dicere Prophetam; *Ante fa- ciem eius ibit verbum.* h. 2. n. 10.

LII. *Reliquit ergo hydriam.* Pondera illud ergo, quod est nota conclusionis. Hic videtur, quod Chri- stus prætendebat vere conuersionem istius mulieris, tibi que in eâ dare symbolum veræ conuersionis, & penitentia, quam non censebis vt veram quam diu non relinquas hydriam, in quâ habebas, & quâ hau- tiebas aquas tuæ voluptatis. Si reliquisti mulierem.

Hieron. Bas. de Lanuzæ, Tom. 1.

restituisti bona facisq; vt Ninuïtæ ait Chrysoffomus. Qui *Conuersi sunt à via sua mala.* Quodque dixit Isaias *Cum non habuerint luci, & delubra;* Nec idola, nec syluæ in quibus conferuantur. h. 38. n. 99.

QVARTO DIE SABBATI QVA-  
DRAGESIMÆ VLTRA  
HOM. XXVI.

I. **P**errexit Iesus in montem Oliueti & diluculo ier-  
pium venit in templum. Hodie ostendit se Chri-  
stus verum Deum, proprio sibi actu qui est de-  
tegere corda, horum intimum penetrare, & in publi-  
cum producere quantum conuenit. Illud patuit eum  
imediate post illum actum confundens hypocritas  
illos quia in eorum oculis producit secretiora eorum  
peccata, absoluitque adulteram. statim addit, dicens.  
*Ego sum lux mundi* Inter omnes deos quos vana crea-  
uit gentilitas, præcipuus fuit Sol, adoratus vt talis  
non tantum à gentilibus, sed etiam valde ordinarie à  
Iudæis idololatriis. h. 33. n. 28. vsque 33. Ratio ad id cre-  
dendum quam habat Poëta Menander, erat primo,  
quod eius oculis id est, radiis sit nil absconditum. Se-  
cundo, quod res purificet, sordisque consumat & ster-  
quilinia, sed, vt Sanctus ait eadem ratione probatne  
Solem non esse Deum, si enim luce suâ illuminet om-  
nia, sunt tantum corpora, nec detegit intimum anima-  
rum, & si purificat, sunt immunditiæ corporales, nec  
peruenit ad spirituales quæ sunt maiores. Quo eodem  
probatur Christum esse verum Deum, Solem diuinum  
cuius oculis non tantum exterius est manifestum, sed  
etiam cordium intimum supra modum abscondito-  
rum, vt erant Pharisæorum, & abstergeit omnino sor-  
des talis cloacæ immundæ vt est adultera. h. 33. n. 37-  
vsque 39. & h. 38. n. 103.

II. *Perrexit Iesus in montem Oliueti, & diluculo  
venit in templum.* Fuerat in monte Oliueti, tota nocte  
orans, & valde mane venit ad templum ad prædican-  
dum. Eo docens Concionatores vt secundum Spiritus  
Sancti consilium præmittant orationem petentes à  
Deo, vt ipsis concionantibus, & verba auditi corporis  
dantibus, dignetur concurrere loquendo ad cor,  
vtque procedant simul Deus & ipse. h. 29. n. 11. vsq; 12

III. *Perrexit Ecce in Templum.* Necessarium Concio-  
natori, à Deo petere orando seruentur, vt Deus concu-  
rat cum eo, vt dicatur *Domino cooperante.* Vnde S.  
Thomas declarat duas propositiones S. Ioannis Eu-  
uangel. Ite. Prima c. 3. Quod Christus uenit in Iu-  
dæam in eaque manserit cum suis discipulis, & bap-  
tizâris. *Ille demorabatur cum discipulis suis. & bap-  
tizâris.* Secunda, in 40 c. 4. Vbi dicit *Iesus non baptizâris*  
sed

INDEX CONCIONATORIVS

sed discipuli eius. Vtraque est vera, quia discipuli baptizabant exterius, fundentes aquam super corpus ita non baptizabat Christus, sed interius operans in animabus, ut causa principalis, quando discipuli ut causa secundæ baptizabant corpus. Ideoque rectè dixit Dauid, ut ponderabat S. Augustinus. *Nisi Dominus assistaueris domum*. h. 41. n. 16.

IV. *Diluculo venit in Templum*. Ad concionandum. Ordinarius enim prædicationis eius locus hic erat, & Synagoga; loca ad hoc dedicata, ut dicebat Anna. *Ego semper docui in Synagoga, & in Templo*. Quæ sunt propria academia doctrinæ fidei. h. 29. n. 6. vsque 16. Licet aliquando conueniat Concionatores per plateas concionari. ibid. n. 17.

V. *Diluculo venit &c.* Inde, ex monte, & loco orationis exit ad concionandum. Ut enim Concionator aliquid efficiat, valde bonum esset, eum venire ex oratorio ad pulpitum, non autem ex conuersatione, & communi confabulatione cum secularibus. h. 21. nu. 48. 49. Quia ad fructum faciendum in populo sua prædicatione, debet ab eis admodum esse abstractus. Ordinariè enim ex frequenti conuersatione trahunt motiua ad minorem eius æstimationem, ex hac personæ eius villipensione proædit despectus doctrinæ illius. Nec est quod magis detineat populum, quam secessus. Ideo iussit Ioseph fratribus suis, ut quando essent apud Pharaonem, peterent in habitationem terram Gesen, quæ separata erat ab Ægyptiis ne cum his conuersantes contemnerentur ab eis. ibid. nu. 49.

VI. *Diluculo &c.* Valde mane ut negotium quod Christo erat primo loco, saluationis scilicet nostræ, ad illud accurret diluculo, non autem prius illam aliam occupationem. Idem tibi faciendum, primo ad Deum currendum; & omnibus terræ occupationibus, præponenda seruiti diuini negotia. Debet etque prima actio tua ea esse, currere ad templum, id est te commendare Deo & firmum facere proposium non desiciendi in eo, quod eius concernit famulatum. h. 7. nu. 29. Sed dolendum Dei negotia esse apud te postremo loco, eis autem ponendo, quæ tangunt voluptatem tuam vel bona, ideoque dixit nos ei tantum fabricas dare. h. 9. n. 49. & 17. n. 47.

VII. *Adducunt ei mulierem in adulterio deprehensam, dicentes magister, hac mulier modo &c.* Videt factos, qui habentes exterius os bonum, cor habent malitia plenum. Primo videntur bene Christum adire, cum eum vocent Magistrum, videnturque ut talem adire, cum difficultate, quæ se offerret circa factum huius mulieris, & eius legis Mosæicæ. Secundo, videtur mulier ex animo compati, & pro parte sua desiderare eam liberare, si non viderent se constringi rigore legis. Quod proprium est boni Iudæi, & superioris, compati reis sed sunt proditores, de quibus

dixit Dauid, licet verba eorum videantur blanda ut oleum, esse tamen sagittas acutas ad Christi cor penetrandum, easque emittunt, *Ut sagittæ in obsequio relictum corde*. Probat se Hyenas esse, de quibus dixit Ieremia. h. 8. n. 35. vsque 39.

VIII. *Adducunt eo mulierem*. Veniebant clamorosi, tendentes retia, videbatur enim eis impossibile Christum insidias euadere. Infelices, rectè vocamus vos S. Ioannes Baptista stramina, ferimini enim venito malitiæ vestræ & rabidæ passionis Deumque scitote esse ignem: adite eum, vos accendimini ut stramina & ipse euadet illustrior, & maiori gloria splendidior. h. 23. n. 2. 3. Impletur illud Dauidis: *Dum superbis impus intenditur pauper*. ibid. n. 36.

IX. *Adducunt &c.* Hic potest dici illud Isaia, quod ducat cæcos, & festinanter incedunt, nescientes quid faciant, & putantes se contra Deum agere, contra se ipsos agunt. *Ducam cæcos per viam, quam nesciunt*. Videt eos hic malitiæ cæcos, quia, Deo permittente, ducuntur ideo dicit, *Ducam cæcos* & infelices nesciunt, quid faciant, euntes per planum intricantur, eisque accidet, quod illis duobus Regibus profectis contra Ierusalem, quos Deus vocat titiones fumigantes. h. 35. n. 35. vsque 44. Totum quod contra Iustum agit peccator, est in proprium damnatum, idque voluit Dauid dicere illis verbis, quæ ad istam intentionem declarat S. Ambrosius: *Dixit iniustus ut delinquas sibi*. Notabilis conceptus. ibid. n. 38.

X. *Hæc mulier modo deprehensa est in adulterio*. pondera verbum *deprehensa est*, quod est passiuum, significans personam, quæ patitur, & fuit inuenta; non declarans personam agentem, & inuenientem; nec Evangelista declarat, quia fuerunt multæ personæ agentes, ut aduertitur ex verbo *traditur*, quo Christus est visus loquens de sua passione. h. 73. n. 25.

XI. *Deprehensa est*. Si velis scire, quæ fuerit persona agens, illam in flagranti delicto inueniens, dico, primum fuisse Deum in punishmentem peccati eius, cum enim ipsa disponderet se ad peccandum & Deum inhonorandum, debebat Deus eodem modo accurrere. Certum enim est quod quemadmodum tu ages cum Deo, Deus agat tecum, & si tu inhonores Deum, Deus inhonorabit te. h. 24. n. 39. & h. 35. nu. 50. & seqq.

XII. *Deprehensa est*. Etiam dico Deum fuisse primam personam quæ inuenit eam in flagranti delicto miseritoditer eum illa agens. Videtur tibi fuisse infelix hæc pauperula, quoniam tali modo fuerit inuenta, & forte fuerit primæ vices, cum essent aliæ quæ tota vita fuerat concubinaris, nec inuenta. Tamen non fuit infelix, sed felix, quia vna hæc misericordia Dei est prima illa quod ipsa ingrediēte viam perditionis iniicerit ei manū, & detulerit, non tantum ut vltius progrediretur, sed ut retrogrederetur, quod est, *deprehensa est*. Quæ est illa cōstituta quod

quod ingrediens via appetitū, & perditionis, non retineant a Deo, sed ei permittat progredi quantum vult, & quomodo vult; vt permittit Iudam in sua progredi avaritiā, Iudōsque vsque ad impletionem desiderij sui Christum occidendi; quo Deus ostendit se illis summe iratum vt ait S. Paulus. h. 18. n. 20. vsque 23. Valde deplorandus est, cui Deus permittit ingredi viam libertatis suae huius sequendo inclinationem; quia ad suam festinat perditionem. Illā ductus Pharaō contra Dei populum cum exercitu aquis suffocatus interiit quas liberē, & diligenter ingrediebatur, vt omnibus Israelitis vitam adimeret. ibid. num. 219 & hom. 35. num. 29. vsque 36.

XIII. *Deprehensa est.* Deus iniecit ei manum, detinuitque, contigens eam acutā valde pudoris spinā, implens in eā, quod dixit cuidam animae suas sequenti libidines: *Septem vias tuas spinās.* h. 9. n. 10 & seqq.

XIV. *Deprehensa est.* Secunda persona, per quam fuit in adulterio inuenta, fuerunt Scribae, & Pharisei, caecales; qui ad satisfaciendum furori suo contra Christum, quaerebant mulierem que fudabant ad eam deprehendam: & licet possent praevēire perditionem eius aliquo eorum qui aduigilabant, eam moneant, omnes tamen adiuuabant, & diligenter laborabant, quod significat verbum *Deprehensa est.* Cumque e debetur defectum eius tegere, quantum possent, medijs vntur potentissimis ad eam omnium oculis exponendam, vale contrarium illi quod Deus iussit, legendum sanguinem passeris comprehensū in depicula. hom. 23. num. 41.

XV. *Deprehensa est.* Dico tertio, illo verbo significari magnum mysterium, quod non dicatur, quis illam deprehenderit, quia est difficile, id bene declarare, dicoque Deum, & Phariseos eam deprehendisse, eo modo, quod hi malignis inuentionibus, laqueos Christo struxerint ex huius mulieris adulterio; Deus autem disponebat de cogitationibus illorum ad suam gloriam, ad hanc illis vtendo; sic vt Deus, & illi in hoc facto vnā incederent; illi machinando quomodo perderent eum in medio, ille disponendo quomodo illo medio glorificaretur, eiusque diuinitas cognoscerent implens, quod dixit S. Anna: *Deus scientiarum Dominus est, & ipsi preparantur cogitationes.* hom. 23. n. 35. vsque 41. & ho. 30. n. 59. ho. 49. n. 3.

XVI. *Statuerunt eam in medio.* Dominus praedicabat in templo vtque ait Euangelista, omnis populus eo accurreret. Etiam Scribae, & Pharisei venerunt eo, magno prementes tumultu, non sistentes donec essent in medio, vt casus esset publicus in omnium oculis. Certum est, si mulier ista sciuisset, ita publicum futurum peccatum suum tanquam populoso theatro exponendum aspectuique totius mundi, potius se occidi permitteret, quam illud committere. Taque attende,

quid iudicares de illa an illud peccatum commisisset, si talem hoc successum putasset habiturum. Et inde transi ad iudicandum tuam infamiam, vel fidem modicam; quod sine cessatione committas peccata, credens ea exponenda visui totius mundi, in die iudicij; quodque Deus ea detegat in illo vniuersali loco ita distinctē, vt malles super te montes cadere, ideoque vocatur *dies horribilis, & dies reuelationis.* Manifestum stultitiā tuā argumentum, h. 6. n. 44. vsque 47.

XVII. *Huiusmodi mandauit Moyses lapidare.* Grauem poenam statuerat lex huic peccato, sed iustam ob eius grauitatem, quae intelligetur ex doctrina, quam Angelus Raphael dedit Tobiae, dicens ei, daemones habere potestatem in contrahentes matrimonium cum solā intentione satisfaciendi appetitui suo carnali, sic vt licet matrimonium sit sanctum, tamen quando suscipitur ea passione, *Sicut equus, & mulus.* Tantam metetur punitiōem, vt Deus tales tradat Satanæ. Quanto plus id merebitur actus adulterij directē fidelitati contrarius S. Matrimonij. Notabilis discursus: hom. 18. num. 44.

XVIII. *Huiusmodi mandauit &c.* O proditores vt iam satisfaciatis rabidae inuidiā vestrā contra Christum, vntimū eo, quod Deus mandauit per Moysen, nec curastis eandem legem, ob vestram vtilitatem. Cum enim Deus mandasset per Moysen, proles debere fauere parentibus, vos illud non curastis ob vestram vtilitatem, & avaritiam vt possit vobis dici: *Quare & vos transgredimini mandatum Dei propter traditiones vestras.* hom. 23. n. 42. 47.

XIX. *Hoc autem dicebant, tentantes eum.* Hinc patet, cur Christus eis dixerit *Generatio praua, & adultera.* Quia hoc erat eorum exercitium, & fuerat patrum, semper tentare Deum, nec vnquam ei fidere, hinc accurrendo, & nisi occurreret, isthac redeundo. h. 8. n. 9. Sic vt tenerent Deum, quasi suspensum. ibid. n. 17. 18. & h. 2. n. 24. vsque 28.

XX. *Tentantes eum.* Proprium daemōnis nomen est tentator. ho. 3. n. 24. Hoc aggrediuntur illi, & feruentius prosequuntur, quam ipse daemō. h. 8. n. 49. vsque 28. Sunt iudices, vt isti, qui interrogant Concionatorem, & Confessarium, non desiderio sciendi iustitiam, sed tentandi, an dicat quod volunt ad satisfaciendum avaritiā suae. Non petunt sincerē vt oues Dei. ho. 37. n. 35. 36. Iudices autem, & Principes deberent cum rectissimā intentione interrogare. ibid. n. 38.

XXI. *Tentantes eum.* Tentare est proprium caecorum, hūque erant eo caeciores quō longius pergebant, qui a luce ipsa excecabantur & secundum menturam quā cresebat, magis excecabantur, sicque ad maiora eius opera. Magis caeci, acrius eum tentabant, implebantque in illis propheta Isaiā quodque hic dixerat de illis in simbolo Ariel. h. 40. n. 18. 19.

XXII. *Inclinans se Iesus digito scribebat in terra.* Christus Dominus noluit eos prudentissimè monere, vt parum quiescerent, nec in causis grauibus sententiam præcipitarent, particulariter in criminalibus, in quibus debet Index procedere magnis interstitiis & multis verificationibus, debetque procedere vt vnicornis. ho. 7. n. 19. vsque 22.

XXIII. *Inclinans se Eo.* Posuit in terra digitum, vt intuentes, sicut illi, qui scribebat, viderent se ipsos in eius simbolo, nomen enim hominis proprium non venit à chalybe, vel lapide, sed ab humo, vel molli terrâ, quam digitus elaborat. O si te ipsum inspiceret & tuam infirmitatem, quando vides alterius defectum, quam te temperares in eo condemnando. Proceedis enim contra debilem, ac si tu esses chalybs, & contra eum, qui calcet terram, ac si tu esses tu celo. Mirabilis discursus Sapiens. ho. 38 n. 104.

XXIV. *Instabant.* Cum Dominus hareret, scabens in terrâ ad eos pacificandos, credebant eum id facere, quia iam capus erat laqueo ab eis parato, ideoque instabant quasi vim inferentes vt responderet. O infelices, quibus videtur instantiam hanc esse contra Christum, sed verius est contra vos ipsos, nam quanto citius se eleuant, eò citius confundentur, & condemnabimini. Vade vestra patet stultitia, quod Deo vestram retardante punitionem, vos ipsi eum stimuletis, vt perditio peccatorum tempore Noë, Deo et in eis dante centum viginti annos expectationis, illi adeo instabant suis peccatis, vt Deum compulerint ad abbreviandum tempus, eosque perdendos. Id que valde ordinariè facis, vt Deo tibi dant longum vitæ tempus, tu ipse infestus, & quasi aculeus Deum pungas ad eam ipsius perditionem. Vtilis conceptus. hom. 31. n. 19. vsque 33.

XXV. *Qui sine peccato est vestrum primus in illam* &c. Dominus eleuat se, datque sententiam legi Dei datæ per Moysen valde conformem. Qua lege prætendunt eum capere, eaque vt ense guttur ei præciteret, eadem capit eos, decollatque, dicens se legem Moysi recipere, quam contra Moysen preceperunt, sed vt eiusdem Moysi ipsi recipiant, vt vnus latro non flagellet alium, nec vnus homicida puniat alium; sic que ait non contra legem præcipientem, vt adultera lapidetur, sed dico, vt fiat secundum legis dispositionem, ne occidatur manibus adulterum & malorum quales vos estis, quibus dico: *Generatio prava & adultera. Iustum est, quod postea dixit Apostolus: Qui sine lege peccauerunt sine lege iudicabuntur, qui in legem peccauerunt, secundum legem iudicabuntur.* Sic vt iisdem armis Dominus eos vincat. hom. 35. n. 2. 3. Eorum que lancea eos configat, vt Banaias Egyptum. hom. 44 n. 9.

XXVI. *Qui sine peccato est vestrum Eo.* Hæc verba dicens, iterum inclinans se scribens in terrâ, hæc

que vice adeo diuinam exaravit scripturam, vt quibus videret distinctè peccata sua omnia ita oleo depicta, sicut quando Deus vult ea ponere ante oculos peccatoris ad eum confundendum. Hoc volens, vt viderent peccatum in adultera ad eam condemnandam, primo aspicerent sua, quæ hodie videntur turpiora, quam adultera, ita vt iis confunderentur, sicut Egypti formatione Echo. h. 23. n. 35. & 39. vsque 45. Cecidit, talentum plumbi super os eorum. h. 34. n. 26. vsque 30.

XXVII. *Qui sine peccato est vestrum.* Videte Iudices, quam vobis det lectionem supremam hic Iudex. Si est lex vt qui lapidabit eum sit sine peccato, conuertere oculos ad scripturam cordi vestro inscriptam ita clarè signantem vestra, videte que quam iuste condemnabimini in diuino eius iudicio cum sitis ita infelices, & Beniamita, qui magnâ superbâ abominabantur peccatum in vrbe quadam commissum cum intendebant positionem habentes in suâ conscientia alia non minora. hom. 23. n. 43.

XXVIII. *Qui sine Eo.* Hinc vestram Iudices capite obligationem, sitque talis vita vestra, si vobis illa lex est seruanda. In hoc positi estis, vt peccatores colligatis, lapidatque manu gestetis, hoc est vestrum officium, si velitis status vestros, thronosque conseruari. ho. 28. n. 8. vsque 14. Id serio imperat vobis Deus. ib. d. n. 38. Et si ad lapidandum debetis esse sine peccato, videte ad quid vos obligastis eâ die, quâ officium acceptastis, & cogitare vos desponsatos cum iustitia. Consideratio Iudicibus propria. ho. 35. n. 15.

XXIX. *Qui sine Eo.* En superius Iudex dat sententiam secundum omnem iustitiæ rigorem, in quantum petunt iustitiam sine misericordia. Nam bene dixit Apostolus S. Iacobus, *Iudicium sine misericordia ei, qui non fecit misericordiam.* Putatne crudelis intemere misericordiam in iudicio Dei, nisi illâ fuerit amatus. hom. 25. n. 18.

XXX. *Iterum inclinans se, digito scribebat.* Tam distinctè eorum peccata, vt dicat Euangelista, quod videntes ea, non poterint ibi manere sicque, *Exibant vnus post alium.* In rei veritate, nil potest maiorem causare peccatori confusionem, & pudorem, quam Deum ei ostendere ad vitium peccata sua. Quando Deus ostendit Dauidi suum, adeo eum perterritum, vt manserit quasi stupidus. h. 38. n. 54. vsque 60. Vnumque maiorum tormentorum, quæ damnati patientur in inferno, erit, quod Deus perpetuo ponat eis ante oculos peccata eorum *vs videntur semper* sicut dixit Angelus Danieli. hom. 6. n. 45.

XXXI. *Exibant vnus post alium.* Demissis capibus, non audentes mutuo loqui, implentes quod Deus per Prophetam dixit *Confunderis vt non sis tibi agere* ho. 26. n. 48. Estque hic pudor tam magnus, vt licet Christus non haberet proprium peccatum, tamen

nam quia alienis se oneraretur, existens, in horto in aterni Patris iudicio, tali fuerit pudore confusus vt causam illam agoniam ex qua sudavit sanguinem. ho. 42. nu. 110. Fuitque mirum illos non delapsos vt Cain, vel non expirasse vt Ananias. Notabilis conceptus. hom. 38. num. 14. 15.

XXXII. *Remansit Iesus solus & mulier.* Non vult dicere, omnes discessisse relinquentes Christum solum: sed loquitur de causa criminali, & proposita coram omni populo, cuius Christus D. N. erat iudex, mulier rea & Pharisei actores, hi omnes abiierunt, sicut que mansit Dominus solus cum muliere, licet in presentia totius populi. O felix mulier, quod tua causa tractetur in templo & ante Deum, & sine accusatore, habeo te vt liberam, quia quod manet est in fauore. em tuum. Templum est omnibus misericordiae locus, illudque singulariter instituit Deus vt illam exhiberet hominibus. hom. 7. num. 40. 41. Ideo que vocatur Dominus orationis. hom. 28. num. 21. & seqq. Est adeo misericordiae locus vt Principes seculares nolunt iustitiam fieri de refugientibus ad illud. ibid. n. 24. vsque 27. Ex altera parte Deus est qui famet miser cordia, idcoque proprie dicitur habitare in templo. ibid. n. 18. 19. Cum autem Deus sit ipsamet misericordia, & in domo miseri ordia quod id est, edendum, quam misericordia ab eo in cuius presentia non sunt peccata irremissibilia, quae quantumuis magna sint & enormia tamen infirme excedit ea Dei misericordia. hom. 18. num. 8. & seqq. & ho. 42. n. 16.

XXXIII. *Vos sunt qui te accusabant? Nemo te condemnavit? Nec ego te condemnavo.* Vides hic sententiam per te miser cordia. Ne timeas quod te condemnavit, nisi ex parte tua quis inisset contra te. Nec creavit hominem vt eum damnet nisi ipse sibi auctorem procuraret. hom. 13. nu. 31. vsque 37.

XXXIV. *Vos sunt & c.* Dominus hoc facto docet diligentiam faciendam: Confessario, antequam absoluat peccatorem scilicet examinando an aliquis eum accuset, an pauperes contra eum voferentur, quia usurpavit eo, um bona, an crudelitas erga illos accuset eum, scilicet in condemnaret; oportet nullum accusare illum, nec os aperire, faciatque verificationem, & accipit securitatem Principis seculi, a multum ei offerentibus. hom. 31. num. 70.

XXXV. *Vade & amplius noli peccare.* Magnus medicus non tantum curans infirmitatem, sed etiam datus praeservativam. Itaque importat tibi, ad peccatum non redire, quod est sapientem facere poenitentiam. Ne tibi accidat, quod Niniivitis, & vxori Loth, ad cuius stultitiam declarandam conuersa est in statum salis. hom. 8. nu. 48. 49. Caue ne tibi contingat, quod Oza, aliusque. hom. 10. n. 46. vsque 51.

XXXVI. *Nemo te condemnavit? Nec ego te condemnavo.*

*nabo.* Est clarum non esse actus, ita petentes alicuius condemnationem, vt peccatum damnationem exigat peccatoris, idque significat diuina Scriptura dicens, peccata nostra contra nos ipsos clamare, petentia iustitiam. ho. 2. n. 37. 38. Et committente aliquo vnum mortale peccatum, ad huius instantiam datur contra eum sententia. h. 13. n. 41. 42. Caue igitur ne aliquod peccatum te accuset vnum enim solum sufficit non tantum vt Deus te non absoluat, sed etiam damnet. Vnus Amalecites, quem Saul reliquit, ei vitam abstulit. Mirabile mysterium. ho. 13. n. 66.

XXXVII. *Nemo te & c.* Caue ne propria conscientia te damnet. Illa enim vocatur a D. Chryso. *Accusatrix perpetua.* h. 37. n. 64. Notatque Spiritus S. quod in iis quae agis, nihil te puriori tractet veritate, quam propria conscientia tua, quam S. Chryso. dicit incorruptam. Quando enim de aliquo conscientia, desiderans tibi ad libidinem responderi licet talis sit responsio, ipsa conscientia tua te accusabit, & ad portam animae tuae insulabit, vt Deus Caino dixit. Vtilis doctrina. ho. 37. n. 54 & 64. vsque 67.

XXXVIII. *Noli amplius peccare.* Sit tuum remedium stabile ne lachrymae tuae sint vt stultorum Aegyptiorum, ridiculae. h. 40. n. 10. 11. Ne sis vt canis, & rangens mortuum. ho. 43. n. 67. vsque 70.

DOMINICA QVARTA QVADRAGESIMAE VLTRA  
HOMIL. XXVII.

I. **A** *Bit Iesus trans mare Galilee quod est Tyberias.* Ioan. 6. Hodie in raculum colimus inter alia praclarum a Domino paratum, quo copiosum ministrat victum & alimentum quinque milibus hominum ex quinque panibus hordeaceis & duobus piscibus sicut in opere creationis, siquidem omnes creaturae aequaliter dependent Dei omnipotentiam, quia tanta requiritur potestas ad vnum muscae creationem, quanta ad productionem vnius Seraphim. ho. 2. n. 39 & h. 25. n. 28. Nihilominus illas inter se conferendo, quaedam sunt maiores aliis valde notabiliter: ita in opere reparationis mundi per Christum impleto, omnia opera sunt aequalia si diuinam spectes potentiam, modum que operandi propria virtute: atamen inter se collata quaedam aliis praecellunt, sicut in caelo stellato, quamuis omnes stellae opera sint diuina, sunt tamen aliae aliis maiores, quae clariori fulgent luce & dicuntur stellae maioris magnitudinis: ita dicendum in miraculis Christi inter primaria locum habet signum hodiernum, miraculum plenum in substantia, in modo, in loco, in populo, in abundantia, ita vt tota multitudo quae tanta con-

Q3 Auxerat

fluxerat propter illud Christum agnouerit & confessa fuerit Messiam & Prophetam à mundo desideratum. h. 32. n. 2.

II. *Abijt Iesus trans mare Galilaeae.* Secessit Dominus noster de Iudaea, mortem intelligens quã Rex Herodes Baptistam virum insignem affecerat, de quo etiam sibi renuntiatum audierat quod necem suam machinaretur. *Herodes vult te occidere.* Subdixit se non quasi vecors animi qui totam in se diuinam continebat omnipotentiam, sed tamquam magister noster qui sibi tutus nostra timeret pericula, quo nos doceat licitum esse Christiano tempore persecutionis latebras querere. ho. 36. n. 14. 15. Et ipse pericula formidans & fugiens, cogit nos illa formidare illaque fugere, de quibus eleganter D. August. ibid. n. 16. vsque 29. Quod si ille qui de se securus est, timeat, tu time in periculis, licet animum in te sentias D. Petri. ho. 43. n. 12. vsque 21. & n. 25. vsque 30.

III. *Sequebatur eum multitudo magna quia videbant signa quae faciebat &c.* Non multum erat quod eum tanta nunc turba sequeretur, nec miramur quod gratias illi referretur quando tanta suis affectibus conferebat beneficia, curans languores eorum, famique succurrens, pluris fuisse illum sequi captiuum, flagellis caesum spuriisque deturpatum. hoc discipulis indicauit D. Ioan. vt notat D. Gregor. cum enim coram illis praecleara fecisset miracula, subiungit *Beatus qui non fuerit scandalizatus in me.* q. d. non erat adeo multum illum magnificere, & in illum credere miracula facientem sed beatus ille foret qui in scandalo crucis nullum pateretur scandalum atque feruens passione eius fidelis illi adhereret. hom. 31. num. 5. Signum perfectæ non est fidelitatis Deo seruire, illumque sequi quando in te opera perficit tibi in beneficium, si ad potum aquae amaræ deficias, sicut in sacrificio zelotypiae. hom. 30. num. 6. vsque 9. Fidelitas Sanctorum declaratur & confirmatur in eo quod nulla possit illos aduersitas remorari, ne Deum sequantur ne illi seruiant Sanctamque eius legem obseruent & sicut huius doctrinae magister se ipsum vobis Paulus proponit aquas bibentem tribulationum amari limas nec ob illas deserentem, quatenus illum nos imitemur. ibid. num. 8.

IV. *Sequebatur eum multitudo magna quia videbant signa &c. super his qui infirmabantur.* Modo illum sequuntur dum facit quod illis bene placet, & mirabilia in ipsorum vilitatem, sed contestim post hoc miraculum, ad tantillam difficultatem quam perceperunt in doctrina quam publicabat fundatam in hoc miraculo, agens de cibo spirituali, quem deberent optare, potissimum autem Sanctissimum Sacramentum à se institutum, ita turbantur omnes illi terga verterunt vt illum plane destituerint, imo nonnulli qui iam eius

numerabantur discipuli, vt solus cum Apostolis suis remanserit, quos ita quoque vidit commotos vt illos interrogauerit. *Namquid, & vos vultis abire?* Etenim ordinarium est in facilibus Deum sequi, & quando nulla turbat difficultas, quã percepta familiare est illum deserere, atque ex illorum esse numero de quibus Saluator. *Ad tempus credunt & in tempore temptationis recedunt.* Qui vero constantes permanent nullam venturi difficultatem, illos Dominus magni facit illisque promittit sedere ad mensam suam *Vos estis, qui permanistis mecum temptationibus meis, & ego dispono vobis &c. ut estatis &c.* Pauci sunt isti, & illud in te ipso considera: idcirco tanti fecit latronem vt beneficium conferret illi adeo singulare quale cunctis conspicuum est. h. 44. nu. 39. vsque 47. Quia singularis viuaque fuit eius in Christum fides eo quidem tempore quo minora faciebat signa quam viuens fecerat. ibid. numer. 30. vsque 34.

V. *Subijt in montem Iesus &c. Et cum subleuasset oculos vidit quia multitudo magna &c.* Populum contempsit aduententem ex hac & altera parte, omnesque fame & penuria laborantes: hoc etenim est quod iustos demulcet illum sequentes, quod penuriam patios, famem & persecutiones, illos fixis oculis intueatur. Per hoc primo spem eorum fouet, quali filius fidei aduersitate pressus scieus quod à Patre, qui potest illi subuenire, attentius conspiciatur. Illos considerat gaudetque non modice, quod ex fame non deficiant, sed in eius sequela perseuerent: hoc enim diuinis oculis spectaculum est acceptissimum ho. 4. n. 29. vsque 33. Et hoc etiam robur ingerit & alas de quibus sponsa. ibid. num. 34 vsque 37. statuit nos in mundo Deum velut in arena ad dimicandum: debetque nos animare consideratio quã scimus quod Deus nos aspiciat, quod sponsa declarauit iam praecincta ad proelium. *Quia ista &c. terribilis vt castrorum acies ordinata?* Vt vitam veram obtineret fortitudinem à sponso hoc effugiat quamdiu pugnat in stadio oculos ab illa diuertit. *Auerte oculos tuos à me:* Legit autem D. Gregorius Nyssenus: *Auerte oculos tuos ab aliis propter me, qui ipsi me auolare fecerunt.* ibid. n. 33. 34.

VI. *Cum subleuasset ergo oculos Iesus, & vidisset quia multitudo magna, &c.* Hicne Domine oculos tuos coniciis in hanc pauperum multitudinem, qui omnes à te petituri conuolarunt? Sufficeret vt aliqui ex illa multitudine, si sciret quod ad ipsum venissent, centum leucis longius aufugeret: quid plura? hoc est discrimen inter oculos Dei & hominum, vt hi eo se non dirigant, nisi vbi sit aliquid ex quo lucrum reportent & recipiant; oculi vero Dei, vbi paupertas est & penuria, cui subueniat h. 30. n. 15. & seqq.

VII. *Cum subleuasset oculos, &c.* Quo tempore possunt reuelari pauperes oculos suos aperit, vt illos intuetur.

inqueatur, acque in illos defigat: hoc enim Deo propitium est, sicut tuis valde familiare, illos auertere ubi possunt pauperes manifestari: nam idcirco canit Prophetæ Regnis Deo: *Tibi derelictus est pauper.* ho. 10. numer. 31.

VIII. *Misereor super turbam.* Totam illam intuitus est multitudinem, nec visus eius exteriora tantum eorum insperxit, sed ad intima vsque cordis penetrauit: quo famem agnouit, quâ premebantur, & inopia quam patiebantur, & hæc cor eius vulnerauit. Arbitrati sunt Stoici, imperfectionem esse, & animæ infirmitatem, compassione moueri & dolore ex alienis calamitatibus: portò docuit Christus, potius attribuendum imperfectioni illa non moueris, & cor habere obduratum, quod non maiore moueatur ex conspectu aliorum infirmitatum. hom. 31. nu. 56. & ho. 42. num. 40.

IX. *Misereor super turbam.* Lancinabant cor eius turbæ illius extremæ necessitates: sicut in alia occasione dicit Euangelista, quod intuitus pauperum inopiam, languores & calamitates: *Miserus est videns eos sicut oves sine Pastore.* Nam absque dubio peradunt animam eius nostræ tribulationes, non quod illas nunc sentiat: sed quia in se viscera habet misericordiæ, quæ taliter illum extimulat, vt hæc ad lacrymas illum in morte Lazari commoueat ho. 32. n. 65. & 67.

X. *Cum subleuasti oculos & vidisti.* Et. *Misereor super turbam.* Bonum benignitatis argumentum, quam corde seruabat: nam quod oculis concernens aliorum miseria, non moueatur, iudicium est nullam esse in corde misericordiam vt probat D. Ioan. ho. 16. n. 11. & sequentibus.

XI. *Dixit ad Philippum: unde ememus panes?* Prudentissimus agendi modus, quo pauperibus subueniatur, si quisque elemosynæ, viros consulere misericordes, nam vt latè confirmat Spiritus sanctus consilia magna petenda sunt sapientia, sed ab iis qui hoc dare possunt in materia quam proponis. hom. 37. num. 37. Infortunium diuitis, de quo Christus, hoc fuit quod in concilium ingressus consiliarios, aduocauerit propriam suam auaritiam & libidinem, Casus natatu dignus. ho. 39. n. 16.

XII. *Vnde ememus panes?* Domine an hoc queris? Attende quod te periculo exponas quo de tua quis dubitet sapientia. Ne mireris, monet D. Ambrosius hoc enim agit vt toti mundo sua patefiat misericordia, & sollicitudo qua studet subuenire sibi seruicibus: nec hoc illi refert, vtum ignorans dubitet de sua sapientia, modo nullus de sua dubitet misericordiam. h. 18. n. 56. Ita sicut in morte Lazari, licet præsciret, non nullus ex hisce lacrymis credituros illi potestatem deesse quâ Lazarum ad vitam reuocaret. Pauca de pauperibus precuntationes, & qua ratione possit illis sub-

ueniri, & puella adiuuari, modicam tuam charitatem arguunt & misericordiam. ho. 32. n. 69.

XIII. *Vt manducetis hi.* Optima ratio: curam habent illi de me, suamque in sequendo testantur voluntatem ratio suadet, & eorum ego curam suscipiant non enim illi mei gratia debent plura facere, quam ego ipsorum intuitu. Hoc de Deo opinare, quod ea mentura quâ de eo fueris sollicitus ipse de te erit sollicitus, quod est sollicitudinem tuam efficere mensuram illius. ho. 25. nu. 50. 51. Et clarè probauit in David, Lot & aliis. ibid. n. 56. An æquum est vt dum tu Deum non recordaris, velis vt ipse tui Deus recordetur: & dum ue quidem ad passum progredieris in eius obsequio & sequela, cupias vt pluribus festinet ad tui commodum: speculum est, talisque tibi futurus qualis illi tu. ibid.

XIV. *Vt manducetis hi.* Hæc proprio est misericordie sollicitudo, quæ de præsentibus anxia est indigentibus, & miseris quæ oculis conspicit. Nonnulli de pauperibus tantum solliciti sunt futuris erigendo hospitalia, fundando elemosynas, pauperibus in futurum & quamuis illud vt bonum approbemus, portò si necessitates vigeant præsentis, & te misericordia non moueat, vt illis succurras, falleris si credideris eam esse quæ te mouet vt illis subuenias: etenim hic conuenit D. Ioannis argumentum: qui pauperis non miseretur, quem o.ulis suis cernit præsentem, quomodo miserebitur eius quem non videt, & qui post centum vicinus est annos? Vnde timeo ne tales sapiens non moueat misericordia sed auaritia, qua cupiunt pecuniis frui & facultatibus quamdiu vita superstes fuerit. ho. 16. n. 3. vsque 18.

XV. *Hic autem dicebat tentans eum.* Tentat frequenter Deus vt homines nosiplos cognoscamus nec nobis fidamus: sæpè etenim quando nobis videmur fortiores sumus infirmiores, & casus viciniore, vt videmus in D. Petro. ho. 45. n. 25. & sequentibus. Et numquam eris securior quam dum minus tibi tuæque confidis virtuti: cape experientiam in D. Philippo. ibid. n. 28. 29.

XVI. *Tentans eum.* Questionem hanc Dominus proposuit tentans, vt ex responsione, quam daturus esset & hic & alter Apostolus, euidenter constaret, nullum adesse panem, nec vnde comparari posset, quatenus per hoc pateat, quod panis qui ministratur virtute diuina multiplicari. h. 10. r. 31 ho. 32. n. 75.

XVII. *Tentans eum.* Vt video tentat illum Christus eadem tentatione, quâ & ipse à diabolo tentabatur, dicendo: *Si filius Dei es,* quod aliud nihil fuit quam illi proponere considerandum, quam malè Deus illi subueniret: cum illi seruendo, ad finem quadraginta dierum, nec quidem fructum haberet panis, nisi durissimos lapides: atque idcirco voluit Dominus



rentari vt ori tuo responsum ingereret: *Non in solo pane*, &c. etenim ordinaria tentatio demonis est, qua Dei famulos sic interrogat. *Vnde unus panis*. ho. 5. num. 28. 29.

XXVIII. *Dixit ad Philippum: vnde autem panes?* Deficiente pauperibus alimento Dominus primo ab Apostolis querit, vnde sit illis prospiciendum: sunt etenim illi potissimum obstricti, vt curent, & inquirant de pauperum alimonia, sicut Apostoli faciebant: nam idcirco Dominus in Ecclesia sua decreuit, vt Sacerdotes sint cœlibes, nec alios præter pauperes habeant. *Alios qui in ipsis nidificent*, vt dixit Dauid. hom. 24. num. 13. 14.

XXIX. *Ducentorum denariorum panes*, &c. Supponit primo Deo paucum non esse, & secundo quantum ducenti parati essent denarii, non sufficerent, declarans impossibilem esse de alimonia provisionem. Dicit quidam Evangelista, quando Apostoli cum Christo nauem ascenderunt, obliuisci sunt panem sumere: ita namque repleti fuerant & ætonici ex doctrina Christi vt non recordarentur de panibus sibi prospicere. ho. 23. n. 13. Valde frequens est iustus temporalium obliuisci quia spiritualibus curandis toti incumbunt: contrariio modo lætiunt mundani. *ibid.* n. 23. 24.

XXX. *Ducentorum denariorum panes*. Quam turbatus fuit D. Philippus, computum suum faciendo de ducentis denariis ex quibus panis possit comparari, pauperes autem numero essent quinque milia: & tu similiter turbaberis si rationem ineundo tantum habeo, tanti sumus, tantum huic requiritur, tantum illi, & non inuenies quod sufficiat quo pauperi succurratur, Vtinam tibi tantum proponeres Dei promissum: si subuenias egeno, non tantum tibi non deerit aliquid, imò multum supererit: vtinam cum Dauide sic loquereris: *Non cognouisti etasuram, introibo in potentiam Domini*. Quod alii legunt: *Non cognoui numerationem* ho. 30. nu. 34. Vidua Sareptana siquidem in principio computum hunc fecerit: fames valida, & modica farina, & qui alendi sunt multos habeo, quando tamen Elias illi proposuit quod Deus hoc illi dicebat, totam quam habebat farinam illi erogabat, quo factum est vt nunquam indigeret. h. 21. nu. 56.

XXXI. *Est puer unus hic*. Proponit D. Andreas puerum qui quinque panes & duos contulerat pisces quos Dominus ad se iubet adferri. An ergo Domine miraculum non fuisset multò præclatius, si cuncta de manibus tuis erogasses? perpende beneficium nobis præstitum: vult etenim vt adsumus cum eò quod habemus ad miraculi patracionem, nosque vult habere socios vt cum illo pariter operemur, idque ad honorem nostrum, vt dicere possit Apostolus: *Dei adiutores sumus*. Imo per hoc probatur solum Deum perfectè esse liberalem; doctrina hæc prodit ex D. Chry-

lost. hom. 25. num. 45. vsque 50.

XXXII. *Facite homines discumbere*. Ecce quam serio consulet & excipere studeat eos qui ipsum sero quuntur: etenim vt delicias ostendat quibus in celo suos excipiet seruos eodem vitur termino: *Facite ut discumbere*. Quid Domine, panes illis daturus hordeaceos tubes vt discumbant, & illæ sunt deliciae? Ne cogitaueris quod Deus male suos excipiat, imò portus illos manu recreat ita plena vt omnium terrenarum obliuiscantur deliciarum sicut patet in Samaritana. hom. 25. num. 92. & Arnulphi Monachi factum declarat, qui in pane tribulationum hordeaceo tantas expertus est delicias vt planè obstupefecerit. hom. 30. n. 48. vsque 51.

XXXIII. *Distribuit discumbentibus quantum volebant*. Hoc de Deo tantum testari licet: quomodo enim tota conueniat creata natura & quidquid mundus comprehendit, totumque tibi tribuatur, non dabitur tibi quidquid tua concupiscite voluntas: etenim capacitas eius est infinita, & quidquid creatum est & Deus creare potest, finitum est: vnde solus Deus largiri potest quidquid voluntas potest concupiscere. hom. 11. n. 27. h. 12. n. 25.

XXXIV. *Quantum volebant*. An ergo pane hordeaceo aspero & insipido satisfit illi quod voluntas potest desiderare? Vtique: hæc enim ea est diuine suæ manus efficacia, quæ in ipsis tribulationibus tribuit quietem: hoc etenim promisit: *In hac vita centuplum cum tribulationibus*. hom. 30. num. 48. & seqq. Puerus autem ille hordeaceus transiens per Christi mare, tantam contraxit dulcedinem, vt nulla creatura posset habere suauiores. Hoc habeo ex D. Diuina: cum enim Christus, manibus suis sumptis tribulationes molestias & crucem, saporem illis indidit Deificum, quo electis sunt suauissima. hom. 30. num. 9. vsque 12.

XXXV. *Postquam impleti sunt*. Liquidò constat eos esse à Deo exhibitos, nam satisfaciunt & replent etenim mundi fercula nullam habent substantiam & merus sunt ventus quæ implent quidem, sed nec alunt nec satisfaciunt vt patet in Salomone & Naaman. h. num. 19. vsque 25.

XXXVI. *Impleti sunt*. Hoc dici non potest de mundi carnisque deliciis, vt expertus est prodigus: quantum enim comedebat nunquam saturabatur, quomodo semper: *Capiebat implere ventrem de siliquis*. Stultitia erat illa satis magna: nam si siliquæ porcorum poterant ventrem implere non tamen hominis, qui est animæ eius voluntas. ho. 18. n. 37. & seqq. hæc fercula, sunt aquæ illæ quas dixit Christus communes hominibus & iumentis, & si homini satisfaciunt secundum quod animal est, non tamen secundum quod homo. ho. 30. num. 76 vsque 88.

XXVII. *Colligite qua Superaverius fragmenta.* Ecce qualiter ex elemosyna non minuatur facultas; sed quanto fuerit hæc effusior, tanto plura superabunt: ideo tam pauca domi tuæ superflunt, quia tam pauca pauperibus erogantur. homilia. 21. numer. 57. Donum Dei magnum est pauper tibi missus ut bona tua accrescant. homil. 25. numero 70. vsque 77. hunc recte conceptum.

XXVIII. *Collegerunt duodecim copinos fragmentorum.* Habes hic quis effectus oriatur quod Deus huic interueniat actioni, petens quinque panes huius pueri quos tantâ reddidit abundantia, quanta testatur abundantia: ad hoc enim petit Deus ut tibi eroget abundantiam. ho. 25. n. 43. vsque 60.

XXIX. *Vi uiderunt, quod fecerat Iesus signum.* dicitur: quia hic est uero Propheta doctor erat turba hæc in 33. litteris. quam Scribæ & Pharisei, quando quidem cognouerint quod signa quæ Christus faciebat in subsidium pauperum & laborantium: nam illa erant quæ Prophete expresserant: porro Scribæ & Pharisei signa petebant in aere quæ non commodum, sed parcerent admirationem & ideo illa Christus dare recusat. ho. 8. numer. 39. vsque 47. fuerunt illi Christo nequiores quam Saul Dauidi. homilia 59. numero 11. quos congruè vocat Dauid: *Arcum prauum.* ibidem numero 9.

XXX. *Vi cognouit, Ecce sacerdotum Regem fugit.* Ecce Mirabilem nobis Christus præferat lectionem ad finem conuicti docens prælatas, dignitates & maioratus non esse bonos sed fugiendos. homil. 15. nu. 37 vsque 43.

QUARTO DIE LVNÆ QUADRAGESIMÆ VLTRA  
HOMIL. XXVIII.

**P**ropè erat Pascha Iudæorum, & ascendit Iesus Hierosolymam, & inuenit in templo uendentes boues, &c. Ioan. 2. Hæc historia contigit primo anno prædicationis Christi: nam ascendens in templum illudque ceruens profanatum flagris eiecit omnes eius violatores. Simili actu alio suam compleuit prædicationem; Dominicâ Palmarum: etenim solemnè illa supplicatione qua receptus fuit, procedens ad templum illudque pollutum inueniens, idem fecit quod diximus primo die Martis Quadragesimæ. Itaque flagris suam orditur prædicationem etique finem imponet Mirandum est, sed ita fieri oportebat: etenim sæpè norat Spiritus sanctus seruum non nisi flagris lorisque tractandum: ut enim cor habet Domino suo refractarium, quælibet nocet illi benignitas: tales sunt multi: non enim Deo conueniunt ac secutiunt

Heron. Bapt. de Lauza, Tom. 1.

nisi manibus flagrum præferenti: sunt enim impudentes si delitose nutriantur. Quid expostulas quod non nisi flagra domi tuæ experiaris, An non inchoas prosequeris, & sis nunc fame, nunc paupertate, nunc pressus infirmitate, atque ad minimam benignitatem qua te Deus recreat, nulla sunt tuæ serena libidinis, illam etenim toto prosequeris appetitu: igitur ut cum onagra tecum est agendum. ho. 9. n. 10. vsque 14.

II. *Propè erat Pascha Iudæorum, & ascendit Iesus.* Nunc ascendit Dominus anticipatiuè ad Pascham: idem nobis idem Evangelista fertur quod ascenderit: *Lam die festo mediæ nocte,* Dixit Dauid de Christo: Arbos est diuina quæ fructum suum dabit in tempore suo: nunc ascendit anticipatiuè, & præuenit Pascha ut templum à sordibus expuret, quatenus celebretur, ut ratio suadet docens ad ritè celebrandum festum requiri ut præueniamus & nos præparemus, templum animæ nostræ emundando quatenus id quod in illo festo acturi sumus, Deo sit acceptum: Dolendum enim est, te perdere merita tua, quæ possent opera tua bona promereri, quia anima tua sordibus est polluta peccati mortalis, quod quamdiu in ea residet, nullum potest opus fieri Deo gratum nec cæli meritum, ut figuratum est in Ichaboth nepore Heli. ho. 13. n. 7. 8. ex alia parte à se cohibet, quando rationes occurrunt particulares conuenienter, quo documenta tibi prælegit insignia. ho. 29. n. 45.

III. *Propè erat Pascha Iudæorum & ascendit Iesus Hierosolymam, &c.* Hoc erat nonnullis piis personis teste D. Ioan. imminente iam Paschate quibusdam diebus ante ascenderent Hierosalem, continuo permanentes in templo, seque præparantes piis quibusdam exercitiis ad Paschæ celebrationem. Hoc tibi faciendum incumberet & maiorem referes fructum quam nunc; Sed dolendum est te non solum hoc non agere, sed adueniente Paschate totus occuparis in cultu corporis, expediens autem foret te facere quod Angelus præcepit Esdræ faciendum. h. 34. n. 3. 4.

IV. *Inuenit in templo uendentes oues & boues & columbas.* Totum hoc auaritiâ redolebat mercatorum imo & quorundam Sacerdotum qui cum illis conspirabant & inibant societatem: etenim scientes festum adesse Paschatis in quo plurima erat multitudo uacatarum, ouium & columbarum, quæ immolabantur, non paruum iudicabant illi fore lucrum si hæc animalia parata haberent circa templum imò in templo suis lucris agendis: unde agendo de Paschate hanc lucris suis præmittebant animalium adductionem. Quis non miretur quam apertos habeant homines oculos suos ad lucrum, & quantâ studeant huic diligentia: etenim illi soli intendunt, & oculos suos in illud dirigunt, ut declarauit Angelus Zachariæ in amphora illa

quam

quam vidit dicens quod in illam omnium mortalium oculi essent collimati per uniuersam terram h. 30. n. 16. Multum differunt ab his oculi Dei: etenim vt dixit Zacharias solum attendunt hominem eiusque utilitatem & sicut homines à mille leucis conspiciunt & praeueniunt id quod ad proprium spectat lucrum, ita Deus id quod hominem concernit eiusque saluationem. ho. 4. n. 37. & 38.

V. *Inuenis in templo vendentes boues & oves*, &c. Quam solliciti sunt vt suis studeant lucris, dum tempus ad hoc vident opportunum, eo quod multi confluunt mercatores, quod si hanc negligant occasionem iudicant se manibus vacuis recessuros. Pari decet te cura praeuenire caeli festum, quando quidem scias quod nisi plures attuleris merces manibus mansurus es vacuis: sicut Deus vt ea diligentia qua lucrum sectaris quatuor alium temporalium, lucrum inueneres aeternorum Optime dixit Spiritus S. hoc tibi confirmans: *Si quaesieris eum quasi pecunias*, &c. Hoc tibi maxime referret si eam praemitteres diligentiam quam Ioseph tempore fertilitatis in tempus sterilitatis. ho. 36. n. 44. scilicet age quod Iacob vt ex tanta diligentia qua diuitis intendis corporis, aliquam adhibeas animae, quae pluris tibi referret ho. 21. n. 36. ho. 36. numero 41.

VI. *Inuenis in templo vendentes leues & oves*, &c. Ecce quam pius populus & quibus occupent templum Nullus locus ita quietem ac templum exoptat: est etenim locus orationis, haec autem requirit ab his secessum qua parum distractiones, sciens autem Dominus populum hunc pueros imitari moribus, quos qui ibet passerulus distrahit, templum suum ita voluit omnibus vacuum, vt nec imagines in eo permitteret, & si quae erant iussit velo conuerti, & nec quidam illas Deo permittente, tantas ipsi introducunt mouentes distractionem, vt templum mutent in forum boarium. Ne queras in templo quare distrahant te resim de illis te subducens ad maxime intima cor tuum inuenies te quasi in medio fori eamque patieris, quam Abraham in suo sacrificio, difficultatem ho. 42. n. 73. vsque 77.

VII. *Inuenis in templo boues & oves*. Considera quam apposite populus hic a Domino vocetur. *Generatio praua*, vt enim recto cuncta agantur ordine particularia sunt singulis loca constituta: forum publicum negotiis secularibus quae homines inter se tractant: templa rebus dicata spiritualibus, in quibus agitur cum Deo per orationem: sed haec omnia transmutant illi: etenim orationes & negotia spiritualia in foris agunt maxime publicis: *Orant in angulis platearum* &c. & negotia stipulationes ac venditionis contractus in templo perficiunt: quo patet quod diabolus regnet in illis cui nomen est: *Exterminans*, qui cuncta

suis euellit cardinibus: Christus autem suo stativo ordine saecularia templo exturbans homilia 19. numero 28. 29.

VIII. *Inuenis in templo*. Miserrimus ille populus cui omnia vertuntur in damnum: etenim opera bona orationis facienda in templo producunt ad angulos platearum vbi illa spectant oculi: corrumpunt homilia. 1. nu. 39. & sequentibus. Infelices filij mulierum Hebraearum, qui conspectui patebant oculorum Pharaonis: in illis etenim lex illa rigorosa executionis mandabatur & in fluitum demersi praefocabantur: illi tantum felices quos natos illorum oculis eripiebant: vita quippe filij Hebraeorum non diutius durabat, quam ab ortu suo latebat absconditus: nec minus infelix erit operis boni filius quem pepereris, si producens ad lucem illum oculis exponas mundi, opus bonum faciendo quo suffragium plausumque mundi aucuperis: praefocabitur enim & omni meritum vita priuabitur, quod in tantum meritum erit & vtile, in quantum illud feceris vt soli Deo placeas, abscondens illud oculis placendi hominibus. Conceptus hic tribuitur D. Gregor Nysten. ibid. n. 29. Daud à Deo postulat: *Auerte oculos meos, ne videant vanitatem*, vanitas quippe mundi gloria, quae solam habet apparentiam non verò substantiam, & forent opera vana atque ab omni fructu vacua, si ea fierent in ratione: vt autem illa Dauidis talia non essent peti à Deo: *Auerte oculos meos*, &c. ibid. numer. 32. Dum autem saecularia agunt in templo, redduntur illi sacrilegi, ita vt fora & templa illis omnia male cedant vt S. Iulii de quo dicitur: *Quocumque se vertebat, impij agebat* ho. 32. nu. 41. vsque 45.

IX. *Inuenis in templo vendentes oves*. Quamuis haec animalium circa templum additio, hominum habent principium, illud tamen illic vertentur in sacrilegium hoc proprium est hominibus h. 7. n. 32.

X. *Vendentes boues & oves*. Pessima fuit haec illorum iniquitas qui sub nomine beneficiandi sacrificatorum illos depradabantur: quocirca D. Cypr. illos appellat fures honorarios, & Amos latrones vincinorum. ho. 7. numer. 36. & seq.

XI. *Vendentes boues & oves*. Horrendum profecto crimen bysso virtutis vestire sacrilegium: peiores sunt Sacerdotes Bel qui alteris titulo sua fusta palliabant. ho. 7. n. 38. 39.

XII. *Et cum fecisset quasi flagellum*. Iustus Dominus indignatur flagrum accipit, videns templum rectum in sedem locumque gloriae Dei immundis repletum animalibus, redactum in forum omnigeni repetitum mercibus. Hinc tuam collige culpam: cum enim anima tua templum sit principale Dei, quam idcirco condidit vt in ea moraretur, eamque gloriae suae Domum efficeret, tanto eminentiore, quanto

temporaliter temporali spirituale: illam tamen habes  
 ut lentam abominationum ubi sedem habent omnia  
 immunda animalia quæ dixit Isaias, nominatim au-  
 tem pilosi & quos Esther vocat irrisores. hom. 41.  
 num. 35. vsque 39.

**XIII. Cum fecisset quasi flagellum.** Merito stomi-  
 charum contra te Dominus, & manibus flagellum ar-  
 tripi, eo quod legitimum eius violas templum. Sum-  
 pter hoc Dominus contra violatores templi Hieru-  
 salem & miratus est Ezechiel quod Deum videat of-  
 ficio fungentem ita alieno à sua misericordia, quale  
 est flagro cadere & agere carnificem. Aperit illi Deus  
 oculos, tantaque cernit abominaciones ut censeat ita  
 iustum hoc flagellum, ut maxime severum supplicium  
 voluerit misericordiam. Utinam tibi Deus aperiat o-  
 culos, quibus videas immunditias quæ in animæ tuæ  
 templo detinetur et de te ilud verificetur Isaiæ: *Cu-  
 bile draconum, pascua strutionum, ibi cubavit lamia,*  
*Eccl.* Hac verba sapius expendit D. Gregorius, h. 32.  
 n. 27. & h. 39. n. 15. hoc Deum impellit flagrum arti-  
 pere quo te puniat: tibi namque imperat: *Anserio  
 ista hinc.* Nam idcirco te percutit infirmitate & pau-  
 peritate ut illis te punificet. ho. 10. n. 30. & seqq. scito  
 hæc calu non contingere quæ patris: ideo enim vo-  
 catur à Propheta sagittæ linteæ. hom. 32. num. 39. 40.  
 idcirco te formaci iunxit ut argentum Hieremia. ho.  
 13. num. 41. & hom. 37. num. 69. & ollam Ezechielis:  
 placeat Deo non talem maneat infectus immunditi-  
 as. hom. 2. num. 10.

**XIV. Fecit quasi flagellum.** Erat huius vite suppli-  
 cium vide non erat perfecte flagellum, sed tantum  
 figura: tales etenim sunt huius vite tribulationes,  
 tantum apparenter. Deus te præseruet à futura vite  
 calanitatibus, hic est enim ignis viuis & vernis. ho.  
 6. num. 59. vsque 64. ibi namque vera sunt tormenta  
 eoque talia ut de illis dici possit illud quod de gloria  
 celestis gaudio dicitur: *Nec oculus vidit, Eccl.* ho. 16.  
 num. 40. 41. illa describit Isaias in valle Tophet. ibid.  
 num. 43. & flagra sunt quæ si consideres sufficienter ut  
 p. sicuter perferas quidquid in mundo cogaris tolera-  
 re. ibid. num. 44. 45.

**XV. Mensas nummulariorum.** Non satis erat Do-  
 mino pecuniam spargere per terram, sed etiam men-  
 sas enervit in quibus erant, & sulciebantur: non enim  
 sufficit vitare peccatum, nisi etiam occasiones fugias  
 quæ illud sustentant ut fecit Isaias, hom. 10. num. 46.  
 47. & complendum illud eiusdem Prophete: *Non  
 stabunt laci & delubra.* hom. 28. num. 99.

**XVI. Fecit flagellum de funiculis.** Ex ipsis funibus  
 quos adduxerat paravit flagellum quo puniret illos:  
 ne timeas à Deo te castigandum si tu funes non  
 componas, qui sunt peccata tua. Tu ipse tibi per pec-  
 catum nocet, eoque tibi comparas supplicium: non

enim Deus propria in Deo voluntate hominem occi-  
 dit: ipse namque sibi mortem accersit per pecca-  
 tum, sibi gravius inferens damnum quam omnes  
 creature & ipse Deus possent inferre. hom. 13. n. 28.  
 vsque 36. ut hoc Dominus indicaret, in morte Lazari  
 lachrymans est. hom. 32. n. 67.

**XVII. Cum fecisset quasi flagellum de funiculis.**  
 Tuis Deus te flagellat peccatis, quandoquidem videas  
 quod illis inherendo, ex ipsis tibi prominent infir-  
 mitates, inopia, dedecora, sicut filio prodigo, &  
 hoc Deus implet: *Malitia tua corripiet te.* hom. 18.  
 num. 49. 50.

**XVIII. Recordati sunt discipuli, quia scriptum est:**  
*Zelus domus tuæ, Eccl.* Feruebat Christus: zelo ho-  
 noris Patris sui contra eiusdem violatores. Optimus  
 filius qui si talis sit primo fiduciam ingerit & securi-  
 tatem ut semper ad Patrem valeat accedere, ad ea  
 quæ desiderat. Secundò movetur ut honoris paterni  
 curam habeat. Hoc agit Christus: primo namque  
 ita Patri suo fudit ut dicat: *Pater scio quia semper me  
 audis, & secundo honorem tuetur Patris zelo fer-  
 uens ardentiori.* Magnum à Christo beneficium ac-  
 cepimus, dum nobis indulsit ut Deum toto pectore  
 Patrem inclamemus. Primò ut nostram excitet fide-  
 ciam, quæ vota nostra illi proponamus. hom. 41. nu-  
 mer. 83. vsque 86. Secundò ut acriter nos moveat ad  
 tuendum eius honorem, & ea quæ eius spectant ob-  
 sequium quasi propria habeamus, sicut filius ea quæ  
 Patris sui sunt: nam quia Pater noster est, nostræ  
 sua reputat. hom. 22. num. 14. vsque 21. non se filium  
 ostendit Dei legitimum qui non ut proprias sentit of-  
 fensas Deo illatas Patri suo, & quemlibet impellit  
 Christianum ita illas sentire: videre creaturas insen-  
 sibiles, & omni cognitionis expertes, quantum fen-  
 derint offensam Christo in morte sua illatam, ut faci-  
 ciam quasi auerterint quasi tantum non possent ferre  
 dedecus suo iniustum creatori: quanto magis debet  
 sentire Christianus & ferre grauer: qui Dei filius  
 est, videre ipso spectante Dei honorem offendi. ibid.  
 num. 16. hinc collige quam paucos habeat Deus veros  
 filios, cum tam pauci sint inter nos qui grauer fer-  
 rant commissa contra Deum etiam gravissima crimi-  
 na: atque de hoc ipso teste Isaias Deus conqueritur  
 de nobis. ibid. num. 15.

**XIX. Quod signum ostendis nobis?** Sicut illud erat  
 ex primis operibus Christi, nam nondum se manife-  
 stasset, turbas it admodum infelices illos, & nihilomi-  
 nis quamvis viderent illum esse pauperem & ab-  
 iectum, non illi audebant grauer exprobrare: ra-  
 dios enim de se ita claros emittebat ut eos perterre-  
 ret, nec hoc adeo multum te charitate accendens  
 flammæ zeli adeo feruidas, talem illæ de se lucem  
 embrarent. hom. 12. num. 3. 4.

XX. *Quod signum ascensu nobis?* Liquidò conlat illos non esse ex quibus Dei, quandoquidem illæ cum ipso non contendant nec rationem exquirant, sed simpliciter obediant, dictis fidem adhibendo & præceptis obediendo. h. 37. n. 24. vsque 27. & n. 28. 19. Vir iustus semper dum Dei sentit flagellum, tacet vt Darius: *Non aperui os meum*, quia sibi semper persuadet quod sufficientes dederit per peccata sua rationes. ho. 30. n. 31. & novit quod omnes tribulationes ex diuina descendunt dispositione ad gloriam suam nostrumque commodum. hom. 32. n. 38. & seqq.

XXI. *Soluit templum hoc.* Habes hoc supremum & principale signum quod illis dedit suæ resurrectionis. Quod etiam illis dedit petentibus ab illo signum: *Volumus à te signum videre*, vt autem mortem suam significaret vitur verbo *soluit* quod cum aliis mysteriis tractatur. hom. 48. & 49.

XXII. *Testis autem non se credebat eis: ipse enim sciebat quid esset in homine.* Fuerunt hæc verba Saluatoris adeo efficacia vt omnes viderentur esse conuicti & superati: verum tamen non se talibus Dominus confidebat: perfecta namque illi erat hominis inconstantia: nec enim est in mundo nauis quam tam facile ventus hic in illam agitet partem, & alius in alteram. h. 4. n. 13. & seqq. & quamuis Apostolus quis sic mundi ventus vnicuique verbum illum timore conuicti. ibid. n. 12. 13. atque idcirco sanctior magis timet. ibid. num. 15. vsque 19. nec ipsi sancti sibi fidunt quamvis sibi videantur fortes, & adeo occasione fugiunt, in quibus nec ipse Petrus tot licet audax promissis, stetit immobilis. h. 43. n. 12. vsque 21. & 32. ipsi sibi met non fidunt. ibid. n. 23. & hoc illis compertum est quod quanto quis suam claris infirmitatem agnoscat, tanto se magis disponat per gratiam & fortior euadat. ibid. num. 28. 29.

XXIII. *Iesus non se credebat illis.* Partes confessarij ad vos hæc dirigitur super scriptio: si namque Christus non deditis qua homines illi promittent & adducunt, cognoscens quod data occasione sui lapsari fuerit realiter lapsi sunt, non vos fidatis quantumlibet multa vobis verba penitentes profertant si eadem vigeant occasiones: nam datis illis, etiam sanctissimi labuntur, vt patet in præclaris exemplis. ho. 36. n. 11. vsque 29. certo tibi prospice cum Principe Ichur: *solite capita*. hom. 31. num. 70.

QUARTO DIE MARTIS QUADRAGESIMÆ ULTRAE  
HOMIL. XXIX.

I. *Am die festo mediante, ascendit Iesus in templum.*  
Videtur quod Dominus se frigidat; etiam horum

præueniebat festum, & ante illud templum ascendebat, hodie cum etiam sit festum Paschatis ascendit non solum quando iam incipit ac primis diebus, sed mediante festo: nihilominus semper agit prudentissimè, & singularibus motus rationibus, ascendit heri ad Pascha anticipatiue templum purgaturus, vt illucscende Paschate templum ab omnibus sacrilegorum illorum sordibus emundaretur: hodie ferius ascendit: quia sciens vt sciebat quod bile nimia in illum extraderent, noluit illos ad primum ingressum acris irritare, sed vt eius absentia, & primis Paschæ gaudis paululum cholera defernesceret, illud implens vane Abacuc: *Apparebit in bonum*. h. 8. n. 42. Omnes eius affectiones nostris oculis manifestæ nobis erant in bonum quodam tempore ieiunium celebrat adeo tigrorum vt eo superatus esset diabolus, quo nos arma doceat quibus illum superemus. hom. 5. nu. 16. vsque 22. alias pergit ad conuiuia ad bonum animarum, nempe ad domum Pharisæi, nos instruens qualiter sint acceptanda conuiuia. hom. 38. numer. 10. 11. pariter imbuat peccatores quam gratia sint sibi conuiuia. ibid. num. 12. & seqq.

II. *Am die festo mediante, ascendit Iesus.* Quamuis Dominus ascenderit Hierusalem statim in principio Paschatis, latuit tamen absconditus & incognitus vt que ad medium festi: tunc etenim ascendit in templum iuxta illud à D. Paulo postmodum datum consilium: *Date locum ira*: & idem dederat Salomon: *Ne succendat carbones*. homil. 36. num. 14. 15. sed postmodum ascendit, tam vt officio suo prædici audi faceretur, quam ad utilitatem eorum qui bovam habebant intentionem, atque ex eius doctrina lucrum referrent: talia namque conuenit esse opera tua bona, eo modo ad quorundam utilitatem vt non sint ad aliorum detrimentum: quia nec sacrificia quæ sibi offeruntur, acceptat, si sint in præiudicium tertij. homil. 23. num. 55. & seqq.

III. *Am die festo mediante.* Congruè describitur Christus per animal illud mysticum Ezechielis, quod licet videretur quadruplex, erat tamen simplex oculis vndequeque plenum, & ita vidit illum D. Ioannes in throno sub figura agni, & Ezechiel in lapide pleno oculis declarans quod de sapientia diuina dicit Spiritus sanctus: *Omnia proficiens*, Hos & illos iuebatur, atque ex eo quod expediebat non interesse huius festi principio latuit absconditus, atque propter eos quibus doctrina sua erat profutura, accessit mediante festo. Talis oportet vt sis, & vellem inuicem quam Deus decreuit oculatam. hom. 28. num. 26. quo prudenter attendas vt tali modo opera tua huic conueniant, vt alteri non desis: nam idcirco reprehenduntur Pharisæi qui docebant filios vt offerrent sacrificia oculos suos in Deum dirigeret & à parentibus suis

luis eorumque auferent necessitatibus. hom. 23. numer. 44. & seqq.

IV. *Quomodo hic litteras fecit?* Inuidia tabescebat, & Domini doctrinam diabolo conabantur adscribere, sicut etiam eiectionem demonis, quo declarabant se à dæmonio possessos primo liuoris iuuento. hom. 7. num. 8.

V. *Quomodo hic litteras fecit?* Inuidia malum est latens, & ex effectibus cognoscitur nempe turbatione in corde, & commotione in lingua: *Quomodo hic?* Argumentum hoc est D. Cyprian. Et hic appositè prodicitur. hom. 7. num. 10. vsque 15.

VI. *Quomodo hic litteras fecit?* Per hoc declarando ut quamuis videretur in illis extincta inuidia, vita tamen adhuc ardebat: quia teste D. Ioanne primo Christum persecuti sunt ita ut Christus eorum cedens malitiæ fecerit in Galilæam ubi aliquandiu latuit quo fitor eorum quiescit & iam videbatur extinctus: *Et nemo de eo iam palam loquebatur.* Porro ut illum videntem eiusque doctrinam audierunt, quæ creuit ipsi auctoritas, cor eorum inuidiâ stimulatam turbatur non modicè, & doctrinæ eius derogare conabantur: indicium sanè quod vicia adhuc flagrabat inuidia: etenim bene probatur carbem fuisse succentum licet cineribus operum, si superiecta illi medica aqua fumum emittat, atque in hoc tibi patet utrum verè peccatum in te deletum sit, quando tibi videtur quod eius nullam habeas memoriam. hom. 34. num. 6. vsque 11.

VII. *Quomodo hic litteras fecit?* Est inuidia peplum adeo spissum ut oculis clarissimis superpositum illos exaceret. hom. 21. n. 52. *Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me Patris.* Legimus filius qui sicut non attendit nisi ad gloriam Patris sui, quidquid agit ad illum referi illique attribuit, atque idcirco Pater tantum illum honore dignatur, ut illum reueretur, ut dixit D. Chrysostom. hom. 42. n. 80. 81.

VIII. *Mea doctrina non est mea.* Deo adscribe quidquid boni feceris, & hoc tibi persuade, totum esse diuinæ manus suæ opus: ipse namque est qui *dat velle & prestare pro bona voluntate sua.* Sic Apostolus. hom. 40. n. m. 63.

IX. *Si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoscat de doctrina mea.* Operatur doctrina, quæ te doceat, illa etenim ipsa tibi veritatem suam ostendit & bonitatem ut appositè dixit Daniel præposito Eunuchorum ut experientiam caperet ieiunio, quod que ex illo cognosceret, nullum ex illo oriri damnum, nec vires debilitari. Malitiam cognosces peccati illud operando sicut prodigium, nam ipsum paulo post veritatem te docet quantum adferat damnum. Etenim te lugebis opibus inopem & sine honore inhonoratum, ut expectus est ille prodigium. hom. 18. n. 47. vsque 50.

Et si Deo seruias hoc ipsum tibi patefaciet quam prouidenter factum sit te huic impendere ob quietudinem conscientie, & principium quoddam vitæ æternæ quod iam potitur, atque ex cælo portatili quod in seipso cognoscat. h. 37. n. 57. vsque 67. Quinimò ipsis peccatoribus peccatum proponit agnoscendum, quantum malum sit ex malæ conscientie tormento. ibid. nu. 47. vsque 50. & num. 53. vsque 57.

X. *Qui à semetipso loquitur, gloriam propriam querit.* Probat Christus, se ambitiosum non esse, sibi doctrinæ suæ imputando sublimitatem, quandoquidem tam euidenter fateatur eam esse Patris sui doctrinam, eiusque gloriam sectentur, non propriam: si namque contrarium faceret, de illo quodlibet possent malum suspicari sicut de viro laudis ardellione credere possumus quod gloriæ suæ satisfactorius appetit, quodlibet sit malum aggressurus. Hic agnosco D. August. hom. 41. num. 73.

XI. *Qui autem querit gloriam eius qui misit eum, hic verax est & iniustitia in illo non est.* Hic considera quantum referat ut in te nulla sit iniustitia, si Dei gloriam intendas nec eius te facias latronem tibi gloriam attribuens honorum tuorum: grauis enim in hoc committitur iniustitia, quandoquidem Dei gloriam furetur: omnis enim laus quæ de bonis procedit operibus, Dei est: nam nobis relinquens honorum operum fructum, tantum sibi sumit eorum gloriam: unde ut illa facias, cor tuum mentemque rectificas. hom. 1. num. 22. vsque 37.

QVINTO DIE MERCVRII QVADRAGESIMÆ VLTRA HOMII. XXX.

I. *Et prateriens Iesus & dicit hominibus eorum à nosse ueritate.* Ioan. 9. Celeberrimus hodie eminentissimum Christi miraculum, unum ex stellis maioris magnitudinis cæli stellati vitæ illius. hom. 34. num. 1. & 2. Miraculum est hoc quod totam stupefecit Hierusalem, de quo multa habita sunt generalia concilia, & quamuis tota conata sit inferni malitia tenebras illi offundere, nedum hoc non potuit imò potius splendore illustravit maiori, & quamuis Pharisæi pectus hunc aquarum limpidarum obsecare studuerint sicut Palæsti ni puteos quos foderat Isaac, terrâ illos replentes, absit ut hec potuerint, imò potius eius aquæ in oculis totius mundi chrystallinæ apparuerunt. hom. 32. num. 3. 4.

II. *Et prateriens Iesus.* Fluit cælestis hic riuus gratiarum suarum effundens aquas: porro si obicem illi in templo faciant, lapidibus illum armau perterrentes, fluxum suum alio dieret, atque aliis partibus

R. 3. aquas

aquas suas effundet. hom. 25. num. 16. & sequentibus.

III. *Et prateriens Iesus, vidit hominem cæcum.* Attendende quid dicat D. Iohannes Christum esse lucem illuminantem omnem hominem, alios licet ut lateres alios ut adamantes: lucem suam emisit in templum, & omnes illuminantes Pharisæi, sed sicut lapides: non enim cor eorum penetravit, imo potius in illum insurrexerunt conatque sunt lapidare. Foras prodit & occurrit adamanti, illum illuminat & inlar solis illustrat, ut oculos sapientum illorum excæcet, quos mundus ut cales habebat, luce multò splendidiore quam ea quæ de facie Moyfi rutilabat, idque eo modo ut eius sint luce conuicti, quandoquidem euidenter eorum arguerit impietatem. h. 2. n. 2. 3.

IV. *Prateriens Iesus vidit hominem cæcum.* Ablulit ab illo populo oculos qui censebatur totius Hierusalem primarius, tenebris illum reliquit immersum & de industria illos in pauperculo collocavit illi lucem communicans adeò claram, ut ipse plura intelligat, quam omnes de concilio Hierusalem: gratia fuit hæc Saluatoris quam præstat cui bene placuerit, & qua ratione liberæ suæ sededit voluntati. h. 10. num. 12. hoc est quod dixit Dominus *Spiritus ubi vult spirat*, hom. 5. num. 13.

V. *Prateriens vidit hominem cæcum.* Quod Dominus illis oculos ablulit, abierit eosque tenebris inuolutos deseruerit, actus fuit iustitiæ: illi namque eum impulerunt ut abiret ob lapides quos manibus arripiebant in illum: non enim discedit ab anima Deus, nisi illum lapidibus à se expellat. h. 13. n. 25. vsque 31. Porro quod oculos coniecerit in cæcum hunc ab aliis derelictum opus fuit diuinæ gratiæ ipsius, factum pro merâ voluntate: hanc enim facit cui vult, unde non fundat legem iustitiæ, ut existens cæcus possit præterire & illuminationem nisi pro hac sollicitus sis, potes timere, quod tibi vertet dorsum & relinquet in obsecutis, si manu acceperis lapides cont. a eum, ut facis indie. h. 21. n. 29. vsque 38.

VI. *Prateriens, vidit hominem cæcum.* Exiens de templo, secedensque à malitia Pharisæorum, qui contra eum lapides acceperant, inuenit ad portam cæcum. Est enim valde antiqua Dei dispositio, ut pauperes sint ad portas templorum, ut se disponant ad orationem, in illis faciendam; ut enim dederis eleemosynam Deo in paupere, etiam Deus dabit tibi. hom. 10. n. 10. vsque 14. Est magna Dei misericordia quod in potestate tuâ relinquat mensuram eius, quod vis eum tibi dare. hom. 1. 25. numer. 50. Nec perit in paupere, nisi ut idem tibi det. ibid. numer. 41. In quo monstrat se liberalem. ibid. num. 45. Pro resolutione, sicut tu facies pauperi, etiam Deus tibi faciet. ibid. num. 56. vsque 61.

VII. *Prateriens, &c.* Ille pauper cæcus, erat ad

portam templi, petens eleemosynam: *Sedebat, & mendicabat.* Videat tibi molestum pauperem esse ad portam templi, etiam ad tuam, petentem, & clamantem, nec intelligis esse Dei misericordiam. Cum enim sit remedium tibi fauere pauperi, videtur tibi vim inferre ut eo utaris. Deus enim sæpè agit ita, ut videatur remedium dare, etiam inuito peccatori. Singularis est doctrina sancti Hieronymi tractantis, quomodo Deus egerit cum Ezechiele. hom. 35. num. 34. 35. Ideo magnis peccatoribus mittit pauperes ad portas, licet aliquando sint eis molesti, volens illis in eis ponere scalam ad cælum ut fecit diuiti avaro. hom. 16. nu. 34. & hom. 27. num. 53. 54. Volens ut suas diuitias seruent mittit eis vectores, quibus eum mirantur ear ad cælum ibique recondant suos thesauros. Sic ut misericordia Dei prouideat tibi tam abundantet, ut videatur tibi nimis & molestus. hom. 1. num. 39. 40. Hæc est donum Dei, quod dixit Samaritana. hom. 14. numer. 70.

VIII. *Et prateriens, vidit hominem cæcum.* Licet videatur hæc obuiatio casualis, fueritque hominibus, non tamen Domino, qui ante disposuerat eius cæcitatem ad suam gloriam, voluitque illo loco poni, ut exiens de templo, ubi rebellio Pharisæorum obstruxerat fluxum misericordiæ eius, haberet in quem deriuaret. Ut mulier eoi obstruuntur vbera lactis abundantis nolente prole ea fugere, prouidet sibi de camino, licet pauperculo. h. 25. n. 16.

IX. *Prateriens vidit, &c.* Hæc obuiatio fuit casualis hominum oculis, non Dei, qui eam præuenerat ad particulares effectus. hom. 31. num. 6. 7. & hom. 31. numer. 38. vsque 41. Particulariter ad conuincendum rebellionem Pharisæorum, quibus eum ex proposito cum tractasset, non tantum, non manserunt illuminati, sed valde obscura: & tantum præteriens illuminauit hunc cæcum, cuius cæcitas erat desperata. Ut conuicti Hieroboami duritiam, effectu, quem reliquit in lapide. hom. 16. n. 6.

X. *Vidit hominem cæcum à natiuitate.* Multi erant ibi, in quos poterat Dominus oculos coniecerit, tantum in hi nec coniecit, quia eius oculi non inueniuntur nisi ubi possunt benefacere, unde penetrant pauperes, & necessitas em habentes, ut subiecta, in quæ potest abundantius fluere. h. 10. n. 31. 32.

XI. *Vidit hominem cæcum.* Etiam considerauit eum cum singulari affectu ad operandum prodigiosum miraculum in eo. Videtur mirabile, quod dignioris nominis hominibus petentibus ab eo miracula, etiam ciuibus patriæ suæ Nazaret noluerit ea concedere, & cæcum hunc non petentem respiciat ex proposito, ut operetur in eo tam singulare, ut fecit. Si petas ab aliquo, licet ex proposito, ut facias opus, quod non est officij eius, non faciet, quantumvis petat.

Licit

Licet autem non petas facier, si est officij sui. Officium Christi est, quod nomen eius significat, Iesus, id est, Saluator animarum, & corporum. Ideoque fecit miraculosa opera, in beneficium, & saluationem animarum, & corporum; unde illa fecit etiam non petentibus, opera vero inutilia, vt dæmon petebat, faciendi ex lapidibus panem, deiciendi se ex pinnaculo templi, faciendique signa in aere; licet quater petissent, noluit ea facere. Quantumuis ergo petieris res aeris, vt sanitatem corporalem, diuitias, &c. Ne speres quod Deus te exaudiet, nisi conueniat saluationi tuæ; offert sæpè tibi hæc non petenti, pulsataque ad ostium tuum, quando minus cogitas. h. 8. n. 39. vsque 47.

XII. *Interrogauerunt eum discipuli; Rabbi quis peccauit, &c.* Petitio illa non fuit extra propositum, quia ordinariè adueniant infirmitates ob peccata, etiam ob leuia graues infirmitates. Cuius sunt mirabiles casus hom. 18. n. 30. & sequentibus. Notatque Spiritus sanctus, quod eo momento quo resolueris peccatum committere, possis pro Medico mittere hom. 30. n. 29. nec tantum causat infirmitates, sed etiam mortes. hom. 31. n. 29. vsque 33. Et finaliter peccatum committere, vel animæ imponere, est in ea ponere omnium malorum semen, vt Amos Propheta significat. ho. 3. n. 57.

XIII. *Quis peccauit, hic, an parentes eius?* Etiam hæc interrogatio non est extra propositum, quia sæpè punit Deus peccata parentum in filiis. hom. 9. num. 19. vsque 23. Et particulariter fit illud, quando parentum incuria non puniuntur filij. hom. 35. numero 13. 14.

XIV. *Neque hic peccauit, neque parentes eius; sed vt manifestentur opera Dei in illo.* Ne putes afflictiones, penasque aliquibus in hoc mundo aduenire casu. Nam vt Christus Dominus noster dixit, nec pluma quidem cadit ex passere, sine celestis Patris dispositione. Quotquot sunt, habent suum quare, sunt enim ad Dei gloriam, vel ad hanc manifestandam, vel ad vtilitatem nostram. ho. 21. n. 42. vsque 45. & ho. 32. num. 41. Vnaque causa, cur erit finale iudicium, est, vt Deus mundo satisfecerat, detque omnium rationem: *Tunc omnia querentur*, ait Sapiens. hom. 6. numer. 29. vsque 35. Et particulariter immittere aliquibus cæcitate ad eorum saluationem, claudens eis oculos, qui sunt fenestras moris. ho. 27. n. 7. Idem est de lingua, vt declarabat miraculo S. Vincentius Ferraticensis. ho. 3. 24. n. 14.

XV. *Neque hic peccauit, &c. sed vt manifestentur.* Deus non dat omnes afflictiones & penas hominibus quia sunt inimici, & peccatores, sed etiam sæpè quia sunt amici eius, quia talis Abraham erat, tamen cum anxietate pressit vt peteret filium eius in sacrificium, vtique bonis eius, quia amicus. hom. 32. num. 41.

vsque 48.

XVI. *Vt manifestentur opera Dei in illo.* Hæc sunt facere misericordias & fauores. Dat enim afflictiones, infirmitates & penas suis, vt eos disponat ad altiora & superiora opera in eis operandum. Vnde maioribus amicis dat maiores afflictiones, vt talenta maioris valoris, quibus augeat eorum spem maiorum misericordiarum, & præmiorum. ho. 32. num. 23. vsque 31.

XVII. *Vt manifestentur &c.* Hic vides, quod Deus tibi dat afflictiones, quibus te bene disponat, vt possit in te operari. Vt peccator filium auri, & serici in cognitione & amicitia Dei, est necessarium, vt vi iustum poenitentia emollatur: vt laminae auri fiant filium auri, possintque torqueri, eisque superhumeralia facti; fuit necessarium eas multo verberare contundere, & vi disponere. Ideo mittit tibi Deus multas afflictiones, vt ictibus earum te disponas vt Deus in te operetur, datque tibi dolores vt te capiat, sicut Onagiam; ho. 9. n. 11. vsque 14.

XVIII. *Vt manifestentur, &c.* Hæc differentia est inter Deum, & nos, quod nos semper possumus operari in pectore Dei, quia semper nobis est paratus, non autem non semper sumus parati, vt Deus operetur in nobis: ideoque vitior afflictionibus & morbis, vt nos disponat sibi. Tunc enim es optimè dispositus ad Deum audiendum, vtque Deus in te operetur; quando febris torqueris æliuantiore. ho. 24. num. 32. Hincque declaratur illud Christi: *Tempus meum nondum aduenit, &c.* ho. 36. n. 40.

XIX. *Me oportet operari opera eius, qui misit me, donec dies est.* Vide quod an bonus filius & quam obediens, qui dicit sibi conuenire operari, quæ suis ei Pater a tergo commendauerat. Admiratio digna est perfecta Christi obedientia erga Patrem æternum. Fuit etenim tam extrema, vt non tantum non fecerit opus aliquod, nisi præse inuictum à Patre suo, sed nec dixerit verbum conuersando, vel prædicando, quam ab æterno Patre suo dispositum. Sic vt quotquot faciebat miracula, & quotquot loquebatur verba, omnia fuerint executione obedientia Patris sui æterni, cum particularibus mysterijs, quæ prosequimur. hom. 36. num. 31. 32.

XX. *Me oportet operari opera eius.* Hic vides, cur noluerit facere miracula, quæ Pharisei ab ipso petebant: *Signum de celo:* nec quæ dæmon, nec quæ ciues Nazareth ab eo petebant. Quia missus ab æterno Patre suo ad mundum redimendum, non oportebat eum facere miracula vel opera quæ non essent ad utilitatem mundi & eius redemptionem. hom. 8. num. 41. vsque 47.

XXI. *Venit nax, quando nemo poterit operari.* Si bene considerentur hæc verba, sunt honoranda. Vocat horam mortis noctem, ob mirabiles, rationes, particulariter



ticulariter ob incertitudinem, quam Dominus significabat in parabola de virginibus. Ut ille discursus, ne demon te capiat in mucipula, ut Amos dixit. ho. 36. num. 47. 48.

XXI. *Veniet nox, &c.* Recte monuit Isaias ne occuperis fortificando nodos tuorum peccatorum, qui de nocte, & in obscuris difficulter solvantur, vocatque te delusorem, si vsque tunc differas soluere cæcos illos nodos. h. 13. n. 59. vsque 61.

XXIII. *Me oportet operari, dum dies est.* Si Christus, quia omnia poterat quovis tempore facere, dicat, sibi convenire opera sua & quod ei erat iniunctum, facere; quando vivebat: quia mortis nocte adveniente nemo potest operari: vide quanto plus tu obligetis tempore vitæ te disponere, faciendum ad servitium Dei, & tuorum peccatorum remissionem opera tui muneris, ut formica. h. 34. num. 30.

XXIV. *Veniet nox, quando nemo poteris operari.* Procrastinatio eius quod debebat facere, fuit perditio Pharaonis. hom. 15. n. 61. 62. Multo securior fuit diligentia Noe, ad intrandum in arcam. hom. 38. nu. 41. vsque 45.

XXV. *Me oportet operari dum dies est, veniet nox, &c.* Ob hanc Domini doctrinam, fiunt multi discursus, quibus probatur ei, qui se non disponit quando vivit, & prævenitur tempore mortis. Quando nemo poteris operari, posse damnationem suam prognosticari. hom. 13. num. 45. vsque ad finem. Est magna stultitia velle corpus iumentum habere, & caudam pavonis, id est vivere ut iumentum, & mori velle ut sanctum. ho. 37. n. 45. 46.

XXVI. *Me oportet operari, &c.* Domine, convenitne tibi ista opera facere? Ego dicerem homini convenire, cum omnia sint in eius utilitatem. Ita est, sed Deus tanti facit nostram utilitatem, ut quod pro ea fit, aestimet ut propriam, etiam suam gloriam, quod conducit ad nostram. h. 21. n. 42. 43.

XXVII. *Me oportet operari.* Quod nobis præcisè convenit, sibi convenire dicit. Quod præcisè est ad nostram salutem, habet etiam propriam. Quamvis fructus vitæ essent pro ipsis operariis, hos lucrari tamen conatur, ac si essent vitæ suæ necessarii. ho. 17. num. 34. 35.

XXVIII. *Me oportet operari.* Hic vides quid faciat vera Dei charitas, & proximi, ut quod convenit honori Dei, debeas agere ut rem tibi convenientem; Sicque debes esse sollicitus de peccatorum remedio, ad honorem Dei, ac si esset ad tuam utilitatem. sicut quod est ad honorem Patris, habet filius, ut proprium. ho. 21. n. 14. vsque 21.

XXIX. *Me oportet operari.* Etiam te convenit facere, quod est ad utilitatem proximi, quia Deus id tibi commendavit, ut quia Pater æternus Christo com-

mendavit operari nostram salutem, quod pro hac facit, sibi convenire dicit. Imò quando non accurrat remedium alterius correctione, vel opere salutem emittente, Deus te punit. h. 22. n. 9. vsque 14.

XXX. *Me oportet operari.* Quæ Pater mihi iniunxit. Licet enim utilitas sit alterius, ego satisfacio obligationi obediendi æterno Patri meo, conformiter obedientie voto ipsi facto. h. 36. n. 30. vsque 33.

XXXI. *Me oportet operari.* Hæc verba sunt ministris Dei valde propria. Licet enim utilitas laborum, administrationum Sacramentorum, prædicationum sit aliorum, tamen ipsi obligantur ad opere implendum suum ministerium, sic ut quis eorum possit dicere cum sancto Paulo: *Va mihi, si non Evangelizavero* Tibi convenit facere opera ministerii tui, reliqua tangit ipsum Deum. Ut ille discursus. h. 29. n. 23. 24.

XXXII. *Me oportet operari.* Qui es Dei minister, fac quod tibi Deus imperat: hoc enim convenit tibi, & obligatus es ad illud. Quo causam Dei iustificatam ostendes, & lucraberis quod tibi est utile, recipiesque secundum laborem tuum, licet non prois alteri. h. 32. n. 35. & 35.

XXXIII. *Expuit in terram, & fecit lutum.* Vnde symbolum remedii naturæ nostræ ex Dei ordinatione Saliva significat verbum æternum, quod procedit a Patre, ut saliva ex capite. Pulvis significat nostram naturam, cui Deus ipse dedit nomen pulvis ut in genibus se in vnum, persona Verbi æterni & nostra humanitate; mansit lutum, quod dixit sanctus Ioannes: *Verbum caro.* Hoc erat necessarium ad remedium inobtemperantis nostræ, & aliud non sufficiebat. ho. 32. n. 47. Ne separet vnum ab alio inquit S. Ioannes [vel per bis irremediabiliter. hom. 9. num. 23. & hom. 36. n. 2. vsque 9.

XXXIV. *Fecit lutum ex sputo.* Necessaria est hæc unio divinitatis Dei, & humanitatis nostræ, ut de resultat mediator à Tob desideratus. hom. 34. numer. 5. & hom. 39. num. 37. & num. 39. vsque 41. sequuntur diversæ considerationes convenientiæ istius unionis.

XXXV. *Fecit lutum.* Ut visum infunderet. Quomodo Domine hoc efficit lutum super oculos peccatorum? Est lutum factum de sputo Dei, qui iungens terram salivæ, dedit illi vim divinam. Id est, qui operabatur per nostram naturam, plenam infirmitatibus, miseris, & pœnis, nam ipse dedit virtutem unionem cum illa facta, ad fortificandum, glorificandum, & ditandum. hom. 36. n. 5. vsque 8. Eoque Desiccato & sanctificato nostros pulveres, pœnalque sic ut operentur æternam gloriæ pondus, ut dicebat Apollonius, & declarabat S. Damascenus ut illi conceptu. ho. nu. 9. vsque 12. Alios cæcos curabat solo verbo suo. Ad hunc curat dum fecit lutum. Omnes enim curat

non debent eodem modo curari, nec idem recipe debent esse pro omnibus infirmitatibus. ho. 2. n. 23. vsque 26. & ho. 24. n. 57. vsque 56.

XXXV. *Fecit lutum* Ad dandum huic cæco visum, *liniuit oculos eius*, quod sufficeret ad tollendum ei visum, si haberet, Vide opera Dei & quam differentia habeat principia ad operandum in aliquibus, quam in aliis. Sæpe enim videmus quod dixit Propheta: *Vi facias opus suum peregrinum opus eius ab eo*. Ut videmus, quod volens dare Samaritanæ, petit ab ea quod tam alienum est à dando. homil. 25. numer. 44. vsque 47. & numer. 50. & seqq.

XXXVII. *Fecit lutum ex spuo*. Videtur Domini saliva sufficere ad dandum visum, sed id non tantum fuisse opus, nec adeo in honorem eius, quia spiritum habet in claritatem, sed conveniebat ad eius gloriam, & operis magnitudinem, obfcurare salutem luto, sicque ponere, ut videretur potius cæcaturum, quam lumen daturum. Quo significabat magnum mysterium, quo operatus est nostram redemptionem. ho. 36. n. 5. & seqq.

XXXVIII. *Liniuit oculos eius*. Bonus Medicus, qui applicat medicinam ubi est infirmitas, ibique ponit manum suam, ita faciendum Confessario ad bene curandum cæcos & infirmos. ho. 24. n. 35. & seqq. Tunc erit medicina penitentiae rectè applicata, quando eadem apponitur, in quo erat culpa. Ut patuit in Magdalena quæ singulariter egit penitentiam iisdem rebus, quibus peccaverat. ho. 38. n. 99. vsque 102.

XXXIX. *Vade, lava in mansuetudine Silæ*. Ego posui manus meas super oculos tuos, luto liniens eos, pone & tu tuas lavas eos. Curatio enim animæ exigit etiã manus tuas, quia est quasi societatis lusus. ho. 10. n. 31. vsque 36. Et quia manum tuam non apponis, non sanaris. ibid. n. 35. 16. & ho. 24. n. 48. 49.

XL. *Vade lava*. Ego imposui lutum, ut accipias visum tu etiam appone aliquid id adiuvens ut oculos lavare, licet affectus non procedat à tuis manibus sed meis. Adde aliquid ad tuum remedium, quod videatur conducere ad intentum nisi feceris, cæcus manebis. ho. 27. n. 16. vsque 59.

XLI. *Vade, lava*. Feci quod meum erat possumque tibi dicere quod Elias Elizeo: *Quod meum erat, feci tibi*. Accurre tu faciens quod tuum est, ho. 15. numer. 13. 24.

XLIII. *Vade, lava*. Tertullianus ait mirum est, Christum ita esse apud aquas, ut sine his non inveniat & in iis maiora mirabilia sua faciat. ho. 25. n. 61. 62. Deus videtur de aquis extraxisse mundum & hæc omnia. Aliquorum lachrymæ transcendent Cherubinas, quos vidit Ezech. In aquis penitentia contingit Deus capita Draconum peccatorum nostrorum. Nescio tamen quid habeant aquæ, quo adeo liceant, Hieron. *Bapt. de Lanna, Tom. 1.*

quam quod sint lachrymis similes, illas enim Deus tanti facit, ut etiam aquas, quia illis similes sunt, tanti faciat. Ut patuit in actu Prophetae Samuelis, quod tantum effundente aquas in conspectu Dei, hunc placavit. ho. 38. n. 74. de vi aquarum lachrymarum agitur. ibid. n. 72. & seqq.

XLIII. *Vade, lava*. Quam facilem rem petit Christus ab hoc cæco, ut ei concedat tam magnam, qualis est visus, scilicet ut vadat se lavaturus in fonte claro & frigido, quod absolute poterat ei recreatio esse & plus existenti luto. Quæ namque facilia sunt & suavia Deus requirit à nobis ad nostrum remedium, ut adeas fontem penitentia, dicasque tua peccata cum dolore cordis. Quid facilius vulnerato, quam suspirio declarare Medico pœnam, quam patitur. ho. 19. n. 60. vsque 64. Rectè dixit Moyses, quod S. Paulus ponderat. *Prope est verbum in ore tuo, & in corde tuo*. homil. 10. numer. 38. & homil. 25. numer. 80. 81. & ho. 44. n. 41.

XLIV. *Vade, lava*. Deus petit à nobis res faciles, ut det visum cælestem, & dona suæ gratiæ, scilicet tantum voluntatem recipiendi illa. ho. 10. numer. 37. 38. Tam faciles, ut nos illis inuiter. ho. 25. numer. 79. vsq. 82. & homil. 28. numer. 28. 39. Cum autem sint tam faciles, non facimus illas, licet ad eas, quas dæmon petit atrociter, & difficilia accuramus, easque ei offeramus. ho. 25. n. 63. 64.

XLV. *Abiit, & venit videns*. Pondera promptam obedientiam istius cæci, credentis quod Christus ei dicit, & facientis quod ei iubet, cum sint res, quæ paterent multis replicis, particulariter cæco, qui poterat de omnibus dubitare, sed in hoc erat remedium eius, eritque vestrum in credendo, & faciendo sine replica, quod Deus imperat. homil. 37. numer. 24. vsque 31.

XLVI. *Vicini ergo, & qui vid. rant eum prius*. Eo momento, quo visum accepit, totus ei se mundus opposuit. Aliqui eum deserunt, alij arguunt, alij cum eo disputant, totus Pharisæus est ei contrarius, sic ut etiam proprii eius parentes non auderent pro eo respondere. Eo punto, quo Deus te illuminabit divini gratiæ sua, & incipies sequi vexillum eius, totus infernus opponet tibi, & Satan oppugnabit, videns te gratiis divinis ditatum. ho. 5. n. 2. vsque 8. S. Hieronymus aduertit illud accidisse Paulæ, Eustochio, & Melanice. ho. 8. n. 44. 45.

XLVII. *Adducunt eum ad Pharisæos*. Qui videbant hunc iuvenem videntem, & publicantem, Christum ei visum desisse cucurrerunt ad Pharisæos, ut eos contra Christum commoverent & illum dicentes, eum facere contra eorum præceptum continens ut nemo confiteretur Christum. Idem contigit, quando Dominus resuscitavit Lazarum, quod multi observant.

quod Pharisaeos dicentes eis, illi homini resistendum, unde statim inierunt concilium contra eum. Saepè mali famuli, ministri, & subditi, inanis ad augendum Dominorum suorum malitiam. Quod valde Dominum nostrum offendit. ho. 35. n. 25 & seqq.

XLVIII. *Quid tibi fecit: quomodo videt? Ille homo, qui dicitur Iesus, lutum fecit.* A caeco in consistorium ducto inquirunt, quomodo accepisset visum, statimque ut audiunt Christum fecisse lutum ex sputo suo, eoque liniisse oculos, dixerunt: *Non est hic homo à Deo, qui Sabbatum non custodit.* En quam dibolica malitia, videtur eis Christus magnus peccator, quia in festo spuit Rectè dixit Spiritus sanctus: *Odium suscitavit rixas.* Quod ex muscis facit camelos, & elephantes: valde visitatum in mundo. homil. 23. n. 11. vsque 16.

XLIX. *Non est hic homo à Deo.* Eo, quo Christum damnant, magis eum clarificant, quia contra eum damnosissima rabie, furentes & infernali, si haberent, quod ei opponerent, facerent ad dicendum: *Non est hic homo à Deo.* Inspecitque tota eius vita, non inveniunt quod eis videatur reprehensibile, quam quod die festo spuerit in terram. Hic est impletum hoc Davidis: *Dum superbis impius incenditur pauper.* homil. 23. numer. 35. vsque 36.

L. *Non est hic homo à Deo.* O Proditores, duo auditis, unum supremæ altitudinis, quod est visum dare caeco, alterum spuisse in terram die festo. Ut hoc accipitis ad illud obscuro, cur non è contra illo iustificatis hoc? Ut notat S. Bernardus, hæc est Pharisæi conditio, qui non inspiciens ea, quæ Magdalena faciebat in præsentem, ad iustificandum præterita, hæc tantum respicit ad condemnandum præsentem. hom. 38. numer. 112. Tu attende bovum, quod est in alio, eoque iustifica, quod tibi videtur defectus, non è contra, ho. 23. n. 21. 22.

LI. *Non est hic homo à Deo.* Vides hic impletam Prophetiam Abacuc, quod Dominus eadem luce, quæ illuminabat terram, inuoluerit celos, & obscuros reddiderit. Eadem enim luce, qua hunc pauperem iuuenem illuminabat, habitum ut frustum terræ, manserunt Principes illi, & Sacerdotes obscurati. ho. 7. n. 2.

LII. *Non crediderunt.* Et licet tam evidens esset, quod eis dicebat, tamen non credebant, quia difficulter creditur, quod odio habetur, & quod contra tuam est voluntatem, licet intellectum sæpè detineat, imò id ipsum quod videtur, non creditur. Necessaria est in voluntate bona dispositio, ad res fidei credendum. ho. 29. n. 52. vsque 55. Sicque Spiritus sanctus illuminat intellectum, purificando voluntatem: utilis doctrina. ibid. numer. 56. vsque 59.

LIII. *Non est hic homo à Deo.* Vide quam inspicuus iudicium, quia spuit in terram ad illuminationem

quem caeci, iudicant eum esse inimicum Dei. Rectè Pater eorum Iacob vocat eos instrumenta iniquitatis & David arcus prauos, eum idem quod eis seruitur debet, ut initium ad cognoscendum Christum, seruiat eis ad eum despiciendum & deserendum ut peccatorem. h. 39. n. 8. vsque 13.

LIV. *Non est hic homo à Deo.* Iudicium, quod hi formant, & conclusio, quam inferunt ex præmissis, quas audierunt, probat malitiam cordis eorum, ut omnia aspidis, de quibus ait Isaias. ho. 19. n. 69-70.

LV. *Tu quid dicis, &c. Quia Propheta est.* Nomen Propheta absolute prolatum, significabat Messiam, voluitque hic caecus, plus in anima, quam corpore illuminatus, refectate eius memoriam, quod Deus eis promiserat Prophetam, qui loqueretur eis ex parte sua: quem si non recipere, eos rigorose puniret. Secundum quod, voluit Deus eos mouere per os illius caeci, ut adverterent quid sibi esset faciendum cum homine isto, qui erat Propheta promissus Idem intimaui eisdem Deus, per os populi dicentis: *Hic est Iesus Propheta.* homil. 7. nu. 25 26. Ipsaque Christus. h. 29. n. 38. 39.

LVI. *Vocauerunt parentes eius.* Eia agite proditores & scitote quod Dominus scientiarum Dominus est & per eum disponuntur omnes cogitationes. & per has, quæ tam directè militant contra eum, manebit probata & verificata miraculi veritas, & impletur hoc Isaiæ: *Ducam caecos, per viam, quam nesciunt.* ho. 23. numer. 35. Omnes diligentia vestra sunt stramina & Deus est ignis, quo illa comburantur & flammæ lucis Domini redduntur clariores. ho. 23. n. 36.

LVII. *Vocauerunt parentes eius.* Serpentes infernales ite, repite supra Petram, hæc manebit tanto limpidior, & lacerabuntur pectora vestra. hom. 26. n. mer. 2. vsque 5. Inferre vii ad dei iudicium parietem & sub eo vos collidet ut dixit David. ibid. numer. 47. Eleuate lanceam ad confodiendum, ut B. natus eadem vos confodier. non permittens ut eam moueatis contra illum. Ita contigit illis infelicibus, vocantibus caecum & parentes eius, conantibus horum dicta Christum confodere. ho. 44. n. 9. 10. Et in fine vobis præcidet guttur proprio case vestro, nam ex dictis eorum quos aduocatis, vestra confundetur malitia & miraculum probabitur euidenter. ibid. n. 2.

LVIII. *Vocauerunt rursus caecum.* Quid non efficiunt vocando hinc inde, & aliquos interrogando hic, & alios alibi, ad eum diuertendum, & retro pellendum sed in vanum, quia est illuminatus à Deo, potestque de ipso dici, quod Dominus de S. Ioanne dicebat, non esse arundinem vento agitatam, ut vos essis. homil. 38. numer. 37. Et si ex vna parte est nauis, quæ ventus malitiæ fert huc, illucque ex altera tamen parte, rupes est, tam immobilis in sua cõfessione.

vt columna. hom. 37. num. 70. Videtur esse Iob, quem licet Deus relinquat in manibus peiorum, quam demones, ait: *Innocentiam, quam coepi tenere non deseram.* Argumentum excellentis virtutis eius, vt vltimae infirmitatis, in retrocedendo à bono proposito. ibid. nem. 74-75.

LIX. *Tu discipulus eius sis, nos Moysi discipuli sumus.* O proditores, quam bene ostenditis, vos nil habere proprium in quo gloriemini, quam tantum in eo, quod estis discipuli Moysi, oleo alieno lucentes, vt virgines fatuae. Idem erit ad maiorem vestram damnationem, vt fuit Nabal Carrelo esse consanguineum Davidis, eo enim augetur vestra malitia. hom. 37. num. 42. vsque 45.

LX. *A vitulo non est auditum, quod aperuerit quis, &c.* Cecus format magnum argumentum in fauorem Christi, conuincens Iudaeos. Dicite mihi an fuerint excellentes homines in mundo: est clarum quod ita. Videte igitur an illos approbando, benefaciatis hunc reprobando. Dici e quid videritis in vitulo, ad illum adorandum vt Deum; an fecerit, quae hic homo facit? Est S. Cypria i discursus. hom. 19. n. 71.

LXI. *Nos Moysi discipuli sumus.* Dicto suo dant sententiam contra seipfos, cum enim essent Moysi discipuli, debebant exequi quod eis dixerat eorum Magister ex parte Dei, quod eis mitteret Pro, heram similem sibi quodque illum reuicentes punirentur à Deo. Tanque illis intimat cecus, illum Prophetam esse Christum, quando ab eis interrogatus, quid de ipso sentiret, respondit: *Quia Propheeta est.* ho. 7. n. 25. 26. & hom. 29. num. 38. 39.

LXII. *Eiecerunt eum extra Synagogam, &c.* Postea inuenit eum Iesus in templo. Deus succurrit suis, hosque vacuos replet, quos hominum crudelitas deserit, sicque succurrunt cornorum pullis à parentibus desertis, lucentisque huic. hom. 10. n. 31.

LXIII. *Credis in filium Dei? Quis est vt credam in eum? & vidisti eum, & ipse est, qui loquitur tecum.* Magnum ei conuulsi donum primo datus ei visum corporis, quo aspiceret matricalem Solem, sed omnimode excedit, quod iam facit dando ei visum animae, quo videt spiritualem solem. Tantus fauor, vt quasi supereminet, posuerit vt donum excellentissimi amoris, dicens: *Diligam eum, & manifestabo ei meipsum gratia desiderata ab omnibus Patriarchis, Prophetis, & Regibus à principio mundi.* hom. 25. n. 90.

LXIV. *Ipsa est, qui loquitur tecum.* Quam cito soluit ei seruitium exhibitum. Sic affuevit Deus, quando seruitia magna sunt. Vt fecit Abraham quando vicebat quatuor Reges, feceratque actus excellentes ad gloriam Dei, statim manifestauit se illi, dicens: *Ego procreator tuus, & merces tua magna nimis.* Licet merces non fuerit tanta, quantum fecit huic, sed tam ma-

gnam voluit huic facere, quia tam magnum seruitium ei praestiterat. Quando enim tota mundi potentia erat contra eum congregata in Concilio, respondit intrepidè pro Dei honore. Fuitque vt Tobias, cum ad Regem adulandum, omnes current ad idola eius adoranda, ipse erat firmior, in Dei se iuitio. Ideo fuit tam excellentis, & singularis gratia, quam fecit Latroni etiam Apostolorum superans, quia tempore, quo omnes secedebant, & fidem deserebant, facit hic confessionem adeo excellentem in oculis, & auribus mundi totius. h. 44. n. 30. vsque 35. & 36. Ideoque preposuit mulieres in gloria suae resurrectionis, quia fuerant firmæ, quando Apostoli deficiebant. h. 48. n. 18. Licet enim sit bonum Deo seruire quando non sunt difficultates tamen vera, & vna fidelitas probatur, quando sunt contradictiones & lapides in contrarium. h. 30. n. 6. vsque 9.

QVINTO DIE IOVIS QVADRAGESIMÆ VLTRA HOMIL. XXXI.

I. *Ibat Iesus in ciuitatem, qua vocatur Naim.* Luc. 7. **I** Habemus vnum ex magnis miraculis, quae Christus fecit, suam ostendens potentiam in defuncto adolescente, quem potens lex à morte ceperat, & ad suam cauetnam ferebat, scilicet sepulturam. Christus ostendit hic vires suas, implens illud Davidis: *Deus in fortibus eius cognoscetur.* Cum mors, sit res fortissima. hom. 10. num. 2.

II. *Ibat Iesus in ciuitatem Naim, & ecce defunctus efferebatur.* Christo ciuitate intrante, efferebant defunctum. Videtur hæc obuiatio casualis, tamen non fuit, sed à Christo bene disposita, qui numerabat passus, voluitque ad suum introitum in ciuitatem, hunc defunctum efferi. Hoc enim modo habet Deus compositos gressus suos, ad nostras necessitates. hom. 32. numer. 50. 51.

III. *Ecco defunctus efferebatur.* S. Lucas, vt Medicus praescribit in omnibus Recipere salutis etiam his verbis, quibus à nobis peti, vt inspiciamus illum defunctum, quem efferebant: vt in eo nos videamus, vt in speculo, nihil enim verius est, ad nobis ostendendum quid simus, quam defunctus in pheretro positus: Considera te in eo; hoc enim te liberabis ab aquis diluuii peccatorum, vt Noë in arca, quae fabricata erat vt loculus. hom. 1. n. 47. vsque 50. Idque consulebat Papae Eugenio S. Bernardus, vt se consideraret sic Summum Pontificem, vt non auerteret oculos ab eo, quod erat per naturam, id est, quod erat homo mortalis, & corruptibilis. hom. 1. num. 49. Et quantumvis homines se transfigurent dignitatibus, diuitiis, & prosperitatibus, vt Regina, vxor Ieroboam cognoscuntur mortales ex

inultu pedum, id est, extremo vitæ, apertione sepulchri, campanarum sonitu, descriptione mundi, &c. hom. 1. num. 50.

IV. *Ecce defunctus efferebatur; filius unicus matris sue.* Deus videtur res inconcinnè disponere, cum tollat filium iuvenem, qui debebat conservare statum & esse domus, & relinquit matrem viduam, senem; cui non manebat spes posteritatis; tamen ne credas Deum verberare ut cæcum, sed disponere sic, quia conveniebat gloriæ suæ, & utilitati nostræ. ho. 32. n. 38. vsque 41. Utque ostendat regimen suum fuisse summæ sapientiæ, erit iudicium vniuersale, ubi videbitur ratio earum rerum, quæ eam videntur non habere. hom. 6. num. 29. vsque 35.

V. *Hæc vidua erat.* Vocare eam absolute viduam, est significare fuisse sanctam in suis consuetudinibus, quia est nomen honoris ante Deum, nec datur absolute, nisi viventibus conformiter statui suo. Deus affligebat eam viduitate, iamque auget sollicitudine, aufert ei filium, quem ad consolationem dederat ei. Videtur nos posse dicere, quod Elias: *Domine, etiam viduam afflixisti?* Magna Dei misericordia fuit addere ei afflictionem super afflictionem sicque Paula intellexit, de qua S. Hieronymus ait, quod in similibus afflictionibus reprobaret verba Isaiæ: *Ablactati à lacte, tribulationem super tribulationem expectate*, quia simul crescunt afflictiones, & præmij spes. hom. 12. n. 27. 28. Hic conuenit conceptus fertilitatis terræ Ægypti, quæ procedebat ex inundatione Nili. De quo alibi.

VI. *Hæc vidua erat.* Fortè Deus ex misericordia, abtulit ei filium iustum, si nimis eum diligebat. Deus enim est zelator cordis nostri, vidensque nos illo nimis alteri affici, hoc aufert, ut zelolus marinus videns uxorem suam nimis affici famulo honorario. hom. 28. num. 34. 35. Ideoque sem nati tor spinas in mundo, ne huic cor nostrum affigamus. Ita ostendit se sponsum zelosum, necens: *Sepiam vniuersas spinas.* hom. 24. num. 25. 26.

VII. *Hæc vidua erat.* Fortè attendens se viduam & cum hoc tantum filio, dissimulasset in eo inordinata aliqua sic ut posset vocari filius viduæ. Punitque Deus parentes, qui nimium libertatis concedunt filiis, ut Heli. hom. 23. nu. 6. vsque 9. Idque significauit Deus, imperans tantum teneri ligatum. hom. 35. num. 23. 24. Enam quia malè educant proles sibi datas à Deo, eas occidit, aufertque successionem domus. Doctrina magnæ considerationis ad hoc propositum. hom. 37. numer. 15.

VIII. *Turba ciuitatis multa cum illa.* Sanctum est opus, & misericordiam, afflictis condolare, & in penitus comitari. Deus autem mouens eos ad hoc opus misericordiam prætendebat habere innumerabiles tales miraculi, quod erat facturus. Eodem utebatur

modo in resuscitatione Lazari, mouendo honestiores Hierosolymæ ad consolandum sorores eius. Ita disponit faciens sua opera, ultra quam cogitamus. ho. 32. numer. 61. ostendens quod *Deus scientiam Dominus est, & ipsi preparantur cogitationes.* hom. 23. num. 35. hom. 30. num. 59 & hom. 32. num. 18.

IX. *Quam quod vidisset Dominus.* Benedictus sis Domine, cuius oculi vergunt ad maiores necessitates, differunt ab hominum oculis, qui tantum figuntur ubi est bonorum abundantia. hom. 30. n. 15. vsque 18.

X. *Quam cum vidisset Dominus.* Tantum eam videns, resoluere ei concedere quod desiderabat, ea nec petente, nec loquente. Licet alij venirent cum magna auctoritate petentes signa, quæ volebant, non tantum non faciebat ea, sed etiam reiciebat eos, dicens: *Generatio praua, &c.* Ratio est, quia Christus habet officium Saluatoris adeoque faciebat opera salutis, etiam non petentibus. Non vtilia vero, nec conducentia ad salutem animæ, nec corporis, ne quidem petentibus concedebat. Ut si ab eo, qui habet officium, petas opera illud non concernentia, non faciet ea, faciet autem ea, quæ sunt officij sui, antequam petantur, etiam ad ea inuitans. hom. 8. num. 39. vsque 47.

XI. *Quam cum vidisset Dominus.* Vidua flebat, lachrymæ eius mouebant Dominum ad compassionem, non enim habet cor lapideum ut tu. Licet videas mille pauperum viduarum, & necessitatem patientium lachrymas, non plus mouentur tu viscera, quam si essent lapidea. Signum est te esse sine charitate. Deus probabat S. Ioannes Euangelista, patrumque in diuite auaro. hom. 16. num. 11. 12. Eodem modo videtur lachrymas sororum Lazari, flebat cum eis, mirabili mysterio. hom. 31. num. 68. 69.

XII. *Quam cum vidisset Dominus, misericordia motus.* Stoici creduntur virum omnino sapientem, & perfectum, non debere moueri affectibus misericordie & compassionis, dicentes esse infirmitatem animæ. Sed est error, particulariter in Christo, qui voluntariè excubabat in se similes affectus, ad ostendendum se afflictionibus nostris non delectari, quodque accurret ad iis medendum, qui illos patiuntur. hom. 40. num. 40. 41. Estque hæc magna eius bonitas, quod videns suos flentes, videatur dolere, ac si eadem tribulatione torqueretur. Vnde David dixit, fuisse ea, quum, cum suo populo captiuo. hom. 17. num. 46. 47.

XIII. *Quam cum vidisset, &c.* Erat certum, quod lachrymæ in eius presen tia fusa, operarentur in eius corde, Deus enim non videtur habere vires ad illa resistendum; ut nec pater videns eas in filio suo, non dare illi, quod petit. Ideo Christus, postquam discipulos debere vires exerere ad cælum obtinendum, addidit nos debere ut paruulos esse. Magnæ considerationis discussus, hom. 38. n. 62. vsque 65. num. 75. 76.

XIV. *Noli flere.* Hæc vidua habebat cor dolore plenum, licet enim non diceret verbum, fundebat lachrymas, quæ sunt testes, non decipientes; cum verba sæpe sint ficta. Cum autem tu habeas tot, possumus iudicare, te habere cor sine dolore, licet mortua sit anima tua. ho. 38. nu. 62. vsque 65. & numer. 75, 76. Est S. Cypriani.

XV. *Noli flere.* Videtur magnum Christo dolorem causasse, tam pretiosas aquas lachrymarum fundi sine utilitate. Infinita enim est ex illis procedens, quando cadunt, vel impenduntur legitime, scilicet peccatis. Sunt enim aquæ, in quibus Pharaon est submersus. ho. 38. numer. 77. Potentiores, quam aquæ torrentis Cison. ibid. [n. 80.

XVI. *Noli flere.* Quam malè impenduntur lachrymæ ob mortem filij, quem non possunt resuscitare, nec sunt alienius utilitatis. Vt dixit David. ho. 38. numer. 82. vsque 84. Si Eldras vidisset istam mulierem, vt alteri dixisset. *O stulta!* Possumusque id multis dicere. ho. 38. n. 85. vsque 88. Hincque pater, quanto pluris facias filios, & bona temporalia, quam animam, & bona spiritualia cum horum perditionem non sentiens, illorum delectas vehementer. ho. 38. n. 63.

XVII. *Noli flere.* Illud non dixit Magdalena, licet eius lachrymæ non essent minores, sed abundantiores, quia erant vt sanguis, quo pedes eius lauabantur, quoque lingua canum eius acuebatur. ho. 38. numer. 70. 71.

XVIII. *Accessit Iesus.* Et tetigit ioculum Christus D. N. multa miracula est operatus reali contactu sanctissimi carnis suæ, ad eius vim & virtutem ostendendam, quam accipiebat à divinitate, cui erat unita. Si enim ad ostendam sanctitatem Elisei, huius corpus desinctorum, statim resuscitavit tactu corpus mortui; multo plus debebat id operari caro Christi Desinctorum. Unde debes colligere, quid in te operabitur, quando communicas, si fueris dispositus, præterdit enim in mysterio SS. Sacramenti facere opus serpenti in malsâ. Acutus conceptus S. Cyrilli. ho. 41. n. 68. vsque 71.

XIX. *Et qui portabant, steterunt.* S. Ambrosius ait Portitores huic adolescentem tulisse, eo non vidente, quo ferebatur, quia erat mortuus, ferebant autem eum ad sepulchrum, vbi vermes eum eroderent, quantum huius desinctorum infortunium! nec minus est tuum, quem etiam vitium ferunt tuæ passiones, te non vidente quo, vt portentum Execlielis, iumenta, quæ dixit Isaias, & vas Zachariæ, ad sepulturam perditionis tuæ, & inferni. ho. 18. n. 15. vsque 18. & ho. 38. numer. 31.

XX. *Qui portabant, steterunt.* Ferebant eum ad sepulchrum, vbi consumeretur omnis eius substantia, & manerent mera ossa. Sic te mortuum in animâ,

ferunt passiones tuæ, & amici ad domum alterius vbi consumeris. ho. 18. n. 28. vsque 37. Ira Magdalenam ferebant duæ mulieres illæ, quas depingebat Zacharias. ho. 38. numer. 31.

XXI. *Qui portabant, steterunt.* Hæc lectio est pro Confessariis, qui antequam dicant: *Tibi dico surge* vel *Ego te absolvo*, faciant stare portitores, scilicet occasiones, quæ ferunt ad peccata, non fidentes promissionibus, quæ vt facile sunt, difficiles sunt ad implendum. ho. 36. numer. 21. vsque 24. Quas rectè timuerunt Sancti Anachoræ. ibid. n. 26. vsque 29. Finaliter nemo videtur securiores facere promissiones duplicatas & triplicatas, quam S. Petrus, & tamen statim deficiebat. ho. 43. numer. 23. 24. Faciant, quod exigebat Isaias: *Non stabunt lusi, neque dolubra.* ho. 38. nu. 99. Quodque faciebat Rex Josias ad templum bene purificandum. ho. 10. numer. 47.

XXII. *Adolescens, tibi dico surge.* Vocat adolescentem, non tam quia erat ætate, sed quia moribus. Ore Dei datur cuique rei nomen conforme operibus eius. ho. 37. numer. 43. Secundum hoc, quot annos possumus dicere: *Adolescens, tibi dico surge.* Seni annis, ut ueni sensu, qui es mortuus in phetetro tuæ luxuriæ: *Tibi dico, surge.* ho. 18. numer. 15.

XXIII. *Tibi dico.* Multum valet loqui in particulari, vt mortuus resuscitetur; dicereque vt Nathan Dauidi: *Tu es homo iste.* Donec enim hucusque ille procellerat, hic non resuscitabatur. Hoc est cuius in particulari manum impone. ho. 24. n. 54. 55.

XXIV. *Tibi dico, surge.* Parum prodest doctrina in generali, si non applices tibi in particulari. Hicque est defectus auditorum, quod cum gustu acceptam veritatis doctrinam, in communi dictam nemo sibi applicet in particulari; sed vt M'ias dixit: eam de tenuit in medio fori iacentem, vt in Gabaa Leuite uxorem. ho. 34. n. 41. 42. Nec quaquam plus oderunt peccatores mortui, quam quod ad eos descendatur in particulari, dicaturque: *Tibi dico surge.* Vt S. Ioannes Herodi. ibid. n. 53. vsque 56. & ho. 36. n. 49. vsque 52. Quouique non recipias pro te in particulari, parum tibi proderit.

XXV. *Et surrexit, qui erat mortuus.* Christus ostendit se verum Deum operando, vt ipse Deus, imperio verbi sui; probans quod dicit Apostolus: *Tortas omnia verbo virtutis suæ.* Magnorum verba mysteriorum. ho. 2. numer. 39. 40. & n. 44. 45. & ho. 10. numer. 43.

XXVI. *Resedit, qui erat mortuus.* Licet opus mirabile: esset resuscitare mortuum, qui portabatur ad sepulchrum, tamen mirabilior fuit modus, quo fecit, scilicet imperando; vt particulari discursu prosequitur S. Chryllostomus. ho. 30. n. 3. vsque 6.

XXVII. *Dedit illum matri suæ.* Vt bonum, vel malum

malum filiorum plus parentes lætificat vel contristat, quam illos ipsos; hunc adolescentem resuscitatum dat matri ut eam exhilaret. Ut aliis vicibus ad puniendum, vel contristandum parentes auferat vitam filiis, vel morbos eis imittit. h. 9. n. 19. vsque 23.

XXVII. *Acceptit omnes timor, & magnificabant Deum.* Vides hic effectum miraculorum Christi, & uentilem metum, satisfactio e n, & spirituale gaudium, quo laudant Deum; quia miracula, quæ faciebat, tendebant ad utilitatem ex vna parte illuminantia intellectum, & ex altera voluntatem allicientia. Si essent, qualia petebant Pharisei, potius fugerent ab eo, secederentque; ut patuit in obfesso, à quo expellens demones, permisit eis porcos intrare. hom. 8. num. 41. vsque 44.

XXIX. *Propheta magnus surrexit in nobis.* Hoc nomen Propheta significat absolute Messiam. Eoque implentur duæ Moyli Prophetiæ; cuius ore promiserat Deus Prophetam mittendum & altera Ioseph qui proximus morti, dicebat: *Post mortem meam uisitabis eos Dominus.* ho 7. n. 25, 26. & h. 29. n. 38. 39.

### QVINTO DIE VENERIS QVADRA- GESIMÆ, VLTRA HOM. XXXII.

**L** *Erat quidam languens à Bethania* Ioan. 10. Spectaculum nobis proponit D. Ioa. rerum adeo singularium, ut vnaquæque, nobis oculos possit sibi tollere, eosque illustrare. Insigne prouocant particularia Spectacula gaudium siue sit arundinis siue torneamentorum, in quibus nobiles nonnulli decertant inter se, siue taurorum, in quo vir illustis feram aggreditur seu cum alia luctatur: sed multo præclarior erit illud in quo omnes hi singulares conueniunt; hic etenim nobilis aliquis taurum impetit, inde prodeit armata puella, ut libri referunt fabularum certantque cum draconibus; quæ non impetum faciunt, nunc se subducunt, modo se videntur submittere & arma proicere, modo vires animosque fortiores resumunt. Alibi Princeps serpentein ex hac parte impugnat, ex altera cum leone congredditur: iam impetum facit, iam retrocedit, iam ingreditur, iam sistit, iam ictum excipit, iam plorat, iam fremitus edit tota spectante populi corona. Quis ignoat insigne tota varietate gratum cunctis fore spectaculum? Tale nobis proponit in Euangelio D. Ioan. Ex vna parte describit nobilem Lazarum cum periculosa decertantem infirmitate à qua velut tauro impugnatur, quæ cum iam in lectum prostrerit, iam mortuum superat, iam sepulchro recondit, à vermibus erodendum, Ex alia parte duas producit puellas illustrissimas eius sorores ad eius

properantes auxilium quæ oratione & fiducia armatae, & animosam decertant orando. Christique fidunt misericordis: iam dixeris eas in fide deficere, si namque ex vna parte dicant. *Dominus, si fuisset hic:* ex altera quando fratris offertur resurrectio, testantur eam futuram: *In nouissimo die.* Modo dicit hæc quod credit Christus esse Filium Dei, modo retrocedere videtur in hoc quod impedire conetur Dominum iubentem aperiri sepulchrum. Modo in actu principalioris spectaculi producit nobis Principem aternitatis prodeuntem in arenam contra mortem, sed potissimum contra pernicem Iudæorum oblationem. Cursum incipit à multis leuibus ubi erat, iam sistit, iam progreditur, iam accedit, iam moras nequit, in loco consistens ubi defuit quæ quiescebat, ex vna parte mortem considerans, grauem in se contra illam indignationem excitat, & mortuum perpendens molliam in se concitat compassionem. Lachrymas intus dilectarum sibi discipularum in fletu compungitur: cernens presentium incredulitatem, & præiudicis quod ob illud opus, quo nunc Lazarum ad vitam erat reuocaturus, nedum in illum non crederent sed insuper illum occiderent, fremitus edit, & diuersas induit figuras, modo tristis ingemiscit, & plorat, modo leonem induit rugientem.

Post hæc illum repræsentat ex opposito mortis, illi præcipientem ut faciem suam discer periat, & aperiri iubentem sepulchrum, ut illum aggreditur: primo brachium fortitudinis suæ attollit, linguæ suæ vibrat lanceam, declarans hanc adeo potentem, ut quidquid voluerit & petierit, æternus Pater perficit, depingit qualiter lanceam in mortem detorqueat vnicuique *Lazare ueni foras*, quotquot enim verba protulit, tot illi ictus impexit: describit nobis victorem & turbam spectaculo præsentem innumeram. Nobis inter spectatores statuamus: intelliges quam fidelis amicus sit Deus, qua ratione suis subueniat: modum addices vincendi, orandi, sperandi, fidenti, petendi. Duritiam cordium illorum obstupescit quæ lapides superat, atque ex eorum obstinatione tuam quoque cognosces. Miraberis Dei potestatem; qui solo verbo operatur & dat vitam ut Apostolo dicere licuerit: *Fortis omnia verbo virtutis suæ.* hom. 2. n. 36. hom. 10. num. 43. & secundum hoc eius potentiam sperare gratiam, si sincerè illum expectetis. Censeamus nos ad hoc inuitatos spectaculum: etenim ros Deus inuitat eadem animi sinceritate quæ suos Angelos, quando spectaculum de Ioh propofuit. hom. 4. num. 31. 32.

11. *Erat quidam languens.* Miraculum quod præmanibus habemus ceteris eminet quæ Christus fecit in diuinitatis suæ testimoniū, ut expresse probat D. August. hom. 31. numer. 2. 3. Modò licet Sol accendat

ad lucis suæ meridiem: nam deinceps actum fuit de morte eius. ho. 31. nu. 4. & videtur hic illud Davidis impleri: *Deus in fortibus eius cognoscitur, eum suscipiet eam*: quia omnium fortissimum quod vincit omnia mors est, equus qui reliquos omnes cursu antecurrit. hom. 31. num. 29. cumque sit mors adeo fortis & potens in sua relidens domo nempe sepulchro Lazarum possidens, ut videatur esse velut fortis armatus qui *causidus atrium suum*, tamen Christus hic suam exercit potentiam ita evidenter ut eius inimici convicti fuerint & perterriti, ita ut adversus eum coegerint concilium, iuxta illud Psalmi: *Ecce Reges terra congregati sunt, convenerunt in unum, &c. Ibi dolores ut parturientiu*. Verba hæc eleganter angustias exprimunt, quibus in concilio suo torquebantur, dum dicerent: *Quid facimus?* &c. hom. 40. num. 2. 3.

III. *Erat quidam languens Lazarus*. Incipit Evangelista nobis describere in hoc spectaculo tres germanos Lazarum, Mariam & Martham, qui suam inchoant salutem, Lazarus infirmitate pressus: sorores eius sollicitæ & anxie, quæ ut optime sorores, fratris sui calamitatem ut propriam censeat, teque instruet, non minori tibi studio laborandum, quando frater tuus per peccatum infirmatur, sicut ille qui dicebat: *Quis infirmatur & ego non infirmor? quis scandalizatur & ego deinde tibi incumbendum ut eores, & corripas: hoc etenim fraternitas exigit, & cum sumus omnes eiusdem corporis membra*. hom. 22. num. 3. 4. Nec minus est reprehensibilis, hoc omittens, quam fuissent illa germana, si morbo ingravescente & fratre tendente ad exitum, eius sedulo non inuigilasset, in salutationi. ibid. eum. 5. 6.

IV. *Erat quidam languens Lazarus de castello Maria & Marthe*. Singulati consilio recesit Evangelista hominum trium nomina, significans omnes fuisse Dei amicos; hoc enim est amoris signum omnibus suis: quod vocat illas nominatim, suntque velut cæli sidera, nam *omnibus ea nomina vocat*. Et hoc declarat locutus Moysi, coniungens hæc: al quem esse amicum suum, & vocare eum nomine suo *Nous te ex nomine: & invenisti gratiam coram me*. ho. 6. n. 17.

V. *Maria erat, qua vixit*. Introducitur huic spectaculo singulariter Maria quæ tantoperè præcellit ex præclaris operibus, quæ in domo fecerat: Pharisei iam conuersa, ubi pedes vixit Domini: hi namque veri sunt amici, qui talium opera exhibent, qui eius pedes lauent, & vngunt: & hoc declarat te tale non esse: quod talia non præstes opera, pedes vngendo, pauperes intelligo, in quo D. Ioan. rationem fundat, ut nequaquam te nomines amicum, nisi talia exhibeas opera hom. 16. n. 11. vsque 16.

VI. *Maria erat qua vixit*. Iam ab aliquot hoc diebus egerat Maria, sed ne timueris, quod Deus obli-

quij tui obliuiscatur: nam aliud simile huic, licet nonnulli hoc flocci fecerint, dixit tanti faciendum, ut quotempore mundus duraret, omnium hoc foret ore linguaque celebrandum, singulariter expendit hoc D. Chrysoft. ho. 38. n. 67. quatenus tibi persuadeas, omnem te posse bonorum tuorum operum memoriam abdicare: non enim deperibunt, licet eorum tu non recorderis, & his conformiter videbis, quod quidquid mulier hæc egit in Dei obsequium, licet videretur illud non attendere, singillatim tamen expendit. hom. 38. numer. 111.

XVII. *Maria erat qua vixit*. Ne prædicatorem inquiras operum tuorum elegantiorum, ipse educet ea in publicum hic & ibi, & occasionem præbabit quæ possit illa divulgare, licet non ad rem venire videantur, sicut in præfenti opere facit: insuper & malus timeat: quantumvis enim eius peccata lateant, ea producet ad medium. ho. 26. n. 17. 18. 19.

VIII. *Maria erat qua vixit*. Repetit bonum opus ab hac muliere præstitum ad eius gloriam, nec mentionem facit eius qui principalis huius erat auctor: nam ille fuit qui illam conuertit & ad illud instigauit: totum opus refertur ad honorem eius: nec enim tantummodo vult, bonorum operum metamus utilitatem, sed etiam ut ex illis honorem referamus, ac si perfectè & integre nostra essent, in quo testatur se liberalem h. 28. n. 15. vsque 49.

IX. *Erat quidam languens Lazarus*. Cum iam Evangelista tres illos germanos statuit, primum incipit indicare bellum Lazari cum infirmitate, monetque ut attendamus & miseremur, quod cum esset hæc domus amicorum Dei, tamen illos adeo periculofo premeat morbo, ut ex illo Lazarus moriatur, & sorores grauius affligantur: potiorè potius quia sunt amici, ut Deo perpetuum seruent amorem, nec rebus afficiantur mundi, idcirco seruauit illum spiritus, ne perfectè figant in eo pedem, & semper cum Davide sospitent: *Hem mihi, quia incolatus meus*. &c. h. 24. n. 25. 26.

X. *Erat quidam languens*. Mundus Ægyptus est, nec domus est lacrymarum libera, quia nulla est calamitatis immunis. hom. 24. num. 25. Et si peccatores illis affigit ut illos in via peccatorum suorum cohibeat, illas amicus immitit, ut in eis seruet humilitatem, ne ventosuperbia inaniter rapiantur. ibid. n. 26. vsque 33.

XI. *Erat quidam languens*. Non est amicitia signum, quod Deus amicos suos nullis visitet morbis aut aduersitatibus: nam peccatoribus inimicis suis soluit per bona temporalia opera bona quæ faciunt vel fecerunt, differens in alteram vitam malorum supplicium. Amicos pro leuioribus ponit culpis in hac vita, ut illis præmium in altera largiantur. homil. 16. nu. 51. & seqq. nec te moueant supplicia quæ ad quæ-



esse grauiora quæ immittit: quia sufficiunt culpæ veniales ad pœnas grauiiores. homil. 10. numero. 28. vsque 31.

XII. *Erat quidam languens.* Tribulationes non sunt indicia odij sed singularis beneficij, sicut erat Regum Persiæ, virga percutere eos quibus gratiam exhibebant particularem. De peccatoribus dixit: *Nan est virga Dei super illos.* ho. 9. n. 41. 42.

XIII. *Erat quidam languens.* Erant amici noni testamenti, vnde singularem illis confert gratiam propriam Sanctis noui Testamenti, quæ est languorem immittere quo ad fœnera rapiantur. ho. 15. n. 27.

XIV. *Erat quidam languens.* Oculos conuice in virum nobilem in hoc spectaculo prodeuntem, & inuenies eum iuuenem, diuitem, in delicijs euntrum, quem nihilominus languor prostermit, & moritur: vt hinc addiscas sollicitudine viuere, licet te gaudeas his conditionibus florentem, quibus diabolus multos miserè decipit. Sunt hæc maturè consideranda. ho. 31. numero. 12. 13. 14. 15.

XV. *Erat quidam languens.* Ecce quid in illo possis nobili considerate: heri sanus est, hodie mortuus, & quamuis in ætate & robore videatur columna, nam dicitur à D. Epiphano triginta annorum adolescens, est verus nauis, ad cuius subuersionem status sufficit venti. homil. 31. n. 12. vsque 28. vbi tractatur quod mortui ita vicinus sit iuuenis ac senex, imò probatur, proximior esse iuuenis, & notandum, quod tres illi mortui, quos Christus resuscitauit, testibus Euangelistis, fuerint iuniores ho. 31. n. 28. vsque 33.

XVI. *Erat quidam languens.* Incurij vicebant hac adolescentis incolumitate, porrò confestim eis de manibus elabatur, & quidem ignoranter, cum illi quoddam animi deliquium obuenerit, quo vires illi confestim enervantur, & hoc verbo indicatur: *Languens.* Itaque cum securior em illi vitam pollicebantur, subito mors irrepit: quæ idcirco nosci comparatur. *Cave ne te vt murem in muscipula comprehendat.* homil. 5. n. 26. hom. 24. n. 35. 36. quid plura? nulla nauis ita secuta est, quin cum aquæ fluidæ iunatur, periculo instantaneæ subiciatur subuersionis ad turbinem venti minime præuisum. homil. 4. numer. 26. 27. 28.

XVII. *Erat quidam languens.* Non hoc te moueat quod adeo repente vires hunc defecerint nobili, robusto, diuiti, adolescenti: quamuis enim statua sit ex metallis composita pretiosis, pedes habet luteos: quos lapillus possit in puluerem comminere. homil. 1. n. 44.

XVIII. *Erat quidam languens.* Omnes illius familiaræ erant amici, & ideo Deus immisit illis mortem & infirmitatem: etenim eius amicorum domus sunt velut horti floribus herbisque venustiores: quorum odor non percipitur, nisi flores ventis agitentur. homil. 9. nu. 36. vsque 38.

XIX. *Erat quidam languens.* Eo ipso quo erant amici, Deus illos aduersitatis examinavit: hoc etenim modo cum illis agit, inquit D. Gregor. nam *Cruciat & amat:* hoc autem ipsi agunt. vt tribulationem necessariam faciant voluntariam, quo magnopere ceterorum meritum. homil. 9: numer. 46. vsque 49. ho. 44. numer. 27. 28.

XX. *Miserunt sorores eius ad eum.* Decet ab in hoc spectaculo Lazarus cum infirmitate: pariter ingreduntur & hæ puellæ ad certamen: censebant enim eum ad extrema deduci, & rationi congruum esse, vt sorores ad fratris sui properarent auxilium quia gratia non destruit naturam, & teneris potissimum fratribus tuis ac cognatis laboribus, pressis subuenite: nam etiam ipsi sancti in altera vita particulariter amicis auxiliantur. hom. 24. nu. 38.

XXI. *Miserunt sorores.* Exprimi: Euangelistæ sorores fuisse Lozari: quia ex eo quod tales essent, ad hoc singulare mouebantur studium: sicut matrem filiorum Zebædæ excubabat quod mater erat, quam idcirco proprio nomine recenset Euangelista: *Accessit mater.* ho. 15. nu. 29. & faxis Deus vt vos ostendat esse fratres peccatoris, eiusque solliciti essetis quanto languescit: hoc etenim incumbit fratribus, & digni sunt reprehensione & supplicio hoc negligentes, quæ fuerunt Idumæi. ho. 22. nu. 47. 48. & aptè loquitur D. Ambrosius. *Maiores fraternitas Christi, quam sanguinis.* ibid. nu. 49.

XXII. *Miserunt sorores eius.* Optimè armatæ prodeunt in scenam hæ binæ sorores Primo cogitatione valde necessaria, quod infirmitas casui non sit adhibenda, sed singulari diuinæ dispositioni, & quando sit aliquid ex ordinatione superioris, ad illum recurre, si intelligas ex eius hoc descendere dispositione, non sicut tu, nam irruente morbo ad hunc vel alium pot remedio confugis, eius causam impuans modo hinc, modo alteri, vt cæcus manu tentans. homil. 30. numer. 26. 27. 28.

XXIII. *Miserunt ad eum.* Prudentes domicellæ Quando Gubernator mittit apparitorem vt aliquem apprehendat, apparitorem non interrogas, ipse quippe mandatum simpliciter exequitur: sed recurtis ad Gubernatorem illi proponens quod possit eum à proposito dimouere: sic domicellæ faciunt, etenim cum Censurione intelligunt, infirmitates esse Dei apparitores, quibus iustitiam mandat executioni, & quidem valde necessarios homil. 2. numer. 47. vsque 50. & homil. 9. numer. 23. 14.

XXIV. *Miserunt ad eum.* En tibi arma, quibus hæ matronæ se singulariter præmuniunt: oratio quæ ad Deum recurrunt. Mirare spectaculum, quo doctoris vti talibus in omnibus tribulationum occasio: quod etiam Dominus in suis deicit actionibus quæ

ad nostram effecit instructionem. Discursus hic cuiuslibet prodesse poterit ho. 26. n. 8. vsque 14.

XXV. *Miserunt ad eum.* Conspecte illas tristes & affectivas ex fratris sui languore. Ad debellandam & vincendam tristitiam, quâ præfocantur, ad orationem confugiunt: hæc etenim arma sunt efficacia ad præliandum contra desolationes tristitias & melancholias: vt patet in Davit Iob & aliis. Argumentum hoc proposito valde conuenit. ho. 42. n. 70. vsque 73.

XXVI. *Miserunt ad eum.* Fidualiter recurunt ad Dominum, grata cui seruitia exhibuerunt: etenim certum est quod sibi seruitibus succurrit non minori illis dona conferens sollicitudine, ac illi studuerunt ei famulari: quam nobrem sancti tanta refugunt confidentia, vt dicatur quod Deum ligent, vt vidimus in Elia. ho. 24. n. 36. 40. 41.

XXVII. *Miserunt ad eum.* Qui tanta Deo præstitit obsequia, magnâ potest fiducia suam ad ipsum mittere supplicationem orationis: etenim coram illo oblata, prodeunt opera bona, factaque obsequia, fauorem deprecare responsum: sicut è contrario peccatorum supplicationibus Deo exhibitis eorum refragantur peccata: ho. 2. n. 37. 38.

XXVIII. *Miserunt ad eum.* Dei naturam cognoscunt, quod speculum sit, agatque nobiscum eo modo quo nos cum illo, & brachium ad nos extendit eâ mensura qua nostrum ad illum nos extenderimus, nobisque ipsos statuit mensuram eius quod ipse nobis est seruaturus: quæcirca qui longius extendit ad eum brachium suum, fide securus sit, quod & ipse brachium suum ad eum longius sit excenturus. ho. 25. n. 50. & 56. vsque 61. & ho. 37. n. 15. 16.

XXIX. *Domine, ecce quem amas, infirmatur.* Primus passus quo quis accedere debet ad Deum ex Apostoli sententia, est credere diuinam eius essentiam h. 21. n. 42. 43. tamque necessaria est fides, vt Deus quidquam non operetur, nisi pro eiusdem mensura h. 27. n. 38. vsque 40. Ad sunt hæc sorores, primò: credendo diuinum esse in Christo, quod declarant, vocantes eum Dominum absolutum & illimitatum: *Domine*, nomen est hoc æterni Dei ho. 2. n. 28.

XXX. *Ecce quem amas.* Norandum: *Ecce*, meo namque iudicio indicant: illi fratris sui morbum, vt. que in eum oculos suos coniciat. *Domine*, an cogitatis, quod morbum non videat? Insigne mysterium! Ad sunt spectaculo, & luctantur cum infirmitate fratris sui, timore percussa, cura & anxietate: Norunt quod oculis Dei nihil sit gratius, quam talia videre spectacula, & qualiter his expositi Sancti præliantur: videturque hinc accipere lenimen, imò & ipsas hoc demulcet & solatur, & alas addit sponse: proinde quasi rogant vt padeat & deleatur hoc spectaculo, quodque ipse in hoc solentur quod intelligunt. *Bapt. de Lanza, Tom. 1.*

gant ab ipso se conspici. ho. 4. n. 29. vsque 39.

XXXI. *Domine; Ecce quem amas.* Ecce quid illis spem ingerat domicellis, nosse scilicet, quod apertis Christus oculis earum videat tribulationes. q. d. Domine iam vides amicum tuum aduersa corporis valitudine laborantem, nec dicimus quid amplius, nec petimus, hoc solum nostram fouet fiduciam, quod nos de hac mortis tribulatione sis erepturus, qua frater noster opprimitur: iam enim cecit David: *Ecce oculi Domini super morientes eum, vt erant à morte animas eorum.* Securus esse potest Dei amicus: quandoquidem enim Dei super eum oculi defigantur, cuius qua attendat afflictiones, non eum perire patietur. h. 27. numer. 8. vsque 23. Vt autem intelligat quam securè, possit illi fidere, non suffert velle qui ipsi seruit, a ium expectet, necessitati suæ subuenientem, sed vt in ipsum omnem spei suæ coniciat anchoram quando affigitur: ad illum etenim spectat illi succurrere, non bonis tantum beatitudinis & gratiæ suæ, sed iis etiam quibus ad vitæ suæ indiget alimentum: nec non eius se committens protectioni, confidat Dei seruus, quod sibi non sit defuturus; vt discimus ex D. Petro: nam in grauiori famis necessitate, quam in Ioppe patiebatur, quando ad Deum in oratione confugit in parte superiori domus Simonis Corarij, eos illos illi aperuit, vt cibum illi mitteret manducandum, & præuenit eum dans illi cibum, antequam alij illum præparassent ho. 27. n. 9.

XXXII. *Domine ecce quem amas.* Prudentes matronæ, quæ nudam exponunt necessitatem, seruando reuerentiam Deo debitam, non illi dicendo quid agere ipsum oporteat, sed fidendo hoc facturum, quod maximè conuenit: ita facit Centurio, in quo fidem suam ostendit fide Sacerdotum insigniore; hi quippè rem determinatam à Domino postularunt eius inuocando commissionem. ho. 2. n. 26.

XXXIII. *Domine, ecce quem amas.* Optima petitio non statueret vt fundamentum quod in Domini obsequium fecerant, nec sua merita, sed tantum Dei amorem, quo nobis afficitur, & præstat misericordiam: unde noua sicut: *Domine ecce tibi sedulo ministravimus te lautius excipimus, sed tuam attende misericordiam, quâ nos diligis: oratio tanto prudentior quanto est Pelagij imprudentior.* ho. 9. n. 17. 18.

XXXIV. *Infirmus hac non est ad mortem, sed pro gloria Dei, vt glorificetur filius Dei per eam.* Optima & plena consolatione responso: *Infirmus hac non est ad mortem &c.* Declarat Dominus quod diximus: morbum hunc spectaculum fuisse ad gloriam Dei: Deus etenim glorificatur cum nos aduersitatibus exercet, vt patet in Iob. Conceptus utilissimus. homil. 4. n. 29. vsque 38.

XXXV. *Pro gloria Dei, vt glorificetur filius Dei,*

*per eam.* Quid ais ò Domine languorem tibi cedere ad gloriam, cum potius tibi cederet ad mortem, quod etenim stateram ad ima depressit, ut ad mortem condeinaretis, ipsa fuit Lazari resuscitatio? Sic ait: Primum quia hoc opus fuit cuius gratia tanta receptus fuit pompa, quanta nouimus in die Palmorum, quando in rei veritate confessi sunt illum & glorificauerunt, ut verum Regem, & Messiam promissum, & filium Dei naturalem. ho. 41. n. 15 & 99.

XXXVI. *Ut glorificetur filius Dei,* Secundò: dicit opus illud ad sui nominis fore glorificationem: quamuis enim sibi ad mortem cesserit, fuit hæc tamen principium glorificationis eius atque exaltationis fundamentum. Mysterium hoc eius fratres & cognati non intellexerunt. ho. 36. n. 37. 38. 39. Et ea de causa vocari etiam potest mors tua & cruciatus, tua glorificatio: quia in eo quòd pro Deo pateris, & iuxta quod pateris, erit gloria tua: nam idcirco Iob vermes suos, suas reputant diuitias, & Sancti poenas & iniurias iudicant esse gloriam. ho. 14. n. 14.

XXXVII. *Tunc mansit duobus diebus.* Iam cælorum Princeps prodit ad spectaculum & hoc primum agit, quod provocatus adit in amicorum suorum auxilium: pedem figit, hæret, & moram trahit magna cælestis arte triumphator: qui non semper aduolat licet aduacatus: quia necdum hora est sanandi opportuna: nec enim eo momento quo febricitans potum postulat, hunc illi medicus concedit, nec emplastrum tollit quod apposuit, licet illi molestum videatur, nec illico de fornace ducit aurum: sic etenim cum Apostolo præclarum hoc mysterium expendit D. Chrysostr. etenim eius petitioni respondit, nondum aduenisse tempus, quamuis non leuem illi consolationem infunderet, dicendo: *Sufficit tibi gratia mea* hoc solamen his etiam indulsit sororibus, dicens: *Infirmus hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei.* homil. 42. n. 95. vsque 98.

XXXVIII. *Etiam in Iudæam iterum.* Secesserat Christus de Iudæa, quia volebant eum Iudæi lapidare, & dicenti nunc Apostolis se reditum cogitare in Iudæam, respondent illi: Rabbi, nunc volebant te Iudæi lapidare, &c. Bonum proponit nobis ingressum D. Ioan. in hoc spectaculum: illum cogitat, sed à discipulis cohibetur, sed ex illo quod dixerat, respondet, sic expedire gloriæ Dei: *Ergo gloria Dei.* ubi vero eius agitur negotium, nulli debent lapides auertere, cum præsertim qui filius est Moysæ multo fideior. ho. 30. n. 6. 7. 8.

XXXIX. *Nonne duodecim sunt hora diei?* Declarat illustrissimus hic Princeps potentiam suam, quæ prodit in scenam, quæ tanta est, ut quamuis in vnum mantes sui conspirent inimici, eum nequeant occi-

dere, nisi tempus impleatur vitæ suæ constitutum, sicut nec totus poterit mundus conueniens vel punctum auferre ex duodecim horis quas sol eusu suo complectitur. h. 35. n. 38. & sequentibus.

XL. *Nonne duodecim sunt hora,* &c. Ostendit se potestatem habere super mortem: quia vita fuit, secundum solis discursum, sicut umbra, & ille solis vnam potest vel retinere vel extendere, qui solem detinere habet potestatem, qualis fuit Iosue, qui Christum figuratiuè præcurrit: proinde ipse solus perfectio gaudet super mortem domino h. 31. n. 71.

XLI. *Qui ambulat in luce, non offendit.* Indicat sibi omnia esse præsentia, quocirca nihil timendum quod ipse offendant, vel cadat, sicut tu si videris quæ pergas, non ita facile prolaberis: quinimò hinc est quod toties corruas, quia non attendis quæ quoue vadis, tuæque te passiones ducunt oculis obuclatum, sicut Ezechiel trahebatur in portentum. ho. 18. n. 25. vsque 28. & ho. 31. n. 69. 70.

LXII. *Dixit eis iterum: Lazarus amicus noster dormit, sed vado ut à somno excitem eum.* Omnia verba Christi sua continent mysteria. Dormit Lazarus, & necesse est, ut pergat Dominus eum suscitaturus. Apostolis visum est hic nullam subesse rationem: imò potius somnum esse sanitatis iudicium: sed expulsi seclusa sua potestate Lazarum non posse suscitari: quia sermo erat de dormitione mortis, ex qua sola potest Dei omnipotentia suscitatur, atque per hoc suam Christus testatus est diuinitatem, quod somno mortis dormiens, seipsum potuerit à morte suscitare, quod ort Dauidico prædixerat: *Ego dormivi & somnum cepi.* h. 49. n. 8. 9. 10.

XLIII. *Vado ut à somno excitem eum.* Nota verbum *Vado* nam Lazarus mortuus eum symbolum sit peccatoris, qui per peccatum obdormiunt, non ibit ipse ad te, ut illum excitet, ac proinde conuenit, ut ad illum tu accedas: & ni fallor *Vado*, quod dicit Dominus de seipso in hac occasione, correspondet illi *Vado*, quod dixit locutus de fraterna correptione. ho. 27. numer: 7, vsque 11.

LXIV. *Venit Iesus & inuenit eum quatuor dies habentem in monumento.* Accessit Christus Bethaniam, cum iam quattuor dies esset sepultus. Quid hoc ergo Domine, hæcne est amicitia tanto differre tempore suppetias ferre amico tuo? Ecce quem seruo prodeat in spectaculum, & licet ita sit, attamen tales sunt passus eius, quibus debet progredi, qui in omnibus prudenter procedit, & ostendit illud quod dixit Propheta: *Si moram fecerit, &c. non turbabit.* Quamuis enim pro tuo desiderio moras trahat, venit tamen quando gloriæ Dei maxime est opportunum, & utilitati nostræ conueniens: non enim

ita glorificatus fuisset, nec virtus eius ita innotuisset, nec charissima illi tanto recreata solamine, nec discipuli ita confirmati, nec mundus sic illuminatus, si quando eum vocarunt, accurrisset, & non permisisset ut mors in eum quidquid poterat, effecisset, & proinde non nisi nunc accedit: dicebat enim, quod alias dixerat: *Nondum venit hora mea.* hom. 27. n. 28. 29.

XLV. *Domine, si fuisses hic.* Prodit Martha & pedibus eius aduoluta, sic ait: Domine mi, vitinam fuisses hic. Perperam agis o Martha in hoc spectaculo; quamvis enim laudabiliter ingressa fueris, illum vocans *Domine*, vires tamen manifestas exiguas, dicendo: *Si fuisses hic*: si namque fortes fuissent fidei vires, cognouisses quod ubique Dominus esset, atque ita potuisset illum Dominus reprehendere, sicut Regulum, qui copularem exigebat Domini presentiam, ut filio suo salutem impertiret. Innotescit in hoc spectaculo humana infirmitas, quae deficit, & diffidit dum nonnulla premitur aduersitate: cum enim Apostoli ita instructi essent in potentia Christi, statim immediate dum eos secura torquet tempestas, dicit Evangelista: obsecrauit est cor eorum, ut ea vi non potuerint cognitione, quam habebant de Christo, nec illi fidei, ut par erat. hom. 4. n. 46. hom. 27. n. 40. & seqq.

XLVI. *Domine, si fuisses hic.* Malè loqueris o Martha, cum eo ipso quo Domino famularis, & angustias pareris, intelligere deberes illud Davidici: *Cum ipso sum in tribulatione*: etenim cum Ioseph est tanto verius, quanto is tribulatur acerbis, catenisque fortius stringitur: & cum Daniele leonibus confidente. hom. 4. num. 49. & populo suo captiuo concipit dicitur. hom. 27. num. 46.

XLVII. *Domine, si fuisses hic.* O Martha sanctissima, quam inuere argumentaris, & quam exiguam inis rationem beneficiorum spiritualium, quae Dominus vobis praestitit: sororem tuam in instanti ex peccatrice conuertit in Seraphim, te verò à profluvio curauit sanguinis: in domo tua moras traxit diuturnas, beneficia conferens adeò praeclara, ut ea videatis fortiori tuæ inuidisse, & modò iudicas quod cum praesens huic non adfuerit infirmitati actum sit de fratre tuo; congruenter eadem te possent arguere reprehensione, qua Propheta Hanani Regem corripuit Asa: cum enim Deus eum beneficis cumulasset insignioribus, diffidit in minoribus. Peruersa haec est hominum conditio: qui cum dona Dei receperunt grandiora in his quae minoris sunt momenti, spei anchoram abiciunt. hom. 27. num. 43. 44.

XLVIII. *Domine, si fuisses hic.* Modò rationem percipies cur tam lentè prodeat in spectaculum hic Princeps. Videris o Domine, non satisfacere legibus amicitiae, aliorum etenim necessitatibus solo verbo subuenisti: caeco visum petenti & leproso munditiam

solo verbo concessisti: imò nonnumquam plura fecisti quam facere rogabaris, sicut Centurioni, cui proponenti tantum serui sui paralyticum, respondisti: *Ego veniam & curabo eum*, cum tale quid non peteret: & Principe Synagogae Iairo pro filia sua te deprecante domum eius accessisti: nunc autem praemonitus à duabus his sororibus tibi additis tam lento procedis gressu ut data operà quadriduum itinere impendas. Ne mireris: Princeps etenim hic progreditur ad mensuram fidei manum suam implorantium; Martha vero fides modica erat valde, quinimò idcirco tardè tibi succurrit, quia fidem habes ita somnolentam. hom. 2. num. 27. hom. 27. num. 37. vsque 40.

XLIX. *Domine, si fuisses hic.* Heu Martha, quam parua te praeparas dispositione ad miraculum mox praestandum: est etenim omnium supremum, vnde & fidem exigit eminentissimam. hom. 27. n. 32. Verum valde familiare est Sanctis magna fidei viris, fidem in illis languescere dum grauioribus exercentur aduersitatibus: vnde dixit D. Hieron. quod eo tempore quo circumcingimur in illis: *Etiā in his qui bene credunt, difficile inuenitur.* hom. 27. n. 42. & seqq.

L. *Resurget frater tuus.* Adest Dominus illam consolaturus illa ratione quae in similibus euentibus consolationem adferre potest maximam, nempe: *Resurget frater tuus.* Hoc est quod efficacissimè nos solari potest in morte parentum vel amicorum nostrorum, quod si moriantur, non illos omnino perdamus, neè illi in aeternum moriantur quia & nos resurgemus, & letabuntur: & haec est ratio D. Pauli: *Nolumus vos ignorare de dormientibus.* hom. 31. num. 61. 62. & haec eadem nos monet ne fidelium cadavera coruis exponamus deuoranda, sed ea particularibus sepeliamus ceremoniis. ibid. num. 38. & hac diligentia SS. Patriarchae defunctos terrae mandabant, hac spe seipso recreantes. ibid. num. 43. 44. 45.

LI. *Scio quia resurget in resurrectione in nouissimo die.* Ecce quare Christus haec ei verba dixerit, ut per illa daret illi occasionem quae modicam fidem suam proderet: sicut idcirco à Philippo requisit: *Vnde ementis panes?* dicit enim Evangelista, quod *tentans eum*, ut ostenderet fidem suam valde exiguam & languidam de Christo fiduciam. hom. 27. num. 32. Et hinc nostra reuelatur pusillanimitas; & quod nostri composes non sumus quando, nos vrget occasio; nos etenim ab illa vincimur, & nobis ipsis mentimur, dum vires nobis adscribimus eximias. hom. 43. num. 23. 24. Precare Deum ut te liberet ab occasionibus: nam non sine periculo eris in illis, & tuam agnosce instantiam: tantò quippe eris constantior quanto eam magis cognoscens, te Deo Domino diligentius commendaueris. ibid. num. 28. 29.

LII. *Ego sum Resurrectio & vita.* Quam fortiter intae

instat Christus vt Martha fidem viuificet, eiusque spem fundet; & quid illi poterat amplius dare, quam seipsum manifestare quis esset, dicendo: *Ego sum Resurrectio & vita*. O quantum hoc beneficium! cortinas attrahendo seipsum reuelare: gratiam hanc nec Abraham, nec David concessit. ho. 25. n. 91. Et non ait: Ego sum qui resuscitat, & viuificat, sed ego sum ipsa resurrectio & vita: Modus hic loquendi, secundum bonam Metaphysicam declarat, quod in se concludat, quidquid pertinet ad resurrectionem & vitam; & sicut ex hac ratione resurgit per eius virtutem in die iudicii & uiuent omnes mortui, poterit hoc ipsum facere quotiescumque & ubicumque liberit, & istis nominibus se declarare, sicut diabolus per contraria: nam nomen eius mors est & uiciorum homicida: animam enim occidit quam per peccatum ingreditur, & uitae priuat operibus, ac meritis quibus praesulgebat. hom. 13. num. 7. 8. Porro Christus uita est & resurrectio, quia uitam largitur animabus, & opera resuscitat mortificata. hom. 19. num. 13. 14.

LIII. *Ego sum resurrectio & uita*. Verba sunt hanc praecleara consolationis. Quid Martha times? ne te mors fratris tui molestius affligat: adsum enim in quo uitam habes & resurrectionem adeo potentem, vt eam cunctis possim mortuis infundere. Optima leuissimi ratio, ne iusti timeant mortem, morbos cunctaque mala: cum secum Deum habeant, qui est omne bonum, salus & gloria: & iuxta hoc. si ut suprema ea est desolatio animam Deo priuari, ita Deum habere comitem omnigena continet uerq; consolationis leuimenta. hom. 13. n. 15. vsque 23 & ho. 13. multi & notatu digni habentur discursus, quantum sit bonum habere secum Deum, & quantum hoc damnum illo priuari. num. 5. vsque 25.

LIV. *Magister adest & uocat te*. Continuo uocauit Martha Mariam, & licet occupata uisitationibus primatum Hierusalem, vt tamen audiuit Dominum accessisse, a quo uocabatur & expectabatur, omnibus quae mundi concernebant officia, nuntium remisit, & festina ut ouis aduolauit, cuius primum hoc signum Dominus esse asseruit, uocem suam promptius audire. hom. 37. n. 30. Et hoc illam promouit, vt ex pullo inferni in coelestem mutaretur Seraphim. homil. 38. num. 41. vsque 45.

LV. *Magister adest & uocat te*. Illico accurrit vt Rex David ad sonitum pyrorum. ho. 10. nu. 19. 20. 21. se legitimam ostendit Dei filiam festine accurrens ad uocem eius, sicut ad uocem Patris sui legitimi. Mysterium hoc exponit Hieremias figura perditum. ho. 37. num. 30. 31.

LVI. *Maria prociens ad pedes Iesu, &c. Iesus ut uidet eam plorantem, &c. Lachrymatu est*. Ostendit Christus se habere cor uere humanum, quod uisus proximi

calamitatibus compatitur: illas etenim qui siccis inuenerunt oculis, cor habet lapideum, quale diues ille habebat epulo, & tu quoque qui siccis oculis tantas pertransis pauperum necessitates. ho. 16. n. 11. & ho. 31. n. 56. 57. Talia qualia Christo erant, uiscera desiderabat D. Ambros. hom. 22. n. 54. 55.

LVII. *Lachrymatu est Iesus*. Ecce quam efficaces sint orationes & lachrymarum multorum, vt ipsas immortus Deus ipse lachrymetur: vt pateat quam efficaces sint lachrymarum & communis orationes, quibus cor Dei moueatur. hom. 24. num. 46. 47.

LVIII. *Lachrymatu est Iesus*. Tres lachrymarum species effudit Christus, omnes mysticas, & particulariter fuerunt illae quas modo effudit. hom. 10. n. 41.

LIX. *Lachrymatu est Iesus*. Domine, perpende lachrymas indicare pusillanimitatem: nam & ipse D. Augustin. uerecundabatur si quis eum plorantem uideret. hom. 42. num. 42. Optime dixit D. Ambros. quod Deus nonnulla facit, vel dicit, quae maiestatis sua uidentur indigna, modo intelligatur illud quod maxime desiderat a nobis uidei, sua nempe misericordia, & uiscerum benignitas, qua nobis afficitur. hom. 18. num. 56.

LX. *Lachrymatu est Iesus*. Domine, esto memore quod de te murmurabunt, sicut re ipsa murmuratum ex his laudibus tuam arguentes impotentiam. Non ideo Dominus desistit a monstranda sua misericordia: nam modo cognoscatur quod eam Lazarus impendat non ortuo, & filii prodigis permittit, patitur & non commouetur, quamuis ipsi obloquantur, etiam amici. hom. 18. n. 45. 58. 59. 60.

LXI. *Quidam dixerunt: Non poterat hic qui aperuit oculos caeci nati, &c.* Perstant semper in sua illi seditione contumacia, qua perpetim Deum irritauerunt, eius potentiae limites statuendo, dicentes: quod si hoc fecerit, non poterit istud, & quorum debentur corda per haec opera illuminari, quae Christus faciebat, magis obtaceant, cum illa considerarent quae non faciebat; quocirca illos Osee censet desperatos, similes sunt ueluti leprose. hom. 8. n. 14. vsque 19.

LXII. *Iesus turbatus semetipsum, & infremuit*. Hoc affectus habuit Christus diuersimode a nostris: quia in nobis iudicium praeueniunt rationis, & excitantur magis uel minus contra nostram uoluntatem: perit Christus illos uoluntate suscepit, iuxta occasiones exigentiam, hom. 42. numer. 40. vsque 43. Et in praesenti uoluit eos ita extraordinarios ostendere, turbando seipsum, infremendo, & dolorem designando, quo ex cordium illorum contumacia mouebatur: cum enim eius agnoscere debuissent potentiam, ex miraculo quod patrauit in caeco, ex eo ipso uoluit illam eneuare designando, quod non posset, quae uellet, & alias euomendo blasphemias, quas Christo in la-

ciem exprobrarunt, vt die quodam gestus tales ederet, vt indicarent illum factum rationis impotem. homil. 8. num. 9. Quod Deus populum eduxerit de Aegypto, in signis & prodigijs admirandis: quod Pharaonem eiusque exercitum maris fluctibus absorberit; quod aquas concesso oleo dulciores populo fiti per deserti laboranti: quod manna & coturnices de celo ministrauerit, omnia hæc infra triginta duos dies post egressum de Aegypto facta sunt. Et cum talia tantaque sint hæc prodigia breuissimo concessa tempore, quæ testabantur in operante tutissimam diuinitatis tesseram, quodque Deus eorum auctor esset principalis: tanta nihilominus fuit populi pernicitas, vt illum tentarint postulantem aquam, vt scirent an talis esset, & hoc in Raphidim Deus tulit ægerimè; quod autem Christum in quibus Hierusalem offendit, hoc erat, videre, quod præstitis tot signis, ab eo factis, tam profunda proposita illis doctrina; quæ ipsum Deum esse testabatur, illi hoc in dubium verterent, illum tentarent, petentes signa, talesque contra eum blasphemias euomerent, ob quas infremeret, & affectus in eos turbat omnis offenderet quam maximos. ibid. num. 9.

LXIII. *Vbi posuisti eum?* Quam lento passu procedit Princeps hic ad hoc spectaculum! quot diuersos edidit actus! quot mouet interrogaciones! quasi nihil horum sciret! quot fundit lachrymas, quasi potestas illi deficeret! verumtamen, his actibus plures conciliat sibi testes, & omnium dilatat oculos, vt tanto fiat miraculum euentius. hom. 31. num. 6.

LXIV. *Vbi posuisti eum?* An ergo hoc te Domine later? Non later, sed ostendere vult, quod ipse nec partem, nec artem habeat in morte & hominis sepultura, quod nec mortem fecerit, nec in nostra delectetur perditione, nec ducat ad sepulchrum peccati, nec in illo colloet, nos ipsi hæc cuncta facimus hom. 13. num. 31. vsque 36. Deis mortem non fecit, nec eam in mundum introduxit, sed peccata hominum: per peccatum enim primus homo illam appetiit voluitque mortem, sicut suam Israelita, Regem postulantes: imò & peior est serpente & vipera peccator: cum hæc se ipsam proprio nequaquam interimat veneno, vt ille, qui per peccatum seipsum occidit. ibid. n. 34.

LXV. *Vbi posuisti eum?* Ne Deo mortis tuæ culpam imputes, nec quod sepulchro detinearis peccati, vt fecit malus ille seruus; pariter & Iudæi: tu quippe totum lacus. h. 37. n. 51. 52. & bene Dauid professus est: *iniquitatem meam ego cognosco*, hom. 29. n. 45.

LXVI. *Vbi posuisti eum?* Frequentius adserit ut homines culpam diabolo, dicendo: ille me sepulchro condidit peccati: sed multo verius ipse te sepulchro conclusisti: quia diabolus nec seram quidem porci potest attingere, Deo non permittente. hom. 19. n. 6.

vsque 11. nec efficaciter tuam potest mouere voluntatem, nisi ipse consentias. hom. 23. num. 66 vsque 70. Hoc quippe Deo referuatur, quæ de causa dicitur *magnum Dominus*. hom. 29. nu. 15. 16. Et si tu ipse te non deicias, vt te calcet diabolus, non potest hoc facere vt Iob indicauit. hom. 37. n. 71. 72.

LXVII. *Tollite lapidem*. Quamuis solus Christus Lazarum erat suscitaturus vult tamen vt aliquam illi diligentiam adhibeant, sicut videtur referre, vt Lazarus de sepulchro prodeat, quod lapis auferatur, quo doceat, ne miraculum speres resurrectionis animæ tuæ, si tu aliquid non effereris: quod conuenire videatur illi quod agendum est. hom. 27. n. 57. 58. Et intendit vt manus tuæ iungantur diuinæ suæ omnipotentis: etenim in resuscitatio à peccato lapsus non est singularis. hom. 10. n. 33. 34. & h. 24. n. 49.

LXVIII. *Tollite lapidem*. Quam singulares huic actioni concurrunt circumstantiæ: nam Christus turbatur, infremat, ploiat, tolli iubet lapidem, exclamat ostendens quam operosum sit tales reuocare Lazaros in peccato putrefactos, pedibus, manibusque colligatos. hom. 13. numer. 51. vsque 53. & numer. 58. vsque 64.

LXIX. *Domine, iam fuit*. Miranda miseria, quod vir nobilis, primarius, vegetus à paucis diebus mortuus ita fœteat, vt propria illi soror ferre nequeat graueolentiam: pendente quæ corpora fagine: quanto namque hoc facis diligentius, tanto corrupta fetent horribilus. hom. 31. num. 33. 34.

LXX. *Dominus iam fuit*. Atrolle vel parum intellectum, & vide quod pro tam modico tempore, quod corpus anima deseruit illud ita horridum euaserit, ac putredine vermibus & fetore execrabile: talis etiam anima deueniet Deo ab illa recedente: quandoquidem teste D. August. quod est anima a corpori, Deus hoc est anima. h. 13. n. 7. & 8. & hoc optime nouerat Magdalena: cum accedens ad Christi pedes à peccatis suis emundanda, edorifera contulerit vnguenta, eorum fetorem agnoscentis: hoc tu ea præstiteris arte, quam te docet D. Ch. ysof. hom. 38. n. 97.

LXXI. *Clamauit voce magna: Lazare veni foras*. Vocem extulit, non quod crederet, vt multi Iudæorum, quod mortuis iam corporibus aliquot diebus anima longius ab illis discesserat, sed vt ostenderet quantum peccator distet à Deo, vt necesse sit altius inclamare vt illum audiat. hom. 18. n. 24.

LXXII. *Clamauit: Lazare veni foras*. Erant Christi verba viua, nam in se, & de se virtutem habebant operandi quod volebant, quo se Deum testatur. hom. 30. nu. 71. Legatur illud Apetoli: *Rorat omnia verbo virtutis sue*. hom. 2. num. 39. & hom. 10. num. 43. & hoc quod expendit D. Chrysofom. quod quamuis opera Christi in se essent inratilia, multo tamen



erant mirabilia ex facilitate quâ illa efficiebat, solo nempe suæ vocis imperio. h. 30. n. 3. 4. 5. De manibus sponsi, sic sponsa: manus eius plenæ hyacinthis, aureæ, & tornatiles, quibus verbis declarat diuinitatem & omnipotentiam, Christi veri Dei, quæ se manifestabat in ea facilitate quâ opera faciebat ita prodigiosa, qualia fuerunt eius miracula, atque idcirco dixit: manus eius, vt caput, esse aureas. ibid. n. 5.

LXXIII. *Lazaro veni foras*, Nominè proprio impellat, atque ad eum in singulari verbi sui dirigit efficaciam: etenim horum Lazarorum resuscitatio postulat singulis in particulari remedium applicari. hom. 24. num. 54. 55.

LXXIV. *Soluite & finite abire*. Voluit Dominus vt omnibus constaret veram esse resurrectionem: & Lazarum vere esse resuscitatum, idcirco iubet vt vincula dissoluantur, & liber absoluatut vt cum solus incedit, & per se, vita pateat vera quam recepit. Ne te iudices vt bene resuscitatum, si statim à vinculis absolutus, & audito. *Ego te absoluo*, nec passum valeas incedere, nisi statim offendas & denuo cotruas: tunc etenim D. Petrus gaudius est se à catenis liberum, quando ab Angelo his absolutus ambulare potuit absque vilo offendiculo. h. 10. n. 43. vsque 46.

### QVINTO DIE SABBATI QVADRA- GESIMÆ, VLTRA HOM. XXXIII.

**I** *Terminum dixit eis Iesus: Ego sum lux mundi*. Ioan. 8. Non desinit Christus ab officio suo docendo, & prædicando, & quamuis aliquando nullum tetra fecerat fructum, redit iterum, est enim diabolo contrarius: sicut autem hic nunquam cessat à nocendo nobis, & semel reiectus, alia redit, qua de causa dicitur Beelzebub: ita hic semel & frequenter reuertitur nobis ad salutem. ho. 19. n. 36. vsque 40.

II. *Iterum dixit eis*. Docet prædicatorem ne ab officio suo deferueat, & si semel in toto conatu & fructu concionatus sit, redeat iterum: quando namque nullam in audientibus profert utilitatem Dei causa iustificatur, ipse vero mercede sua & merito non priuabitur: & hoc idem vnicuique agendum est in proximi sui correptione. h. 22. n. 33. vsque 38.

III. *Ego sum lux mundi*. Præclara contendit industria Iudæorum arguere perniciam. Paulo ante produxerant illi iudicandam adulteram, vt cum illis quaerent, & occiderent vt potè hominem legi Moyfi aduersarium, sed prolatò suo iudicio omnes pudore confudit, ipse vero equis gloriosior: conaturque illis ostendere vanam eorum machinationem, quâ nec eius poterant obfuscate gloriam, nec pro peruerfa sua oc-

cidere voluntate: sol etenim est luce sua cuncta colustrans, & quamuis in eum insurgant omnes mundi machinæ, nec eum poterunt obfeurare, nec extinguere: hoc autem lego apud D. Ioan. *Lux in tenebris luce, & tenebra eam non comprehenderunt*, hom. 30. numer. 2.

IV. *Ego sum lux mundi*. Domine, si lux sis mundi, vnde tot cæci? Primo: quia diuersimodè illuminat, quosdam vt lapides, alios vt adamantes & specula. ho. 2. n. 2. Secundo: quia oculi animæ pendent à voluntate, & illa corrupta ad lucem splendidiorē cæcitas sequitur obsecurior h. 29. n. 32. vsque 55. vnde Spiritus S. vt illuminet intellectum, purificat primo voluntatem. ibid. 56. 57. 58.

V. *Ego sum lux mundi*. Quia sol est mundi lux, quantum in se est omnes illuminat: sed sunt nonnulli oculi lippientes, quibus quanto clarius sol radios suos immitit, tanto magis obæcatur: vnde contingit illis vt quanto feruentius studet illos Christus suis illuminare verbis, tanto contra illum lapidibus insurgunt atrocius vt vespertiliones hom. 37. nu. 35. 36. Et quanto fecit opera præclariora, tanto aduersus eum se crudeliores oppulerunt aduersarios, vitæ eius invidiatores: quamobrem illos pater Iacob vasa vocat iniquitatis, quæ spissam oculis lippitudinem offundebat. ho. 39. n. 8. 9. Et ideo vobis idem contingit: quanto namque clariorem vobis lucem prædicator & Confessarius ostendit, tanto deuenitis cæciores: quia passio nam vestrarum & appetitum lippitudinem voluntate retinetis, vt non intelligatis nisi vobis dixerit quæ desideratis: voluntatem adducite nulla passione peruersam, vt à prædicatore & confessario plenus instruamini hom. 37. numer. 35. vsque 37. Et hoc potissimum incumbit Principibus vt illuminentur. ibid. num. 38. 39.

VI. *Ego sum lux mundi*. Domine si lux sis mundi, continuo totum illum tibi senties aduersarium: nihil etenim sic odit ac lucem, sicut fur de nocte domum inuadens vt rapiat: & hæc erit tuæ mortis occasio: & quando te Pilatus interrogat, quid fecisti, quare tibi necem intentant, respondere potes: mundum illuminaui testimonium perhibens veritati. hom. 40. n. 12. vsque 16. mundo valde antiquum est lucem execrari. hom. 22. num. 28. hoc vitam abstulit Baptista. ho. 34. n. 53. vsque 56. quinimo idcirco multos non occidunt prædicatores, quia officium suum non expleat, vt sint lux mundi ho. 36. num. 49. vsque 51. hom. 40. num. 12. vsque 16.

VII. *Ego sum lux mundi*. Christus diabolo opponitur: & sicut huius effectus principalis est exæcitate, sic Christi est illuminare. ho. 19. n. 40. vsque 43.

VIII. *Ego sum lux mundi*. Christus columna est illuminans Israelitas, & exæcatus Pharaonem & Æ-

gyptios ob eorum iniquitates : nam diuersos operatur effectus, vt Eliseus : qui mundans à lepra Naaman, illa respexit puniuitque Giezi. ho. 30. n. 10. 11. 12.

X. *Ego sum lux mundi.* Declarat Dominus per hoc illibatam suam puritatem : nam inter omnia visibilia, nihil ita mundum purificat vt lux, quocumque enim pergit, & quæcumque pertransit immunda, nullam contrahit fuliginem, sed manet purissima. ho. 34. nu. 13. Et ita tangendo mortuum & leprosum, immunditiam non contrahebat. homil. 31. numer. 67. Stultus Phariseus qui credidit, Christum redditum immundum : quia tetigerat peccatricem. h. 38. num. 103.

X. *Ego sum lux mundi.* In operibus Christi etiam prodigiosis, maximè stupeo modum eius agendi. ho. 30. num. 4. 5. quocirca licet insigne sit opus Christi, esse lucem mundi, eamque illuminare, tamen magis admiror modum quo illam illuminauit, non minus mirabilem, quam luto cæcum illuminare. homil. 30. num. 45. 46.

XI. *Qui sequitur me, non ambulat in tenebris.* Hæc dicebat Christus felicitatem eius qui cum lucem habeat, ambulat, ne forsan offendar; quia viam certam quam ingreditur, vbi pedem figit, & hoc bono fruatur, qui Christum sequitur, qui vt lux præcedit, quia vero illum non sequitur, in tenebris ambulat, & per consequens nec certus vbi pedem figas, nec scis quas vias, prodigio comparandus, qui incescit quasi ovis obuelatus, & idem multi faciunt, ambulantes in tenebris, quorum portentum fuit Ezechiel. hom. 18. nu. 25. vsque 28. & ho. 31. nu. 69. & te rapiunt vt amphoram quam vidit Zacharias, non scientem quo deducaris. h. 38. num. 30. 31.

XII. *Qui sequitur me.* Omnes inuitat, & viam sternit apertam, vt cum sequi valeas; in Christo namque nulla personarum arguitur acceptio, & illi potest appropinquare etiam pauperimus, imo quandoque magis quam diues. ho. 21. nu. 22. 23. 24. Et hoc voluit vt ministri sui obseruarent, & non anteponerent his alios, ex merito mundano nobilitatis aut diuitiarum, vt egit Eliseus. h. 2. nu. 20. 21. 22.

XIII. *Qui sequitur me.* Statum non denotat singularem, sed loquitur omnigenis statibus; hæc etenim fuit eius tanta misericordia, vt in quolibet statu eum quis sequi possit, & huius omissionis non est culpa statui imputanda, more hominum; nam etiam in statu militari, potest quis esse sanctus. hom. 2. nu. 4. vsque 10. & potissimum in statu coniugali. hom. 24. n. 17. vsque 11. & ho. 26. n. 26. vsque 31.

XIV. *Qui sequitur me non ambulat in tenebris.* Quam securus ambulat qui sequitur Christum, & quam liber ab omni potest esse solitudine, cum se sequentibus ambabus subueniat copiose manibus; hoc

est bonis spiritalibus & temporalibus. hom. 27. nu. 2. & sibi factam censet iniuriam, si qui eius inhæret sequelæ metu coarctetur vt in languores & paupertatem sit præcipitandus, quibus percat & submergatur. hom. 27. nu. 8. vsque 24.

XV. *Qui sequitur me.* Hæc hominem miseria supra modum angebat, dum nesciret & quo, & qua tenderet. Hoc torquebat Iob, & sponfam: vnde summa fuit misericordia, quod Deus ipse venerit, factus dux noster visibilis, hunc enim sequendo securi ambulamus. hom. 9. num. 7. 8. 9. Rectius nos ducit quam columna Israelitas, & multo securius. ibid. num. 10. & sequentibus.

XVI. *Qui sequitur me.* Si recta studeas ambulare via, illam tequete quam inambulat, nec alia tibi incendendum est, nec melior esse debet Domino seruus. h. 15. num. 16. 11. Idcirco à recta via aberrantes Iacobum & Ioannem ad veram reuocant & sui sequelam. ibid. num. 12. 13.

**DOMINICA PASSIONIS VLTRA**

**HOMILIAM. XXXIV.**

I. **D**icebat Iesus, &c. *Quis ex vobis arguit me de peccato?* Ioan. 8. Ab hac Dominica incipit Ecclesia nobis particulariter Domini proponere Passionem: & quantum tot præcurrant dies, vsque ad diem Parasceues, hoc tamen agit, vt cordibus nostris memoriam huius Sacrosanctæ Passionis tanto tenacius insigat, cum adeo utilis sit, sicut sponsa declarat, ex illa colligens sibi fasciculum, quem inter vbera collocavit. hom. 15. n. 2. & ho. 42. num. 14. Fel est piscis Calionymi cæcos illuminans oculos. ibid. num. 8. Per illam malitiam peccati cognoscimus gravitatem: est etenim cæcus larvæ contactus. ho. 42. n. 11. 12. patet etiam gravitas eiusdem peccati, ac pondus. ibid. n. 13. 14. Per hæc nostra roboratur fiducia, ex meritum diuitis, quas Christus nobis lucratus est. ibid. nu. 16. Thymiana est, quo Patris pectus temperetur. ibid. n. 19 vsque 23. Conatur Ecclesia Passionis sponsi memoriam nostris animabus insigere, vt sit velut memoriale perpetuum, & compendiosum effectuum eius præclarissimorum, quo Reges Persiæ frequenter utebantur. ho. 42. n. 14. Et etiam in nobis dolorem prouocet acriorem, quam fuerit ille quo lugebant filiam Saphiræ. ibid. n. 9. & merito quidem, cum opus hoc infinitis præcurrat alterum prærogatiuis. Discursus hic est D. Ambrosij. h. 41. n. 25. 26.

II. *Quis ex vobis arguit me de peccato?* Hæc oratio gravissima & nefandissima blasphemia quæ Iudei Christum saluabantur: quod quidem Deus non esset, sed



nec cum Deo amicitiae vinculo sociaretur: *Hic homo non est à Deo*; quinimo diabolo esset confederatus, quodque eius virtute mirabilia, quae videbantur, operaretur. Christus cum eis tribunal ingressus, hanc refutat blasphemiam, euidenter ostendens eis se nullius peccati reum: etenim Deum nihil ab anima expellit, nisi peccatum, quo nihil est indignum, nisi in quo est peccatum. ho. 2. nu. 30. 31. magna quoque fuit amentia Nazarenorum credentium, quod Deus ab aliquo se monstraret alienum, eo quod pauper esset, vel necessitatibus obrutus: itaque nullus à Deo elongatur, nisi peccato obnoxius: hoc autem, inquit Christus, in me nemo reperiet. h. 21. n. 19.

III. *Quis ex vobis arguet me?* Conatur Dominus hanc illorum efficaciter convincere conumaciam: eoque sine primo confirmationem instituit vitae suae sanctae & impollutae: indecenter enim sordidus de foribus alterum redarguit. hom. 14. n. 36. h. 22. n. 51.

IV. *Quis ex vobis arguet me?* Suam Christus asserit à peccato munditiam, ut eorum confundat peruersitatem, ne sibi cum illis contingat, quod illis cum ipso, dum eum de discipulis suis aduolant reprehensuri: illis etenim Echo formauit, multo terribiliorem, quam fuerit Echo Aegypti. ho. 23. n. 42. 43. & illud de Adultera. ho. 26. n. 46. vsque 52.

V. *Si veritatem dico vobis quare non creditis mihi?* Domine, hæc interrogatio suum secum deserit responsum, quod eo ipso tibi non credant, quia veritatem illis proponis: nihil etenim sic homines execrantur, & negant ac veritatem. h. 22. n. 28. h. 34. n. 46. h. 40. n. 12.

VI. *Si veritatem dico quare non creditis mihi?* Mirum est, quod audientes verba Domini, eiusque doctrinam, quamvis eam admirarentur, non tamen ut par erat, illi fidem adhiberent: & ita describit illos D. Ioan. admirabundos quantum ad intellectum, at tamen nec credentes, nec conuersos ex perueracia voluntatis. Et idem multis contingit: quod audientes Prædicatorem, admirentur quidem, sed non ut oportet, credant: quia fides pendet à voluntate, quam nonnulli malitiosè captiuam detinent: alij vero accurrunt auditori, intellectum adferentes, quidem, sed omittentes voluntatem. h. 29. n. 21. vsque 25. idcirco, ut crederet intellectus, emundauit prius Spiritus S. voluntatem. ibid. num. 52. vsque 59.

VII. *Qui ex Deo est, verba Dei audit.* Notaanda sunt cum D. Greg. hæc verba: illaque confer illis, quæ in te peraguntur. Perpende qualiter Dei vel diaboli verba intelligas, & hinc concludere, utrum ex Deo sis vel diabolo: primum etenim signum, quo Deus suas imbuat oves, hoc fuit, quod simpliciter vocem eius audiant. ho. 37. n. 24. vsque 31. & per hoc ostendit Magdalena se ovem esse Dei: quia vocem eius audiuit promptissimè. ho. 38. n. 38. vsque 45.

VIII. *Qui ex Deo est, verba Dei audit.* Hinc est mina, utrum ex Deo sis an ex diabolo, ex modo agendi periculum, ut ait Hierem: Philosophia lateat admirabilis. hom. 37. n. 30. 31.

IX. *Qui ex Deo est, verba Dei audit.* Valde timendum, ut ait D. Gregor. ne forte ex Deo non sit, quando verbum eius non percipis: audire illud est obsequere. h. 37. n. 28. Magnum est tunc perditionis indicium, quando Dei verbum audiendo, vium ad eum efficacem, illud in te nihil operatur, cum tamen in ipso mortuis habeat effectum, imo & daemionibus. ho. 31. nu. 72 & seqq. h. 35. num. 42.

X. *Propterea vos non auditis: quia ex Deo non estis.* Profundum continet hæc verba mysterium, quod D. August. annotauit: etenim aliquando nonnulli ad tantam deuoluntur iniquitatis abyssum, ut Deus manum suam subtrahat, illis gratiam non concedens, quæ verbum Dei percipiant, vel illi obediant: atque in hunc statum delapsi erant miseri illi Iudæi: fuit enim iustum Dei supplicium, quo lucem illis non infudit audiendi verba Christi: quæ de causa dicitur quod illos excæcauerit, & eorum aures aggrauauerit. h. 35. n. 5.

XI. *Propterea vos non auditis: quia ex Deo non estis.* Esse aliquem ex Deo, non intelligitur quantum ad naturam: eo namque modo omnes ex Deo sunt, sed secundum voluntatem: quæ si mala sit, trahit secum intellectum, nec eum patitur fidem adhibere veritati. Vtile mirare discursum. h. 29. n. 52. vsque 59.

XII. *Nonne bene dicimus nos: quia Samaritanus es tu, & daemionium habes?* Clare manifestant quam firmiter pectora sua malitia possideat, cum ex radice adeo sancta qualis erat doctrina Christi, venenum exurgat adeo diabolicum, ut dicant: daemionium habes. Est ex quam sanctis præmissis conclusionem eliciant adeo contumeliosam, quos Deus sub aspidum figura desumpsit. h. 19. num. 69. 70.

XIII. *Nonne bene dicimus nos? Quemadmodum ex subitis horum actibus excellentia probatur operum Dei, ita ex seriò multumque deliberatis rebellio conuincitur, & contumax cordis eorum arguitur peruersitas.* ho. 21. nu. 19. Reproba malitia, nedum horrendam adeo euomere blasphemiam, qualem hi depromunt, sed ei firmiter inhærete, & ut bene dictam confirmare: quæuis enim dum quis peccat, male agit, quanto tamen hoc bonum esse iudicat, illum habeat ut omnia expertem salutis: ut peccatorem illum de quo psallit David, quia Deum exacerbabat: *Laudatur peccator in desiderijs animæ suæ, & iniquus benedicitur: Exacerbauit Dominum peccator.* h. 13. n. 16.

XIV. *Samaritanus es tu.* Hæc erat apud Iudæos grauissima calumnia ut quis diceretur Samaritanus quia Samaritanos habebant ut populum maxime perditum, mundoque contemptibilem. hom. 25. nu. 65. vsque 68.

vſque 16. Et nihilominus eſſe non negat Dominus, imò potius ſe Samaritano comparat, qui vulnerato ſuccurrit deſcendenti ab Hieruſalem in Hiericho ad hanc enim eius pertingit miſericordia: etenim hoc decori ducit, quòd mūdus dedecori, & illi vt inuriam impingit: vt patet in myſterio crucis, quo crucem hanc & ignominias ſic honorauit: vt iam ſe credant honore affectos in mundo per illas, maxime honorati hom. 36. nu. 9. 10. 11. & illis delectentur vt cruce D. Andreas. hom. 42. num. 59. vſque 66.

XV. *Samaritanus es tu.* Quia vel ſemel Chriſtus fuit in Samaria, & cum muliere locutus eſt Samaritana, atque in eius Provincia Metropoli biduo moram traxit, iam illi nomen impoſuerunt Samaritani: nec aduertunt quam diſcrepent eius & illorum mores: hac etenim conſuetudine mundus laborat, vt ſi de aliquo vel vnum concipiat defectum, hunc illi ſemper obicit hom. 38. num. 102.

XVI. *Nōne bene dicimus nos?* &c. iam videbarur in aliis extinctum eſſe odium quo contra Chriſtum ferebant; ſed vnum apparet, quandoquidem ex tam leui occasione ſeiſum deum prodar, & hinc aliquando iudicare potes, vtrum in te extinctum ſit odium contra inimicum tuum, imò & peccatum tuum, quod iam deletum omnino videtur. ho. 35. nu. 6. & ſeqq.

XVII. *Ego demonium non habeo.* Hic congruit argumentum D. Cypriani contra Iudæos & Gentiles; Dicite proditores, quæ opera notatis in Chriſto, vt cenſuram feratis adeò contumelioſam? Numquid in viſulo aduertitis, quod in Chriſto, & cum nihilominus vt Deum adoratis. hom. 19. num. 71.

XVIII. *Ego demonium non habeo.* Quando ſimiles enouerunt blaſphemias, & virtuti diabolicæ miraculum adſcripſerunt, quo demoniacum, ſurdum, mutumque liberavit, reſpondit illis Dominus, eos euidenter de mendacio conuincens. hom. 19. n. 26. 72. Modo ſufficit illi vnicum reſponſum humile & benignum; conſilium ſecreto Spiritus ſancti; *Ne ſuccendas carbones hominu peccatoru;* dum enim igneſcit carbo, ſi in illum ſufflaueris, vehementius offeſdes; abſit vt extinguas: & iam præmonuit nos Salomon: quod *Sermo mollis frangit nam,* & quocumque feratur impetu tormenta belli glans, ſi in ſaccum lanâ plenum impingat, enervatur. hom. 36. num. 15.

XIX. *Ego gloriam meam non quero, ſed honorifico Patrem meum.* Ratio hæc eſt optima, quâ probetur, quod demonium non habeat: quia hoc primum agit diabolus, amorem generat proprium omnis peccati præceptum. hom. 41. num. 71. & ſeqq. Chriſtus autem amore proprio non ferebat, ſed Patris ſui, quidquid enim ſuæ, & egit, totum in gloriam Patris ſui direxit. hom. 35. num. 44.

XX. *Ego demonium non habeo, & vos inhonorati me.* Hieron. Bap. de la Naza. Tom. 1.

q. d. Ego demonium non habeo, ſed voſ hiettenim vos in me concitat. Tangit vt opinor hitoriam Saülis à demone poſſeſſi, qui ad muſicam Davidis ſuauem, tantum abeſt vt illi gratias referret, vel ipſe temperaretur, vt tanto ſurtexerit in illum inmitior, haſtam in illum euibrans qui cytharam pulſabat: q. d. Verum de radice iudicium fertur ex fructibus, voſ ipſi iudicatis quæ ſit radix veſtra: ſunt enim odij & rancoris opera: & illa quæ ego facio, conſiderate: ſunt etenim amoris & charitatis omnia. hom. 37. num. 42. 43.

XXI. *Ego gloriam meam non quero.* Ecce tibi fideliffimum legatum, qui totus in eumbit eius honori conſulendo à quo mittitur. hom. 28. num. 19. Et ſicut legatus in nullo contrarius eſt illi à quo mittitur, ſed pari paſſu procedunt: ita Pater & ego; quocirca non mihi diabolus eſt conſederatus. ibid. num. 36.

XXII. *Ego gloriam meam non quero eſt qui querat, & iudicet.* Reuocat illis in memoriam foedus cum illis per Moysen initum, qui mulus vtrique interiectis, promiſit illis à ſe mittendum Prophetam, qui illis ex parte ſua loqueretur, ſibi verò cauere, ne debitam illi negarent reuerentiam: quia eorum omnium, quæ in eius agerent contemptum, ipſe vltor exiſtetur: de hoc illos ore populi præmonuit. hom. 7. num. 25. 26. & hoc illis alia occasione, hanc præcedente demonſtrauit, & idem hodie ſtudet ſignificare. hom. 29. num. 38. Idcirco dixit Pater quod eum in ſe tuendum ſuſciperet: *Suſcipiam eum.* homil. 35. numero 44.

XXIII. *Ego demonium non habeo.* Quam manſuete pro ſe reſpondet, ſine tumultu & clamore, com- ples illud Prophetæ: *Non clamabit:* & nihilominus ad noſtrum commodum, audiuius eum ſapè voci- ferantem: nam tacens in ſui exultatione, ad noſtram clamat altius vtilitatem. hom. 35. num. 45. 46.

XXIV. *Amen dico vobis, antequam Abraham fe- ret, ego ſum.* Dicit an poſſit ipſis loqui claris, aut cortinam amplius dilatare. Per hoc æternam ſuam aperuit generationem, ſecundum quam originem non traxit ab Abraham, ſed ab æterno ſuo Patre, antequam Abraham hoc vel ſemel ſibi imaginaretur: nau idcirco, cum D. Chryſoſtom. quater ſcripſit D. Ioan. Verbum erat. hom. 19. num. 37.

XXV. *Tulerunt iſte lapides, vt iacerent in eum.* In caput veſtrum ò proditores veſtra redundet iniquitas: continua hæc veſtra ſuit querela, quod vobis euidenter non loqueretur, unde ſemper poſtulatiſtis. *Dic nobis palam,* & modò, dum vobis reſpondet, lapides in eum an colligitis? Cur ergo illum interrogatiſtis? cur ab illo rogatiſtis vt vobis clare denuntiaret? populi reprobi certunt iudicium. homil. 37. num. 35. & ſequentibus.

XXVI. *Tulerunt lapides.* Optime proponit D. Ioan. boq

hos maledictos, qui Christum circūderant, ut quācumque conaretur parte euadere, occurreret in pedimento. Si perspicere illis non loquatur, dicunt: idcirco tibi nequaquam credimus: si vero distinctè differat, lapides præparāt. Ap̄t̄ dixit Christus, quod peruersam hanc non ferret vltro generationem. h. 40. n. 18. 19. Idcirco Osee illos censet derelictos, & Isafas populum, qui Deo exhibet agoniam. h. 8. n. 17. 18.

XXVII. *Iesus autem abscondit se.* Quomodo hoc factum sit, exponitur. ho. 10. n. 18. & ho. 21. n. 61. 62.

XXVIII. *Abscondit se & exiit de templo.* Suā prodit sapientiam & prudentiam, irā cedens & furori: magnā etenim prudentiā consilium est, quod dedit postmodum D. Paulus: *Non vos defendentes, sed date locum irā.* hom. 16. num. 15.

XXIX. *Abscondit se & exiit de templo.* Nullum Christus periculum incurreret, si prodere suam voluisset omnipotentiam: verum ut homines doceret, sæpē operabatur secundum humanam naturam. hom. 1. num. 28. & potissimum nos voluit instruere, timere pericula, eaque fugere. h. 36. n. 16. qui id namque dum potest, non facit, tentat hic Deum. ibid. n. 32. vsque 35. & admirandis confirmatur exemplis ib. n. 26. 27.

XXX. *Exiit de templo.* O m̄. le fortunatum templum: nam sicut tibi congratulatus est Propheta, quia ad te venturus esset Deus, tibi condoleo, namq; prænuntio ruinam, cum Christus à te recedat: iam tuam luxit Iacob calamitatem, eamque vidit Ezechiel in egressu vnius Cherubim. ho. 13. nu. 21. vsque 24. & hic profectui licet animæ calamitatem: nam quia lapides contra Deum colligis, ab illa discedit: de quo multa notatu digna, & vtiliter lege. ibid. num. 5. vsque 21.

XXXI. *Exiit de templo.* Non recedit propria ductus voluntate, sed quia lapidibus inde expellitur: quinimodō recedit illum egressus de templo: est etenim locus quietis si q̄ vbi singulariter moratur & habitat. ho. 28. n. 18. vsque 27. Maiori veritate dicere hoc possumus de anima creata in templum Dei in qua requiescit, suasque caprat delicias: non enim volens ab illa discedit, nec propria movetur ad egressum voluntate, sed quia lapidibus exturbatur. Vtilis hic est discursus. hom. 3. num. 25. vsque 31.

#### QVINTO DIE LVNÆ QVADRA- GESIMÆ VLTRA HOM. XXXV.

I. **M**iserunt Principes & Pharisæi ministros, ut apprehenderent Iesum. Io. n. 7. semper vincit sapientia malitiā. Sabbato præterito illam oppugnauit malitia Pharisæorum pallio & astutia contexta draconum: laqueum illi struendo, quem diximus adeo solui difficilem, ut sola Dei sapientia se posset extricare. Hodie illum aggrediuntur ut leones

potestate sua prævalentes & auctoritate, convocando ministros, satellites, & apparitores, ut captiuum illum adducant: sed ille qui veritatem vicit draconum malitiam, illam etiam hodie superat, quæ leoninam præfert ferocitatem. hom. 26. n. 23. Absortpti sunt iudices iuncti petra. ibid. n. 4. & qui parietem conantur enterere inclinatum; sub eodem concutuntur, ut psallit David. ibid. num. 47.

II. *Miserunt Principes & Pharisæi ministros.* Hec miseri: aduertite vos omnes paleam esse ex solis exterioribus ceremoniis; Deum autem ignem esse cui si proprius accedatis comburemini. eniq; gloria daretur tantò lucidius. hom. 23. nu. 23. Impletur hic Davidis oraculum. *Dum superbit impius incenditur pauper,* suamque proferet potestatem quā gloriōse submabitur, vos autem rubore confundemini. ibid. num. 35. vsque 41.

III. *Miserunt Principes.* Videntes Christi miracula, qui conuenire debebant vteam qualis erat, agnoscerent; intellectum ducentes ad voluntatem, mole agunt inuerso: nam malitiam voluntatis trahunt ad intellectum, & concludunt eum apprehendere, & carceri mancipare, ut amplius non compareat Deus vos o iudices, illuminet; appendite quam necesse sit ut vos Deo commendatis eiusque postuletis gratiam ut effectus voluntatis iniquorum non sint causa iustiorum. hom. 26. num. 12. vsque 14.

IV. *Miserunt Principes ministros.* Refert D. Iohannem dum populus tanta in Christo prodigia mirarentur, quod Principes luore tabescentes & odio in Christum, conuenerint & nullis aliis melioribus adhibitis consiliariis, quam odio & inuidia, nihil aliud perpendentes, statum decreuerint eam capiendi. Nequam iudices, qui sepositis aliis in causa Christi meritis sola ducti procedunt passione, similes tauris de Balan, qui ut natus esse deberent corporis, vel unicornis. ho. 7. num. 19.

V. *Miserunt Principes.* Merito fieri pro eis preter postulat instanter Apollolus: si namque tales ut decet, non sint, per ipsos ruinam incurrit Republica, & provisiones quas faciunt digna um seu officiorum, sed dum non sunt commodo, sed maximo iure inuoluntate. hom. 39. nu. 23. & seqq. Decretum eorum attende, quod Christi capturam concludunt: nam illo de medio sublato securura erat totalis illius Republicæ perditio. hom. 7. num. 22. 23.

VI. *Miserunt Principes & Pharisæi ministros.* Prævidebant peruersi illi nequam, quod si Christum apprehenderent populus hoc grauatim acciperet, & in periculo exponerent, ne tota contra ipsos turba moueretur: idcirco ministrorum viuunt opera, quasi pelfis quo castaneam ignibus eruant, nihil curātes si per illi vsuletur: ita sæpē contingit in magnatibus: quod

ministrorum opera sibi valeant ad stratagemata diffi-  
cilia, flocci facientes, vtrum illos diabolus sibi pro-  
dam abipiat, modo ipsi sibi prospiciant. h. 21. n. 54.

VII. *Miserunt ministros.* Ministros alloquent, vt ali-  
quam ipsi proferant exultationem, si quid sui stri acci-  
deret, ipsi culpam imputando, & se ipsos periculo eri-  
perent, sed optime Christus eorum mentem intellexit:  
cum videns ministros, verba sua magis ad Principes  
direxit, a quo mittebantur, quam ad ipsos qui adae-  
niebant: Deus etenim falli non potest, & quod agis  
recipiendo, vel lucrum per certum negotiando vel  
alia similia, ea omnia tu facis. h. 2. n. 10. Omnia con-  
spicit, licet longo distet intervallo. h. 15. n. 30.

VIII. *Adhuc modicum tempus vobiscum sum.* Diui-  
nam suam Christus potentiam voluit ostendere: quan-  
do quidem accedentibus satellitibus & leuina rabie  
suscitibus, non sibi Angelicum associauerit exercitum,  
nec draconum legiones, sicut contra Chananeos, nec  
leonum numerum, sicut contra Samaritanos, sed sim-  
plex suum produxit verbum: nam eo solo eiusq, im-  
perio quilibet operatur: idcirco a Salomone dicitur:  
*Omnipotens sermo,* & per hoc, vt credo D. Chryl. Chris-  
tus diuinitatis suae veritatem confirmauit. h. 30. n. 45.  
Hoc in elicitur Centurio, tu nota discuitur. h. 2. n. 39.  
& 47 & patuit dum videt filium resuscitatum. h. 31. n.  
72. Item & in Lazari resuscitatione. h. 32. n. 79.

IX. *Adhuc modicum tempus.* Hic Christus po-  
tentiam suam manifestat, quo efficaciter in cordibus  
horum operatur, & illa omnino transmutat, magis  
quam in creatione mundi & Angelorum. h. 25. n. 4.

X. *Adhuc modicum tempus.* Sc magnum ostendit  
Christus Dominum, dum in horum ministrorum cor-  
dibus efficaciter operatur, illos conuertens eo modo  
quo illos conuertit, nam vt ipsi protestantur, dum  
illum fac agunt cape e, ipsi eius amore capti sunt. Opus  
hoc est proprium diuine soli omnipotentiae. h. 29. n. 15. & 16.

XI. *Adhuc modicum tempus.* Compluit hic Domi-  
nus oraculum Iacob: *Manus tuae in ceruicibus inimicorum  
suarum:* & hoc ex Iob: *Ad silicem extendit manum suam:*  
etiam ad corda ministrorum manum extendens,  
montium, id est Pharisaeorum machinationes: euercit.  
hom. 41. num. 13. vsque 17.

XII. *Adhuc modicum tempus vobiscum sum.* Gran-  
dem Dei pendere misericordiam: cum enim prodito-  
rum peruersa mereret contumacia, vt eos deserte-  
ret & abiret, imo ex integro consumeret, ait illis: vo-  
bis etiam inuitis adhuc modicum tempus vobiscum  
sum, paratus vos recipere, completis hoc vati mei va-  
ricinium: *Expectat vos Dominus.* h. 37. n. 17. agensque  
quod ait Theonitus. *Retrahit cognatus.* Ibid. n. 22.

XIII. *Querat me & non inuenietis.* Qua veritate  
hoc dicit Domine: cum hoc statueris firmum princi-  
pium: *Omnia quae querat inuenietis:* Verum est, quod omnes

qui Deum querunt illum inueniant, si vero & sinee-  
ro corde querant illum, & tu illum inteneris si ea il-  
lum diligentia queres, quatuas sectaris voluptates,  
lucraque iniusta: sed spiritum non habes robustorum  
quem vates ab eis exigebat, qui vere Deum querunt:  
hom. 38. num. 48. 49. Idcirco Esau illum miame in-  
uenit, quamuis cum lacrymis illum quaeserit, sed  
nec Antiochus. Ibid. 46.

XIV. *In magno autem festiuitatis die, stabat Iesus in  
templo & clamabat: si quis sitit, veniat ad me.* Hic in-  
signem suam Dominus prodit misericordiam, patent-  
que eius retributiones, quas tantopere Dauid expen-  
debat: qui ad grauiore offensas & obdurationes, pra-  
clariore producit misericordias: dumque illis dili-  
gentius student obicem opponere: torrentes aperit  
tanto copiosiores exclamando: *Si quis sitit.* Vt conu-  
sio, procedit *contra iuris ordinem,* & gressu retrogrado.  
hom. 41. num. 41. & 42.

XV. *Si quis sitit, veniat ad me.* Nihil in mundo  
grauius hominem affligit, quam sitis. imo & in illa  
omnes comprehenduntur angustiae: hoc enim indicat  
D. Ioan. quidquid enim est in mundo, sitis est: *Omne  
quod est in mundo, concupiscentia est.* Quidam siti laborant  
diuitiarum, alii voluptatum, honorum ac dignitatum  
alii: & ita Spiritus. hoc maxime deplorat in iis qui per  
mundum discurrunt, quod nimirum siti exarescant: *Hic  
qui sitit* (ita legunt Septuaginta illud: *Omnes sitientes  
venite ad aquam.*) Ecce Christum fontem factum vni-  
uersalem omnium siti extinguendae. h. 25. n. 77.

XVI. *Si quis sitit, veniat ad me.* Fontes mundi vidit  
D. Ioan. & aquas eius aduertit esse ipsam sitim, & per  
consequens, illam nedum non auferunt sed positae  
accendunt. hom. 25. num. 76. vsque 79. Quam ad-  
luxum votumque ex illis bibit Prodigus, & nedum  
satur gaudius est, sed actioni siti exstans ingemuit.  
hom. 18. num. 37.

XVII. *Si quis sitit, veniat ad me.* Multos inuenias  
qui tibi extinguendae siti aquas propinant, diabolus,  
caro, mundus: sed praeterquam quod aquae eorum sint  
haustu difficiles, acriori te siti torquebunt. Ita vidit  
Iob ex his fontibus habentibus contigisse. h. 25. n. 78.  
Tandem patet, quod sitim non sedabit ad quod merus  
est ventus, licet parum refrigerare videatur: & quid-  
quid in mundo est, merus est ventus, vnde fauetur Sa-  
lomon, quantumvis ex his aquis biberit, quod in fino  
siti perierit. h. 4. n. 19. vsque 23.

XVIII. *Si quis sitit.* O nos beatos, quibus fons talis  
offertur, quem Dauid appetebat *vita fontem,* in fonte  
Siloe designatum. h. 30. n. 52. vsque 56. Illae vere aquae  
satiant. h. 25. n. 84. de quibus dicitur: *fluunt cum silen-  
tio.* ho. 41. n. 95. *Si quis sitit, veniat ad me:* haec verae  
sunt aquae, quae perfecte & integre satiant. h. 11. n. 27.  
28. & h. 25. n. 84. vsque 88.

XIX. *Veniat ad me & bibat.* Insuper & aliqd continent huius fontis aqua: quanto namque sunt aquae mundi habitus difficiliiores, tanto sunt hae faciliores, vt exposuit vir nobilis de quo refert D. August. hom. 25. num. 74. 75. & ita gratis dantur, sicut aquae de petra, quae homines consequebantur. Ibid. n. 78. & seqq.

XX. *Si quis sitit veniat.* Attende, quam faciles aquae quae dantur solo pretio voluntatis, qua velis accedere easque haurire, & illas non bibis, quia non vis. O si tales fuissent aquae mundi, & quam flexo poplite promior te prosterneres, quam milites Gedeonis. hom. 10. n. 33. vsque 39. Bene Moyses hoc declaravit verbis à D. Paulo perperis: *Ne dixeris in corde tuo, &c. Propè est verbum in ore tuo, & in corde tuo.* Ibid. n. 38. & h. 25. n. 64. 80. & h. 44. n. 41.

XXI. *Veniat ad me & bibat.* Strans inquit, clamabat Iesus: *Stabat Iesus.* Ne timueris, quod illi crura fatigentur te expectando: nam idcirco sponsa cura eius dicit columbas: & ea de causa clamat Isaias, vt accurras, quia te praesolatur. h. 37. n. 17. 18. Verum sicut in expectando probatur eius misericordia, sic tua conuincitur in eum detinendo pernicacia. Ibid. n. 19. 20. 21.

XXII. *Si quis sitit, veniat ad me.* Videtur illum contempleri Isaias in templo stantem vt fontem plane caelestem, qui suauum agrosens aquarum dignitatem, videat eas ab hominibus despectas, omnesque ad flagna lacusque currentes vermibus sciantes vt bibant: etenim hoc significat, dum ait: *Malum apparuit in oculis Domini, & aperitius est, quia non est qui occurrat.* h. 25. n. 27. & h. 28. n. 28.

XXIII. *Si quis sitit.* Vides hic fontem de quo Zacharias: *Fons patens,* omnibus, qui suas nemini aquas denegat, nec profuit cum acceptione personarum; sit diues, sit pauper, nobilis vel plebeius: minorj non pollet iure aut ingressu huc quam alter. h. 21. n. 21. 22. 23. Et hoc modo fontes instituit Sacramentorum suorum in Eccl. sia: docens nullam esse personarum in ea acceptionem, nec praeseratur pauperi diues, quod factum Elifet declarauit. h. 2. n. 20. 21. 22.

XXIV. *Si quis sitit.* Non omnes conuocat, sed tantum sitientes: & haec tua foret beatissima fors has aquas sitire, & haec tam valde hanc arbitrare sortem, quando in te earum excitatur desiderium: vt cum Davide possis dicere: *Concupiuit anima mea desiderare: sed nec hoc teneris desiderio, & tua est haec calamitas.* hom. 25. num. 88.

XXV. *Hoc dicebat de spiritu, quem accepturi erant, &c.* Declarat Euangelista quae nam fuerunt istae aquae: sunt enim gratiae Spiritus S. Illae vere sitim extinguunt, quia perfecte sedem figunt in ipsis visceribus, vbi sitis locum habet. h. 25. n. 86. Quam perfecte satiantur his aquis animae: quia in rei veritate intra se continent eundem fontem nempe Spiritum S. imo & to-

tam SS. Trinitatem, ita vt jam intra se habeant id emne quod ipsi beati in gloria complectuntur. h. 37. n. 56.

XXVI. *Hoc autem dixit de spiritu.* Illae sunt aquae quas Dauid appellat: *Aquae refectiois:* quod alii legunt: *Aquae quietis & consolationis.* h. 25. n. 87. & potest hoc dilarari argumentis quae fiunt, declarando, qualiter mundi anni has mundi aquas bibentes, nedum non satiantur, sed crudelius torquentur ex propria conscientiae perturbatione. hom. 37. n. 53. 54. 64. & ex propria animae inordinatione. Ibid. n. 55. 56. Et liquet quies, satietas & tranquillitas quibus animae perfruuntur aquis satiatas: quia in se continent Spiritum S. Ibid. num. 57. 58. Ex gaudio deinde quod cordibus eorum adferunt. Ibid. num. 59. 60. Atque ex spe bonae conscientiae. Ibid. num. 61. 62. 63. 65.

## QVINTO DIE MARTIS QVADRAGESIMÆ, VLTRA HOMILIAM XXXVI.

**A**mbulabat Iesus in Galileam &c. quia querebat eum Iudaei interficere. Ioan. 7. Proponit Euangelista Christum de Iudaea & Hierusalem excedentem: nobisque declarat quod propria motus voluntate ab eis non recesserit sed potius delectabat eum esse: eo quod templum ibi esset: atramen discedit, quia illum expellent, persequuntur, quae roneque occiderent non enim Deus ex sua voluntate ab homine discedit, imo delectat eum cum ipso morari: abiit, quia illum persequitur, atque à se peccatis suis foras extulit. hom. 13. n. 25. 26. 27. Quo sibi maius inferi damnum, quam omnes possent inferre creaturae, imo & ipse Deus. Ibid. n. 28. vsque 31.

II. *Querebant eum Iudaei interficere.* Miseris miseres, qui dum media quaerunt illum occidendi, sibi maximum quaerunt detrimentum: quia Christum occidere, nihil erat aliud quam propriam vitam saluamque interimere: qua de causa illos Iacob Pater deplacxit. hom. 7. num. 23. 24. 25.

III. *Querebant eum Iudaei interficere.* Huic totum studuerunt, conatumque impenderunt: hoc enim significat: *Querebant.* Faciebant hoc sibi persuadentes quod Christum occidendo à Romanorum subiectione progre liberarentur, factu habitibus, bonis suis, paceque gauderent, & per hoc totum amiserunt. h. 39. n. 18. 19. 20. Et ipsa diligentia qua Christi mortem intenderunt ignis fuit qui illos absumpsit, vt declarauit Ezechiel. Ibid. num. 21. 22.

IV. *Querebant eum Iudaei interficere.* Graue fuit hoc illorum scelus, sed est & tuum, nam operante Domino in te tanta tibi ad salutem, illum tamen persequeris: etenim eo ipso quo peccatum velis, illum in anima

tua desideras occidere. Heu te miserum, atende quid agas, te sicut taurus istu coeco feceras, sed sicut unicornis, nec duci te pararis vt bos, quem ad modum aduertit Spiritus S. h. 7. n. 19. 21. h. 36. n. 19. 20. Ne prodigum imiteris, impotem animi, non considerando quod tenderet. nec damna calcem suam prementia, qui solo suo se duci sinebat appetitu. h. 18. n. 21. vsque 25.

V. *Ambulabat Iesus in Galileam. &c.* Quia hoc Domine, tunc times, tu Dux, nec metum expellis. An in manu tua Dei non est Omnipotentia? Est vtique, inquit D. Greg. sed humanam assumpsit infirmitatem, & secipsum illum, vere procedit, qua nostram imbueret. h. 1. n. 28. Et per hoc docet nos occasionum & periculorum fugam: quod si ipse, qui cum verus sit Deus, tutus est, in illis timeat, permittens humanam infirmitati suas partes: tu qui nihil habes aliud quam ipsam infirmitatem, quanto magis debes tibi formidare? Ne propositis tuis fidas, nam irruentis periculo, tua probatur infirmitas: & saepe nobis ipsis mentimur: & satis saepe duci potest penitenti, qui promissa sibi statuit fortiora quod ilico corruet expositus o. casioni, vt vidimus in D. Petro. h. 43. n. 23. Et hoc noueris tanto te fore securiorem, quanto de tua plus timebis infirmitate, illam cognoscens. Ibid. 28. 29.

VI. *Dixerunt ad eum fratres eius vade in Iudcam, vt & discipuli tui videant opera qua facis.* Erant hi parentes Domini secundum carnem, quamuis enim in eum non crederent, nec eum magni facerent, & vt mundani homines tantum mundi studebant, quem sibi lucrari posse autumabant, si Christus eorum cognatus ascenderet Hierusalem prodigia operaturus. Conditio haec est mortalium, qui suis tantum inhiant commodis, & tantum solummodo faciunt cognatos & amicos, in quantum sibi e. insidant inde prouentum emolumentum, vel proprium lucrum: hoc enim vas est, in quod omnium mortalium oculi dirigitur, quod ostendit Angelus Zach. h. 30. n. 16.

VII. *Vade in Iudcam, vt & discipuli tui videant &c.* Quam liquido constat id quod D. Ioan. dicit, quod parentes & fratres Christi non crederent in illum, nec doctrinam eius admitte. ent: quia huic quod postulant, directe contrarium est quod ipse docet: quia hoc ipse ceteris documentis proponit maximi momenti, vt opera tua boni facias, non vt ea videant homines, sed in abscondito: quia eo instanti quo feceris illa, vt homines ea videant, reputa ea quasi deperdita. Illis autem non videbantur lucro cessisse, nisi in quantum ea homines conspicebant: conditio haec est mundanorum. h. 1. n. 27. 28.

VIII. *Vt discipuli tui videant opera.* O quam parum tibi cognita sunt peruerse oculorum mundi qualitates, nam illis exposita fascinatur, & consumuntur, vt nulli seruiant vilitati, h. 1. n. 32. 33.

IX. *Manifesta te ipsum mundo.* Vere tales esse se produm: mundani isti postulantes vt Christus Hieru-

salem ascenderet miracula patraturus, quibus illustre sibi nomen in mundo compararet, sicut etiam illa ipsi petierunt, qui quater ab ipso signa videre voluerunt, quae admirationem mouerent, suamque potestatem in aere, coelo & igne declararet. hom. 3. num. 39. Sed erat insulsa petitio: non enim Christus miracula facit tantum ad plausum mundi, & ad inancem nominis sui celebrationem, sed illa solum quae commodum adferre possent & salutem, conformiter officio suo, scilicet Saluatoris. ibid. nu. 40. vsq. 46. Pl. ne ignorabant Domini conditionem, qui hoc tantum conducere dicebat honori & nominis sui dignitati quod in nostram vergit utilitatem. h. 21. nu. 42.

X. *Si haec facis, manifesta te ipsum mundo, neque enim, &c.* q. d. si vera sunt opera quae de te circumferuntur illa mundo spectanda proponit: nullus etenim industrius artifex sua in angulo facta abscondit. Vah quam insulsa caecitas, prauiumque consilium vt opera sua eminentiora mundo proponeret conspicienda. Perneisum illi praebes consilium: cum eo ipso quo opera illius praecelara sunt, mundo non sunt exhibenda: non illis etenim potest iustam rependere mercedem: quia haec maxima illius est merces illa conspiciere, & laudare, & pretium foret adamantis infimum vt alius illam inuenerit & extolleret. Vtilis hic est conceptus. hom. 1. numero 24. 25. 26.

XI. *Si haec facis, manifesta te ipsum mundo.* Quam parum illi norunt premium bonorum operum, cum illis sufficiat vt mundus ea videat & extollat. Prudentius fuit hoc Christi consilium vt illa faciendo abscondas ab oculis mundi, & Patri caelesti manifestes, & hoc tibi conuenit, vt inuentionem facias oculorum de qua Salomon, etenim mundus soluit illis, quadam laudum vanitate, mundanaeque gloriae in inuitate, bonam autem opera pretio valent digniori, nec illa rite compensantur. h. 1. n. 23. 24. h. 1. n. 21. 22. 23. Et formanda thronum Dei vt Moyses. ib. n. 32. & hom. 26. num. 15.

XII. *Non potest mundus odisse vos, &c. me autem odit quia testimonium perhibeo de illo quia opera eius in mala sunt.* Habes hic cur me mundus execretur: quia planam illi aperio veritatem: quod idem est ac lucernam latroni proferte depraedanti: quomodo hoc precor, acciperet: ho. 40. numero 12. 13.

XIII. *Me odit, quia testimonium perhibeo.* Certum erat, quod dicentem veritatem, ipsum odio haberet: etenim nihil sic abominatur, ac veritatem vnicuique declaratam: quia in quantum illam laudant spectata in ordine ad alios, in tantum illa exhorrescunt intellectam in ordine ad se, quocirca corruit in mundo ut dicere potuerit Propheta: *Corruit veritas in plateis.* h. 34. n. 41. 42.

XIV. *Me odit, quia testimonium perhibeo.* Audis cur mundus Christum persequatur, imo cur illum occiderit quia nudam praedicauit veritatem & testimonium perhibuit

perhibuit de malis eius operibus, idcirco illum vt vrsi compresserunt, quem inimici ad Pilati traxerunt tribunal, & accusarunt; Index autem nullam in eo causam inuenit, & multis vltro citroque interiectis, à Christo percunctatur, dicit mihi, *quid fecisti?* Hoc feci, respon- dit Christus, prædicaui veritatem, & ad hoc veni: *Vt testimonium perhibeam veritati, Hoc ne fecisti:* Non est alia vltima requirenda causa; de cælo venisse debuit, qui illam dicat: in mundo namque non est, qui tale quid audeat: etenim de paradiso scripsit Elias li- teras ad Ioram Regem: & cum per illum dicta sit qui de cælo descendit, idcirco illum interfecerunt. Ne facile conceptum hunc prætercas. h. 14. nu. 53. 54. 55.

XV. *Vos ascendite ad diem festum hunc, ego autem non ascendam: quia tempus meum etc.* q. d. non est modo tempus ascendendi, quia Principum odium aduersus eum iam feruentius exardescerebat; & ratio suadebat, ut parumper sineretur furor ille deseruere primo: um dierum Paschæ festiua iucunditate; quo postmodum circa medium festi se potuit manifestare, & ascendit in templum, *die festo mediantes.* Mirabilis est illa dispositio, qua & quorundam ciuitat damna, & aliorum consultit vtilitati. ho. 26. num. 45. Ostendit se agnum multoculum, qui his & illis prospiciat. homil. 18. numero 16.

XVI. *Vos ascendite ad diem festum istum, ego autem non ascendam, etc.* Ponderatione digna est Christi Domini præcautio, qua ad templum festumque non ascendit quando videntes illum in eo, scandalum patenterent & offenderentur Principes & Sacerdotes, quo vos instruit, qualiter teneamini, caute considerare, qua ratione ad templum festumque accedatis, vt hoc eo modo nequaquam fiat, quo scandalizet infirmus. Et quid esset si ea intentione templum frequentares vt ibidem tuos perficeres contractus, & sumeres il- quod locus est saluus in tuæ nequitie tegumentum: pallium componens de Ecclesia locoque sacro ad hoc quod in domo tua vereris efficere: hæc tanta est malitia, vt vix dari possit grauior, & quam Deus ferræ- gerrime. Hoc argumentum vtilissimum est. ho. 28. num. 14. vsque 18. Et rei seruire potest, quod ibidem explicatur de honore deferendo templis, & qua reuerentia tibi sit in eo consistendum: locus est in quo sedem sibi Deus collocavit, & assistunt Angeli. ibid. numero 18. vsque 27.

SEXTO DIE MERCVRII QVADRA-  
CESIMÆ VLTRA  
HOMIL. XXXVII.

I. *Fæsta sunt Encania in Hierosolymis & Hyems erat.*  
Ioan. 10. Representat Euangelista Christum

Dominum ambulante in porticu templi: etenim a-  
moris ignis omnem illi tollebat quietem: vt electus  
Ezechielis. hom. 15. nu. 22. & ho. 41. nu. 24. Ex altera  
parte proponit Pharisæos, quorum corda durissimo  
gelu obduruerat malitæ suæ igne in lapides con-  
uersa: nam idcirco notatur temporis circumstantia,  
*Hyems erat.* Hoc concessio mea sententia contentio hæc  
patet inter solem ardentissimum, & glaciem obhu-  
matam, quam expendit Salomon, & meretur a no-  
bis considerari, & eleganter nobis describit D. Iohn.  
Christum amore succensum, Iudæos autem malitia  
congelatos. homil. 25. numero 34.

II. *Fæsta sunt Encania.* Erant festa & solemnitas  
Paschæ ex præcepto diuino præscripta ad gratiam  
Deo soluendas pro beneficiis populo suo concessis in  
diebus Iudæ Machabæi, cum enim Gentiles templum  
occupassent, & profanassent, ipsum Iudæ Macha-  
bæus recuperavit, expurgavit: & denuo Deo conse-  
cravit. Censebatur hoc eminesse beneficium; sic  
enim est, quo Deus nos in templa concedit domus sa-  
lutis. ho. 7. nu. 40. 41. In illis habemus Deum qui sin-  
gulari modo in nostrum operatur commodum. ho. 21.  
n. 18. 19. Vbi particulatim assistunt Angeli. ib. nu. 20,  
21. Si hæc consideratio, quod vicinius te videat, te co-  
hibeat ne agas, quod ageres quia scis quod te conspi-  
ciat, & multo magis si te iudex intueatur te condem-  
naturus, & Princeps: quanto magis te refrænare de-  
bet ne in templo quamlibet facias actionem indecor-  
tem, si perpendas Deum adesse, iudicem tuum, & oco-  
los suos in te confirmantem, & Principes caelestia  
sanctos inquam Angelos. ibid. n. 20. Et quando seruo  
quod non te videant Angeli, nec Christus, vel sit te  
videant tecum conuenerent, eo quod Christus te co-  
ligat, & Angeli eius tuos excusent defectus; adverte  
tamen te diabolum habere spectatorem, qui te ad  
templum agit, vt in eo præsumas agere, quod enim  
non auderes: & omne hoc eius est studium & inter-  
tio, qua te perdat & habeat vnde te coram Deo reum  
accuset: & eo instanti quo te peccantem aspiciat, ad  
Deum festinus corrit, & contra te clamat aduersa-  
rius. Hoc vtile documentum nobis reliquit D. Am-  
brosius. ib. nu. 20. Templa loca sunt propria funden-  
dis precibus & recipiendis Dei misericordiis. ib. nu.  
21. vsque 23. Instituta ad honorem Dei nostramque  
vtilitatem. ib. num. 24. vsque 27. Vnde recte colligitur  
quam moleste ferat illa peccata Deus, quæ in tem-  
plo committuntur, quod idem censemus esse ac si  
quis in aquarum fontes venenum iniiciat. Nota dis-  
cursum hunc vtilem. ibidem numero 34. 18.

III. *Fæsta sunt Encania.* Ex accepto a Deo hoc  
beneficio, institutum est illud Paschæ, seu solemnitas  
præsertim vt illi gratia agerentur, ob illud benefi-  
cium: quanto namque Deus effusior est in nobis bene-  
ficiis.

faciendo, tanto strictior est in exigenda pro eis solutione: quod vero maxime illi satisfacit, est gratiarum actio. Quia in hoc Adam defecit, hinc eius perditio. hom. 17. n. 21. Erit quoque & tua si receptis insignibus a Deo beneficiis, illa minime recognoscas, & Philosophos imiteris, de quibus D. Paul. ibid.

IV. *Facta sunt Encenia Ecce.* Iusta dignaque Deo celebrata, in memoriam Purificationis Templi, & iustum quidem foret, ut & tu celebrares, quando vere purificatur templum Dei, id est anima tua, dum consideras beneficium tibi a Deo praestitum, quo tibi largitur tempus, cognitionem, & locum, ut de peccato poenitens assurgas, nec te in flagranti delicto volueris comprehendere. te nonnumquam quasi per vim cohibens, sicut populum suum cohibuit tempore Ezechielis. hom. 35. numero 33. vsque 38.

V. *Facta sunt Encenia.* Quotannis memoria celebrabatur prophana iouis templi illius per requillimi Aethiopi mahitiam, qui in eo horrendam statuit abominationem tam opere Deo contrariam, quod maxime melior illa populi pars lamentabatur: cui praecelaram Deum hanc concessit misericordiam, ut reuerenti posset illud expurgari, & in Dei gloria sedem iterum erecturus: dum enim Deus misericordiam tibi tacuit, ut templum illud animae tuae per execrandas prophanitatis immunditias, denovo munderetur, fiatque gloriae suae templum: non hoc statim obliuioni tradendum, sed grata memoria tibi celebranda sunt Dei misericordiae, tua infirmitas, & obligatio qua teneris pro peccatis tuis illi benefacere: etenim illis digna debet reponere poenitentia: ut discimus ex animabilibus Ezechielis & Apostolo Paulo; & arma quondam iniqui utis fiant modo virtutum instrumenta. h. 38. n. 99. & seq. Exemplo tibi sit Dauid. ib. n. 65. 66. Et Apostolus Petrus perpetua memoria recolens galli cantum qui illi fuit quod Romanis auferes. h. 43. n. 63. vl. 70.

VI. *Ambulabat Iesus in porticu Salomonis.* Congue consideramus eum in perpetuo motu hinc inde discurrentem, ut electrum sicut in principio diximus. In hac porticu ex vna ad alteram partem obambulabat, quasi suspensus animo, & mente multa versans: etenim in rei veritate suspendit eum cor hominis quod bene Hieremias dixit. prauum, id est quod tot sensibus intricatum est & ambiguum, ut non facilis detur ex eo egressus, & rale Iudaorum cor arguitur, cuius gratia Dominus considerabat: quod si faceret, obicerent: quod non loqueretur, & non crederent, si loqueretur, sed eum lapidarent: sic saepe Deum animo suspendimus. Spiritus conceptus hic pietatem. h. 25. n. 24. vl. 28.

VII. *Ambulabat in porticu.* Nonnulla sunt officia, quae per se non possunt exerceri, qualia sunt Aduocatus, qui si non sit aliqui litigantes, obambulat, sic & medicus si nulli morbis decumbant, & Magister, si

nulli sunt discipuli. Alia sunt officia quae per se solum quis potest exercere, quale dicimus fabri lignarii, vel furoris: quamuis enim nemo accedat opera sua perficiunt, vsque dum adueniant, & illa faciunt pro beneplacito suo, & nullo licet accedente illa disponunt. In retum creatione Deus fuit operarius solus per se, vnde creauit illas pro ut voluit, sed in animo nostrae iustificatione, operarius est socialis, qui comitem requirit; si namque tu non accesseris, consenseris & rogaueris, nihil operatur sicut nunc, etenim quia nemo Dominum conuenit, in porticu ambulabat. Hunc nota conceptum. h. 10. n. 33. vl. 39. & h. 24. n. 48.

VIII. *Ambulabat, Praestolabatur, hominum redarguens negligenciam,* cum enim ad eorum venisset salutem, & publico censisteret loco, ut omnibus dona sua communicaret, non erat qui accederet, & talis haeret qualem eum proponit Isaias; *Aponatus est, quia non est qui occurrat.* h. 25. n. 24. h. 28. nu. 28.

IX. *Circumdedeunt eum Iudaei.* Ecce glaciem coram ardentissimis Phœbi radiis, & eue, cum admirare profundissimum: quanto namque vehementior est ardor, & diuini solis ignis, tanto glacies illa induratur amplius: ita ut malitiam videamus Aquilonis qui corda sic perficit, ut ad ignis praesentiam ardentioris, fortius obstringantur: ut pene dixerim hic renouari miraculum, quod Deus operatus est in Aegypto. homil. 47. numero 30. 31.

X. *Circumdedeunt eum Iudaei.* Egrege delineat eos D. Ioan. ut populum Deum obsidentem, & dicere idcirco potuit Isaias, quod illum ad extremas compelleret angustias, illudque sibi Susanna usurpare valeret; *Angustia mihi sunt undique, & quid eligam ignoro:* quidquid enim populo huic faciebat ad eorum non leue commodum, in malam capiebatur partem, dare illis & negare miracula, blande eos & aspere expere: qua de causa illos Osee ut reprobos jexpellit. hom. 8. num. 17. 18. Et horum multus est numerus: ut Deum quasi ligatum & obfessum detineant: omnia namque illis sinistre eueniunt, & in malum sicut e contra bonis, omnia cedunt in bonum. homil. 32. numero 41. vsque 45.

XI. *Quousque animam nostram tollis?* Illi ipsi molestiam quam patiuntur exponunt, eamque non minorem, quam si suspensi haerent. Per quodcumque peccatum mortale, quo diabolus intrat in animam, illam grauiter affigit, etenim eques est, quem vidit D. Ioan. post se trahens infernum, & vbicumque ille intraverit infernus eum subsequitur. hom. 19. num. 13. vsque 20. Porro peccatum diaboli proprium, illique grauius, est inuidia, cuius fornax propria pectus est ipsius diaboli: quamobrem illam D. Ioan. non vidit inter, alia mundi peccata. Notatu dignum est hoc argumentum. hom. 7. num. 8. 9. In zizanis quae diabolus su-



perseminavit in medio tritici; D. Petr. Chrysol. intelligit peccatum invidiae: facit enim malum, nullo inde collecto fructu ib. n. 9. Et hoc peccatum: est quo potissimum nunc hos excruciat: hic illi proprius effectus adscribitur, ibid. numero 10. vsq. 15. Spiritus est corrodens: vt ait Isaias, qui viscera eorum exedebat homil. 39. numero 13. & 14.

XII. *Quisque animam nostram tollit* Quandoque Christum aggrediuntur vt dracones altitia, sicut vidimus Sabbato praeterito; quandoque vt leones, vt die Lunae praeterito, nunc utroque modo: nam primo adsunt vt dracones, bonum praesentes desiderium, & illico se produnt vt leones, colligendo lapides, quasi ad illos Dei zelari honorem spectaret, porro utroque modo superat illos Dominus. homil. 26. numero 3.

XIII. *Si tu es Christus dic nobis palam.* Qualem proferunt pietatis laruam, ostendentes quasi perpetuo veritatis desiderio flagrant. atque hanc eius verbo considerent. Apes esse dixeris, quasi rorem veniant collecturi; & dulcem fidei fauam composituri sed intentione consumendi conuolabant, & perdendi, nam eo vsque accedit malitia, vt titulum capiat virtutis quando grauiorem intendit nequitiam: verum adesse proditores: si namque vulpes sitis, sapientia & potentia superat Christus Samsonem, qui trecentas ex illis cepit, easque in ignem iniecit. h. 23. n. 40.

XIV. *Si tu es Christus dic nobis palam.* Quam arduum parant hi Christo laqueum: nam idcirco circumdederunt eum, ne posset illos euadere: quia si non respondeat propositis, dicent, quomodo credent huic quod non vult manifestare: si respondeat illis se Christum esse, hoc est, Regem quem sperabant, sibi persuadent quod iam habeant illum potestati traditum Romanorum: similes sunt Rechab & Baana sed sustulit Christus Balnearum laruam. ho. 26. nu. 46. vsq. 50.

XV. *Si tu es Christus dic nobis palam.* O perfidos quam probe vos nouit ille qui vos hyeas appellauit: suauibus tanto verbis, corde quanto crudeli, comparandi estis lapidibus altaris quod Moyses erexit. hom. 8. numero 35. vsq. 39.

XVI. *Loquor vobis & non creditis: opera que ego facio testimonium perhibent de me.* qd. Non in eo res consistit, quod clare non loquat, satis enim frequenter hoc egi semperque facio: hoc significat *Loquor*: semper enim hoc repetebat, iam operibus suis; iam verbis, idque adeo clamorose, vt raucedinem contraxerit, vt ait apud Danidem; quocirca dum in Passione sua interrogatur, semper obmutescit. Filii Beelial, ne Christo culpam adscribatis, vobis enim palam loquitur, sed vestra contumacia: nam idcirco dixit per Isaiam, quod in vanum loqueretur, seque fatigaret. hom. 29. numero 25.

XVII. *Opera que ego facio in nomine Patris mei &c.* Nulla verba sunt, quae verius dicant quae nam sit arbor ista, quam fructus eius. Argumentum est quod nullam admittit calumniam, & hoc est quod Christus profert, ad opera sua appellans, dicant illa quis sit, quamuis enim Ioannes venerat testimonium de eo perhibiturus, quod tamen omnino conuincit, hoc est: unde sic ait: *Ego testimonium habeo maius Ioanne,* opera que ego facio. h. 40. nu. 12. 13.

XVIII. *Opera que ego facio illa testimonium &c.* Non satis est D. Iacobo vt dicas, quod verbo sis fidelis sed vt opera tua hoc confirmet: *Ostende fidem tuam ex operibus.* Apposite perpendit D. Chrysol. quod Gentiles non crederent: nam al qui, qui verbo dicebant se fideles esse, realiter non erant: quia manuum opera verbis oris eorum repugnabant; & vere res est quam admiremur talia videra opera cum tali fide, & credendo id quod creditur, eo modo viuere, quo viuimus. hom. 34. numero 43. vsq. 47.

XIX. *Vos non creditis: quia non estis ex ouibus meis.* Redarguit illos Christus, generationem prauam: cui respondent, se filios esse Abraham. Locuitur illis aperte, & ait: vos ex patre diabolo estis, idque confirmat, quia Patris sui cogitationes exequentur: *Vos ex patre diabolo estis, & desideria Patris vestri vultis facere.* Et huic conformiter argumento subiungit, quod modo tractamus, idem adtribuens, quia illis veritas non conuenit sed placet mendacium, quod in illis rebus proprio cerebro requiescit. Ex his te examina, utrum filius sis Dei, vel diaboli: perpende qualiter tibi placeat veritas, & qualiter mendacium. homil. 14. numero 47. vsq. 52.

XX. *Non creditis quia non estis ex ouibus meis.* Causam assignat Dominus cur non crederit, hoc quod dixit, quod scilicet filii sint diaboli, & non ex ouibus suis: quia sicut diabolus, quamuis insigni polleat intellectu, rebus tamen diuinis non adheret, ob malitiam qua in voluntate contra Deum effertescit; sic erant & illi: voluntate namque peruersam habebant odio, malitia, & inuidia: fides autem piam regulat in voluntate affectum. ho. 29. n. 52. vsq. 59.

XXI. *Oues meae vocem meam audiunt.* Confirmat Dominus quod dixerat: quod non essent ex ouibus suis, quae namque tales sunt, audiunt simpliciter & sine dilatione: hoc est *Audiunt* in praesenti; & in hoc aliter Magdalena esse ex ouibus Dei: atque in hoc cognosces utrum & tu sis, si prompte voci Pastoris obedias. h. 38. n. 38. vsq. 45.

XXII. *Vocem meam audiunt, & sequuntur me.* Oua dicuntur in praesenti, audire & sequi: nihil enim sic te potest certum reddere, quod non sis ouis Dei, quam quod procraftines dum Deus te vocat, & respondes cum Pharaone *Gras*, circa hoc fule & vlt.

ret agimus. hom. 13. nu. 47. vsque 66. Ne differas vsque in hyemem, id est horam mortis, & infirmitatis angustias, fugam peccatorum tantum per veram penitentiam, quia tunc sol cognitionis obnubilatur, & propè est lucis eius occasus: stella sensuum obtenebratur, & pluitur delorum & accidentium, torrentes efficiunt: quibus ratio deicitur, & tempus locum que tibi non concedent, ut illud ad salutem tuam efficias: nec non difficile erit se ad Deum convertere, verum que excitate doleat. Conceptus hic vtilis D. Ambrosio tribuitur, ibid. num. 63.

XXIII. *Sequuntur me.* Hic constabit verum possis conicere, esse ouem Dei, si nimirum illum sequaris? Venit te ad cælum deducitur, ut dux securus, mandam illuminans, dissipans quod diabolus introduxerat pro Dis proponens adorandos homines peruersos, qui cunctos ad tarcara raperent. h. 33. n. 42. vsque 46. Per hoc impleuit, quod sponsa rogauerat, ut dux illi fieret, ne aberaret, alios secuta Pastores. ho. 15. n. 7. & 8. Attende verum eius vestigia sequaris, & cum iuuere te precedentem, ac dicentem: *hæc est via*, &c. nec enim alia pater ad cælum via, nisi illa quam ipse demonstrat. ho. 15. n. 10. 11. ad hanc enim viam reuocatur Iacobum & Ioannem qui per aliam declinabant. ibid. n. 12. 13. idcirco nobis illum Deus promisit, per Michæam, ut Pastorem, qui præcederet. h. 38. n. 50. 51.

XXIV. *Ego & Pater vnum sumus.* Respondet rectè blasphemæ calumniam, quam obiciebant, quod Deo esset aduersarius, & diabolo confederatus: exponit ipsi quod multoties dixerat: quod opera sua faceret in nomine Patris sui, & pari cum illo pede procederet: quod etiam probat, quia dicit: *Ego & Pater vnum sumus*, quantum ad essentiam, & sicut opera procedunt ab essentia per potentias, illi qui vnum sunt in essentia debent etiam esse in operibus: idcirco resuscitatur Lazarus hoc præsuppositum conuersus ad Patrem. hom. 32. num. 78.

XXV. *Tulerunt ergo lapides, ut lapidarent eum.* Furor vester in vos, o proditores vertatur: ad quid quaesistis ab eo si respondente illo vobis, eum velle obtinere lapidibus. Congue vocatur à Propheta plaga vestra insanabilis: & ipse vos proferipit, generationem malam & adulteram, vos ut infirmos extra spem salutis reiiciens, quandoquidem adhibita vobis ab ipso medicina, in venenum conuertatur. h. 8. n. 16. 17. 18.

XXVI. *Tulerunt lapides Iudei.* Opera quæ in his consideras vobis manifestabant id quod in corde eorum non videres. Malicia dissimulata erat, sed quam primum illam tetigerunt, ut eicerent, & mouerunt illuminarunt, lapidibus armata excanduit: hinc etiam colliges, an nequitia in te sit ficta vel mortua. Conceptus hic non est inuitis. ho. 35. n. 6. vsque 11.

XXVII. *Tulerunt ergo lapides.* Ad bolidem cadit Hieron. Bapt. de la Nizza. Tom. 1.

super illis nomen quo norant illos Pater eorum Iacob in duobus filiis suis Simeon & Levi, ex quibus descendebant: *vasa iniquitatis bellantia*: & dixit hoc quia cum duo illi fratres à Principe Sichimorum postulassent, quod si certus aliquid facerent, ipsi submitterent, atque Princeps hoc impleuisset nedum non se submiserunt sed & sumptis gladiis eos trucidarunt. ho. 39. n. 8. vsque 11. Sic hi.

XXVIII. *Multa bona opera ostendit vobis ex Patre meo.* Magni sunt hæc verba ponderis: q. d. Ego quod meum erat feci, & cum vos quod vestrum erat facere debuissetis, lapides mihi obrulistis, computum ineamus, propter quod opus eorum quæ feci me lapidatis? Antequam lapides proiciatis, attendite quid faciatis: & hanc rationem vobis quoque dicit, ut antequam illum lapidibus per peccatum obruatis, attendatis quid faciatis, nec idcirco libretis ut taurus cocco furens impetu. ho. 7. nu. 19. & seqq.

XXIX. *Multa bona opera.* Præclaras illis exhibet misericordias, dum eos cohibet manibus lapides gestantes, ne facinus exequantur hoc sacrilegum, ad quod eos propria monebat iniquitas, furorque passionis: etenim hoc vnum inter alia, cum D. August. statuimus diuini furoris indicium, si quem patitur praua sua compleat desideria & stratagemata. hom. 35. num. 28. vsque 32.

XXX. *Multa bona opera.* Donum fuit singulare, eos detinere, sicut & fuit dum Patres eorum cohibuit, etiam inuitos, ne facerent, quod intendebant in Babylonia. Discursus certè notatu dignus. hom. 35. num. 35. vsque 38.

XXXI. *De bono opere non lapidamus te, &c. Tu homo cum sis, facis te ipsum Deum.* Merito vocat illos Dauid inimicos defensores: quia sub titulo defendendi Dei honorem, bellum inferunt illi crudelissimum ho. 7. numero 44. Bene ruma eorum exposuit Isaias, dicens quod Ariel foret Deo Ariel Stupreo mysterium homil. 40. numero 19.

XXXII. *Tu homo cum sis, facis te ipsum Deum.* O sacrilegos, quam aperte demonstratis, quod edociti estis facere Deos ipsos etiam vitulos: sic enim dixistis Aaroni Fac nobis Deos, qui nos precedant. hom. 7. numero 17. homil. 13. num. 17. Iniquitas est hæc de peccatore prodiens diaboli: voluit enim ut homo existens homo, se velle facere Deum. Clare patet quod diabolus sit in vobis, & ore vestro loquatur. hom. 34. numero 31.

XXXIII. *Si illos dixit Deos, ad quos Dei sermo factus est, quem Pater sanctificauit. &c.* Nemo non admiratur responsum. Tanta pollet virtute Dei verbum, ut Deos efficiat participatione, & illi dicuntur dii, in quibus illud feminatum & committitur, si hoc efficiat Deos per participationem ergo illud est Deus per

per essentiam, quia nemo potestatem habet dandi participationem divinam essentiam, nisi qui illam habet sibi propriam, hinc confirmat D. Ioann. Christum esse verum Deum per essentiam, quia per ipsam homines facti sunt dii participatione. Perpende efficaciam verbi Dei, & hinc collige, quod si in te non operetur, tibi gravi hoc esse detrimento. h. 35. n. 41. 42.

SEXTO DIE IOVIS QUADRAGESIMAE ULTRA HOM. XXXVIII.

I. **R**ogabat Iesum quidam Phariseus. Luc. 7. Decantatis David Christi triumphos, eiusque eminentiora opera, celebrat, ut si premū, mortuos de potestate mortis erueret, vnanque eis dargitur. Hoc Christus perfecte implevit in duobus germanis Lazaro & Magdalena: ille mortuus erat corporaliter, hanc spiritualiter, utriusque vitam induit. Obstupescunt omnes opus illud resurrectionis Lazari quoad corpus, sed admirabilius est vitam concessisse animæ Magdalene: tanto quantum præcellit anima corpus, hoc nunc considera. hom. 32. num. 5. 6.

II. **R**ogabat Iesum quidam Phariseus. Proponit nobis Evangelista mulierem, & vult ut in illam oculos coniciamus, dicens: *Ece mulier*, quia multa sunt in ea consideranda, ad Dei gloriam profectumque nostrum. Primo demonstratur eximia Dei erga peccatores misericordia: quæ tanta est, ut aliquando Sancti de illa conqueri & murmurare videantur: ut Iudas, Jonas & Elias. hom. 18. num. 4. 5. ita vitam non murmur si de illa murmurat Phariseus, quam mulieri Christus exhibuit. hom. 18. num. 4. 5. & 58. 59. quando populus idolatra vitulum creavit in Deum, quem adorant contra illos Deus erexit vehementer, atque in signum supplicij ait Moysi: non gradiar vobiscum, sed Angelus: quia populus es duræ cervicis. Et hoc ipsum Moyses Deo proponit, ne eos deserat, & ut gradiar cum eis: quia tanta erat criminum populi gravitas, tantaque mentis obliatio, ut nulla creatura, ne quidem supremus Seraphincum tantam illis exhiberet misericordiam, quæ non à populi & criminum eiusdem ebdratione vinceretur, quodque ea tantum perire posset Dei misericordia, eiusque requireretur infinita bonitas, ut tantum tantæ nequitie pondus sustineret: *Ascende nobiscum: Populus enim duræ cervicis est.* q. d. Deo Moyses: tam enormia nostra sunt scelera, tantique ponderis, ut illa perire, & sustinere infinitæ Dei misericordie referretur. Sublimitatem huius rationis adscribimus Card. nostro Catechano. hom. 18. num. 7. Et eo modo demonstrat illam erga peccatorem, & tam graviora eius remittit peccata, & quæ cum eo quasi nunquam illum offenderet.

Hoc dulcis panis clementiæ Dei & misericordie fragmentum est, quod ex mente D. Bernardi magis facere debet peccator. ib. n. 58. hanc offendit in Magdalena, non solum, illam in gratiam suam recipiens, & vultu suo piens benigno, quando pedibus eius contrita preteritur, sed etiam chiurgans Phariseum, qui in corde suo illi detrahebat, & iudicabat ac dedignabatur ut peccatricem: quid faceret, si exterius illam calumnias gravaret: ibid. numero 56. Quinimo in parabola de filio prodigo solus hoc declarat: dum detrahi ut Patris misericordie: qua filium suscepit peccatorem, quam illi privilegatus obiecit, contra illam expulans: nam meo quidem iudicio Sancti de magna Dei misericordia misericordia, quam ostendit, peccatoribus, quia nunquam facit Deus illis videtur in ignoscendo. ibid. num. 59. Proponit Evangelista hanc mulierem omnium oculis spectandam, quæ ingressa Ecclesiam: ut quasi sit vna ex illis columnis, quas Salomon erexit: ut in gemellis peccatrix fabricam excitaret. inculgen. 2. h. 43. n. 5. & que 8.

III. Ut singularem præsentiam Magistram exhibet illam Evangelista Christi propensam penitentiam. Primo, in efficaci operatione in corde perditio quod operæ præcedit mundi creatio nem. h. 2. n. 2. 3. Secundo, et Satana triumphet, nam eam ipsam assumit, quam diabolus ille perierat ad mulierum perditionem, & nam ad quod diabolus sibi diabolus mulieris assumit, ut eius opera ipsos peccatores & converteret, & in stitueret. ibid. num. 6. vique 12.

IV. Magnum est hoc opus quod Christus agit cum hac muliere, per illam redintegrans honorem mulierum, qui tantopere in mundo vilerat, & ipsorum Apostolorum creat Apostolice: & cum ipsa esset diadema Satanae, illam igne purificans amoris, sibi statuit in operationem, melius quam David coronam idoli Melchom. hom. 25. num. 13. 14. 15.

V. Labet Evangelista ut oculos in hanc mulierem coniciamus, & videamus quæ ratione per illam confititur caput diaboli, qui contra hoc fuerat ut omnes mulieres haberentur fatuæ, forte timens tertium lumentum Dei, quo prædixerat illi caput a muliere confitendum, quæ dicitur etiam esse per ipsam Virginem Mariam: sed etiam hoc fit per hanc mulierem, per quam de illo triumphum dicitur ipsam quæ prævidentem penitentiam mag. h. 2. n. 19. 20.

VI. Habemus certe quod in hac muliere perpendimus, cum enim lutum esset, putro demersum, in penitentia, educta solisque radiis exposita, se ipsa reddens adeo fulgens, ut undum illummet, sicut contigit diebus Nehemæ. Ipsa primò ignis fuit, quia a peccatis optimis erat educta moribus, at postmodum in penitentia delapsa luxuria, in lutum conuersa est. hom. 25. numero 91.

VI. *Rogabat Iesum quidam Pharisaeus, ut manducaret cum illis.* Denotat Euangelista continuationem qua Pharisaeus Christum instantem premebat, ut comitium acceptaret, porro non hunc consensit nisi data hac occasione, in qua posset hanc huius mulieris ad sui conversionem praebere occasionem. licet enim hi euentus videantur fortuiti & nobis sint tales, ipsi tamen non sunt, qui cunctos disponit rerum euentus, ut magis expediant, unde respectu Christi non fuit casualis. h. 31. n. 6. & parit quod dixit castissima Iudith: Illa post illa cogitasti. hom. 32. n. 39. & tandem tanquam temporis moderatores, res quae in illo fiunt, sic disponit, ut magis entet expediat. h. 35. n. 18. usque 41.

VIII. *Ingressus domum Pharisaei discubuit.* Non est peccatum ex se infruere conuiuia, & isdem assistere quinimo res pia est ubi particulae occasiones, quae Dei gloriam concernunt, vel lucrum animarum. h. 16. num. 23. 24.

IX. *Ingressus domum Pharisaei discubuit.* Actio haec facta est a Domini consuetudine alienata, sed optime dicitur Salomon, quod varij sunt illius ad opera sua, ingressus: cui vates addit dicens: ut ea faciat quae sunt sibi propria, facit ea quae videntur ab eo aliena. hom. 25. num. 44.

X. *Ece mulier quae erat in ciuitate peccatrix.* Studet Euangelista declarare damnatum, quod diabolus per hanc inferat mulierem: etenim terminum non habet quod media facit muliere, quae venusta est, diues, & nobiliss, si viam incurrat perdititiss: & eorum opera nequam peccata in toto luxu communia, sed haereses, quocirca Deus officium illis interdixit docendi, sicut & diabolo. h. 25. n. 7. & sequentibus.

XI. *Ece mulier.* Non eam vocat Euangelista mulierem, ut eius excuset infirmitatem, sed ut culpam aggrauet: mulier etenim si velit, adeo fortis est ut multos praecurrat viros: tolutos, & eo sine ex offe formata legitur. h. 26. n. 31. 32.

XII. *Ece mulier, quae erat in ciuitate peccatrix.* Haec laborant mulieres calamitate, ut si quaedam laborat, vel peccatrix sit, accusetur & condemnetur per totam urbem, cum ita sit quod sint nonnulli viri, qui vitam ducunt multo turpiorem, nec an eo hoc in eis peccatum esse redarguitur. Consuetudo est hanc mundi contra rationem a D. Aug. & D. Hier. ex industria refutaram. Nemo conceptum hunc parui faciat. hom. 26. num. 34. usque 38.

XIII. *Vi cognouit quod Iesus accubisset.* Cognoscens vinam Dominus ad mentem recumbere, illo accubuit. Haec cognitio supponit aliam, quam nobis Euangelista insinuat, quod oculos aperuit ad laecum diuinam, quam illi Dominus communicauit, qua statim eorum suorum miserandum eg. oceret, cui peccatrix inharebat. Quasi extra se rapiebatur, ut rui-

nam suam spiritualem non attendere, sed nec temporalis: tales enim sunt perditii peccatores, ut illis intellectus perisse videatur, iuxta deliras quas excitant, ineptias h. 25. n. 83. Defuerunt illi eas ille considerationis, ut Samsoni illes etenim propria illi reledite concupiscentia, vnde molam traxit asinariam peccatorum. hom. 31. num. 12.

XIV. *Vi cognouit.* Illam diabolus occupauerat: etenim singulariter inuadit animas & corpora per vitium inordinatitiae. Conceptus hic est vilissimus. hom. 18. n. 43. Quid hoc tantum, quod illam quasi obcecauerit: hic etenim primas est effectus, quem in anima producit in qua sedem figere & morari desiderat. hom. 19. num. 40. 41. 42.

XV. *Vi cognouit.* Omnia licet peccata visum obmutabilem, hoc tamen proprium est luxuria: quocirca libidinosi dicuntur ceci. h. 10. n. 18. vnde inepiora quam stulti, committunt. h. 18. n. 41. & animos illud vitium reddita letargicos ac fuit anima Dauid, homilia 22. num. 16.

XVI. *Vi cognouit.* Ambulauerat quasi cecus oculis, ut nec videret, nec attendere qua tenderet, liberam se gaudet, & hac vult uti libertate, sed in sui ruinam. h. 18. n. 21. 22. Secesse in regionem longinquam. Ibid. n. 23. 24. Caeca progrediebatur suas secta voluptates, ut significauit Ezechiel. Ibid. num. 25. usque 30. sed oculos aperuit, quia suos Dominus in illam reflexit. Ibid. n. 52. 53.

XVII. *Vi cognouit.* Peccatrix erat bonae indolis, etenim Domino lucem illi infundente, & ipsa sentiente pulsam ad cor suum, continuo respondit. h. 8. n. 16. Non fuit in generatione peruersa, ut argentum reprobam Hieremias, & vos. hom. 15. num. 49. & hom. 37. num. 69.

XVIII. *Vi cognouit.* In hoc summa stetit eius salutis quod statim adueniret, ut Dominus illi lucem immisit, vnde prodit de peccatis suis vicitrix, sicut Dauid de suis inimicis: nam confellim aduolauit ut audiuit sonitum pyrorum h. 10. n. 19. & seqq.

XIX. *Vi cognouit.* Huius peccatrixis dilgentia nam eadem: acedam in procrastinatio eius nimis ad Deum recurrat, quam primum ab illo vocatis. & emendandum tibi est, ne te negligente, cum te nunc illuminat, forte postmodum id non faciat. h. 15. n. 44. 44. 50. 51. & his opposit: multa tractantur vilitate. Ibid. num. 47. usque 66.

XX. *Vi cognouit.* Haec ergo bona & nitens est quae perficit bonum efficaciter desiderium, nec est de praegnantibus illis quas dixit Ezechias. h. 10. n. 37. 38. est velut signit & acuta potentis quas dixit Dauid. hom. 18. num. 54.

XXI. *Vi cognouit.* Admiror, quod dum aliquis quodlibet malum sentit in corpore, confestim conuolat ad medicum,



medicum, & grauiſſimas ac mortales in anima patiētes infirmitates, ita deſes hāreat ad ſalutis ſuae remedium. hom. 10. n. 2. 4. & hoc habe tuæ damnationis iudicium, cuiusmodi non ſentire, quem peccatum producit in anima. h. 37. n. 55. 56.

XXII. *Vt cognouit.* Utinam tibi Deus aperiat oculos quibus damnū cognoscat, quod in anima tua cauſat peccatum, quam ſeruo ad Chriſtum recurreres? Deſcribit hoc D. Chryſoſt. h. 19. n. 11. 12. & ſufficiat tibi intelligere, quod intrante peccato in animam, intret in illo eques diabolus, quem torus ſequitur infernus vt vidit D. Ioan. Ibid. n. 13. vſque 19. Imo peius eſt, intrare diabolū in animam per peccatum, quam in corpus. Ibid. n. 20. 21. 22. Et ſi videre deſideras huius monſtri malitiam: innere illud detictum per mortem Chriſti, qua lacram huic cetero detraxit. Argumentum habes conſideratione dignum. hom. 42. num. 11. vſque 16.

XXIII. *Vt cognouit.* Ecce ouis Dei, cuius ſignum, aſſerente Chriſto, erat audire vocem eius quod exponitur figura perdicum apud Hieremiam. h. 37. n. 30. 31.

XXIV. *Vt cognouit.* Quod Dominus recubuiſſet intellexit, magis illum reſeſſe vt eam expectaret, quam vt comederet, & ſibi quaſi dicentem audiebat: *Maſiam Exſpectat vos Dominus.* h. 37. n. 17. 18. nec eſſe vult tam impudens vt nos, qui detinemus eum expectātem. Ibid. num. 19. vſque 22.

XXV. *Stans retro.* Primo declaratur hic magna verēcundia qua de ſceleribus ſuis erubeſcebat, conſiſtens coram Deo: nihil enim tantam parit in anima conſuſionem, quam ſi Deus illi ad vitium proponat ſcelerum ſuorum enormitatem: hæc enim erit grauiſſima poena, qua reprobis in die iudicii torquebuntur. h. 6. n. 45. Quinomo idcirco demones diem hunc reformidant ob conſuſionem quam patientur. Ibid. num. 46. Et pauit dum ageremus de adulteria: nam dum peccata eorum reuelauit nullus coram eo valuit remanere. h. 26. n. 47. Præclaram continet doctrinam quod circa hoc narrat de ſe D. Mater Theſſia de Jeſu. h. 6. n. 28.

XXVI. *Stans retro.* Bona poenitens quæ de peccatis ſuis erubeſcit: etenim peccatores qui nedum de his erubeſcunt, ſed etiam ſibi complacent, vt reprobos exiſtunt. hom. 34. num. 57.

XXVII. *Stans retro.* Primus paſſus ad remedium peccatoris eſt ſe indignum reputare qui coram Deo oculos ſuos attollat: quo Publicanus promeruit indulgentiam. h. 2. n. 32. & ſeqq. & eo ipſo: quo ſe reputat indignam incipit digna efficiere. Ibid. n. 35. 36.

XXVIII. *Stans retro.* Prudens poenitens. Iam criminum ſuorum ſentit grauitatem, quæ tanta eſt, vt ipſum Dei filium fatiget. h. 25. n. 31. 32. 33. ex quo rationem reddit D. Hilary terra motus, dum Chriſti crux in ea ſigereus. h. 42. n. 14. Et ita recurrit ad humeros Chri-

ſti, qui camelus erat, ſuper quem omnia noſtra peccata erant imponenda. h. 26. n. 45.

XXIX. *Lacryma capis rigare.* Nouerat poenitentem, quod cum Deum offendiſſet, non ſtatim accurrendum eſſet, ad petendum ea quæ deſiderabat, ſed quod lacrymas præmittere deberet vt mediatrices, vt eum aduertit D. Ambroſ. de D. Petro: etenim impudens eſt, qui poſt grauiā in Deum commiſſa ſcelera, accedit ab eo poſtulans nec pro illis lacrymas interponit, vt illi fecerunt qui acceſſerunt Chriſtum tentantes. h. 8. n. 9. vſque 14. & h. 43. n. 65.

XXX. *Lacryma capis rigare.* Hæc lacrymæ, inquit D. Gregor. tibi manifeſtant, quod Deus ſit in corde eius, & ipſe earum eſt auditor, & illas non videri in oculis quando venis ad conſeſſionem, ſignum eſt, quod Deus in corde tuo non reſideat. hom. 43. n. 62. Etenim Deus eſt, qui erat Arcturum & Oriona, ſtellas pleniſſimum produciſſes. Ibid. n. 57. vſque 62.

XXXI. *Lacryma capis rigare.* An lacrymis incipit cum Deo agere? jam ex nunc tibi ſecſam ſacio benedictionem, ſicut Iacob, illas etenim Deum, vidit. hom. 13. num. 20. 21.

XXXII. *Capis rigare.* Notandum verbum capis, non enim dicit, ſteuit, ſed cepit: quia licet modo fuerint lacrymæ eius copioſæ, non tamen niſi quædam fuit principium: nam illas nunc incipiens, tota vi ſua proſequebatur: ſic notant SS. Patres de S. Petro illo dictum: *Capis flere*: nam lacrymæ eius comparantur Iordani in ordine ad Naaman. hom. 43. n. 41. vſque 70. Poenitentiam ſibi ſumpſit in ſponſam, vt Bouid Abiſag. vide per totum vitæ ſpatium duratum. 21. vſque 23.

XXXIII. *Lacryma capis.* Sed non continuo deſiſſunt enim ridicula multorum lacrymæ, quæ illam abſterguntur ſicut ſteus Ægyptiorum. h. 40. n. 10.

XXXIV. *Videns Phariſæum.* Quis vocauerat eum. Quotem pore mulier hæc vitam agebat deperditam, cum eam curere permiſſerant, ſed dum de peccato cogit egreſſum, & Dei meditatatur obſequium, inſurgit eam diabolus, bellum illi vndequoque mouens: tam ſapienter monet nos Salomon: *Fili accedens ad ſeruitutem Dei, prepara animam tuam ad temptationem.* h. n. 2. poſſimum in Magdalenam ſurrexit. Ibid. n. 10.

XXXV. *Videns Phariſæum.* Auſum aſſerere, quod ſi Phariſæus videndiſſet illam vnguentum effundentem aliquam mundi luxuriam, illam laudat, & hoc dimicelliſſe iudicet conuenire: & idem ſi crimes in aſpergeret, ſed eum illos diuino manſipat ſeruitio, obga nit, & quaſi iacturam cenſer vt orat D. Hieron. Paula, Melania & Eulſochio. h. 8. n. 44. 45.

XXXVI. *Videns Phariſæum.* Hic ſi eſſet Propheta Quam parum ſciebat ille, quænam eſſent Dei viſiones quædq, Chriſtus in Oſec præfiguretur, qui ex diebus præſer-

prescriptio amasium agit, mulcerque mulierem adulteram, nec desistit, donec eam sibi despondeat. h. 25. n. 2.  
 XXXVII. *Hic si esset Probeta.* Exiguam de Christo habebat hic cognitionem, nec intellexerat quod de se ipso dixerat: *Ego sum lux mundi*: nihil etenim ita luci convenit, quam inter sordes versari, nec tamen ab illis inquinari. h. 34. n. 13. & ita tangens leprosum, non efficebatur immundus. h. 31. n. 66. 67. 68.

XXXVIII. *Simon vid. s. hanc mulierem?* Responder Christus Pharisei cogitationibus, ostendens se verum Deum, cui nec huius mulieris ignota erant conditiones, quandoquidem oculi illius intima cogitationum cordis illius percipere: lyceum se demonstrans diuinum, & quod ait Apostolus: *Nihil est impossibile in conspectu eius.* h. 41. n. 12.

XXXIX. *Vides hanc mulierem?* Illam intueri, & te ipsum illi compara, nec ad interiora, quae sunt abscondita, regrediamur, sed ad ea quae conspiciuntur, nam in hoc ipso inuenies quod ipsa longe te praecurat: non enim pedibus meis lauandis aquam effudisti, illa vero lacrymis eos ablutit: oco caput meum non vinxisti, haec autem vnguento vinxit pedes meos, &c. Vtinam atque quam alium condemnes, te ipsum attente considerares, & defectus quos in ordine ad Deum committis! Vtinam vos iudices atque in alium feratis sententiam in vestros reflecteretis lumina defectus, illos singillatim attendentes, quibus Deum offenditis, quam diversa forent & alia vestra iudicia, & quanta peccatores misericordia tractaretis. h. 26. n. 41. & 51.

XL. *Vides hanc mulierem?* Illam digito monstrat huic Phariseo Christus: qui vitio laborat omnibus communi digito notandi peccatores, quodque ita in corde suo hanc denotet mulierem dicendo: *haec mulier qua tangit eum*: & idcirco hanc illi Dominus digito monstrat: *Vides hanc mulierem?* q. d. Licet tibi persuadearis quod eam tam distincte noueris, vt illam possis digito monstrare, noueris, quod illam minime cognoscas, nec bene conspexeris: quia te longius praeteriit per illa quae tibi in anima sua praestat, quam actionibus exterioribus, quae corporis oculis conspiciuntur quae tuis sentententiores. h. 26. n. 42. 43.

XLI. *Vides hanc mulierem?* Mulieris huius errata ponderas, in o in hoc ipso quod patet oculis, tua sunt gratiora: cum mihi non feceris quod ipsa, quocirca statuta Chanaan dolosa. h. 23. n. 15. 16.

XLII. *Vides hanc mulierem? Intraui in domum tuam, &c.* Attende quam grauius singillatim omnia huius mulieris appendat opera, illaque magnificet, licet illa non videretur aduertere: Securus esto: quamuis enim te Deus non videtur intueri dantem elemosynam

eius amore, & ieiunantem, quo carnem tuam mortifices: haec tamen omnia conspiciat, nec inferiorem illo habebis operum tuorum praedicatorum. em. h. 2. n. 52. & h. 26. n. 17. 18. & eo fine tantum diem instituit, in quo ipse ore suo tua bona opera praeco magnificabit, illud implens Dauidici: *Educi quasi lumen iustitiam tuam, &c.* hom. 6. num. 45. 46.

XLIII. *Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non detulisti.* Habes hic non leue pro nobis peccatoribus solamen, dum consideras quam benigno vultu recipiat obsequia sibi ab eis praestita, ad illam se conuertendo; quantique faciat lacrymas eius, vt nec capillos praeterat. Timere poteris dicendo: quomodo coram tanta puritate aliquid offeram, quod diuinis eius dignum placeat oculis, cum sim abyssus immunditiarum? Ecce quam placide recipiat obsequia talis mulieris, quam Phariseus ita iudicabat immundam vt solo contacta sanctum inquinaret. Spirat ingentem conceptus hic deuotionem. h. 25. n. 38. vlt. que 43.

XLIV. *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* Supremi Spiritus dicuntur Seraphim, quia feruent, sicut Deum diligunt: vnde dicit mulierem hanc esse Seraphim. Obstupescere quam diu, sa iudicia: Phariseus eam ad infimum detrudat iniquitans ac immunditiae: & Christus de illa iudicat, quod Seraphim sit: vnde patet quam parum sciendum sit hominum iudiciis, quamque turpiter in illis hallucineatur. hom. 19. num. 69.

XLV. *Dilexit multum.* Optima conclusio a posteriori, ex operibus formata: si namque amor ad opera compellit: multa eaque praestantia, amorem inferunt multum eumque praestantem: imo hinc concludetur, quam tepido erga Deum amore ferueas: cum tam exigua tua sint opera diuino consecrata famularum, & qua liquido probare potest diabolus tuum erga se amorem, si spectes opera ad eius facta obsequium. h. 25. n. 63. 64. hom. 42. n. 36.

XLVI. *Vade in pace.* Voluit Christus Euangelii sui signare spiritum: idcirco nonnulla fecit opera gratiae adeo singularis in principio, sicut ad ostendendum legem antiquam esse timoris, opera fecit in principio rigorem spiritum. h. 26. n. 56.

XLVII. *Vade in pace.* Spiritum suum benignum Dominus testari voluit, & quam longe abesse ab eo quod credebatur Phariseus, quod non veniret ad terrendum aut castigandum peccatores, sed ad illos absolendum, illisque veniam & gratiam indulgendum, & vt opinor illi dicit, quod duobus fratribus Iacobo & Iohanni: *Nescitis cuius spiritus estis.* h. 41. n. 39.

SEXTO DIE VENERIS QUADRA-  
GESIMÆ VLTRA  
HOMIL. XXXIX.

I. **Collegerunt ergo Pontifices & Pharisæi consilium aduersus Iesum.** Ioan. 11. Describit nobis D. Ioan. concilium plenum in quo præsidebat Summus Pontifex cum Principibus Sacerdotum & doctoribus quos mundus admirabatur. Suis qui censebantur in eo pietate præstare, & multis vltro citroque consultis concludunt vniformiter malitiam adeo grauem vt a mundo per Deum creato talis commissa non fuerit, nec vsque ad mundi occasum committeretur: quia propria passi sunt se duci passione, & propria luce se obsecarunt, & decreuerunt facinus non minus horrendum quam Deicidium. Illi qui in mundo ceteris sanctius tenentur diuinam implorare gratiam sunt iudices si namque hæc illis deficiat: causa erunt ruinae Reipublicæ. h. 26. n. 12. vsque 14.

II. **Collegerunt ergo Pontifices:** Deus Dominus est cogitationum, tamque potens vt ipsi imaginationibus & adinventionibus, quas homines aduersus eum moluntur vtatur ad diuinatum suarum intentionum executionem h. 30. n. 59. 60. h. 35. n. 23. & h. 44. n. 2.

III. **Collegerunt consilium.** Licet in hoc consilio tota contenta malitia inferni, ex illa Deus colligit quod ipse decreuerat de lapide angulari, quem lapidea reproderent, etiam disponit, vt primo illum approbent & in pleno coetu Christi comprobent sanctitatem eiusque opera: vt per hoc impleantur Scripturæ Prophetarum in h. 24. num. 18. 19. Et completur hic quod dixit apud Isaiam: *Ducam caecos in viam quam nesciunt,* hom. 23. numero 35. 36.

IV. **Collegerunt Pontifices & Pharisæi.** In medio totius malitiæ rarisæe operatur Deus sapientia, & disponit, vt antequam Christus condemnetur illi persecutus instituat processum, atque in pleno confesso discutatur, & causa dicatur ob quam condemnetur & occidatur quod non est propter peccata sua, sed propter opera sua bona, ab illis reprobis eum condemnantibus confirmata, implendo illud quod ipse Christus postulat erat: *Iudica me Deus & discerne causam meam.* Hunc discensum venetor vt insignem h. 34. num. 21. vsque 26. Et per hoc implebatur præceptum Dei de vacca rufa, quam antequam immolaretur inspicere debebant omnes Sacerdotes. ib. n. 19. vsq. 21.

V. **Collegerunt Pontifices.** Principes sunt illi, qui dum se vniuersis tradunt, grauissima committunt scelera: quia diuitis & auctoritate fulti sunt audaciores & potentiores. Vir vulgans aude sibi similem de medio tollere, sed Principes in ipsum Deum audent

manus inticere, & determinato eo nullo eum occidere: idcirco vidit illos Ezechiel in medio inferni h. 35. numero 19. & seq.

VI. **Collegerunt Principes & Sacerdotes.** Execranda est hæc eorum facinus: cum enim Christum recipere debuissent & efficere vt omnis eum populus recipere & contra inuicem in eis conspirant, dicentes, hoc populi soluti expedire h. 35. nu. 23. 24. hoc est quoniamdam Principum peccatum, vt qui defendere debent iustitiam, eam ipsi studeant euertere. ib. num. 25. Et se proditores ostendunt dum eandem potestatem a Deo concessam, ad eius detorquent, iniuriam. ibid. numero 16. 17. 18.

VII. **Collegerunt Principes consilium.** Impletur hic quod dixit Iob, quod Deus traditurus esset terram in manus inpii, & velum superiniecturus esset oculis iudicium. homil. 30. numero 34.

VIII. **Collegerunt ergo.** Notandum illud Ergo quod est illatum, quod se opponit principiæ & indicare vult Euangelista, quod paulatim agere ceperunt contra Christum, & locum dantes primis iniuriæ sue processibus ad vltimum accesserunt iniquitatis: eorum qui principis non obstat reuentionis diaboli, pedetentim ad totalem corrumpit perditionem. Nemo conceptus hunc prætereat h. 35. n. 33. Sicut virtus via disponit aliam, sic & peccatum si principio non obiterit ad vltimam perueniet conclusionem h. 40. n. 6.

IX. **Collegerunt Pontifices consilium contra Iesum.** Non solum horum peruersitas eo peruenit ut Christum occiderent, sed factum hoc est determinato consilio, & matura resolutione, sicut fecerunt cultores vineæ vt filium Patris familiaris occiderent non enim peccatum fuit ex bonitate quadam commissum, sed ex teris aueris quæ committunt homines, præiura motuque delibatione: peccatum necessitas illis est malos, sed etiam in malo contumaces persistunt. hom. 34. numero 47.

X. **Dixerunt quid facimus?** Primo suum declarant defectum, & consilium capiunt, vt illud determinata & præiura concludant voluntate contra Christum: valde peruersus est hic modus captandi petendique consilium, cum voluntatem tuam firmaueris in eo quod iusta illam facere decreuisti: & ita plures occidunt petunt consilium, animo plane peruerso. Frequens est hoc iurariis, & suis additis voluntatibus ac iuramentis. homil. 37. numero 35. 36. 37.

XI. **Quid facimus?** Illos considera in consilio condempnatos, & si desideres scire quinam sint aduersarios quos consulunt illos declarat Euangelista. Primus est inuidia est hoc vitium malum absconditum, ex quo tamen cognoscitur effectibus. Primus est cordis furor secundus, verba contemptus in ore. h. 7. num. 10. hoc illi manifestant: etenim rabiem cordis ostendunt, cum

nequeat requiescere, unde sic aiunt: *Quid facimus?* Et verba depromunt despectus contra Christum: idcirco vocatur ab illis, *hic homo*: similes Sauli hoc vitio laboranti. h. n. 6. & 12. vsque 15.

XXII. *Si dimittimus eum sic.* Vltorius progreditur, proponens quod si Christus vivat, eius gloria illorum gloria tenebras offunderet: hæc namque rationes, ut credo D. Pet. Chrysol. propriae sunt invidia. h. 21. nu. 12.

XXIII. *Hic homo multa signa facit.* Audi rationem hic invidæ: quod enim virtum efficit amore dignum, hoc ipsum invidioso reddit execrabilem: nam idcirco vitium hoc diabolo proprium adscribitur. h. 7. n. 8. 11. & seq.

XIV. *Veniens Romanis & tollens nostram legem.* Secundus advocatus, qui concilium hoc instruit, est avaritia, qua timent opum suarum iacturam & quod nisi Christi vitam aggrediantur, Romani in illos exurgant, titulo quod seditionis moverent nolumque Regem crearent. Ostendunt illi quod in laqueum incidit diabolus, qui est avaritia & cupiditas, illi s. namque qui in illum incidit. D. Paulus ut omni spe falsis actus privatos est etiam avaritia radix omnium malorum, & cor Apostoli invadens illum compulit ut Deum ipsum venderet. Preh. quale documentum. h. 28. num. 36. vsque 42.

XV. *Et gentes.* Nestras nobis auferent dignitates, & subditos quibus imperamus. Tertius ad se advocatus, ambiguo: hic etenim hoc contra Christum obicit consilium Efficaces sunt huius advocati rationesque persuadent ut quis necem Christi &cludat, ne dignitate sua priuatus sequamur obtinet, vel ne non affectum eam, quam prætendit. h. 41. num. 72. 73 & exemplo d. scimus in Menelao. h. 35. num. 27.

XVI. *Quid facimus quia hic homo multa signa facit.* Nota: h. mundus totus conspirans, Christum vellem alban. referte Sanctorum, an peccat illi precessus in illis. Solemnior quam in se, qui in hoc confessu inimicorum eius instruitur: nam ad trutinam discussa vita Salvatoris, cum desiderio aliquid inveniendi quod in ipso condemneret: nedium illud non frueretur, sed petius omnia eius opera tantam spirare sanctitatem, & excellenciam ut valeant totum mundum ad eius obsequium, & offere ut eum habeat ut Deum: hoc enim significat: *Omnes credunt in eum.* Hic cur ex deo. D. Augustinus declarat D. Thomas dicendo quid sit *credere in Deum*: itaque compertum illi coronam Christo de quo dicitur in Canticis. h. 29. nu. 28. 29. Novum est nolum esse arg. menum efficacius ad alliciendo precorinum, quam inimicorum eius testimonium. h. 34. nu. 17.

XVII. *Omnes credunt in eum.* Mirare hic Dei sapientiam, quæ confessionem ab illis exprimit, miracula Christi esse digna: unde & illi sunt ut Balaam de quo scribitur: quod cadenti apertos habuit oculos:

etenim clare conspicientes Christi sanctitatem, precipitaverunt in abyssum iniquitatum illum non ostendentes. h. 30. numero 29. Illi ipsi eum approbant quem condemnant, & illum condemnant ob ipsum quod ipsi approbant operibus eius convicti. h. 11. 19. num. 2. 3.

XVIII. *Quid facimus?* Altius non potuit horum ascendere malitia Palasthini licet corarentur ob exare puteos quos Isaac fodiebat, attamen magnitudinem vnius attendentes, quem ultimo effodit, & talem ut eum obexare non valeret, virtutem in hoc divinitam agnoscentes se submiserunt. Hi autem quoniam vnius obexare Christi signa studuerunt, attamen non potuerunt, sed nec vel minima apparentia vltimum obfuscare rem per Lazarum resurrectionem, unde virtutem eius agnouerunt: porro nedium illum non receperunt, sed ob illum ipsum necem eius concluderunt. h. 32. numero 3. 4.

XIX. *Hic homo multa signa facit: quid facimus?* Quid vobis est, nisi ut illum tanquam Messiam acciperetis, ex eo ipso quod fatemini, nam per opera sua ostendit se Messiam esse, sed si quis loquatur vos prauos esse & peruersos quandoquidem ob id ipsum ob quod recipere illum deberetis, eundem occidere statatis. h. 31. numero 11. 12.

XX. *Quid facimus?* Ecce quam eleganter eos decribit D. Ioan. suspensos inter veritatem intellectus qui operibus, quæ confitent, & nictus, eum cogit esse Messiam, & militiam voluntatis quæ illum exacerat, & deinet eos angustis pressos tales inuentias plures peccatores. Nota. h. 37. nu. 47. vsque 52.

XXI. *Quid facimus? hic homo multa signa facit.* Iste querebatur Deus, quod illum hi detinebant angustis coarctatum & agoniam. Male cedebat, si signa monstrabat, male ierum, si negabat. Si non dederit obicitur, quod rationem non habeant in eum credendi: si dedit, ob ea illum occidit. Infirmi spe salutaris priuati. h. 8. num. 17. Hæc peruersa cordis humani suspensio Deum detinet ut suspensum: nam idcirco dicitur a Hieremia prauum. h. 26. numero 24. vsque 28. Christum que hæc durities fatigat sicut ella Ezechielem. ibid. numero 28. vsque 31. Gens teptcha, quæ Deum circumcingit, ut nec hac, nec illac valeat estigere. h. 37. num. 40. 41.

XXII. *Omnes credunt in eum.* Hic innotebit oprodiores dum quater ab eo signa postulatis in aere & in celo. h. 8. num. 39. eius vos non intendisse gloriam, sed populum avertere re crederet in eum: si non que talis signa faceret, potius illum a se repelleret ut vidimus in legione dæmoniorum, cui facultatem dedit in porcos. h. 8. num. 41. 42. 43.

XXIII. *Vos nescitis quidquam.* Expedit ut rones moriatur, Audi Summi Pontificis definitionem, iniquitatis



quiriti suæ valde conformem. Ad sententiæ tollendam difficultatem, supponit Christum virum esse vulgarem & nullius nominis, quodque eius interceptio, grauior non sit iactura, quam vitus hominis ordinati: hoc significat *Vnus moriatur ho* o hom 7 numero 13. Non tolerandum facinus: minimus enim homo res adeo pretiosa est, vt pro minimo omnium suam Deus vitam expulerit. ho. 30. num. 21. 22.

XXIV. *Expediit vt vnus, &c.* Grauior esse non potest iniustitia, quam accipere vt medium expediens ipsam iniustitiam & peccatum: hoc etenim nullo modo potest esse conueniens, nec certum medium ad cuiuslibet finis consecutionem. ho. 17. nu. 45.

XXV. *Expediit vt vnus.* Habes hęc legem status condemnatam, cuius auctor videtur fuisse Caiphas, qui credit, quod ad conseruationem Reipublicæ, conueniat aliquid facere, licet iustitię repugnet, imo & ipsi Deo, & offensas in eum permittit. Ne tibi persuaseris per hoc conseruari Reipub imo hinc in ruinam cadet. Conceptus est hic vitis homilia 28. num. 8. 9. 10. Confirmatur exemplis Iosif & Moyfi ibid. numero 12. 12. 13.

XXVI. *Expediit.* Inspiciens consilium: nam eo ipso per quod intendit tam obstruere Romanorum aduentui portas illis aperiet latissimas, liberumque dabit ingressum; hoc nos Christiani consideremus, ne nobis idem contingat. h. 17. n. 22. 23. & 49. & 52. 53.

XXVII. *Expediit vt vnus moriatur.* Hoc idem quod sumptum vt expediens ad sui conseruationem, templi & domorum, medium fuit, quo totum perdidit, quia Deum expellentes, eique vitamque admentes omnes ipsi perderentur, ac nedum Romani subiicerentur, sed de spectui haberentur a viliissimis mundi nationibus, idcirco deplaxit eos pater eorum Iacob. hom. 13. numero 21. & eorum prædixit Isaias. desolationem. ibid. numero 23.

XXVIII. *Expediit.* Non potest anima in turpiorem ruere amentiam quam si iudicet expediens Deum in se per peccatum occidere: & huic seruiunt rationes quæ damna proponunt animæ, quando Deum amittit: nec enim tantum non expedit vt sine Deo sit, sed nec vllum potest ei grauius accidere detrimentum. hom. 13. numero 5. vsque 22.

XXIX. *Expediit.* Iudica quomodo possit esse conueniens eum occidere qui est ipsa vita & salus. homil. 7. numero 22. vsque 25.

XXX. *Expediit vt moriatur, ne tota gens pereat.* Hęc pessima est malitia vitio pallium imicere virtutis, & particularem iniuriam titulo honestate boni communis; hi nequissimi sunt peccatores. hom. 23. nume. 10. Ministri Satanæ, peccatores sceleratioris vitium assumunt illique pallium assunt pietatis. Hoc de diabolo dixit Iob: nam illos qui caro sunt fundat super

ossas: sicut quod peccatores, quibus diabolus ad sua desideria magis fidet, designat per carnem ob infirmitatem & vitia, sunt illi, quos tondat super ossas. d. super v. reatum solidi aem, quæ sunt vt ossa propter constantiam. Et declarare intendit, quod peccatores certis nequiores ita opera sua praua perficiant, vt speciem formamque accipiant virtutis; nam si b nomine pietatis vitiorum suorum explent peruersitatem. hom. 23. num. 10. Et hoc eo modo facere Pharisæi nouerant, vt ipsum Deum pallium caperent illum ipsum offensuri. h. 7. n. 35. 36. 37.

XXXI. *Expediit vt vnus.* Nominis conseruationis templi & domus Dei definitur, vt ipse Deus moriatur & hoc erat signum, quod dederat apud Isaiam ruinæ huius populi, quando hoc vsque peruenisset. Prophetia lectu digna. hom. 40. num. 19.

XXXII. *Vos nescitis quidquam.* *Expediit.* Supremum huic attende iudicem, qui ad sententiæ pronuntiationem primo supponit suæ utilitati consulendum & conseruationis: non curans quodcumque tandem obstruit: nam in hoc differunt illi qui spectant ad civitatem Hierusalem ab illis qui sunt in Babylonia: quod hi se ipsos & propriam lucrum habent vt vltimum finem, quodcumque occurrerit, licet ipse Deus: illi vero Deum vt vltimum sibi præfigunt scopum: & hic seruandus est quodcumque occurrerit, propria licet etiam vitæ, atque idcirco peccatores dicuntur tauri de Bala qui exco serunt impetu, licet ipsum configant Deum. ho. 7. n. 19. 20. 21. & propriam videant ruinam, sicut Hiel de Bethel. h. 38. nu. 48.

XXXIII. *Expediit vt vnus moriatur.* Illos necerne timore mundi percussos: qui namque illo comprehenditur, se perditum arbitretur: nec apud est diuino famulatur, nec bello sp. rituali. Via euenenda in pavidam iuuenum Babyloniæ, vitæ licet impediuntur. homilia 43. numero 33.

XXXIV. *Ne tota gens pereat.* Hinc tua ruina patitur dignitas, opes & gens, & dicere poteris cum Lamech: *Occidi virum in vultu meum.* h. 7. num. 23.

XXXV. *Ab illo ergo die.* Decreta hæc conclusione per Summum Pontificem, omnes illam laudauerunt, hæcque suffrago confirmauerunt illam ut sapientem diligentes: hoc etenim proprium habent Principes quando in concilio suam exponunt voluntatem, quod illi omnes suffragentur, vt dicimus in Asluero. homilia 37. numero 38.

XXXVI. *Hoc autem a semetipso non dixit.* Egrege procedit Euangelista: nos etenim conspicit attentum dum videmus quod Summus Ecclesiæ Pontifex sedens in tribunali, plenoque confesso sententiam proferret adeo excerebrosam, & idcirco dicta repetens, nosque monet, quod quantumvis solidissima illa fuerit secundum quod a viro procederet mortalium hæ-

griofissimo, in quo regnabat iniquitas, tamen sapien-  
tissima fuerit secundum quod quia erat Pontifex, Deus  
in illo loquebatur. Vnde nobis occasionem admittit  
scandali sicut ille deberet tollere, qui cisternam aperi-  
ret hom. 14. num. 2.

XXXVII. *Hoc autem à semetipso, &c.* Insigne fuit  
illud Davidis facinus, coronam assumptis idoli Mel-  
chom, vel diaboli, & per ignem purificatam sibi im-  
ponentis: porro præclavior est illa, quam composuit E-  
taogelista: sumit etenim illam Caiphæ sententiã quæ  
totius fuit corona malitiæ, quã videbatur se coronare  
diabolus & amore Dei purificatam, illam diviniã im-  
ponit sapientiæ, nempe Christo: hoc etenim est illi  
dada gloria, morte non oppeteret: Ne tota gens pereat.  
ho. 25. nu. 15. & ho. 29. nu. 18.

XXXVIII. *Cum esset Pontifex prophetavit.* Ecce  
quim serio velit Deus ut intelligas tutas esse Summi  
Pontificis definitiones: nam cùm ea esset Caiphæ qua-  
lem diximus: dicit tamen fuisse verbu Dei, & summæ  
veritatis dictum secundum quod erat Pontifex. ho. 14.  
nu. 16. Doctrina hæc conceptus exhibet viles de infal-  
libili eius virtute qui præsidet in Cathedra Ecclesiæ:  
quod sacè disputatur. ho. 14. nu. 7. & seqq.

XXXIX. *Cum esset Pontifex.* Mali licet sint Præ-  
lati, divina tamen polleant auctoritate, & vera iurisdic-  
tione: & quamvis illi sint terreni & infernales, per  
illos tamen Deus cœlestia moderatur. hom. 14. num.  
29. 30. Non enim annexa est veritas bonitati superioris  
sed Cathed. x. ibid. num. 31.

XL. *A semetipso non dixit.* Sententia fuit, quamvis  
enim eius intentio fuerit Caiphæ, verba tamen non  
fuerunt eius, sed Spiritus S. qui illa eius ore imposuit,  
vnde omnia in allibilem continent veritatem, & præ-  
clara Sacramenta. Primò dicit: *Expedis* significans  
quod non fuit ite absolute necessaria, sed valde conve-  
niens mors Christi ad nostram salutem: quamvis enim  
illam poterat Deus multis aliis operari modis, hic ta-  
men fuit ad gloriam eius, nostrumque commodum  
congruentior. ho. 16. nu. 5. vsque 9.

XLI. *Hoc à semetipso non dixit, &c.* Exponit Eu-  
angelista difficultatem, quam ut gravem proposuit Si-  
mon Magus D. Petro, quare Deus cum sapientissimus  
sit Governator tanta permitat scelera, quanta vide-  
mus in mundo. Iam respondit Dominus similitudine  
zizaniarum quæ Paterfamilias permisit crescere ad  
utilitatem tritici, ne forte eradicando zizania, sin ul-  
teradecet & triticum. Hanc impletam ostendit Eu-  
angelista vobis declarans quod permisit Deus hoc  
zizaniarum concilium ad tritici beneficium, id est ele-  
ctorum: si namque tollas huius concilij conclusionem:  
oportet & tollas mundi redemptionem, electorumque  
salvationem. ho. 27. nu. 21. 22. ho. 43. nu. 2. 3. 4.

XLII. *Expedis.* Rationes convenientiæ mortis  
Hieron. Bap. de la Naz. Tom. 1.

Christi sunt innumeræ. Prima: ad declarandum pec-  
cati debita, & infirmitatis gravitatem ac pondus. ho.  
42. num. 9. vsque 14. 15. 16.

XLIII. *Expedis.* Secunda, ad fiduciæ nostræ con-  
firmationem, dando nobis tam infinita merita qua-  
lia per mortem suam consecutus est. homil. 42. num.  
16. 17. 18.

XLIV. *Expedis.* Tertia: ut nobis thymiana con-  
ficeret ad Patris pectus miungendum efficacissimum.  
ho. 42. nu. 19. vsque 24.

XLV. *Expedis.* Quarto: ut sibi nobis con-  
scriberet memorativum, maioris momenti quam ille  
fuerit Regum Persiæ. hom. 42. num. 24.

XLVI. *Expedis.* Quinta: ut Christus pœnas no-  
stras assumens & mortem, nos ab illis liberaret. hom.  
42. num. 17.

XLVII. *Expedis.* Sexta: quo nobis timorem  
attuleret mortis & tristitiam: dum se ostendit vnicor-  
nem, de quo David ho. 42. nu. 59. idcirco iam mortem  
Sancti non exhorrent, ut patet in D. Andrea. Hanc  
tibi sume conceptum. ibid. nu. 62. vsque 66.

XLVIII. *Expedis.* Septima: quia omnia in se sus-  
ciperet nostra peccata: nam idcirco venerat ut camo-  
lus. ho. 26. nu. 45. ho. 42. nu. 103.

XLIX. *Expedis.* Octava: ut de sanguine suo ma-  
re conflaret, in quo cuncta nostra scelera mergeren-  
tur sicut locustæ Egypti. hom. 42. num. 107. atque ut  
lauacrum pararet mundum: hoc enim requirebat ut  
ut nos mundaret, ac idcirco sanguinem nosuit Isaac  
sed arctis Conceptus hic non est de minoribus. hom.  
34. num. 8. vsque 12.

L. *Expedis.* Nona: ut pœnas, ignominias, perse-  
cutiones & adversitates Desficaret & sanctificaret:  
erant etenim hæc media nostræ salutis maxime conve-  
nientia. Hanc rationem expendit D. Damascen. hom.  
36. num. 10. 11.

LI. *Expedis.* Decima: ut oculos nostros melius  
quam sel piscis Tobia illuminaret. homilia 15. nu-  
mero 9.

LII. *Expedis.* Undecima: ut fixum nostræ  
carnis inicaret appetitibus, & ebat unum qui nostri pec-  
toris affectus moderaretur. hom. 15. num. 2. 3. hom.  
42. num. 14. 15.

LIII. *Moriatur homo.* Admiræ mysterium: nam  
quia non potest mori secundum quod unus est, id est  
secundum quod Deus est, moriatur secundum quod  
homo, & dicatur: *Moriatur est ex infirmitate*, quo  
lucem ministrat ut mysterium capiamus resurrectio-  
nis: etenim moriendo secundum quod homo, brachium  
illi remanebat integrum ut resurgeret secundum quod  
Deus. hom. 43. num. 70. hom. 49. num. 6. 7.

LIV. *Ne tota gens pereat.* Mors vna erat necessaria,  
quæ totius gētis vitæ proficeret & illa, nisi Christi, alia  
esse

esse non poterat, qui iudicō omnigenas perulit pœnas: quia pro tanto iustitiam non erit peccatorum. Cœl. sic venerat mysterium. hom. 1. n. 4. vsque 9.

L V. *Ne tota gens pereat.* Fuit mors Christi pro tota gente, mysterio ad eō solū, ut illam passus sit pro fingē his in particulari. Tu si dica an non perfectē passus sit: *Ne tota gens pereat.* O mysterium! homil. 42. n. 1. 4. & illud exposuit D. Ambros. per mortem vituli saginati in reductione filij prod. 21. ibid. n. 7. 8.

L VI. *Ne tota gens pereat.* Tu noueris quantam metetur beneficium tale gratitudinem, & allume tibi ex eius morte tristitiam multo digniorem quam ex morte filie Iephte & Iosue. hom. 42. num. 8. vsque 11. & num. 2. 4.

L VII. *Ab illo ergo die Iesus non ambulabat, sed abiit in regionem Ephrem.* Secessit, non ex animi locordia, sed ut sapiens Magister quo doceat nos vitare pericula: hom. 36. nu. 14. vsque 27. & patet ostendat qualiter faciendā sint opera nostra bona in Dei famulatu, scilicet, illa disponendo, iuxta illius de his ordinationem; & nondum venerat hora eius, quam mortis Christi prætermināra. ho. 36. nu. 29.

L VIII. *Abiit in regionem Ephrem.* Secessit, ut ostenderet, quod si mortem vellet euitare, in sua esset potestate: & ut manifestare perf. etē, quod ipse esset qui se in mortem traderet, ipse primo secessit, ut ipse motu proprio veniret ut agnus ad laniendam, sicut de facto recessus est Dominica Palmarum, iactans quod mera ac spontanea sua voluntate adesset seipsum in mortem traditurus. Hæc ratio amplificatur. h. 41. n. 13. vsque 22. & hoc nos sum. mopestē constringit ad eximium eius amorem, ut exponitur in morte filie Iephte. hom. 42. num. 22. vsque 26.

#### SEXTO DIE SABBATI QVADRA- GESIMÆ, VLTRA HOM. XL.

I. **C**ogitauerunt Principes, ut & Lazarum interficerent. Ioan. 12. Describit nobis D. Ioann. Iudæorum perniciam: qui luce cœlesti obsecantur. Palæstini licet execrarentur Isaac & puteos obstruere conarentur, quos ille effodiebat, ut viderunt quod aliquem speriret ad eō latum, ut illum non valerent obstruere, cognouerunt quod Deus esset cum illo, illique se humiles submitterunt: huiusmodi quamvis obstruere studuerint miracula Christi, tam insignis taxen fuit Lazari resuscitatio, ut illi nec pulvisculum iuicere poterint; quo illud obsecrarent: vnde cognouerunt, quod nedum Deus esset cum eo, sed quod Messias esset à Deo missus: fuitque talis eorum malitia, ut nedum illi se non submitterent, sed insuper & necem eius machinati sint, & viderunt pro-

gressi, ut puteum de radice tollerent, Lazarum occidendo. hom. 32. num. 3. 4.

II. *Cogitauerunt ut & Lazarum interficerent.* Optime vocat illos Pater Iacob: *vasa iniquitatis bellacitas*, in Sin eone & Leui figuratos: qui cum Ioseph saneissent cum Principe Sichimorum, ipso Principe petra illis concedente, nempe circumfessionem: et hoc ipso bellum illi intulerunt & occiderunt: hoc modo agunt hi cum Christo: quos David merito reprehendit arcum prauum. ho. 39. nu. 8. vsque 13.

III. *Cogitauerunt ut & Lazarum interficerent.* Considera illos ipsi dæmonis priores: diabolus enim, si Christus illi concederet aliquid miraculum ex his quæ postulat, in eū ultra nihil moueret cogitans omnia sibi in grauius cessura detrimentum: huiusmodi vero toti sibi præstitit miraculis, vltimus intentant, ut nedum in Christi mortem conspicerent, sed etiam Lazari: quia illum à tumulo reuocauerat. Nonnumquam malitia hominum superat diaboli malitiam. homil. num. 19. vsque 28.

IV. *Ut & Lazarum interficerent.* Sedem sibi fixat in eorum cordibus passio cupiditatis, inuidiæ & ambitionis, ut præcedenti seria dictum est. Idcirco tantam lapsi sunt cœcitate, ut illos David appelle Tauros Basan, qui cœco ad eō ferum impetu, quo scilicet te Deus, ne tales cor tuum occupent consiliis: simul a nan que committeres dara occasione, sehera. Notata vide Feriæ præcedentis ad rem de obsecratis, quos illi consiliarij habuerunt, & etiam hom. 39. num. 13. vsque 18.

V. *Cogitauerunt ut & Lazarum interficerent.* Intende conpue, quod in his regat inuidia: cum totum intendant ad destructionem eius quod esse possit honori, & dignitati proximi. hom. 21. num. 52. Quia vero Lazarus resuscitatus testis erat viuis & perpetuus potentie Christi, quæ sunt illum interficere per hoc sibi persuadentes gloriam aulere alienam, quod nimis torquebantur. Ita Caia voluit Abelem interficere. hom. 7. num. 1. 13. 14.

VI. *Cogitauerunt & principes.* Quis credit homines hoc posse incidere tantum meditari peruersitatem, Christi scilicet necē, nisi f. m. ex operibus suis particularis ad eō celebri: Imo hæc sunt criminosa propria Principibus graua scilicet, quæ vulgaris facere non præsumeret. hom. 35. num. 19. num. 22.

VII. *Cogitauerunt Principes.* Habes hic caput draconis cum intentione deuorandi filium illi quem Christus genuerat per resurrectionem Lazari: velle apertius loquamur cum cogitatione Christum ipsum eiusque memoriam deuorandi quam sit persuadendum in resurrectione Lazari conferuandam. Hæc fuit proditoria illorum iniquitas. ho. 35. nu. 13. 14. Populus qui

DOMINICA PALMARVM

VLTRA HOM. XII.

difficilius crederet à Deo promissa per Moysen nec Dei promissiones capiebat, nec mirabilia quæ per Moysen operabatur, per Seniores plene instrudebat, qui Primæes erant, & notitiâ habebant. Scripturæ clarior, eorumque quæ de tot mirabilibus audierunt, quæ concurrebant in fide Moysi. Fuitque tanta eorum pete si as, vt de illis Moyses dixerit, quod ad credendum sibi ab illo ex parte Dei propositis, essent multo perniciores. Fuit autem execrabile Deo inustum opprobrium: cum enim illi essent qui populum inducere debuissent ad fidem Moysi præstantiam, qui loquebatur illi ex parte Dei, illi ipsi ce eris infideliores extiterunt. & hæc est Principum Hierusale. iniquitas: cum enim ipsam mune is esset plebem ad receptionem Christi dispoere, illi ipsi huic se seueriores ostenderunt aduersarios. Ibid. num. 13. Et hoc crimen multis imputatur Principibus: quorum cum sit officium vitam tuæ sustinere, contra illam ipsi moliantur dolos & insidias. Ibid. num. 15.

VIII. In crastinum autem. Die sequenti, id est Dominica Palmarum, ingressus est Dominus solenni pompa Hierusalem, ostendens se Dominum absolutum omnium cordium: quædam etenim mouit ad deuotionem qua suscipere illum vt Regem & Messiam & hos crudelis suos inimicos reddidit vt elumbos & deusibus manum suam omnipotentem extendens in ceruices eorum, vt dixit Iacob: vult itaque D. Ioan. vt intelligamus quod quo Iudæi dolos & machinas Christo Domino noluntur atrociores, eo Christus ipse fiebat Dominus gloriosior, faciens quod sibi bene placebat. Confidendum est hic conceptus. ho. 41. num. 13. vsque 17.

IX. In crastinum autem. Mirare Dei bonitatem. Quis crederet quod dom Iudæi corda gerunt in Christum odio flagrantia, & eius, ac Lazari amici cogitauerunt mortem, vt per hoc gloriæ illius offundant tenebras: in ipso sequenti luce illis veniat, & portas ciuitatis ingrediatur læta cuncta annuntians, quia ad eorum veniebat salutem, vt dixerat Zacharias, cuius Prophetiam refert Euangelista. Liquido patet acie spiritum suum non spirare vindictam vt dixit duobus fratribus Iacobo & Ioanni. hom. 41. num. 37. vsque 41. & manifestat retributiones Dei, quæ veniunt contra iuri ordinem, gressus stans retrogrados, vt Sem & Iaphet. Ibid. num. 41. 42.

X. In crastinum autem. Prolequitur Euangelista introitum Christi Dominica Palmarum, de qua agitur. hom. 41.

I. *Cum appropinquasset Iesus Hierosolyma & ve nisse Bethphage* Math. 21. Tanta sunt Christi miracula, vt singulis consideratis, vnumquodque excellentius videatur & sit, omnia enim virtute facta sunt infinita: vnde quidquid dicitur, eorum singula perpendendo, potes e s fidem adhibere, sicut quidquid dicatur de iustitia & misericordia Dei. h. 18. n. 5. sed absolute loquendo censet D. Hieron. hodiernum ceteris eminere: cui videtur hic impletum illud oraculum: *Operus celos gloria eius, & laudus eius plena est terra.* hom. 7. num. 2. 3. 4.

II. *Cum appropinquasset.* Fuit hoc maximum Christi miraculum, quod consistebat in operando efficaciter in cordibus omnium. Ante suam prodierat potestatem, operando in corporibus toto spectante mundo nunc eodem spectatore operatur in cordibus: in quibus amorem producit, vt prodeant illum recepturi, & lucem qua cognoscant illum vt Messiam & verum Deum: in aliis autem timorem, quo Principes & eos qui in populo præualebant auctoritate cohibeat quictos, & vt agnos compescat, furent licet corde ipsorum: nam idcirco Deus dicitur Magnus Dominus: etenim in hoc potissimum præcipuum eius consistit dominium, & ita se ipsum hodie cognominat absolute Dominum. Conceptum hic redolet Theologiam. h. 29. num. 15. 16. 17.

III. *Cum appropinquasset Hierosolyma.* Venit Christus moriturus, & à seipso venit, gressus suos diminuerunt, tanta volens gloria recipi, & tam illustri ingrediens triumpho. Domine, numquid h s diebus fugasti tibi consulisti numquid intelligens in tuum eos conspirasse caput, ad terram recessisti Ephrem? Quid igitur nunc tanta ciuitatem non pa triumphator inge deris? Scala Christus est mystica, quod si terram tangat vt homo, & timent, ad caeli tamen verticem attingit vt Deus, & triumphat: & per hanc ascendent & descendunt Sancti h. 30. n. 23. 4.

IV. *Cum appropinquasset.* Fugit de Hierusalem, vt homo infirmus, ad illam coercitur vt triumphator: est ille Cherubim duabus instructus alis quem vidit Ezechiel. hom. 5. n. 28. 29. Quo Saramam excecavit, & suos illuminauit, vt columna, quæ ex vna parte tenebras offundebat Aegyptiis, & ex altera illuminabat Israelitas. hom. 30. num. 11.

V. *Cum appropinquasset.* Prius Christus de Hierusalem se subduxit, quando illum occidere decernerunt quia non iam venerat hora illi ab æterno Patre præstita,

tuta, sed modo enim venit, ipse vero accedit votum implens obedientiae à se factum, quod David hic innuit: *Ecce venit*. Itaque confirmatur illud Christi: *Ecco venio*, cum illo Eua gel. Itar: *Cum venisset*. h. 36. n. 29. vsque 38 Theologicè votum examinatur obedientiae Christi.

VI. *Cum venisset*. Omnis Christus satisfacit: est enim Cherubim, plenus oculis, & sicut Sacerdos tunica se vestit oculata. h. 28. n. 26. Quocirca si spectando naturae infirmitatem se effugatur & latec, mortem reformidans, nos docens timere persecutiones, & reddens in periculis timidos. h. 36. n. 14. vsque 20. Nunc considerata utilitate ex morte sua secutura, etiam tempus advenisse, carpit iter versus Hierusalem, complens illud de sapientia pronuntiatum: *Omnia prospiciens*. h. 29. n. 4. 5. nos instruens, ut dum tempus est patiendo, foras omnem expellamus timorem, etiam si vitæ jacturam pro Dei honore patiamur. h. 43. n. 33.

VII. *Cum venisset*. Voluit Christus ut collocaretur tamquam primus lapis mortis suae, quod voluntaria esset, idcirco ipse venit, dum vult juxta voluntatem Patris sui, quia Dominus est temporis, & omnia quae tempus spectant pro sua disponit voluntate, & quaecumque Judaei fecerunt, non illum occiderunt quando voluerunt, sed ille se tradere dignatus est. h. 35. n. 39. 40.

VIII. *Cum venisset Bethphage*. Miror quod Christus veniens moriturus recipi velit tanta festiuitate, lætitia pompaque solemnè. An ergo moriturus introitum parvas adeo celebem? Gaudium praefert & alacritatem, quia venit pro nobis moriturus, fuit dies hic sponsalium eius jucundissimus, de quo sponsa dixit. hom. 42. num. 66. & ad huius confirmationem, jam ad hortum secedens actionem illam fecit adeo inusitatam qua cecinit magnum Alleluia. hom. 41. num. 26. 27. Et sua iocosi cantu principium suae dedit passioni, in signum lætitiæ qua tendebat ad mortem. Hæc Consideratio excitat in Sanctis mysterium de quo D. Bern. Ibid. n. 28. vsque 31.

IX. *Cum venisset*. Non trahitur ad mortem, sed ipse venit, motus amoris igne, ut electum Ezechielis, & idcirco hanc arripiens viam, celeriter incedebat ad stuporem Apostolorum. h. 15. n. 17. 18. & moxico tempore implevit quod quinq; millibus annorum fuerat praefiguratam. Ibid. n. 9. vsque 23.

X. *Ad montem Olivæ*. Etenim certum erat, quod moriturus, nobisque sanguinem suum, vitamque traditurus, iter suum caperet ad montem Olivæ, symbolum h. e. est misericordiae; nullus etenim titulus justitiæ hic erat: ut tale nobis conferret beneficium, nos suo sic dispendio saluandi, sed plures ex justitia nos condemnandi, & tanti quantæ erant nostra peccata, ut dicere liceat: *Per viscerà misericordiae Dei nostri*. ho. 39. n. 39. *Fecerat se Deus fratrem nostrum, & postulabat miseri-*

cordia, ut qui vidit fratrem suum necessitati em habere facultatibus suis illi subueniat: in hoc apparuit charitas Dei, quam dixit D. Paul. *Communiat animam cum fratre suo Deus in nobis*. Sicut per hoc detegit D. Ioan. cordi tui duritiam sine misericordia, quod fratri tuo indigent non succurras. h. 16. n. 11. 12.

XI. *Misit duos de discipulis suis*. Binos misit conseruos: nec enim paratur in Ecclesia sua divisionem, nec in ministris suis, sed unitatem in doctrina. h. 14. n. 16. 17. In cathedra visibili. Ibid. num. 28. 29. In fide. Ibid. num. 22. in idioma. Ibid. num. 23. & in Sacramento. Ibid. num. 25.

XII. *Ita in castellum, &c. Invenietis asinum & pulum, &c. solute, &c. Dominus hic opus habet*. Grande mysterium hæc verba complectuntur. Vult se Dominum ostendere absolutum, sibi ipsi pleno ore nomen Deo proprium imponens, quod est Dominus absolutus, nomina quod diuinam eius iudicat potestatem. ho. 12. n. 23. 24.

XIII. *Dominus hic opus habet*. Ostendere vult Dominium suum absolutum, & declarare quod habeat in nobis a multo potentius ac liberius quam nos ipsi, impletque illud Propetiae quod venturus esset: *Combinatio*, & talem petiit Isaias: *Dominatorum terra*. hom. 26. num. 55.

XIV. *Dominus hic opus habet*. Non tantum se Dominum ostendit iumentorum, sed etiam Dominum eorum illorum eorumque cordium, dicendo quod euenit, quod se Christo magis subditos illi ostenderunt, quam ipsi iumenta, & Dominum eius agnoscentes absolutum, non contradixerunt, in quo ut diximus se Dominum ostendit magnum. h. 29. n. 15. 16.

XV. *Et confestum dimittent eos*. Sed ex alia ratione se verum declarant Deum, ostendens quod corda nescire omnium, & quid vellent & responderent Dominum iumentorum, quod Deo proprie conuenit: *Scrutatus renos & corda*, ut profequitur D. Hieron. h. 41. n. 12. à illis maxime penetrat: ma. is cavernas, ut dixit Job. hom. 42. num. 40. Sapientior est Salomone, qui nouitiam habere non tantum herbarum, sed etiam radicum absconitarum, & oculos Lynce acutiores. h. 15. n. 30.

XVI. *Invenietis asinum*. Quid Domine, tam illibit & solemnè ingressui iumenta paras tibi adeo abiectione grande mysterium. Per iumenta significat peccatores: hoc enim ut proprio nomine coram Deo censentur. ho. 37. n. 43. & vult se peccatoribus honorari, regnum suum, & domum juxta illud Davidis: *Pecora vestra, &c. & speciei domus dividere spolia*. h. 38. n. 101. Mulier se coronat Samaritana, dignius quam David coronat idoli Melchom. h. 25. n. 15.

XVII. *Salute, & adduci e mibi*. Domine tam vili tibi pecora, adduci de pascuis quibus infidias, & iumentorum phatorum utique. Hic enim triumphus est Christi primarius, animas luctari, quas diabolus tyrannus totaque

torquebat, ut eas gloriæ suæ sedes, regnetque in illis: hæc enim sunt regna Dei sublimiora, sicut peccatores regnum sunt diaboli h. 20. n. 2. 3.

**XVIII. Solui. & adducite mihi.** Opus hic inter alia consideres in quo illi potius gratificari, mirum si peccatorem solvas atque ad eum adducas, ut in illo regnet dignus enim retribuit præmium hoc facienti, quam Rex illi qui lucratur civitatem. h. 22. n. 55.

**XIX. Solui. & adducite.** Nota verbum quo vitur. Non dicit, ut funes rescindantur, sed ut solvantur, suos instruens ministros, ut quamvis communiter dicatur idem valere rescindere ac solvere, nihilominus non est hoc idem in peccatis: non enim datur Confessario potestas rescindendi sed solvendi, vngues diligenter impendendo in dissolvendis nodis triplicatis & operosis: ex quibus scilicet intelligitur eorum qui tota vita sua illos incedunt, si e allequi quod in hora mortis sint dissoluti. h. 18. n. 61. 62. & h. 24. n. 54. 55.

**XX. Si quis vobis dixerit, &c. dicitur. Dominus hic opus habet.** Ratio sufficit, s. ut omnibus os obstruatur quærentibus cur hoc fecerit, responde: Dominus hoc præcipit nam ex eo ipso quod Dominus sit, illi est sine replica obtemperandum. hom. 8. num. 34. Hæc ea est orationis eius conditio, nec vult ut aliquid obijcias, ut ostendat in Propheta, qui ab altero rogavit ut illi caput obtunderet. h. 37. n. 28. 29.

**XXI. Et confesum dimittent.** Hoc vobis omnem solvat difficultatem quæ se tibi offeret in præcepto inimicos diligendi, artemque tuam mortificandi, si consideres quod ille qui hoc mandat. Dominus sit, ut nulli superest obiectio. Hunc lege conceptum nec potuerit h. 3. n. 16. vsque 22. hic etiam cordis humani se prodit obstinatio: cum enim omnes obtemperant creature ad hæc verba: Dominus hic opus habet: tantum cor hominis obstipum refragatur, ut exposuit Hierem. Ibid. nom. 22. vsque 27.

**XXII. Confesum dimittent.** Laudavit Deus filios Ionadab: quod ad vnicum Patris præceptum ne biberent vinum non biberunt, atque ex hoc ostiam confundit pernicitiam: non audientes quod ipse Deus ut Dominus nobis aliquid præcipit, facendum, id non faciunt. h. 23. n. 62.

**XXIII. Dominus hic opus habet.** Videntur hæc verba sibi repugnare: cum enim Dominus sit absolutus qui de omnibus & in omnibus potest facere pro beneplacito, hoc illi quis dixerit repugnare, quod opera indiget alterius. sed latet hic mysterium. cum enim iumenta significent peccatores, illis indiget: quia non iustificabit te sine te, iustus hic agitur iustitatis. h. 10. n. 37. 38. & iubet ut manus tuas, manibus suis adiungas. h. 24. n. 48. 49.

**XXIV. Dominus hic opus habet.** Non vult Deus in æ opera efficere præclatiora, nisi quidquam ex te

contuleris. nam etiam in primis miraculis, solet ad i quid ab illis accipere, in quibus erant illa peragenda hom. 27. numero 57. & sequentibus.

**XXV. Dominus hic opus habet.** Ecce quod ait Propheta, ut agat quod sibi proprium est, agit quod a se est alienum, atque ad hoc te rogat & agit ut opus habeat, quod illi des, ut tibi ipse largiatur; hoc enim pro more habet. ho. 25. nu. 33. Et per hoc te honorat, ostendens quod ille sis, qui bona lucraris, per hoc te probans perfecte liberalem ib. nu. 45. vsque 50.

**XXVI. Hoc totum factum est, ut impleteretur quod dictum est per Prophetam.** Veniebat Christus sicella inclusus viminea, similis Moysi, quæ S. designat Scripturam ut autem illum revelarent, innocos extrahunt & dissolunt Prophetiarum. h. 21. n. 16. 17.

**XXVII. Ut impleteretur quod dictum est.** Fuit hoc principale argumentum, quo Christus se verum probavit Messiam omnium complementum Prophetiarum nullam enim omnia non impletam: & cum tanta ab eo essent perficienda, tantopere sellamavit, ut dicere potuerit: *Confirmatum est.* Discursus hic fidem nostram valde adiuvat. h. 15. num. 19. vsque 22.

**XXVIII. Exultatis filii Sion: Ecce Rex tuus.** Mirum est quod Evangelista Lucas referat Christum in hac processione fleuisse, nos tamen Propheta ad læticiam adhortetur. Ratio est, quod sicut in morte eius nostra latebat vita, sic in eius lacrymis nostra erat læticia, atque idcirco Abraham in Spiritu Christum cernens in cruce suspensum gaudens est. h. 34. n. 11.

**XXIX. Exultatis.** Cum veniat, ut vitam perdat & crucifigatur, an ergo mihi latandum: quod potest adferre gaudium mors adeo lanestabilis, plenaque opprobrii sublimis la et his mysterium quod D. Iohannis verbis indicat: *Quod factum est in ipse vita erat.* Conceptus hic attribuitur D. Amb. h. 30. n. 43. 44.

**XXX. Rex tuus veni tibi.** An ergo ingressus hic non est ad gloriam eius & celeberrimum triumphum: Est utique potro hanc eius mirare misericordiam, quod quidquid est operatus ad sui nominis dignitatem, voluit ut nostræ quoque serviret utilitati, vsque ad ipsam resurrectionem: etenim illa fuit *proprie iustificationem nostram.* h. 49. n. 11. vsque 17. & nu. 26. nec omitto eius Ascensionem ut scilicet nobis pararet locum, & iam per spem ibi essemus, ut dixit Apostolus: *Considere nos fecit.* hom. 27. numero 42. 43.

**XXXI. Veni tibi.** Adeo ad tuum venit commodum, ut sapius rogatus ut signa daret de caelo ad sui nominis gloriam, responderit se ad hæc nulla valere potestate, sed ad illa tantum quæ cederent in temporale vel spirituale hominis emolumentum. h. 3. n. 44. & seq.

**XXXII. Veni tibi.** Etenim certum erat, quod veniens tanquam Rex legitimus venturus esset in Reipublica.

commodum: eo namque sine Reges, Iudices & Praefides instituntur, ut Deus Dauidi declaravit. Valis est hic conceptus. ho. 15. num. 33. & seq. Et si hoc atente confideraretur, magis quis vitaret quam ambiret dignitates. ibid. num. 37. & seqq.

XXXIII. *Veni tibi.* Ministrat tibi Christus materiam considerandi mystere in adventu sui in mundum, potissimum vero Passionis lux ac mortis, quae perfectae, ut ipse tu percipias, quod ea sic in tua gratiam operatur sit, ac si pro te solo nulloque alio perfecta fuisset, & tibi nominatim hoc dicatur: *Veni tibi.* Argumentum hoc egregium prosequitur D. Thom. ho. 42. num. 2. vsque 5. & declarat D. Ambr. ex morte virgini lignati. ib. num. 7. & 8. Atque hoc te ad singularitatem compellit monetque gratitudinem. ib. n. 8. & seqq.

XXXIV. *Qui praecedebant & sequentur.* Ecce *Isanna filio Dauid: Benedictus, &c.* Adest moriturus, & expedit ut primo decernatur, quisnam sit: est etenim vetus Messias & Deus, & qui ob propria non moritur peccata, sed aliena. Ad hoc statuit ut primo cuncti divinitatem eius fateantur, quod Rex sit, Messias & Dei filius: nam haec omnia proclamantur, & explicite in illa solempni confessione, divina hic implentur oracula. homil. 34. numero 17. & seqq.

XXXV. *Benedictus qui venit.* Ecce sol hic ascendit ad meridiem, id est ad summum glor. & fastigium, & altissimam cognitionem, & honorem eminentissimum quo mundus eum exultat: nunc in eo quod reliquum est, incipit declinare, nec silet donec sub terra visceribus abscondatur. h. 31. n. 4. Et his conformiter nota quod Ecclesia finita huius processionis solempnitate pulsum incipiat amictum induere & officium paulatim ita disponit et nobis ob oculos proponatur. Passio Domini nostri Iesu Christi. Congruenter igitur nos Zacharias hodie monet ut exulemus, & ploremus. homil. 34. numero 11.

XXXVI. *Benedictus qui venit.* Quam cito haec omnia mutata sunt & de vno extremo ad aliud transierunt si namque supremo hodie honore Christus excipitur; hac eadem hebdomada contumelias & opprobriis affligentur cum tolerandis: quo nobis innotescit, quam infirmi sint omnes nostri in virtute progredientes, & quam cito retroradantur, illis merito comparandi, quod si Deo instigante illi decantantur: *Benedictus qui venit*, excitati a Pharisaeis vociferantur: *Tolle, tolle.* Eleganter dixit D. Ioan. quod Christus dum illi ab hominibus honor deferretur & reverentia, illis nequaquam fideret: & aptum in D. Petro habemus exemplum. ho. 43. num. 23. & 24. Quo docentur Confessari non illis fidei qui verbis multa promittunt, quia eos essim ptima oblata occasione mutabuntur: ab eis cum Iehu require: *Tolle capita.* ho. 31. num. 70.

XXXVII. *Benedictus qui venit.* Quam sunt in sua confessione constantes: quamvis enim Phar. se eos conarentur impedire, aliquo tamen tempore perseverarunt: sed omnis nostra fortitudo, Deo manum suspendente, est infirmitas: & firmissima columna, naris est vento mobilis, ut probat sepulchrum Machabaeorum. homil. 3. num. 13.

XXXVIII. *Benedictus qui venit.* Clarius enim mundum esse mare, atque in eo glorias modico durare tempore, & probatur exemplo Cyri. hom. 4. n. 26. & hom. 11. numero 29. 30.

FERIA SECUNDA HEBDOMADAE  
SANCTAE ULTRA  
HOMILIA, XLII.

I. *Ante sex dies Pasche venit Iesus Bethaniam,* h. 12. Iam Christus veclus Hierusalem terdit moriturus, & vultur semper Evangelista eo termino *venit*, ut veri D. Mathaeus quo pateat quod ipsi proprio voluntatis motu veniat moriturus, cui lesuunt quae heri in Dominica diximus.

II. *Fecerunt ei canam.* Ita iocundus erat Christi spiritus quia iuxta mortis suae accesserat hora ut comitui vellet admi. ter recreationem & vinctiorem, quae sit et in Bethania, cui conveniunt quae heri de gaudio retulimus quo morti proximus exultavit.

III. *Fecerunt ei canam.* Norunt haec foiores agere cum Deo, se gratas pro receptis beneficiis ostendent, eum quo possunt modo lautius excipientes quanta illis comultra beneficia: quanto namque Deus est ad largiendum liberalior, tanto est in repetenda gratitudine severior. h. 17. num. 20. 21.

IV. *Fecerunt ei canam.* Licita sunt conquitia ex ista causa iustitia. hom. 16. num. 23. 24. Quamvis illa Christus admitteret raro, & non nisi importunae rogatus, suos docens ministros non admitti ere delictis & epulas ad quas imitantur, urgente nisi pressos occasione, ad aliq. od Dei ministerium. ho. 38. n. 10. 11.

V. *Fecerunt ei canam.* Ratio suadet ex tua parte Deo te ministris servitis, & eos lautius excipere: quibus non minus tenet esse gratus quam Tob. as Angelo. homil. 38. numero 8. 9.

VI. *Fecerunt ei canam.* Bona cena quam nunc acceptat Dominus ad animarum salutem, confirmata factum in Lazari resuscitatione miraculum, utque domi Magdalenam impleat singularibus, nam in alijs occasionibus & communiter ieiunabat Dominus. Argumentum hoc prosequitur D. Hieronymus contra Iovinianum. hom. 38. numero 12. & seqq.

VII. *Et Lazarus unus erat ex discumbentibus.* Verum per hoc confirmat Lazari resurrectionem: vitare neque

nempe non fuſſe phariſſicam, quam illi tribuerat, quæ ſtatim in auras evaneſceret ſed firmam: a que in hoc patet, utrum vera verit tua reſurrexio per prænitentiam, ſi vitæ operibus conſtaner in hæreas. ho. 10. numero 43. vſq. 46. ſimiliter in hoc dices virum peccatorem quod diabolus in te eſt. op. raris vitam habeat, ſi obſcra occasione eius ſignum offendas ſicut modo Lazarus eius quam a Chriſto recepit. cœnanæ & comedendo. ho. 31. num. 6. & ſeqq.

VIII. *Maria nec piſtis m. vnguenti piſtis pretioſi.* Notat D. Ioan. qualitatem vnguenti compoſiti ex puriſſima ſpica nard, piſti, & impermixti, hoc etenim ſignificat: *Piſtis*, id eſt *deleſ*: hoc etenim delictum eſt quod Deo ſapit, vnguenti purioris, & mundioris, id eſt operum quæ pure ſunt & ex eius amore, & non mundi vel terræ intuitu. Opæ aquæ ſunt ut lapides David quos Spiritus S. aſſerit fuſſe impidiſſimos. *Elegit qui quæ ſimpliciſſimos lapides vnguentum etenim mixtura pollutum non admittit Deus, ſicut nec D. Hilariæ cereum panem ab altero ſibi oblatum in altari hom. 1. numero 20. 21.*

IX. *Accepti libri nam nardi,* quo Domini pedes inungat, impermixti in ſuit hoc vnguentum: etenim pedes Chriſti pauperes deſignant, & illis ſubueniendum eſt, elemoſyna illos vngendo puriori, id eſt facta Dei ſolius gratia, qui ſub paupere deſiteſcit. h. 16. n. 13. & iratè Chriſtus eſt in paupere conſiderandus actibus ſidei, ho. 30. n. 24. 25. & eo modo conſiderabat illum multi Sancti, qui ſibi applaudebant dum illis oſſent deſervire. hom. 27. num. 67. 68.

X. *Accepti libri nam vnguenti.* Semper invenies Magdalæcum vnguentis. In exordio convecſionis ſuæ, nunc in hæc cœna, & in ultimo vitæ Chriſti, temper illam vngit: & merito, quia magiſtra eſt penitentiæ, ut ante illa fiat, ſicut par eſt, vngentum componendum eſt ex contritione, ut illud deſcribit D. Chryſoſt. hom. 38. num. 96. vſq. e. 99.

XI. *Peſes leſu.* A peſibus incæpit, & inde accenſus ad caput: etenim pedes habet Chriſtus quibus per mundum incedit non per pauperes. Si velis illum vngere qui caput eſt, primo pedes illi inunge: hoc enim ad illud diſponit, juxta illud Prophetæ: *Frangite ſpiram pavum, &c. Et gloria Domini colliget te* hom. 10. num. 11. vſq. 15.

XII. *Excepit capillis ſuis.* Optime conveniunt hiæ erines, qui vexilla fuerant diabolo, pedibus Saluatoris, ut triumphatoris cœleſtis: hæc etenim illa eſt victoria quam celebrat David in Pſalmo triumphorum Chriſti *Victorem capillis*, &c. hom. 38. num. 90. vſq. 94.

XIII. *Excepit capillis ſuis:* congruenter vngentum quod Magdalena pedibus applicabat Chriſti, ipſa totum capillis ſuis complectebatur, quo plena ſuccinum ſpirabat odoriferum: nec enim tibi perſuafers eius te-

pati ſacturam quod pauperibus (qui pedes ſunt Chriſti) diſtribuis: tibi namque totum eſt ad emolumentum: quia pauperes non niſi vectores ſunt in. h. 1. n. 33. 34. 35. Quod illis erogas tibi theſaurizas. h. 17. n. 6. Nec aſſilla eſt præſtantioris tibi ſucri, quam elemoſyna. Ibid. n. 76. & ſeqq. & adeo bona præſtant pedes illi qualitate ut lætera ſegmina domus tuæ in pretioſos converſant adamantes. Ibid. num. 74. vſq. 79.

XIV. *Donus unguentum eſt ex odore vnguenti.* Ex vnguento adeo puro ſuper pedes Domini proluſo, quid aliud ſequi poterat quam odor quidam gratiſſimus? Ecce fundam eandem ex quo probatur ſoles bonos honorem habere, malos non niſi ignominiam quia horum odore eſt, ex eſt omnibus euaporatus quas aliquis perſicit: aque de herbis malis gratus non poteſt odor eſſe: hoc etenim tantum procedit ex vnguento conſeſto de rebus odoriferis & pretioſis: Nota conceptum. hem. 3. num. 22. vſq. 31.

XV. *Iudas fremebat in eam.* Tollere vaſe dabitur D. Ioan. que d'orini poterat ex eo quod alii ſenſerunt Evangelizæ dicentes in plurali: *Deſipuli indignati ſunt:* exponit D. Ioa. ſolum ſi iſſe, Iudam etenim frequens eſt in SS. litteris numerum pluralem ponit pro ſingulari. hom. 44. num. 10.

XVI. *Iudas fremebat.* Si Magdalena hoc vnguentum imo multo plura vaſis impendit volaptracibus mundique ludibris, nemo de illa quereret nec inutiliter expenſum argueret, nam hoc eſt mundi judicium, ut ea cenſeat de perſita, quæ diuinis impenduntur obſequiis, & Chriſti pedibus, pauperibus inquam. Mouet hoc in opere D. Hieron. ut nonnullas Romanas matronas acriter de hoc propugnarit. h. 8. n. 45. 46. vellet mundus in ære mirabilia, quæ nullo fructu & inaniter ſunt, ut nec vitæ præſenti proficiant nec future: & hoc proprie dicimus dilapidare: atque de his licet expostulare: *Ut quid perdis iſt?* Ea etenim quæ diuino conſecrantur obſequio, & pauperum eius impenduntur neceſſitatibus, tibi deputes ad lucrum, quodque illa ſolum tecum hinc deferes. ho. 1. n. 8. & ſeqq.

XVII. *Quare vnguentum iſtud?* Cognoscebat diabolus affectum Iudæ & inclinationes ſcilicet auaritiæ: proinde ad quædam illum excitabat furca: hic laqueum illi tetendit, & hac via ingreſſus eſt: quod Evangelizæ ſignanter adiunxit. *Fur erat, & loculos habebat.* eſt etenim verſipellis Saranas & ſingularum ſibi aſſumit inclinationes, ut illos teneat, & illaqueet: quocirca magno tibi ſtudio tuis eſt inuigilandum inclinationibus. hom. 3. num. 30.

XVIII. *Potuit vnguentum iſtud.* Propoſuit diabolus hoc illi vnguentum tanti valoris, ut ſi eum haberet ad manum, ſe iudicet eſſe diſſimum, hac enim vititur arte, id implens quod dixit Dominus ad Iob: *Habitu eius prius ardere facit* Hunc reſque conceptu. h. 4. n. 17. 18. XIX. 10-



XIX. *Potuit unguentum istud.* O te perditum! quod diabolo tentationem inticente, malamque cogitationem, non statim illam repuleris; hoc erit principium ex quo totum tibi cor occupabit, plenumque tu capiet Dominum. hom. 5. num. 12. 33.

XX. *Votum unum daret, & daret pauperibus.* Condicio hæc est auarorum, latronum honorabilium, quos notat D. Cyprian. qui auaritiam suam pallio contegunt beneficii in pauperes, vincio vsi de quo Ainos hom. 7. numero 35. vsque 38. malitiam suam suffulciunt bysso candido virtutis ibid. nu. 38. 39.

XXI. *Sinite illam.* Non retrocedit Magdalena petculia murmurationibus & furis iude est etenim ouis Dei, constans vt firmissima columna. h. 37. num. 73.

XXII. *Sinite illam.* Hic suam Magdalena probat fidelitatem: nec enim propter insurgentes in eam officio suo tarda deerit, quod incipit Christo seruiendi, illumque vovendi: quia per hoc fidelitas asseritur animarum si eas non deterreat ab eo quod Christo debent vlla vel tribulatio vel aduersitas. ho. 3. n. 67. 8.

XXIII. *Sinite illam.* Prodit Dominus eius defensor: etenim secute pedem figat, qui ad eius umbram conuigit, in illo quippe protectionem inueniet: & qui suorum tangit vel capitis capillum tangit papillam oculorum eius. Hic ille fauor est quem dixit Isaias fuisse supra omnem gloriam. hom. 38. nu. 118. vsque 121. *Sinite illam:* potest quidem latrare Iudas, vt canis ad lunam: nec enim eam a cursu suo retardabit. homil. 38. numero 116.

XXIV. *Sinite illam:* Prauenit ungerere corpus meum. Videbatur illam Christus minime intueri eiusque nullam habere curam: & ecce prodit ea omnia quæ faciebat laudaturus, & adeo contrariam profert a Iuda sententiam: vt id quod Iudas opus censet perditum & incassum, ipse iudicet sani lueri vt fieri non posset maioris. h. 38. nu. 112. & sicut illam descendit in domo Pharisæi reputans eam peccatricem, quam ipse Seraphinis annuerebat. ita modo facit. ib. n. 114. 115.

XXV. *Prauenit ungerere corpus meum.* Ita conuenienter extremam Christus admittit victionem: vt quamuis ea non fuerit, quam Ecclesia colit vt Sacramentum, magnum tamen complectitur mysterium, declarabat enim corpus suum esse mortale & fore sepeliendum. Instruit te vt tempestiue morti tuæ necessaria suspicias Sacramenta, & te teputes quasi iam mortuum ab ea hora qua te vixerunt in Baptismo vt dixit D. Iustinus Martyr. hom. 31. num. 26. Ad hanc te præmuni, ne te capiat incuriosum: non enim deses est diabolus quo tuam proceuet damnationem ex eo ipso quo te cernit mortalem. h. 36. num. 42. vsque 46. Caue tibi te te vt mutem apprehendat, muscipula de qua Vates Ainos. ibid. n. 47. & seqq.

XXVI. *Vbiunque predicatum fuerit Evangelium*

hoc. Doctiorem non quæras bonorum operum tuorum encomiasten quam Deum; ipse namque ea magis exaggerabit quam omnes mundi prædicatores, actus eo sine perficiens singulares. h. 2. n. 50. vsq. 53.

XXVII. *Vbi unque predicatum fuerit.* Ecce quam differenter loquatur Christus de hoc opere, quam Iudas: hic etenim illud vt perditum aspe natur, Christus autem eius asserit memoriam cum mundo durantem quod ita verum experimur, vt D. Chryso. (orac. contra Iudæos Tom. 5.) hoc statuit argumentum quod Christus verus sit Deus ex verborum eius veritate quam in duobus experimur: Primo in fide D. Petri, in quo suam fundauit Ecclesiam, semper duraturum, sic vt eam nec tora potuerit potentia inferni subuertere. Secundo in opere bono Magdalene peractum. Iulium vt etiam si quia completa cernimus verba Christi ita vt de memoria deleis Monarcharum Regumque præclarissimis facinoribus, hoc perpetua viuæque floreat memoria, ad huiusmodi. leris eucomium. h. 38. n. 67.

IN COENA DOMINI VLTRA  
HOMILIAM XLV.

I. **A**nte diem Festum Pascha: sciens Iesus, quia vni hora eius Ioan. 13. Hodie triumphaturus, cum triumphum non agat de terra Monarchis, sed de ipsa eorum fortitudine, dicitque potest illud D. Bernardi: *Triumphus de Deo amor.* Singularis est hic discursus. hom. 25. num. 34. 35. 36. & pariter, quandoquidem non possit de illo celebrari triumphare, quam illum ad pedes deiiciens pauperum piscatorum, discurrentem per conuaculum formam accipiendo seui vt inter omnia discurrat curra: que tonitrua & manus inimicorum, etenim amor illum trahit ut captiuum cuius symbolum est electrum Ezechielis: vt ne circumfusum h. 115. n. 22. h. 41. n. 24. 25. 26.

II. *Ante diem festum Pascha.* Frena laxat æternus Pater diuino suo amori, liberum illi per mittens egrotum, nobis supremum quod poterat tribuens, filium nempe vngentem. h. 15. num. 35. Modo filius habundans soluit eidem amoni, elargitus quod poterat omnium eminentissimum corpus suum, animam & seipsum. Primo hæc omnia pedibus subternens hominum, illos quasi horum constituens Dominos: & secundo, seipsum tradens sub speciebus Sacramentalibus, & sicut de Patre dictum est, *Dedit spiritum meum super eum:* ita de filio dicitur: *Requiescit manus Domini in morte isto.* homil. 45. numero 52.

III. *Sciens Iesus quia venit hora eius.* Vides hic filium vere obedientem: qui sicut se subtraxit quando nondum hora venerat a Patre decreta, ita nunc dum adest ipse venit. hom. 36. num. 29. Votum implei obedientiæ a se factum. h. 36. num. 31. 32.

IV. *Sciens Iesus quia venit hora eius.* Bene dicit horam suam quia ipse illam disposuit, & mortuus est, non quando voluerunt inimici, sed iuxta suum beneplacitum et Dominus temporis verumque se testatus est. Ioh. in i. in e. suoque cursu. Præclarum discursum. Ioh. 35. num. 38. vsque 41.

V. *Sciens Iesus quia venit hora eius.* Non illi mors inuasi inopinata: nouerat enim horam suam: nec illum apprehendit ignorantem & obsecratum: etenim oculis cernebat illum lucidissimis: nam ideo dixit: *Qui ambulat in tenebris non offendit.* Et præter præcautionem quam ad mortem fecerat, modo iterum se disponit, quod tibi faciendū horam mortis tue ignorasti? Cæce, ne te velut in micula comprehendat, etque mediæ noctis silentio vox perterreat, & contingat quod fatuus virginibus. ho. 36. nu. 46. 47. 48.

VI. *Sciens Iesus, quia venit hora eius.* Cantor vocem suam non attollit, donec uenerit hora eius signata per musices directorem. Quinque millibus annorum delinatur homines à Deo inspirari, id quod Christus esset operaturus ad nostram redemptionem, & donec illud esset perfectum, nondum uenerat hora eius illud implendi: modo nunc aduenit, & cum impetu proficit: iam torrens ad implendas fossas, quas Elishæus fodi iusserat, tantumque spatium percurrentium, amore rapitur, est enim in omnibus ius operibus diligentissimus. Prodiit ut dixit Propheeta: *Sciens suum violentus quem spiritus Dominus cogit.* Argumentum hoc seruit intentioni. ho. 15. nu. 17. vsque 20. Quoties breui tempore omnia Propheatarum impluit oracula. ibid. num. 20. 21.

VII. *Sciens Iesus quia venit hora eius.* Imminente horâ mori suæ suum condidit testamentum, de quo uates Zacharias. Testamentum æternum tantò ueteri dignius, quanto digniori sanguine confirmatum. Ioh. 41. nu. 77. 78. 79. Fuit autem sanguis in quo fundatum fuit testamentum, ut nobis uitam largiretur sempiternam per illam uisionem fruendo Dei beatifica: quomodo hanc habuit uirtutem figura huius sanguinis, sanguis scilicet uirtuti, nã illo perfusus populus, Moyses & Aaron, montem potuerunt ascendere Deumque contemplari magnifico residente solio. cui cum stipatum Angelis ablato omni mortis formidine, quâ Mante ex Dei conspectu perterritor, ut enim dixit Rupert. sanguis ille, figuram referens sanguinis Christi, declarabat quod illi super quos effusus fuisset, ad diuinam essent ritè dispositi uisionem, ut iam mortem non timent. ibid. nu. 77. hic itaque testamentum est Deo proprium factum, teste Apostolo de hereditate legatilique præcellentibus: cum omnia Dei bona reipaque completatur. ibidem numero 80. & sequentibus.

VIII. *Vi transcat ex hoc mundo ad Patrem.* Non ait: Hieron. Bapt. de la Niua. Tom. I.

Venit horâ eius quâ moriatur & perdat, sed quâ transeat ex hoc mundo ad Patrem, definitionem mortis suæ assignans; quæ nihil fuit aliud quam quidam transitus ex hoc mundo ad Patrem eoque modo tuam considera mortem, ut scias qualiter tibi ea sit acceptanda, non in illa silendo, sed in eò quod per illam agitur, nimirum transire ex hac uita calamitosa ad æternam, & ita Christus semper, dum egit de morte sua, suam adiungit resurrectionem. ho. 15. nu. 27.

X. *Vi transcat ex hoc mundo.* Sibi persuadent Iudæi, quod Christum occidentes, illum perderent: etenim idem de illo ac terrenis hominibus se ebant iudicium: nam illis mortuis pereunt omnes cogitationes eorum, ut cecinit David: sed è conuerso res accipit: cum potius per hanc mortem nomen eius & opera tradita sint æternitati mysterium hoc est neque eius cognati fratresque cognouerunt. ho. 36. nu. 37. vsque 40. ho. 39. nu. 35.

XI. *Vi transcat ex hoc mundo ad Patrem.* Quæstio fuit hæc non leuis, quam explicauit D. Ambros. Vtrum mors censenda sit inter cetera bona uel mala Gentiles illam malis annumerabant, ut eorum supremum: quia malum est priuatio boni, & nihil ipsa morte pluribus priuat bonis: fideles autem inter bona reputant: quia potius terminus est malorum mundi, & paternis bonis fruendi principium. Solatur hic conceptus plurimus. ho. 32. nu. 70. vsque 74.

XI. *Vi transcat ex hoc mundo.* Si mortem attendas, ut egressam de manu diaboli, eius auctoris, mala erat, sicut uita, quantum prodiit ex manibus Dei, bona erat: porto sicut uita manibus imposita diaboli, mala est reddita, sic mors assumpta per Christum, bona effecta est: iam etenim aliud non est nisi transitus ad Patrem: proinde abstulit illi quidquid illa completur horribile, dulcemque reddidit, ut uidimus in Apostolo D. Andrea. ho. 42. nu. 62. vsque 66.

XII. *Cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos.* Erat amor in Christo uel proprio subiecto, proinde tanto erat elocior, quanto magis procedebat: quia nullam sibi concupiscentiam sentiebat oppositam, prout in uobis patitur, & sicut amor concupiscit, quo nos amamus, amor Dei repugnat: quanto magis crescit ille, tanto decrescit aliter, & secundum quod amorem fouemus proprium, opera diuini deseruunt amoris: unde colliges quam necessario tenearis amoris refrenare proprium. h. 41. n. 71. 73.

XIII. *In finem dilexit eos.* Amor datius est & liberalis, & tunc ad ultimum accedit, quando dat quidquid potest. Eo usque hodie amor Dei peruenit: hoc enim est: *Diligere in finem:* amore quantum possibile est: eum dedit, quidquid dari poterat, ut nec proprio pepererit sanguini, uitæ & personæ: ut dicere liceat: *Nobis datus, nobis natus.* h. 41. n. 62. 63. & hoc eo modo, ut quod

Z quod

quod de nobis sumpsit nobis illud melioratum ac perfectius retribuatur in SS. Sacramento, componens de se diuinum fermentum. Conceptus hic proprie conuenit SS. Sacramento, quod hodie instituit. ibid. nu. 68. vsque 71.

XIV. *In finem dilexit eos.* Ascendit amor ad ultimum ad quod potuit, & sicut Dei potentia non tantum se ostendit in eo quod operatur, quantum in modo, quem declarat D. Chrysost. h. 30. n. 3. 4. 5. ita amor non tantum patet in dono, quantum in forma, & quamuis amor Christi poterat ex munere cognosci, cum hoc valoris fuerit infiniti, semetipso tradito humilitibus, & omni quod habebat: multo tamen patet euidentius in modo quo nos ditare voluit, scilicet crudelissima patiendū tormenta mortemque quam nullus, atrociorē. Argumentum hoc amoris vim exponit. hom. 25. num. 26. 27.

XV. *In finem dilexit eos.* Qui traxit illum in mundum, amor fuit: idcirco dicitur conceptus de Spiritu S. & quia peccatis suis morteque mundum erat reparaturus, formauit illi Spiritus S. corpus ad patiendum apertissimum, ut tale nullum Dei manus unquam efformauerit: eo sine miraculum hoc effectum est, ut gloria in parte superiori suspenderetur, multo præstantius quam illud de aquis Iordanis. hom. 42. n. 50. Quia amor non tantum se patefacit in agendo propter dilectum, quantum in patiendū pro illo modo venit hora perfectæ & integræ patiendū, in omnibus sui corporis partibus, in omnibus sensibus & potentis animæ: modo expositi necesse erat lapidem in omnibus suis partibus. h. 15. n. 4. vsq; 8. Ad hoc operatur amor, ut patere quidquid erat tolerari possibile.

XVI. *In finem dilexit eos.* Duo Christus subiit officia Magistri & Redemptoris, & quamuis vix que in vita morteque sua exercuerit, potissimum tamen Magistrum egit in vita, operando, & Redemptorem in morte, patiendū: quia verò amor cum ad tolerandū excitatur, nunc dum tempus est patiendū, dicitur ad summum amor accessisse. ho. 30. num. 36. 37. 38. Ad duo præcipua capita rediit D. Ioan. cuncta quæ Christus habuit ad plenitudinem scilicet gratiæ, & plenitudinem sapientiæ ac veritatis. Illa militabat officio Redemptoris: qui namque totius mundi futurus erat Redemptor, requirebatur ut ab omni esset peccato immunis, Deoque per gratiam acceptissimus: Hæc verò sapientiæ & veritatis, expediebat officio Magistri: si quippe ut talis nos omnem docere tenebatur veritatem, necesse erat ut tota veritatis & sapientiæ insignioris plenitudine emineret. ibid. nu. 37. Ad munus magistri exercitium, dedit illi æternus Pater potestatem ut opera pateret prodigiosa, miracula, veritatis, quam docebat confirmatiua, atque ad officium Redemptoris decreuit ut mortē subiret ad eo probro-

lam qualis credebatur esse mors Crucis, cum omnibus quas in illa notamus circumstantiis. Quæ de causa vocatur horam suam, mortis suæ horam: quia sic ab æterno erat Patre suo præstituta. ibid. n. 37.

XVII. *In finem dilexit eos.* Hic amoris sui probat inuentiones, sicut certo probabatur uxoris erga virum fidelitas dum quo seipsum amaras potabat aquas, eo sanior esset proleque locundior. hom. 30. num. 67. Ita fidelis erat Christi amor ut in hac occasione actum illum ediderit huic adeo dissonum, quo cantauit magnum Alleluia. ho. 42. nu. 25. fuitque illi dies illi, testante sponsa, dies desponsationis. ibid. nu. 40. Præclara hic operatur in Sanctis illum animo perpendentibus, ut notat D. Bern. ibid. 28. 29.

XVIII. *In finem dilexit eos.* Opus est amoris prosternere se & humiliare, quod maiestas tenuit & auctoritas. Perpende Christum quem amor sic prosternit, quantum est possibile, nedum illum ad pedes quorundam deiiciens piscatorum, sed etiam ad infimam probroque crucis abiectionem. ho. 25. n. 37.

XIX. *In finem dilexit eos.* Facit amor omnia communia, & eo Christi peruenit amor, ut omnia sint redderet communia quæcumque possidebat: hominibus cunctis concedens quæ possent illi esse vitia. Tu vitiosis quali tu amore amori respondeas. ho. 32. num. 45. vsque 48.

XX. *Cum diabolus iam misisset in cor ut traheret eum Iudas.* Iniecit illi diabolus tentationem per oculum auaritiæ, quando vidit Magdalenam effundentem vnguentum: non illum reiecit, sed inhefit illi, unde ab abyssum devenit: persuadendi illi Christi venditionem. Necessarium est a se procul abigere diaboli tentationem sicut ostrea lapillum cancri. ho. 4. n. 11.

XXI. *Cum diabolus iam misisset in cor.* Vix magis quando venatore rete expandente, illo eum comprehendit: actum est de illa Laqueus diaboli est auaritia, expandit illum & cor Iudæ illaqueauit, idcirco ne moreris, quod in adeo grabatū eum tenebat ruinam: sic enim diabolus auarus excipit. ho. 18. nu. 36. vsque 40.

XXII. *Cum diabolus iam misisset in cor.* Mors iudicio humana non sufficiebat huic malitiæ, si magis diabolus misero illi cordi non insudisset, in quod tartareus ille serpens omne si um effudit venenam. hom. 39. num. 6.

XXIII. *Cum diabolus iam misisset in cor.* Conueniunt in vnum aduersus Christum diabolus & homo. Apposuit diabolus malitiam & stultitiam homo cupiditatem: ex his surrexit effectus maxime horrentæ nequitie: & Iudæ peruersitas ex parte diaboli superauit malitiam; peiora namque contra Christum commisit, quam ipse diabolus: etenim aliquando homines à diabolo instigati peiora præsumunt quam ipse diabolus. hom. 8. num. 19. vsque 28.

XXIV. *Cum diabolo.* Ita perfecte diabolus cor possedit Iudæ vt Christus eum appellauerit diabolum & vere ostendit hoc dnm Christum prodidit: nam tot receptis ab ipso beneficiis eum prodidit, quod aliud erat quam se prodere diabolum esse. h. 17. n. 32.

XXV. *Surgit à cæna & deponit vestimenta sua.* Singulari prudentia procedit Euangelista Iudas uens uelut amecens quoddam prodicionem Iudæ, & huic consequens, quod Dominus uirxit à cæna pedes ei abluens, & Sacram Synaxim porrexit: ita vt ex odio Iudæ flammæ amor sumpsit, & pessimam Iudæ prodicionem optima compenset beneuolentia vt vt re Davidis illud impletur: *Dum superbit impius succiditur pauper.* h. 35. n. 2.

XXVI. *Surgit à cæna.* Mitare hic Dei retributiones quem vere dixeris praecedere contra omnem juris ordinem, retrogrediendo, beneficiis accurrendo, quando Iudas offensus cum intrat grauissimis, & mundus acerbillime persequitur: hoc etenim expendit D. Paulus: *In qua nocte tradebatur, ad hoc alludens: Vt traderet eum Iudas.* hom. 41. num. 41. 42. Quam apposite hic si quis eum rogaret, vt I. dam euerteret, responderet quod ante Iacobo & Ioanni: *N. si tu cuius spiritus estis.* h. 41. num. 38. 39. 40.

XXVII. *Surgit à cæna.* Eo tempore quo homines tot de inchi beneficiis eius meditantur mortem, ipse in tantorum scelereum recambium, preparat illis vitæ feroculum exponere. Cla. e. conlat homines esse peruersos. h. 34. n. 11. 12.

XXVIII. *Deponit vestimenta sua, & limbo praecinxit se, & caput lauat.* Nota verbum *Capit*: grande continentur hic myster uas etenim modo lotionē inchoat per aquam, sed non hic uetit vt baptizatus D. Ioannis, sed confirmatus in sanguine: *Veni per aquam & sanguinem* (inquit D. Ioan.) & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo: vt enim lauacrum perficeret peccatorum vinum erat necessarium ex puro mundoque sanguine: nam nec quidem in figura sanguinem hanc acceptant. Insigne mysterium. homilia 34. numero. 10. 11.

XXIX. *Capit lauare.* Aliud hoc verbo designat mysterium: cepit enim Christus lauare, nec tamen absoluit: quia quotidie & quamdiu mundus durabit, sanguine suo & morte lauat. Singulare mysterium quod exposuit D. Ambros. ex morte vituli in recept. orne Prodig. h. 42. n. 7. 8. Proinde considerare non debes effusionem Christi sanguinis vt praeteritam, sed vt modo praesentem, ac si semper actualiter illum effunderet. Ibid. n. 3. vsque 7.

XXX. *Capit lauare.* Caput lotionem pedum: amor etenim illum ad suprenum mouebat op. s. institutionem sc. S. Sacramentis: & quod primo supponendum est, & esse debet principium quando de hoc agitur,

munditius est pedum animæ intellectus & voluntatis: quæ singulariter requiritur in Apollolis & Sacerdotibus, qua tenentur praecellere: nota precor discipulum. h. 24. n. 4. 5. 6.

XXXI. *Misit aquam in peluum & cepit lauare.* Sc. pius hoc ex Tertulliano notamus quod praclari quid lateat in aquis, cum semper occurramus Christo circa aquas operanti mirabilia. In ipis primum edidit signum ad nuptias: illis vitæ finem imposuit illas cum sanguine effundens. Ivis lauat: etenim illæ sunt, quæ communiiter mirabiles producant effectus aquæ lacrymarum: nam etiam quia aliæ aquæ quandam habent cum lacrymis similitudinem, illas Deus magni facit vt vidimus in diebus Samuelis h. 38. n. 74. Illæ lauant efficacius quam fluenta torrentis Cison. Ibid. n. 81.

XXXII. *Misit aquam in peluum.* Tres species aquarum refert D. August. à Christo profusas, & omnes ex singulari mysterio. h. 10. n. 48.

XXXIII. *Domine tu mihi lauas pedes.* En Angelum ascendente per scalam & descendente, qui Christi celsitudinem attendit, & propriam vilitatem. h. 36. n. 5.

XXXIV. *Quod ego facio tu nescis modo.* Admirati sunt Apolloli, considerantes quam festiue Christus progrediretur, & timuerunt, vt dixerat Iaias: quia Christum cernebant procedentem vt flamen violentum & rapidissimum. Non est quod miremur Petrum ita pefieri ac timere. h. 15. n. 17. & 18.

XXXV. *Quod ego facio tu nescis modo.* Adeo profunda sunt hæc opera, vt si ipse eorum auctor non ea nobis exponeret, nullæ nostris intellectibus vires sufficerent quibus illa capiamus: ita dixit Iaias: *Oculus non vidit Deum absque te.* Lucæ opus est celestis, ho. 33. n. 20. vsque 24.

XXXVI. *Scitis quid fecerim vobis.* Hæc Iudæorum fuit ruma, eorumque praedecessorum, quod tanta opera Deique prodigia coram spectantes, non illa considerarent, vnde dicebat illis Moyse: *Vos vidistis vniuersa &c.* Et non dedit vobis Dominus cor intelligens, & oculos videntes. Non vult vt tales sui sui Apolloli, sed vt ruminent & attendant quid in nobis & pro nobis effecerit. h. 15. n. 3. Faxit Deus vt tam curio sitis, quales fuerunt Reges Persiæ, talium beneficiorum memoriam continuo recolentes. h. 42. n. 24.

XXXVII. *Scis quid fecerim vobis.* Heu quam parum attendis & appendis quid Deus in te & pro te fecerit: quod si reuolueres audire te dicentem cum Ioseph. *Quomodo possum hoc malum facere.* h. 17. n. 32. hom. 41. num. 33.

XXXVIII. *Scitis quid fecerim vobis.* Meo quidem iudicio hæret Christus vt suspensus q. d. Videte, vtrum quid amplius vobis possum facere, vtrum quid vltius rogare possitis aut desiderare, postquam vobis omni egi quod egi, pedes vobis lauando, meque ipsum vobis

vobis in cibum exhibendo, & sanguinem ad potum propinando. Scribe Domine mi, illud & merito: *Non plus ultra: valde dissimiliter à nobis.* h. 17. n. 29. 30. 31.

XXXIX. *Scitis quid fecerim vobis?* Ni fallar se litatur quasi animo suspensum coram Iuda, q. d. Attende num aliquid inuenieris quod tibi, præter hæc quæ feci, præstare possim: & nihilominus Iudas hæret obstinatus. Peueritas hæc est humani cordis, quod à Hieremia prauum dicitur. h. 25. n. 24. vsque 28.

XL. *Scitis quid fecerim vobis?* Vt conicio exhibet se Christus velut fatigatum, videns ex his quæ Iuda prælitit, tamen cor eius adhuc diabolica plenum malitia, quo magis lassatur, quam cum olla sua vates Ezechiel. h. 25. n. 30. & cum argento suo Hieremias. h. 13. n. 49. & h. 37. n. 69.

XLI. *Ego Dominus & magister vester.* Audis hic duo nomina Christo propria: *Dominus & Magister:* Magister ad intellectum: nec enim absque eius luce potest quis cœlestia capere mysteria. h. 33. n. 20. vsque 24. Dominus ad voluntatem: ipse quippe solus pleno in ipsam gaudet Dominio, qua de causa dicitur magnus Dominus. h. 29. n. 15. 16.

XLII. *Si ego Dominus & Magister.* Quam efficacia sunt verba hæc: prodeant modo decreta Monomachæ & dicant ignominiosum esse remittere injuriam, & audiant Christum, postquam talia Iudæ exhibuerat dicentem illi. *Si ego Dominus & Magister:* nec enim tibi persuaseris Christum honorem suum v. lifacere: idem dicit in materia mortificationis, atque elemosynæ, si consideres quid pro pauperibus egerit, ipse Dominus & magister. h. 4. n. 41. & seqq.

XLIII. *Exemplum enim dedi vobis.* Olim homines proposuerat in exemplum & prototypum virtutis, & hoc sufficiebat vt obstruerentur ora peccatoribus, eos ex operibus convincere iustorum, quos Iob vocat. *Dexteres:* quanto magis exemplo Christi confundentur: qui eo sine particulariter venit vt nos præter exemplo viamque virtutis applicaret. h. 6. n. 35. vsque 38.

XLIV. *Exemplum dedi vobis.* Diabolus exempla proposuerat falsos Deos cloacas omnium vitiorum, cum quibus passim omnes ad tartara rapiebantur. Habes hic prototypum vitæ securum. hom. 33. n. 42. vsque 46.

XLV. *Exemplum dedi vobis.* Obturat Christus os iis qui per delicias cœli cogitant ingressum, vt vero nos ab hoc reuocet errore se ipsum statuit exemplum cuius sequamur vestigia: nam idcirco vocatur Dominus & magister, declarans seruum non debere meliorem sectari fortunam, nec altiori petere discipulum. h. 15. n. 10. 11. eoque modo ad semitam reduxit Iacobum & Ioannem. *Ibid.* n. 12. 13.

XLVI. *Exemplum dedi vobis.* Habes hic rationem quæ Christus omni genera voluerit perferre tormenta:

quatenus ea per hoc ita Deificarentur vt illa Sancti funmam reputent gloriam. h. 36. n. 9. vsque 12.

XLVII. *Exemplum dedi vobis.* Potissimum loquitur de actu humilitatis quo Iauit eorum pedes: nam ea intentione singulariter descendit, vt nobis eam virtutem inculcetet: tam nobis vt pote necessariam eo quod superbia peruerse nostræ naturæ ita sit irradiata, vt cum vitium sit ita homini repugnans, vt alæ campanæ. h. 15. n. 31. 32. non tamen sit aliquid quod ita nobis imperet: ita vt Salomon eam iudicet omnis præcaus principium. h. 39. n. 15. vnde sic ait: *Discite à me quia mitis sum:* desiderans vt potissimum oculos conijctum in actus suæ humilitatis: & eo animo mori voluit in cruce: *Ad dandum humano generi humilitatis exemplum,* vt cantat Ecclesia. O virtutem eminentissimam. h. 2. n. 32. 33. 34. Propter ipsam & procius mensura, fuit Christi exaltatio, critique uia. hom. 15. n. 10. h. 30. n. 37. vsque 40.

XLVIII. *Exemplum dedi vobis.* Quam foret excediens, vt animo perpenderes qualiter hanc Christi imitatis humilitatem: citium componens ad exemplum S. Rodesindi. h. 15. n. 24.

## IN DIE PARASCEVES

VLTURA HOM. LXVI.

I. *gressus est Iesus trans torrentem Cedron.* Celebramus hodie mysterium quo nullum pertusius sapientiæ Dei, nempe mortem Christi Domini, ita cunctos excedens creaturarum intellectus, vt nulli ipse nobis oculos lucemque tribuat ad supernaturalium eius intelligentiam, frustra tentemus: vt dixit Iudas qui illud habent præ oculis, minus illud præcipue, sicut significatum est in eo quod Moyses contecta habuerit oculos Deo coram ipso transeunte. h. 33. n. 24. vsque 24. Opus est lucem hanc in petrare à Spiritu.

II. D. Paulus præiens in mysterium vocat ab se cotectam Dei sapientiam, ad quam nullus intellectus mundi sapientiam potuit pertinere, & maxima vix potuit difficultate mundo persuaderi. h. 44. n. 30. Periculi sunt nobis à Deo oculi ad videndum, & cor ad aspiciendum, ne nobis contingat quod illis quibus sic Moyses: *Vos vidistis vniuersa quæ feci Dominus coram vobis, & c. & non dedi vobis cor intellgens, & oculos videntes.* Satis grauis foret illa calamitas, si Pharaoni similes essemus, de quo sic scribitur, quod visis tot prodigijs non opposuit cor. h. 15. n. 3.

III. Diuersimode celebranda est mors & Passio Saluatoris, quam SS. Martyrum natalitia: hæc enim cum gaudio mentisque colimus hilaritate: illa vero cum lacrymis cordisque recolenda est: amat uolunt quia Martyrum passio vt jam transacta celebratur.

Christi

Christi vero quasi nunc praesens : & hoc non solum im-  
 aginatio quadam est, sed Summae Theologiae Sacra-  
 mentum, quod expendit D. Leo Papa. h. 42. n. 5. & de-  
 clarat D. Ambrosius per mortem vituli saginati dum Pro-  
 digus in gratiam recipitur: etenim in omnibus pecca-  
 torum multiplicat. omnibus interuenit mors Christi quasi  
 in fieri. Ibid. n. 7-8.

IV. Haec mors in nobis excitare debet dolorem  
 multo acerbiorē, quam legimus excitasse morē in fi-  
 liis Iephthae & Iosif: cum praeterquam quod sit multo  
 crudelior extraxerunt compactionem: tota vobis in  
 singulari est expensa & oblatio: & haec est consideratio  
 huius diei propria, si contempleris totam hanc Christi  
 Passionem, ac si solus fuisset passus pro quo passus tui.  
 h. 42. n. 8. vsque 11. nam illo modo, teste D. Chrysostomo  
 D. Paulus considerabat vtilissimo discursu. Ibid. n. 23. 4.

V. Hodie stupens iupremam in aliam iunctam  
 summe misericordiae ambae nique ad summum quo  
 possunt, ascendunt veterem, ex quibus nostra, vt ce-  
 cinit Dauid, perfecta est ortaque redemptio. h. 39. n. 2.

VI. Duo sunt in corde nostro his diebus affectus  
 excitandi, illis similes quos Christus in se prouocauit  
 Lazarum resuscitaturus; vnus est compassionis cum  
 Christo mortuo: alter indignationis aduersus eius in-  
 terfecto. em: sicut dum amicum tuum ceruis pugioni-  
 bus transfossum, hinc illi ex animo compatens, fundit  
 que lacrymas, & inde ac i indignatione consurgis ad-  
 uersus interemptores. Talis oportet vt sit hodie tuus  
 affectus: primus Christum aspiciat cui ex corde con-  
 doleas, & ab illo percunderis: *Quid sunt plagae tuae?* per  
 omnes singillatim plagas discurrens: hoc enim est  
 quod Dauid horratu: *Disseruare domos eius.* O quam  
 amaro luctu affligi deberes Christum cernens in cruce  
 suspensum: *Cum clamore valido & lacryma.* h. 42. n. 9.  
 Secundus dirigitur in homicidas: quamuis enim Iu-  
 daei ipsum occiderunt multo tamen venus vltra ipsum  
 peccata crucifixerunt: tota i perbia spinis illum coronat  
 tua auaritia manus perfodit, denique nulla in corpore  
 eius naturae pars à vulnere sana conspicitur, quia nul-  
 la fuit in mystico. h. 15. n. 5. 6-7.

VII. Primaria compositio excitari debet contra pec-  
 cata tua: quae fuit huius mortis causa principalis.  
 Sicam rummabatur, D. August. h. 41. n. 11. Templum  
 hoc metite & considera, circūnum apponens & de te ad  
 ipsum transiōne, vt inimicus exardescas contra peccata  
 tua ferocissimus, quae tale facinus commiserunt.  
 h. 42. n. 14. 15. 16.

VIII. Iustum est desistere montem tanti benefacto-  
 ris, qualis Christus extollitur: sed hoc ipse praetendit,  
 vt illae lacrymae non in ipso sistant, sed in te: nam cau-  
 sa tibi horum imputatur: hoc etenim indicauit his  
 verbis Dominus: interprete D. Bern. *Nolite flere super  
 me, sed super vos.* h. 33. n. 87.

IX. Inuitat nos hodie Dauid: *Venite, exultemus, &  
 ploremus coram Domino.* Vicidentur haec opposita, sed in y-  
 stica sunt valde: duo quippe habemus hodie praeter  
 Christum illis contemplati. Primum id quod pati-  
 tur: nam licet quis esset inimicus qui patitur, compas-  
 sionem excitaret non minimam. h. 42. n. 9. Secundum  
 id quod per mortem suam operatur nobis in benefi-  
 cium, nostram scilicet justificationem, gratiam, & glo-  
 riam. Et sicut nullus ita ferens illoce sit captiuo dies,  
 ac ille quo suam gaudet adesse redemptionem, nec exu-  
 li ac ille quo se postlimino redemptem latatur in patri-  
 am: ita, & c. hoc ita rececit Abraham, vt praeter gaudio  
 subiliret, quando proponebatur illi Christus in cruce  
 suspensus. h. 34. n. 11.

X. Pari pede progrediuntur hodie iactura, quae ju-  
 bilos excitat, & tristitia quae lacrymas iustumque pro-  
 uocat: quia hic oritur ex consideratione peccatorum,  
 dolorum vulnerumque Christi: & cum haec tanta fue-  
 rint, vt nullus ea possit Arithmeticus numerare; nam  
 idcirco Christus ea Patri suo numeranda commisit,  
*Tu seu in proprium meum.* h. 35. n. 25. ita sicut nullus est  
 creatus intellectus qui possit appendere, nec mare illud  
 peruadere misericordiarum, ac vtilitatum, quas ex  
 hac Christi morte conquirimus, sic quoque oportet vt  
 sit exultatio & gratiarum actio his conformis, quia hinc  
 oritur quidquid est in mundo boni ab eius exordio,  
 cuncta namque in Christi morte fundantur, hinc Pa-  
 triarcharum spes Propheciarum, charitas Apostolorum  
 fortitudo Martyrum, & c. haec enim omnia promana-  
 runt eduxitque Deus ex morte adeo inhumana, qua  
 Iudaei Christum affecerunt. h. 39. n. 28. & 35. 36. Boni  
 vitae vniuersale, & aeterna hominum salus, quae super-  
 abundanter omnia complet desideria, trahunt originē  
 suam ex vulneribus morteque Saluatoris, eo modo,  
 quo de petra percussa in deserto per Moysen aditante  
 seniorum corona torrentes aquarum profluxerunt,  
 quae vitam populo siti pereuntium ministrarunt. Ibid.  
 numero 35. Et siquidem Iudaei praetenderunt, vt Chri-  
 stum occidendo finem tandem eius gloriae regnique  
 fundationi imponerent, quod illis praedicabat, in hac  
 tamen morte fundauit Deus omnem nominis Christi  
 gloriam, eius exaltationem, & Ecclesiae stabilimentum,  
 est enim scientiarum Dominus & hominum cogita-  
 tiones sibi assumit, vt suos consequatur fines: vt vidi-  
 mus in Ioseph: eo namque ipso quo conati sunt inui-  
 dentes ei fratres obicem opponere ne Rex eis impe-  
 raret, neve illum subditi venerarentur, Deus ita nego-  
 tium direxit vt ita factum fuerit, illique vel ignoranter  
 illum prout adorarent. Ibid. n. 36. Hoc de Christo p. x.  
 dixit Iudas, quod ab eo pendeat omnis domus paterna  
 gloria. h. 42. n. 22.

XI. Vtilitates quas ex morte Christi colligimus,  
 consideratu dignae referuntur. h. 39. n. 37. vsque 43.

XII. Alia etiam beneficia recensentur, quae nobis Christus operatus est morte sua & Passione: autis nos diuitis cumulauit, quanta eramus indigentia pauperes, vt vtrum dixerit Apost. *Diuites facti estis in illo*, & dicant nos Deo multo melius quam Bezellai filium suum Dauidi h. 42. n. 16. 17. Per mortem Christi, illi nostra tingendo opera, habemus ius ex iustitia ad caelestis gloriae praemium, & dice e possumus cum Apostolo: *In reliquo reposita est mihi corona iustitia*: nam per se considerata opera nostra, non sunt illo condigna, sed vnica Christo per mortem eius, sunt quasi opera Christi: quia illius sunt opera nostra bona quantum ad valorem qui in illis procedit ex morte Redemptoris. Sublimem hic suspicio Theologiam, quam Apostolus his verbis mysticis comprehendit: *Ve inueniar in illo non habens meam iustitiam, quae ex lege est, sed quae ex fide est Christi*, ib. n. 18.

XIII. Est haec passio Thymiana illud quod Dominus singulari confecit indulgentia: vt haberemus quo Paternum peccatis nobis infensum placemus. hom. 42. numero 19. vsque 24.

XIV. Per hanc mortem grauitas agnoscitur peccati, eius ponderis immensitas, & infinitatis aceruitas. h. 42. n. 21. vsque 26.

XV. Assumens Christus in hac passione penas nostras, tristitiam & dolorem, nostras inde reparauit. h. 42. n. 28. Porro illud autem assumptis mortis timorem ita efficacem, vt ille solus illi vitam adimeret, nisi naturam suam roboraret: fuitque non minima ex ceteris illi molestia quam tolerauit. h. 42. n. 35. 36. vt illum nobis aufert: ibid. n. 39. vsque 66.

XVI. Mors Christi sustinuit adeo puras & omni dulcedine impermixtas, vt nemo tales pertulerit, nec omnes quotquot in mundo passi sunt, similes pertulerunt. In hunc finem portas occlusit consolationi quam pars super or infundere poterat inferiori. Mylletium hic video valde Theologicum hom. 42. numero 98. vsque 101. Vnde praeter us hic attenditur interuenisse miraculum, eam suscipere fuerit aquarum Iordanis. ib. numero 49 & seqq.

XVII. Aggressus est Christus passionem suam tanto flagrans ardore pro nobis patiendi, vt licet hoc ita dispendere poterit, vt nullos sentiret cruciatus, nolent tamen, quos potius decreuit eo modo tormenta suscipere, quo sibi forent molestiora: eaque de causa vinum non hauserunt, bibunt tamen acetum. hom. 42. numero 32. vsque 35.

XVIII. Solus voluit pati Christus atque idecirco, ministris praecipit ne quemquam de scipulorum suorum attingerent, vt dicere possent: *Torcular calcanti filius*, & hoc teste D. Gregori, significatum fuit in illo quo d. mandauit Deus Nabolo, dum potestati eius Iob tradidit: *zanimam illius serua*, h. 38. n. 218. & Ideo no-

luit Deus vt nec qui em in figura sanguis Isaac edunderetur h. 34. n. 10. 11.

XIX. Probat Pilatus Iesum fruas coram Synagoga Iudaeorum exclamans. *Ece homo*. Non tantum eorum exposuit oculis, quantum x. remoltri, nobisque: quatenus oculos nostros in illam dirigamus mulierem, quam vidit in caelo D. Ioannes *Ece mulier*: vt conferamus bona hominis, & damna, defectus mulieris: & in eam ganus: quod mulier participat ex gloria, quod hoc habeat ex homine: & quidquid homo cruciatum sustinet, hoc habeat ex muliere; magnum hic impletum Sacramentum quod dicit Apostolus. hom. 42. num. 65. & illa conparat tractatur. ibid. numero 10. 11.

XX. Innumera alia de Christi passione declarantur in his homiliis, nominatim. h. 42. de Oratione in heroto. Ex aliquibus hic considerationibus potest sumi introductio ad concionem de Passione Domini: nam discursus in particularibus articulis formari possunt. R. P. F. Lud. Granatensi L. de oratione & meditatione atque ex homil. 46.

DE PLANCTV; PVRISSIMAE VIRGINIS MARIAE.

**I** Tabat iuxta crucem Iesu mater eius. Ios. 19. Quis forte dixerit angustiam nimis fuisse Christi gratiam in ordine ad virginem Mariam etenim illa quae inter ceteras eminet, donum est Martyri, de quo dixit D. Cyprian. *Et Dei dignatione descendit*. h. 15. n. 24. & confirmat adus ille D. Antonii Paduani. ho. 15. n. 29. & videmus hanc gratiam ita praecellentem negotam fuisse Virgini castissime, cum viram sub gloria Martyri non amiserit. porro extra contententiam est quod qui nam in ceteris domis prerogatiua quaedam oppignora sit. etiam & hoc modo quodam cumulatam emittentem fuit etenim eius martyrium, multo dignius, fortius ac molestius reliquis Martyrum omnibus: si namque gladius materialis corpus eius non perualent, spiritalis moestitiae animam illius percussit acerbissime: fuitque valde simile eius martyrium principali martyrio Christi, quale non fuit illud quod passus est in corpore in cruce moriens, sed vna illa ferya sententia tormentorum in anima sua; quae sufficiebat vt illi sanguinem de venis verberum extraheret quo & terram irrigaret. Tale fuit & virginis Martyrium: passa etenim est in anima portis omnibus liber oblatiis consolationi. hom. 42. n. 98. Quisquis Christo patet aeternus Angelum mitit consecratur & realiter illum confortant, vt declaratur. ib. numero 101. 102. nec ipsi Virgini concessum est hoc subter-

mē, cuius loco substituitur illi a filio D. Ioannes in filium. Hoc martyrium nobis exponit D. Ioan. Euang. & declaratur. h. 47.

II. *Stabat iuxta crucem Iesu mater eius.* Primo statuit D. Ioan. tuam iuxta fontem. Quando gloriofus apparuit in Transfiguratione, adfuit Pater a quo diuinitatem habet & gloriam, quam reuelabat iuxta illud D. Petri: *Accipiens à Deo Patre honorem & gloriam &c. à magnifica gloria.* Modo dum patitur in cruce humanam ostendens infirmitatem, collocat D. Ioan. matrem illi vicinam, ex qua illa profuit infirmitas. homil. 11. numero 19.

III. *Stabat iuxta crucem.* Maxime proxima cruci Christi Domini fuit Virgo mater, non solum quia copiosiori recipiebat abundantia eiusdem fructus, sed quia nullus maree tantum participauit ex panis & doloribus Christi, sicut illa, & sicut ita vicina, mar e facta est dolorum, in quam omnes peccatorum riuus defluebant, quae de Christo dimanabant, itaque si dolorem hae propicebat in Sanctis, in illa tanto prodirent abundantius quanto magis distet pelagus à summis, quod expendit D. Bernardinus Senens. dum ait tantum fuisse Virginis moerorem iuxta crucem ut si dolor ille per omnes diuisaretur creaturas, quae pati possunt, subiret extingueretur. h. 48. n. 20.

IV. *Stabat iuxta crucem.* Voluit Deus ut Virgo immaculata martyri esset martyrio quodam singulari, & fuit eodem crucis martyrio quo Christus: gratia fuit hoc donum illi tantum, Magdalena & D. Ioanni communitum; quo respondetur admirandi cur D. Ioan. & Magdalena tanope e à Christo dilecti gratiam non obtinuerunt martyrii particularem, & ratio est, quod martyres fuerunt eodem crucis martyrio quo Christus, cuius fuerunt sanguine conspersi, gratiori obsequia illa comparatione per hoc illis dolorem illato quam si proprium effudissent: itaque in e uce in qua Christus corporaliter pendit, illi confixi fuerunt & rependerunt in anima ac profunde declarari potest de Virgine illibata ac Magdalena illud uatis Abacuc dicentis: Sol & Luna steterunt constantes in ordine suo, quando Dominus preclabatur, & discrimen quod est inter Solem & Lunam, idem est martyrii quod ad crucem pedem tolerauit Maria, & illud quod peiposita est Magdalena. h. 38. n. 117.

V. *Stabat iuxta crucem mater eius.* Diuina plane prudentia scripti Evangelista nomen matris. Primo: quo confunderet haeret. eos distinxit quandoquidem eam Christus itidem uocauerit mulierem, & non matrem, ueram non fuisse matrem. Secundo, & principaliter quo dicat nobis quod uere in pectore eius uirginali suum haberent effectum acerbissimi Christi dolores, cum esset e. us uera mater: & si quid intelligo sacrificium sicut abraham: quod enim cor eius gla-

dio trasuerberabat luctus acutiori; hoc erat quod se patrem recordaretur, cui Deus praeceperat: *Tolle filium tuum unigenitum,* Abraham inuere sacrificium quod D. Gregor. Nyssen. nec quidem depictum nisi illacrymans uideri potuit. Perponde quantum inter sit inter Patrem illum, & hanc matrem: erat enim Isaac filius medius Abraham patri, & Sarae matri: Virgo autem mater erat integra, cum illum de substantia genuerit suum nulla uisibili opera. Considera distantiam inter filium & filium, inter amorem & amorem, & attende quod mors Isaac tantum fuerit in preparatione animi, Christi uero realiter & effecti, tormentis adeo laeuis ut nulla quis unquam tanta uiderit; & Virgo em iuxta crucem meditare offerentem in sacrificium filium suum uicino Patri sanguinem eius cerneus effulum. Hinc eius colliges animi tristitiam: Argumentum notari dignum: quod sic concludet quod si tanti fecerit Deus sacrificium Abraham: nedum executioni mandatum, ut inuenire quidquam non uideatur cui illud comparet & in his uerbis comprehendatur: *Quia fecisti rem hanc.* Quantum erit huius fructuissima uirginis sacrificii mentum? homil. 25. numero 52. 53. 54.

VI. *Stabat iuxta crucem.* Acriter mouit Christi pectus uida cuiusdam plandus quae mortem filii sui lugebat, quia uincus erat illi, atque in eo tota posteritatis spes terminabatur: quam in nobis compassionem excitare debent lacrymae luctuose uirginis filium suum plangentis unigenitum, in quo quidquid sperare poterat in caelo & in terra comprehendebatur; lacrymae erant & sin, uisus ut mediabiles, erat etenim illi Christus filius, amicus, frater, sponsus de sanctissimus. Et sicut quia maritus uxori est id quod caput corpori ita deficiente illi marito, remanet ut sine capite corpus: uirgine digna erat lamentis. Evidenter constat quod uirgo se solum considerans, & Christo uirgine, illi talis futurus esset hic uirginitatis status, ut eius merito desolationem conuincit lacrymis quam ex illa solitudine concipiebat. h. 31. n. 55 & 57.

VII. *Stabat iuxta crucem.* O uirgo illustrissima, mulierum exemplar. Nemo dubitat plurimas esse constantes, & forte, cuius fortitudo sit insuperabilis, ut patet ex testimonio D. Hier. h. 26. n. 31. 32 & alias. h. 38. n. 29. & attendunt D. Basil. & D. Gregor. Nyssen. ualde eleganter. ab. n. 33. Porro omnium simul fortitudo, non accedit aut adaequat huius uirginis robur inuidiosissimum, de qua praeconium illud circumscribitur: *Multa se hic congregauerunt sibi diuinitas, in uero supergressa &c.*

VIII. *Stabat iuxta crucem.* Gratia noui testamenti ea est, qua Deus electis suis labores perimit & calamitates. Quis maiorem in hac gratia partem habuit quam uirgo uirginum exemplar: quocirca & matrem erat partem in cruce Christi habitura: ea de causa scribitur

scribitur



scribitur cruci vicinior. ho. 16. n. 27. Et hinc est quod reuelavit SS. Virgo, quod dempta prima gratia quam in illibata sua recepit Conceptione; ceteras omnes quas illi Deus communicauit, multis aduersitatibus, orationibus, lacrymis & gemitibus impetravit. Nota rationem. hom. 21. n. 40.

**IX. Stabat iuxta crucem.** In domo Dei beneficia præclariora, sunt grauiores poenæ atque aduersitates. h. 31. n. 21. proinde amicis maxime familiaribus tribulationes imperit atrociotes ib. n. 23. vsque 27. Tritico meliori flabellum applicatur grauius ut ait Isaias h. 9. n. 38. Et hæc sunt talenta digniora, quæ distribuit ad æternam conquirendam diuitias: nam talia dare oportebat illi supra ceteras dilectæ, & volebat, ut ipsa supra electos omnes sacra reportaret diuissima. Illi concessit tormenta pati, qualia Martyrum nemo pertulit, diuissima, & hoc inuitur dum scribitur cruci adstitisse quam proxima, non tantum corpore, sed etiam anima: & hic gladius ille fuit, quem Simeon prædixit illam ad crucem vsque perualurum. ibid. numero 27. vsque 31.

**X. Stabat iuxta crucem.** Ecce nauis institoris illius magni, quam licet vndequeque venti dolorum impugnent quatinus que turbines tormentorum, atque in diuersa rapiant tempelares, stat tamen illa constans & immobilis vt columna, vt nec in fide sua, aut amore mutationem vllam defectumque patitur. Naues Apollolorum discesserunt fugam capientes, noti eius stabant à longe, illa vero cum Nauis esset, pariter etiam est columna, & similis illi erectæ in Mausoleo Machabæorum. hom. 17. num 73.

**XI. Stabat iuxta crucem.** Non tam significat hoc verbum *Stabat*, fortitudinem corporis, quam animi denotat: enim quod fortitudine staret inuincibili, in anima cuncta recipiens verbera quæ filius in corpore: speculum oppositum speculo quidquid enim filius patiebatur matri proponebatur eamque torquebat & quidquid mater tolerabat, filio representabatur eumque discernebat. h. 33. n. 47.

**XII. Stabat iuxta crucem.** Notanda sunt verba D. Ambrosii, & animaduertendum non scribi ab Euangelista B. Virginem plorasse: vnde dicit, *Stantem* illam legosilentem non lego. Nec cogitaueris, ait illi S. eo quod non dicat quod fleuerit, minorem per hoc indicasse virginis tristitiam scilicet potius grauiorem: quoniam natioque lacrymæ effunduntur, illis cordis mœlittia delinuntur deo. Deus oculos creauit, vt antiliam in nauis qua aquæ nam demersuræ exhauriantur. ho. 31. n. 60. 62. Itaque lacrymæ, eius sententia dolorem mitigant & quasi in lenimen poenæ assumuntur: sed nec illud Virgo solamen obtinuit. Conceptus merito notandus. h. 32. n. 72. 73.

**XIII. Mulier ecce filium tuum.** Vt quid eam mulie-

rem, non autem matrem appellat? In nuptiis vocat eam mulierem ex ratione particulari quam percepimus hom. 21. n. 28. Et hoc auget dubium in hac occasione. Porro eam non vocat matrem: non quia talis non esset, sed ad doloris diminutionem: etenim vt pendunt Sancti PP. quod dolorem exciuit in Abraham amariorum, hoc fuit; quod cum ex Deo præcepto iam pergeret Isaac immolatoris, hic Patrem interrogaret: *Mater mi.* Subtiliter hoc trinitat D. Chrysol. h. 25. n. 53. & ho. 42. n. 85.

**XIV. Ecce filius tuus.** Vt verbum Christi esset erat, & eius operatorium quod dicebat, realiter his verbis effectus D. Ioannem verum filium B. Mariæ, eo modo quo declaratur. h. 2. n. 41. & seqq.

## DOMINICA PASCHATIS RESUR-

## RECTIONIS DOMINI

## VLTRA HOMILIA. XLVIII.

**I. Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome.** Marc. 16. Hodie supremum & excellentissimum celebramus Christi triumphum. Maximum miraculum quod edidit vixit fuit reuolucato Lazari: nam ad ostensionem potentie permisit mors efficere quidquid poterat: & ad eiusdem potentie manifestationem in seipso, passus est ludicos eum exercere quidquid peruersa eorum & voluit voluntas, & potuit potestas, eo vsque vt illi vitam admerent, & sepulchro recondere. ho. 32. num 48. Potestatem concessit Philistis vt alter Samson, qui possent illum ligare & religare, imo & sepulchro recondere, ingenti lapide concluso & signato, sic vt nihil ultra eis inperisset quod agerent: qui tamen vincto suæ potestatis impetu triumphum de illis egit & lustrissimum. h. 49. num. 19.

**II. Opere præclaro suæ resurrectionis confirmavit, posuitque sigillum quo doctrina suæ diuine scripturam auctoritat. vt approbavit, & clausi structura ædifici conclusit, quo cuncta sua opera confirmavit: vt illud hodie ex Zacharia liceat usurpare. *Edifici lapidem primarium.* Lapis hic erat, adeo gloriofus, vt omnes illi faulta acclamarent: lapis valde æqualis potestati gratiæ suæ hoc enim adiunxit Prophecia: *Et exequantur gratiam gratia eius.* Et opus hoc dedit Dominus vt supremum omnium signum. homil. 41. numero 63. & seqq.**

**III. Festum hodiernum & Christi est & nostrum quia gloria & corona capitis, etiam corpus adoratur. hom. 19. num. 28. Hodie resurgit immortalis, & gloriosus, qui caput est nostrum: quocirca nostrum certo speremus resurrectionem, dicamusque cum Apo-**

stolo: *Si Christus resurrexit, & nos resurgemus*. ho. 49. num. 27. Etenim de morte sua agens triumphum, nostram ipse confregit. ibid. num. 16.

IV. Sicut Christus viva vivens mortali corporis suam carnalique mortificatione, nos docuit mortificare nostram: & baculus sibi crucem, nobis exemplar praeiungit, quo nostram tollamus, ita corpus suum carnalique refectum ad gloriam vitamque immortalem, Symbolum nobis praemisit futurae nostrae resurrectionis etiam gloriose; nam fiet illud quod dixit Apostolus, *Resurget corpus humilitatis nostrae configuratum corpori claritatis suae*. hom. 11. num. 22. & hom. 12. num. 26. & sequentibus.

V. Dies hodiernus illuxit gloriae Christi & nostrae faustissimus; ut enim ille vixit, vitamque finivit mortalem, atque per hoc vincula dissolvit nostrae mortalitatis cum anima, sed postmodum de vita surrexit mortali novam creans animam & corporis, anima per dotes gloriae cunctos corporis defectus deserente. ho. 11. num. 32. & seq. & sicut surrexit non amplius mortuus: sic erit & in nobis. ibid. num. 36.

VI. Hodie Christi recolimus opus eminentissimum, suscipiens resurrectionem. ho. 49. num. 2. vsque 5. Eleganter hoc cecinit David. ibid. num. 5. Eius magnitudo declaratur. ibid. num. 6. 7. Illud Iacob descripsit in Leone. ibid. num. 8. vsque 11.

VII. Hodie Christus insigni pompa de diabolo triumphavit: ita ut illum exposuerit ostentui. ho. 49. num. 11. vsque 16. Gloriosè de Iudeis, eorumque machinis triumphavit. ibid. num. 17. vsque 22.

VIII. In hoc mysterio supremum Isaiae completum oraculum, quod Deus datus esse dicitur pro Christi morte, & impios pro sepulchro. ho. 49. num. 22. & sequentibus.

IX. *Maria Magdalena, & Maria Iacobi*. Suum Christus inchoat triumphum à mulierum excellentia, quarum operà diabolus prius vsus fuerat ut sapientes irremet, quocirca dicebantur serpentes fallaces. h. 25. num. 6. vsque 10. Atque in exordio triumphi sui illas Christus assumpsit, ut viros docerent veritatem mysterij sui sublimioris, nempe Resurrectionis: etenim multas eorum divinam intravit sapientiam, ut plura quam viri etiam sanctiores, & doctiores, intelligerent: ut possint illos dirigere, sanumque his dare consilium, ut legimus de Sara, quae viro suo Abrahæ cõsiliavit, ut Agar & filium eius Ismael aribus exturbaret, quod Deus suo calculo confirmavit: nec non in Rebecca: nam Iacob consilium dedit quo paternam obtineret benedictionem. ibid. num. 10. Hodie in exordio sui triumphi illas assumpsit, & primarias creat huius mysterij praedicatorices, quod ceteris fidei suae & Evangelij capite aliis attollit, quo Satanæ caput illiditur eadem arundine quâ quondam viri caput colliserat. h. 25. num. 11.

Hieron. Bap. de la Nuz. Tom. 4.

10. 11. 12. Tantumque eas extulit ut statuat Archiepiscopus, & eorumdem Apostolorum praedicatorices, ut illud Iudith liceat repetere: *Dominus conterens bella, Dominus nomen est illi*. ibid. num. 13. 14.

X. *Maria Magdalena, & Maria Iacobi, &c.* Pro more habet Deus, deficientibus viris, spiritum excitare feminarum: tam ad potentiam suam demonstrationem, quam ad virorum confusionem: & ita hodie reipia ostendit: nam deficientibus etiam Apostolis suis, & fuga retractis, has introducit feminas. h. 9. n. 2.

XI. *Emerunt aromata ut venientes, &c.* Optimum hic est Sanctorum & fidelium feminarum affectus: quæ non obliuiscuntur nec despiciunt corpus mortuum, tot vulneribus saucium, per hoc fidem protestantæ resurrectionis: nec rationi conveniens esse ut cadauera fidelium defunctorum despiciantur aut malis ausibus laceanda proiciantur, quorum membra fuerunt organa Spiritus S. quantum minus obliuiscerentur vel negligenter corpus Christi in quo plenitudo diuinitatis habitare conspiciatur. h. 31. n. 38. vsque 46. Bonum homini maxime proprium, post animam, est corpus suum, & huius iudicium filij honorabiles semper studuerunt parentibus exquisitas persolvere: quia plures estimantur magis propria. Quod si iudicetur dignum, ut hoc reliquis fiat corporibus, quanto magis corpori Saluatoris, quod in se honorum omnium et mulum complectitur, ex plenitudine diuinitatis, quæ semper in illo inhabitat. ibid. num. 38.

XII. *Emerunt aromata ut venientes*. Quotquot eas vidissent homines carnales, credidissent quod in casum & pessimè species illas aromatas & vnguentum effunderent, cum illud corpori iam sepulto impenderent. & prudentissimè factum censuissent, si vanis impendissent ornatus: sed errorem hunc arguo pessimum: hoc etenim solum honori dicitur quod Christi consecratur obsequio: nam ex eo quod Magdalena vel semel Christum inuixit, tantâ est adepta gloriam, ut futura sit, mundo cœna; obliuione deletis & sepulchris operibus Principum Regemq. mundi facinoribus illustrissimis. ho. 38. n. 67. Imò tunc perditæ habentur illæ expensæ, si fuissent mundi pompis velut in aëre dedicate. hom. 8. num. 44. vsque 47.

XIII. *Ut venientes vngent Iesum*. An ergo non sufficit quod eum Magdalena viventem vixit? Ut quid modo corpus illius mortuum, quod nullo viget sensu vngi necesse est? Primò: ob rationem dictâ, scilicet in protestationem fidei resurrectionis. Secundò: quia licet Christus mortuus sit, & in cœlum ascenderit, hic tamen corpus suum reliquit vulneratū & nudū in pauperibus ad tuam consolationem. ho. 16. n. 13. vsque 16. Posses obicere (inquit S. Aug. *Serm. 26. de verbis Domini*) vti nam illo vixissem tempore: quò potuissem Dominum in domū meam recipere, cū Martha eumq. vngere



ingere enim Magdalena; si non viderem; falcē mor-  
tuum: Noli dolere (respondet D. Aug.) Non tibi absulit  
istam dignationem: cum vni, inquit, ex vniuersis meis  
fecisset, noli fecisset. Pauperes oculo fidei considera.  
hō. 30. nu. 24. 25. Hoc modo sibi persuadebant Sancti  
Christi se corpus ingere; fouendo & vngendo eo-  
rum misimum. hō. 27. nu. 67. 68.

XIV. Et valde mane veniunt. Illa ipsa emunt vn-  
guenta & aromata: illa ipsa propriis corpus manibus  
munctura festinant quavis enim bona sit vntio quam  
opera exerceat famulorū tuorum, porro multo dignior  
est, quam propriis impendis manibus. hō. 27. num. 67. 68. Idcirco ipsi Apostoli semper sibi hanc vntio-  
nem facere reseruiunt. ibid. 69. vsque 71.

XV. Et valde mane veniunt ad monumentum. Modo  
non mitior, quod valde mane, & primō omnium illis  
appareat Christus, primitias illis gaudij tribuens suae  
resurrectionis, Apostolis illas d. fecerunt vsque in ves-  
peram quia prout tu cum Deo egeris, ita & ipse tecum  
est acturus. hō. 25. num. 30. Sic egit cum Abraham.  
ibid. nu. 51. Cum David & Lot. ibid. nu. 56. Deus spe-  
culum est, & eandem tibi, quam tu illi, faciem repit.  
sentabit. hō. 37. nu. 15. 16.

XVI. Valde mane. Amor diligens est: idcirco nam-  
que alius depingitur, & non simpliciter, sed igneus,  
& hoc quod vulgata lectio habet: Lampades eius, lamp-  
ades ignis legit D. Ambrosius. *Alc. eius, ale ignis.* Et eo  
modo se per opera manifestat, & per illa, atque sedula  
diligentiam, patet harum sanctarum mulierum a-  
moris excellentia, & per ea quae tibi desunt, constat  
amoris fervor exiguus. hō. 16. nu. 11. hō. 38. nu. 127. hō.  
42. num. 111.

XVII. Valde mane. Mirare fecminarum fortitu-  
dinem: quas nec tenebra pertulerunt, nec militum re-  
tropellit cohorts, nec mortui cadaveris contactus, ex  
quo patet, quod dum mulier pietatis arripit exerci-  
tium, virago sit ipsa, & excedat viros: ut probatur ex-  
emplo relato à D. Hieron. hō. 26. nu. 31. 32. Et sicut  
quando se vitio tradit, capittam in peccata labitur ne-  
fandissima: ita simpliciter quando fortitudinis exercet  
actus, viros pudore confundit, robustissimos. hō. 38.  
n. 51. Et oppositè illam, quae talis est, ueniat Spiritus  
S. Gratiam super omnem gratiam. ibid. nu. 29. 30.

XVIII. Valde mane veniunt ad monumentum. Mulie-  
res ante omnes, quas nullus respiciat metus, quae merito  
viri nominentur, nam tales ita vocat Spiritus S. sicut  
etiam mulieres appellat viros sed languidos. hō. 8.  
nu. 48. & hō. 10. nu. 41. Nam in Dei vocabulario no-  
mina imponuntur conformiter cuiusque operibus. hō.  
18. nu. 15. & hō. 37. nu. 43. 44.

XIX. Valde mane veniunt ad monumentum. Haec  
sunt, ita haec sunt mulieres virgines, quas viri non  
terrent timores in iis quae diuinū spectant obsequium,

nec sunt tibi similes: quem in iis quae mundum spe-  
ctant, nulla retrahit formido, sed vel musica quoad  
virtutis exercitium, metus percellit. hō. 1. nu. 17.

XX. Valde mane veniunt ad monumentum. Tales  
animas requirit Deus suo famulatu, in quibus regnat  
amor: hic etenim foras expellit timorem, ut Diloma-  
ni credimus: & amor adeo seruens, quo illae flagra-  
bant, omnem illis ademit formidinem oblectant  
necesse, milicium, Pharisaeorum, & Pilati: nam tales pos-  
sunt Deus milites: veteris enim animi ab eius demp-  
tatur exercitu. hō. 43. nu. 33.

XXI. Valde mane veniunt ad monumentum. Quod  
hoc rei, Domine, cur sic matutinae proditis de domi-  
bus, necdum per civitatem, sed etiam foras? Quis dicit,  
qui tali vos hora viderit egredientes? Deceat ut milites  
honestiores domi resident, & quatenus illis tanta  
quadraret solitudo, cōspēdes illis Deus iniecit in sin-  
daliis: Idcirco S. Pagina dum loquitur de domo in sin-  
daliis eam vocat domū exoris eius. Et quando Re-  
becca recepit ab Isezer monilia sibi oblata, dixit quod  
subitō festinaret in domū matris suae, hanc quae videret  
rāt parentibus suis nuntiatura. Dixit domum esse mo-  
tris suae, ut notat D. Aug. quia in aedibus primam  
habebant mulieres, atus secessum quendam solitariū  
& hinc dicebant domum suam: quia in illo moratur  
cum filiabus suis, nec inde egrediebantur. hō. 32. nu.  
16. sed non est indecens ut procedant ad opera pietatis  
insigniora. hō. 32. nu. 14. vsque 19.

XXII. Veniunt ad monumentum, orto iam sole. Quomodo  
dicitur ad ortū solis, eū D. Ioan. dicit: ad noctis ho-  
nebras exiisse D. Petr. Chryso. op. na. ut illo die solus  
tribus horis solito emersit: quia nox & tenebrae  
suis sibi correspondēt, ut dixit David: Dies Domini  
verbum, &c. Die Veneris elapso concessit, ex die tunc  
horas, quibus tenebris suis Christi contingeret in die  
in ditate. Tenebra facta ius ab hora sexta, vsque ad hunc  
nomum, Hodie ad declarationem gloriae Resurrectionis  
Christi reddidit dies nocte tres alias horas lucis  
splēbris: vide eo sine tibus horis festinior oritur  
Alj dicitur, quod sol, de quo testatur Euangelista, quod  
ortus fuerit: Orto iam sole, Christus hic intelligatur, quod  
ius progressus comparatur: cuius solis: ut enim sol  
luminans mundum, sub terra occidit, sic se abicondit,  
de quo clarus exoritur, ita & Christus. hō. 31. nu. 7.

XXIII. Orto iam sole. A horam est sententia opti-  
mā iter suum inceperint valde mane, praevencientes astro-  
ram, versus sepulchrum, sed piissima Mariae gratia  
fixerunt visitando, illaque loca percurrando, per quae  
Christus tractus fuerat ad montem Calvariae, & in  
qualibet faciente vel modico tempore haeberat, in  
gemēs & lacrymantes, iuxta illud Davidis: *Dixit  
domus eius.* Olfaciebant facie, ubi non hae: quae ipse  
sua pectus inter vbera confortabat. hō. 15. nu. 1.

XXIV. *Dicobant ad inuicem. Quis resoluet nobis lapidem?* Dominus, cum de prudentia vos laudem, quia ratione peragitis huius rei tantopere necessaria, quoniam quibus sit resoluitur lapidem: etenim indubitatem est, vobis hinc vires non sufficere, & nisi tollatur, deinde vngere non poteritis. Hæc est sermo Dei laudanda conuictio, quod nullum eos remoretur oblatum, sed sepe bonum aggrediuntur opus, nihil de cetero solliciti diuinae fidentes per omnia misericordie: Vere namque proverbum loquitur: qui vult omnia considerare, numquam arabit, vnde si sic apud te argumantaris: quis faciet hoc? Et quis huic providebit? Et talia pependere, cum D. Andree, nunquam inuenies quo des elemosiam: ne precor hæc attendas, sed facta cogitatum tuum in Dei potentiam vt David Non cognos litterarum, introibo in potentiam Domini. h. 27. n. 30. & seqq.

XXV. *Quis resoluet nobis lapidem?* Ne tibi continuo d. sicut ad virtutem bonumque sollicitas. Confide in Deo: ubi etenim in necessariis subuenit, quamuis enim iustitiam gladium secum non tulisset quo Holofernem iugularet, tamen illi Deus ipsius Holofernis gladium præparauit: Deus etenim p. is nullam deest intentionibus. O puella que Deo seruire cogitas, sed perperatate premeris: non hoc tibi remoram injiciat: *Quis resoluet lapidem?* Quis mea soluet debita? quis mihi famelicenti ministrabit hæc etenim prima est discolli tenatio: hom. 4. num. 40. 41. Agerimus serui hoc Deus quod opus ali quod pium ad eius honorem acturus, vel Satanae manu oque tenent atque perem deris: *Quis resoluet lapidem?* Nisi fidei tibi namque Angelum vt Daneli destinabit, & vt feceris mulieribus, sic & tibi faciet: nam *Inuenerunt resoluitum lapidem.* Conceptione hunc attende, quem susceprosequimur, h. 27. num. 3. & seqq.

XXVI. *Quis resoluet nobis lapidem?* Quoties nullas inuenimus difficultates, in iis que nostram spectant libidinem, cum tamen multæ sint, & oblatas vincimus sperando fidoque Deo qui prouidus adest necessitatibus, nos ille detinent que in iis sese offerunt, que diuinum spectant seruitium, vt illi rem non committamus: & alia que contumax visceribus suis perleuerat fideus, quo si mismetur Deus illi subueniet, graues tamen obicit sibi difficultates si pie vixit, & sollicita semper & anxia inquitens: *Quis resoluet lapidem?* h. 27. num. 4. & seqq.

XXVII. *Quis resoluet nobis lapidem?* Notatu digna sunt hæc verba, quibus discrimen inter Christum, & ceteros exponitur. Honor viatorum durat vsque ad mortem, & sepulchro reconditis finem accipit, quidquid eorum gratia potest fieri in Christo omnia opposita: nam in sepulchro terminatur eius opprobrium & abiectio, & ubi honor eius oritur & exaltat. h. 31. n. 52. 53.

XXVIII. *Surrexit non est hic.* Declarat quod Christus dixerat: quod Pater caelostis in se suscepit tuendam filii sui dignitatem: cum homines ignominis vsque ad sepulchrum depressissent, Pater in umbra filii sui honorem descendere per gloriam Resurrectionis iuxta illud Isaac: *Ecco puer meus suscepit eum.* h. 35. n. 43. 44.

XXIX. *Ite, dicite discipulis eius.* Quid hoc Domine an mulieribus committis vt Apostolis tuis prædicent? Et quidem mysterium adeo sublime, vt ipsum viri prædicantes innumeris sint experti difficultates? Iusti equisierunt enim femine illæ viragines, & viri illi mulieres, dixitque D. Paulus, in Christo Iesu non est masculus, neque femina: hic etenim maiorem ac meliorem habebit in Christo partem, qui se dignioribus præparauerit operibus. h. 21. n. 22. 23. Omnibus equalis est debita ad se accedentibus dispensatione, tam huic arbor vite præfiguratur in medio paradisi a Deo conseruita: Et sicut illud quod est in medio æquibet distat ab extremis, vt exponatur quod Christus nobis ad bonum quantum est ex parte sua, tam vicinus sit pauperi, quam diuiti, iustimo ac sano, vulgari ac nobili, dicitur arbor esse in medio paradiso sita. Miror hanc Philosophiam quam tenuit D. Ambrosius. h. 21. n. 22.

XXX. *Et Petro.* Nominatum mittuntur ad Petrum. Venerat Dei misericordiam, illi namque qui turpius lapsus est, præstantiorem per mulieres mittit consolationem. Peccatum eius illius fuit species, quod D. Chrysost. dicit, non habuisse equalitatem. h. 43. n. 45. Huic qui Christum grauius offenderat gratia præstatur abundantior: vnde cum Davi e cantate poterat Dei retributiones, que videntur e. 14. n. 14. vt dicitur hom. 41. num. 46.

XXXI. *Et Petro.* Tres illas deuotas in te potissimum Petro feminas: & ni fallor, respondent te bus illis ancillis Pontificis, per quarum os illum te tunc diabolus, hunc ne facile conceptum prætercas. h. 43. n. 55.

XXXII. *Et Petro.* Ecce quo Christus animo prodeat è sepulchro redimus, scilicet ignoscendi peccatoribus, licet eum negauerit & abiurauit, si peccata sua desinant: hoc modo suam incipit immentiam pandere misericordiam, cuius vexillum erigit in Ecclesia sua perpetuo, nedum verbis assertum, sed firmatum exemplis, hodie tuo præsertim: hic enim articulus nostræ consolationi est aptissimus. h. 18. n. 8. vsque 14.

XXXIII. *Et Petro.* Domine quid te tantum angit Petri sollicitudo? Ad Ecclesia sua solamen in qua confluit Petrus sui Vicarius, prestante munum peccata remittendi, et atque tantus illi zelus & ardor, vt nisi per lapsum moderaretur, atque ex remisso peccato se remitteret, idque venia tanta a Domino facilitate obtentum, quis ad eum peccator accedere præsumeret? h. 43. n. 55. vsque 10. Voluit illum docere Dominus: vt



qua mensura actum cum illo fuisset, eadem ipse cum aliis agere mensura. Ibid. n. 10. 11.

## FERIA SECUNDA PASCHATIS

## VLTRA HOMIL. XLIX.

**I.** *Deo ex discipulis Iesu ibant ipsa die in castellum.* *Luc. 24.* Fuit Christus verus sol, & sicut hic materialis oriens mundo crevit usque ad meridiem, & deinde vergit ad occasum, & subque terra mergitur, qui deinde resurgens lucem suam reuelat, & ascendit alens iterum usque ad meridiem, ita Christus natus est vt sol in Bethleem, & seipsum manifestauit, crescente eius lumine miraculorum & mirabilium, usque ad meridiem, id est usque ad resurrectionem Lazarus. h. 31. n. 4. nam ex illo tempore se retraxit usque dum sub terra reconsideretur: porro resurrexit & de nouo ortus est per resurrectionem, quæ fuit quasi noua quædam natiuitas, & seipsum cepit variis manifestare apparitionibus semper in claritate accrescens: quanto namque sapius se manifestabat, tanto lucem spargebat splendidiorum. Primo tribus apparuit Mariis deinde discipulis in particulari, postmodum decem, tandem undecim simul congregatis, eoque modo creuit usque ad meridiem: quando scilicet in monte Galilee apparuit plusquam quingentis hominibus in visu congregatis, argumentum hoc erat luce meridiana splendidius. h. 48. n. 37. 18.

**II.** *Duo ex discipulis Iesu.* Mane rediuitus apparuit mulieribus primitiis illis concedens tanti mysterii præfere s. illas Apostolis quia viragines fuerunt. h. 48. n. 18. Deinde illis apparuit fidelem se verumque ostendens. Vidit D. Ioan. oculum apertum, equitemque prostratum equo insidentem albo, id est splendido, cuius nomen scriptum in fronte habebatur: *Fidelis & verax.* Hodie prodit Christus de sepulchro, quod dici potest coelum, cum esset in illo Deus, in equo candido corporis sui gloriosi: & hoc nomine hodie gloriatur fidelis & verax: illud implens quod promissum fuerat Apostolis quibus dixerat: *Utrum videbitis vos,* & Iudæis signum exhibens in quo comprehenderet præcipuum personæ suæ confirmationem. homilia 48. numero 2. usque 7.

**III.** *Et ipsi loquebantur de iis quæ facta fuerant.* Pia de Magistro suo discrebant atque de passione illius: tanta oportere vt essent vestra colloquia, & non ita vana & inutilia, quæ, vt iacturam temporis taceam, sunt otiosa si non sint perniciosa. Considerat hæc veritas D. Be. n. h. 23. n. 32. Sæpe perpende quæ miscet colloquia, quando cum amicis tuis familiariter conuersaris: est etenim lingua venenum mortiferum. Ibid.

n. 25. usque 3. & Jaqueus malus: etenim in illo factus est lapsus, sed difficilis exitus. Ibid. n. 23. 34.

**IV.** *Et Iesus appropinquans ibat cum illis.* Non vincit malitia Sathanæ Dei bonitatem: illa cito accurrunt quando te ceruit vel loquentem vel tractantem quod tibi potest esse incommodo. hom. 51. 2. 6. Semper attende quem illi tribus ingressum vel per verbum aliquod vel affectum vel motum: qua de causa oportet te esse solertem. Non minori sedulitate Deus accurrat illi qui de ipso loquuntur, & iis quæ eius concernunt obsequium. Ibid. n. 28. usque 31.

**V.** *Iesus appropinquans ibat.* Paulatim Christus ad illos accedebat, quia progreditur ad mensuram fidei, eorumque fides pressu procedebat leniori, ac proinde & ipse passu tardiori ad vos accedit, quia talis est fides vestra incessus: nam idcirco ad resuscitandum Lazarum pedentim incedebat. h. 21. n. 27. h. 27. n. 37.

**VI.** *Iesus appropinquans etc. oculi eorum tenebantur.* Accessit Christus habitu peregrino ad illos, valens præferens oculis corporis eorum, inquit D. Gregorius, qualis erat intus eis in anima: nam ex vna parte diligebant illum, & ex altera dubitabant, quia amabant illos accessit, & quia dubitabant vt peregrinum se exhiberet. *Talem se eis exhibuit in corpore qualis apertus erat in mente:* talis enim intus est tibi Deus, qualiter Deo fueris: idcirco dicitur speculum, h. 37. n. 15. 16. h. 38. n. 15. 16. usque 61.

**VII.** *Oculi eorum tenebantur.* Quomodo hoc factum fuerit, & Dominus operatus sit in oculis eorum explicatur. h. 10. n. 18. h. 21. n. 62.

**VIII.** *Oculi eorum tenebantur.* Egen t illis quod melius, quibus in v. gen. occasione dissidentia fides obtunditur, etiam si admodum sancti sint: habeo hanc conceptum vt vilem. h. 27. n. 37. usque 40. & de multis conqueritur Deus vt de Rege Afa. Ibid. n. 40. usque 43. cum oppositum esse oporteret: nam ardor fidei in Deo exicitare deberet fiduciam, quam iustum sit habere in Deo qui de illo credit quod fides docet, & opera non factis, inferri sibi credit iniuriam. h. 27. n. 37. usque 24.

**IX.** *Oculi eorum tenebantur.* Hoc sapius cum obediis suis agit Deus: quando namque videbatur quod fidei esset mara estandus, magis e contra abscondit se: crescentibus argutis, vt contigit Apollolis in imperitate iactatis: etenim oculi eorum tanto obsecratur an plus, quanto Christus accedebat propius, & quia incognitus accedebat, & velut phantasma. h. 41. n. 41. usque 46.

**X.** *Oculi eorum tenebantur.* Sæpe presentem habemus Deum, & quanto nobis viciniore est, tanto oculi nostri sanctius detinentur, ne illum agnoscamus: ita Martia contigit: etenim nunquam viciniore erat Christus, quam quando moriebatur: frater eius: nam quæ

justas tribulationibus exerceatur acerbioribus, eo adest illi Deus proximior: & tamen dicebat: *Domine si fuisset hic.* h. 32. n. 53. & h. 36. n. 53.

XI. *Qui sunt hi sermone?* Domine, ut quid illos interrogas cum non ignores? ut manifestum fiat, totiusque mundus videat fidei defectum quo laborabant discipuli, & hinc inferatur qualis fuerit eius mors, quam ignominiosa, ut fidem illorum turbare poterit, qui in illa ita contentes videbantur, & te in illa confirmare quatenus nulli gas huic mysterio fidem non fuisse adhibitam, nisi praevia multa confirmatione. h. 27. n. 32. & 40. Bonus est hic confessorius, qui multas praemittit interrogaciones, ut occasione det qua ipsi cordis sui dubium proponant: & confiteantur, hoc modo serpens emittens est tortuosus. h. 25. n. 89. 90.

XII. *In solus peregrinus es, & n. n. cognovisti?* Quia nulli ex vobis hic existentibus hoc idem opponi potest, quibus verba Moysi conveniunt. *Vos vidistis quid fecit Dominus vobis?* & n. n. adit vobis cor intelligi: & oculos videmus. Veneror hanc conceptum. hom. 15. num. 3.

XIII. *Qua?* Iam Domine non recordatis eorum quae passus es nudius tertius manus tua interroga perfortas, &c. hic impletur quod Dominus de se dixit sub simbolo mulieris paritatis, quod eum peperit filium, iam non meminit per eam, propter gaudium. Hic enim status est glorie nulli us recordari molestias nisi in quantum potest huius memoria parere tristitiam; cum enim peccatum sit illud quod sanctos illa potest afficere, quo illa sapiens evocabunt ad memoriam, quatenus Dei misericordiam agnoscant, eo magis eorum oblitiscuntur quoad penam. h. 6. n. 47. 48.

XIV. *Qua?* Optime recordabatur eius quod passus erat, sed vult ut ipse hoc referas, tuo hoc ore enarres, quo recepta ab eo recolas beneficia, quibus ad gratitudinem provoceris: & illud ipsum de quo te ore jas, te confiteatur ut nequaquam tantum offendas benefactorem: ut Iob dixit de hionitu equi. h. 3. n. 40. & dicas cum Ioseph. *Quomodo possum hoc malum facere?* h. 47. n. 32. & h. 41. n. 33.

XV. *Qua?* Vult Christus ut illi ipsi referas, quod tui gratia toleravit, ad tuam utilitatem, & illi ipsi deducas, ut atque Patri suo hoc coeleste thymiam, in pulberem contulim. h. 42. n. 19. vsque 24.

XVI. *Qua?* Desiderat, ne eorum oblitiscaris quae tui gratia fecit, sed librum conferbas memorialem, apertus multo quam Reges Persarum, teque ipsum interrogas: *Quid pro hac fide Christus consecutus est?* hom. 42. num. 14.

XVII. *De Iesu Nazareno, qui fuit vir potens.* Iam tuam in ipsis manifestate modicam fidem, dicendo: quod fuerit vir potens, quasi iam non esset, sed exterrimatus aptioni verbo Iesus est D. Ioan. Erat. h. 19. n. 37.

XVIII. *Fuit vir potens in opere & sermone.* Ad haec duo cuncta Christi referantur: verba, & opera, & ambo fuerunt efficacia: *Coram Deo & omni populo:* quinimo in oculis ipsorum inimicorum. hom. 29. numero 2.

XIX. *Fuit vir potens coram Deo & omni populo.* Quam industrie Christum describunt: etenim primo fuerunt opera efficacia coram Deo: cuiusque obsequio & deinde coram populo: nam si prudenter velimus agere, primo nos coram Deo statuamus, atque in eum ut finem principalem cuncta dirigamus, ut postmodum ad gloriam eius ad oculos prodeant hominum, in primo illud implendo: *Ne videaris hominibus ieiunans,* in secundo illud: *Sic luceat lux vestra.* h. 4. n. 33.

XX. *Quomodo Principes nostri, &c.* Bene capiebant discipuli illi grave proditoris scelus, & peccatum Principum cum dicendo, doctrinam & opera Christi esse Deo mundoque mirabilia, ob hoc ipsum tamen illum occiderunt: quod crimen illud fuit, quod in ipsis Patet eorum Iacob execrabatur, illos appellans: *Vasa iniquitatis bellantia* h. 39. n. 8. vsque 13. Nouerant igitur illi horrenda illa scelera, quae perfidi Principes in Christum commiserant, & expresserunt, tanta tamen moderatione, ut de ipsis non detraxerint, non ipsos vocarint crudeliter proditores. Deicidas honorari etenim debent Superiores, licet perueri sint: nec habet potestatem subditus verbis illis refragandi & irritandi. h. 14. n. 31. Si nequam fuerint, illos Deo committet: cum enim adeo sit alienum ab eius misericordia, carnis munus obire, tamen propriis flagellum art. per manus illos puniturus, quod nemo non admiratur. h. 28. n. 2. vsque 5.

XXI. *Nos sperabamus.* O quam insulsa haec est ratio, quod ipem omnem abieceritis, quam fixam adeo habere debueratis: quinimo tanto constantiores in eo esse vos oportebat: eo quod illum mortuum videritis quia sic se & praedixerat. Hanc Deus querelam pluribus obicit: quibus cum ratio subsit sperandi, spes illis elanguat, sicut Regi Asia, & sicut illi Deus exprobrauit, *Stulte nimis egisti,* sic & his *O stulti.* h. 27. n. 43. & seq.

XXII. *Nos autem sperabamus.* Hic fuit eorum desolatus, quod aduersitas superueniens spem illis abstulerit, dum statim non percipiunt remedium. Hoc Deum grauer offendit, eaque de causa in Moysen & Aaron animadvertit, nec non contra te expostulat, qui subsidium in calamitate continuo non aduertens, in haec prorumpis verba diffidentiae, *Nos sperabamus.* Sperabam a Deo non permittendum, ut fame languescerem. O modicam fidem. h. 27. n. 8. vsque 12.

XXIII. *Nos sperabamus.* Defectus fiduciae fidem infirmat, e contra io fieri debebat: etenim fide tuam debebat roborare fiducia, & fides de Deo, qualem habes, spem in ipsum debebat erigere, iuxta quod haec te fides docet,

docet, nam credere quod Pater tuus sit, ipsum oportet ut in te spem exciter, qua illi ut Patri fidas. h. 27. n. 16. vsque 24. & n. 37. & sequentibus.

XXIV. *Nos sperabamus.* Hoc in vobis spem eripit, quod morientem videritis: mo spe n. animare debuerat, sicut & carni suae spem ingessit: *Caro mea requiescet in spe,* cum enim pro Deo pertulerit, in Deo sperare debet: & grauis res calamitates, spei iamquam aperit latiore. Conceptus est non leuis utilitatis. h. 32. n. 23. vsque 27. & a Deo dat. tribulationem super tribulationem, est spem supra spem infundere, ut ait Ilat. ib. n. 27. vsque 31.

XXV. *Et nunc tertia dies est hodie.* Ex ipsis verbis vestris condemnamini, vosque potest nuncupare stultos: si namque promisit se tertia die surrecturum, hic nondum elapsus est. Eandem ob rationem Propheta Samuel vocavit Saulem stultum, cum enim septiduo sperare teneret, hoc nondum elapso, die vltimo spes illi defuit. O cor humanum, quam aegre te diuinae committis providentiae, h. 36. n. 30.

XXVI. *Sed & mulieres quaedam.* Aptius & verius illas viros appellaretis & vos ipsos mulieres: cum Deus ex operibus nomina imponat h. 17. numero 43. Et ita mulieres vocauit viros Ninuitas. hom. 8. n. 48. & hom. 10. num. 41.

XXVII. *Terruimus nos.* Quod illos iustificare debuerat periret, illisque crescit inde anxietas. vnde tolli debuerat: sic etiam Apostolis in tempestate contigit: nam *Erat cor eorum obcaecatum.* homil. 4. numero 42. & sequentibus.

XXVIII. *O stultus.* &c. Nonne oportet pati Christum? Fatuos illos esse redarguit ex eadem ratione, qua D. Iohannem & Iacobum stultos appellat: quia credebant, quod in regnum suum esset ingressus nihil patiendo & stultus erit qui crediderit futuram sine perna gloriam. Quia hoc non capiebant nonnulli eius cognati in eadem quoque materia a vero aberrauerunt. h. 36. num. 37. & 38.

XXIX. *Nonne oportuit.* &c. Multo magis tibi exprobrabunt, quod stultus sis, si pretendas tibi sine passione tribuendam gloriam, cum talis danda non fuerit ipsi gloria Domino, atque ex illa propehitione, quam Dominus de seipso dicit, collige quid de te habeas intelligendum. h. 34. n. 10. vsq. 14.

XXX. *Nonne oportuit.* Audis quam proprie Dominus loquatur. Non ait, quod non potuerit, sed quod sic non expediret, quia si potestatem eius spectes, poterat utique, sed medium ad gloriam suam, & nostram convenientissimum fuit mors eius. Hoc *Oportuit.* respondit illi. *Expedit* sententiae Cayphae. h. 39. n. 31. & Conuenientiae moriendi Christum ibidem expenduntur n. 37. & seq. de quibus etiam eleganter discutimus sexto die Veneris Quadragesimae.

XXXI. *Et incipiens a Moyses & omnis Propheta.* Veniebat Christus in S. Scriptura sicut Moyses in cella papyracea, h. n. singularitatem dissoluit, quo sensum quis esset, manifestauit. h. 21. n. 16. & 17.

XXXII. *Insuper, obatur in omnibus.* Quam fastidiosum Christus protrahit, & cum illis tarde proficitur, nam ut illis conferat beneficium, primo requiritur eorum fidem animare: sicut etiam idcirco diuinitatem cum Martha confabulatus est homil. 2. numero 41. nam fides eius in morte Lazari fratris sui elanguit homil. 33. numero 3.

XXXIII. *Venerunt ad castellum.* & dixerunt: *Mane nobiscum Domine.* Hanc oporteret nostram esse orationem perpetuam Deum de peccati, ne transgrediamur nosque deserat: sicut enim nullum grauius est malum quam Deum ab anima discedere, tamque deserere: nullum maius est bonum, quam Deum secum habere, nec eum discedere. h. 13. n. 5. vsq. 10. Ino & ipsi Gentiles Deos suis clamis confangebant, & cateni confangebant. ib. n. 15. Et haec sunt illa uerba Iacob rogantis: *Mane nobiscum Domine.* i. h. n. 20. Et vidis quod cum Christus Iudaeos relinqueret, eorum discessit infirmitatem. ib. n. 21. vsque 25.

XXXIV. *Mane nobiscum Domine.* Si ubi tantum pertransemam haesit, tantum contulit bonum, quid faceret si moram traxerit diuturnam h. 30. n. 13. & 14.

XXXV. *Mane nobiscum.* Propria sunt Quadragesimae peritio: confidimus enim quod Deus ad vos per penitentiam intrauerit: igitur illum conseruare, ut tagire; hoc etenim est, iuxta Apostolo. salutem habere stabilem. h. 10. n. 44. & h. 37. n. 31.

XXXVI. *Finis se linguis ue.* Stratagemata sunt haec diuina: Christus enim audivit cum illis inanes desiderabat, quam ipsi cum illo qui hoc periebant, nihil etenim ita Deum recreat, quam morari diutius uoluerit, & nunquam discedi nisi illum quasi stragula per peccatum expellatis. h. 13. n. 25. vsque 31. sed illud est stratagemate, ut id quod in corde periebant, fieret manifestum, ipsumque opus quod sua effecerat confabulatione, nam hoc modo tentat Deus, sicut D. Philippum tentauit. h. 27. n. 31. 40. & seq.

XXXVII. *Cogitauerunt illum.* Ecce quid Dominus intenderet, ut videlicet actum hunc elicerent; quos doceat, inquit D. Greg. pauperes nedom esse atque inuidiosos, sed etiam cogendos in domum tuam, ut dicebat Abraham, & primi illi Christiani Maccabaei nenses. h. 11. n. 39. 10. fide uia credebant: domum esse Dei, si mitteret ad domum eorum, vel egiuitate inopes & mendicos. Discursus hic solida nititur Theologia. h. 2. n. 70. & seq.

XXXVIII. *Cogitauerunt eum in fractione panis.* Multi SS. arbitrantur, quod Dominus consecrauerit, & que S. Synaxim porrexit: hoc etenim Phrafi S. Scrip.

tura significatur: *Manere in fractione panis*, qui est SS. Sacramentum panis vite & intellectus; & Christum in se continet, veram mundi lucem: ubi namque in-  
nar. dissipantur tenebræ, & qui illas de mundo repulsi, ipse illas de anima tua extirpabit, si debita illum rec-  
cipias preparatione. h. 33. n. 9. & seqq.

XXXIX. *Et dixerunt: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis?* Optime declarant dispositionem, quam Do-  
minus in illis verbis operatus fuerat: nam ad mo-  
ram Elisei primo corpus pueruli calefecit, vitam ei  
largiurus: tu videris an tales in te producant verba  
eius effectus. h. 27. n. 23.

XL. *Nonne cor nostrum.* Habes hic quod dicit D.  
Paulus electis suisque contingere: qui tæpe sibi per-  
suadent se peregrinum hospitiu exijere, & postmo-  
dum intelligunt Deum ip'am fuisse, vel Anglum al-  
quem, ut videmus in S. Martyrio. Hoc enim ita dispo-  
nit Deus ut in illis gas, eius gratia fieri, quod impendit  
tue pauperibus. h. 16. n. 13. 14. 15.

**FERIA TERTIA PASCHATIS.**

I. *Stetit Iesus in medio discipulorum suorum.* Luc. 24.  
Secinit David solemnem Resurrectionis Domi-  
nicæ triumphum, & declarans quis fuerit triumphator,  
quoniam deus, & neque in cuius hæc victoria cessaret  
vilitatem: atque de singulis particulae tota at ar-  
gumentum h. 49. n. 2. vsq. 28. Porro singulariter hodie  
declatur omnia; Christus enim fuit triumphator,  
nam idcirco arena illi remansit certaminis: & hoc  
significat verbum *Stetit*; Etenim omnes inimici eius  
prostrati iacent, ipse vero stetit h. 10. n. 16. Sed particu-  
lariter exponitur quænam fuerit illa victoria. *Vi iusti-  
ficulorum & exultant in conspectu Dei*, quod in hac  
historia implem: nam *garruli sunt discipuli*, & comedit  
Dominus de pisce & fauo mellis, & deditque eis ut co-  
nam eo vesceretur. h. 49. n. 26. 27.

II. *Stetit Iesus in medio.* Hic triumphum eor. fide-  
ra Saluatoris: dum enim inimici sibi persuadent iam  
etiam et de illo, gloriosus apparet, & tanta trium-  
phans fortitudine. *Christus resurgens ex mortuis, iam  
non moritur*, Samson huic præfiguravit triumphum.  
h. 49. numero 19. 20.

III. *Stetit in medio.* Gloria patet hic eius sepulchri  
quam prædixit Ihasias: etenim morte de cunctis trium-  
phante, ipse de illa triumphavit; & ubi prostrati iac-  
cent illi, ille exurgit adeo robustus, ut steterit in medio  
hom. 49. n. 10 & 16.

IV. *Stetit in medio, & dixit: Pax vobis.* Pleno ore  
pacem potest offerre, quandoquidem vi mediator legi-  
timus pacem inter Deum & hominemque composuerit  
Opus ab eo tantum perficiendum. h. 26. n. 5. 6.

V. *Pax vobis.* Secute potest pacem offerre: cum iam  
passione sua rhythyma composuerit, quo pa. e. inum  
pectus nobis iratum possit pacificare. hom. 41. num.  
19. vsque 24.

VI. *Conturbati & confusi.* Perturbentur alioquin  
vite aliquid semicites, ut contigit Danielem ho. 6. n. 15.

VII. *Existimabant se Spiritum videre.* Iam illis idem  
contigit, dum Christus apparuit illis in mari tempore  
flare laborantibus: etenim terrore petecellabantur, cre-  
dentes esse phantasma, & hoc sæpius in mundo con-  
tingit, ut veniens tibi ad salutem, te porcellat ac si phan-  
tasma esse: ho. 4. n. 45.

VIII. *Nolite timere. Ego sum.* Ratio ad consolatio-  
nem sufficiens: cum enim addit Deus non est quod ti-  
neamus, licet totus accurrat infernus. h. 4. n. 46. Si Deus  
tibi deficiat, te poterit mulca subvertere. Hunc nota  
conceptum. h. 5. n. 16. vsque 19. Et experti sunt Iudæi  
ut dixit Hieremias homilia. 13. n. 13. 24. Hæc  
fuit illa lucta Jacob. Vide quæ diximus h. 11. ad il-  
la verba: *Mane nobiscum.*

IX. *Adhuc illis non credentibus, &c. Palpare & vi-  
dere.* Sicut mysterium Resurrectionis Dominicæ su-  
preum fuit omnium, & in quo probationem perso-  
næ suæ comprehendebat, necesse fuit illam manifesta-  
ri. ho. 48. n. 2. vsque 7. quod & fecit multis modis &  
sæpenumero se rediitum ostendens, nunc his, nunc  
illis, & potissimum in monte Galilææ plæquam quin-  
gentis simul congregatis. h. 48. n. 17. & patenter ad o-  
culum hoc confirmavit ex contactu manuum, eo vsque  
ut voluerit quatem manuum digiti vulnera manu um-  
laterisque contrectarent: atque ut alteram adderet  
confirmationem, vlt. ius rogavit cibum, atque de pisca  
assato & fauo comedit mellis. h. 49. n. 26. & 27.

X. *Obtulerunt ei partem piscis assati, & fauum mellis.*  
Optime modo in l. pest. fel. teste Terull. producit.  
hom. 36. numero 37. nec credideris te posse fauo  
mellis perfrui, nisi prius fel gustaueris amaritudi-  
nis hom. 15. numero 34.

XI. *Hæc sunt verba, quæ locutus sum vobis, &c. Opor-  
tet impleri, &c.* Decreevit Deus ut quicquid Christus  
esset acturus, primo prædicaretur & signaretur per  
Prophetas, ad non exiguam fidei confirmationem.  
Hoc etenim est principale argumentum quo se pro-  
missam asseruit esse Messiam. h. 15. n. 21. Et ita præ-  
cepit Deus tanta sollicitudine scribi Prophetas, ut ve-  
mente Christo ferret in eo consensio, velut septem  
Peyadam. h. 40. n. 14. vsque 37.

XII. *Aperuit illis sensum ut intelligerent Scripturas.*  
Ostendit se verum esse Moysen, qui in silicella ve-  
iebat papyracea. h. 21. n. 16. 17.

XIII. *In lege, psalmis, & Prophetis.* Habes hic de  
Christo mysterium: nam sicut fermentum tres illas  
fermentat, mensuras, legem, psalmos, & Prophetas. ho.  
15. n. 14.



25. num. 20 Omnes illas complevit impetu procedens a mortis vt flumens violentus & torrens Elisei, qui cunctas implevit fossas. ibidem num. 19.

XIV. *Aperuit illis sensum.* Scriptura liber est clausus: solus ille potest eum aperire: vt agnus librum signatur n. sigilli septem. h. 21. n. 23. vsq. 16.

XV. *Prædicari poenitentiam in nomine eius.* Fuit hic aduentus sui finis, remedium peccatorum per poenitentiam: etenim per illam remissionem obinent peccatorum illamque ita statuit vt nullum sit peccatum irremissibile. h. 18. n. 8. vsq. 14.

XVI. *In nomine eius.* q. d. in virtute eius: quia illa tantum poenitentia est salutatis, quæ fit in nomine Christi, & in qua virtus eius interuenit, quæ sola est Ecclesiæ Catholicæ. h. 10. n. 15. 16.

## DOMINICA IN ALBIS.

I. *Cum sero esset factum die illa, & fores essent clausæ.* etc. Ioan. 20. Fuit hoc resurrectionis Dominicæ mysterium, omnium operum illius maximi opus momenti ad confirmandam de illius persona fidem, in quo argumentum eiusdem principalis comprehendit. h. 48. n. 2. vsq. 7. Idcirco huius mysterii confirmationem instituit, quam potuit securissimam, quia vero respectu hominum visus oculorum est tuissima, manuumque contactus & verborum confabulationes, hanc effecit, perfecte apprensens per quadraginta dies, idque ita multipliciter, vt aliquando quingentis simul apparuerit, quos Resurrectionis suæ testes instituit. Ipso die Resurrectionis diuersis apparuit hominibus, & ad vesperam suis discipulis in cœnaculo conclusis, quod hodie celebramus: similiter & illud quod elapso octiduo effecit, quando omnibus simul altera vice apparuit. homil. 48. numero 17.

II. *Cum sero esset die illa.* Domine, valde mane misteribus apparuisti, & sero & quidem valde tuis appares Apostolis, non capio mysterium. Numquid mysterium hoc feminis potius spectat quam viros? Fuerunt feminæ illæ: viragines & viri illi effeminati, quocirca manus inuertuntur. h. 48. num. 18. si fecissent illi quod illa, etiam fecisset cum illis, quod cum his. Conceptus hic vultus est. h. 21. n. 34. Circa quæ puncta videantur quæ diximus in Paschate.

III. *Cum sero esset.* Tarde procedit & lente apparuitur Apostolis: quia iuxta fidem nostram procedit Dominus & operatur. h. 27. n. 32. vsq. 42. fides Apostolorum lento incedebat gradu, tali quoque Christus ad illos processit, & ad te procedet. h. 2. n. 27.

IV. *Cum sero esset.* Ad illos pergit Christus, sicut illi ad ipsum, passibus fidei, quibus teste Apostolo, ad

Deum proficiscimur: *Per fidem ambulamus.* Erant passus illi in ipsis lenti & tardi, tales sunt & Christi ad ipsos: qualis enim illi futurus es: al s & ipse tibi futurus est. h. 2. n. 50. vsq. 61. est etiam speculum, quod tale tibi apparet, quale tibi homini. 37. num. 15. 16. imo ea de causa tam sero ad te venit & pedetentim, quia tali tu modo ad illum tendis, sicut pater in dante auaro. h. 15. n. 36. & seq. & solus. h. 27. n. 37. vsq. 42.

V. *Cum sero esset die illa.* Quamuis Deus procedat, ne fiduciam amittas: nam si tardet ad tuum desiderium, ad tuam non tardabit utilitatem: quod si non venerit pro voto tuo, veniet quando fuerit ad gloriam suam expediens, tuamque utilitatem: hoc enim est quod scriptum legimus: *Si moram fecerit, non tardabit.* h. 32. n. 50. 51.

VI. *Cum sero esset.* Differt succurrere tibi Deus, non quia tui oblitus est, sed vt tua increpant desideria, eiusque dona pluri facias: nota etenim est hæc propositio. *Desideria dilata et sero.* h. 9. n. 26.

VII. *Et fores essent clausæ, venit Iesus.* Iamuis clausis intrat Dominus, corporis sui gloriosi demonstrata qualitate, & nominatam dotem subtilitatis qua potest & ipsos cælos penetrare, non tamen illos circumspendo hom. 11. num. 36. 37.

VIII. *Et fores essent clausæ.* Residant Apostoli iamuis clausis vel potius clausis foribus cuiuslibet consolationi, quæ poterat illos recreare: quia non aderat illis Christus: totaque Principum potentia contra illos conspirat erat. Negare Christum illicitum erat prodire in publicum illum: que consistere non atque potro hæc ea est Dei misericordia, vt dum fores omnes videntur oclusæ, nunquam tamen illi concluduntur: quinimo dum si in Israhel in deserto nescirent cui nisi lapidibus marum adicere, illi tamen nulla clauderentur ianua, cœlorum enim aperuit ianuam, & hoc tibi o mulier in pia pressa veniat in mentem, quæ tibi velut lob omnes fores esse clausas ingemiscit hom. 5. numero 31.

IX. *Et fores essent clausæ.* Seruie Domino, nec vni deserat fiducia, licet portas omnes remedio vsquo lægeatis oclusas: non enim ita clausi de inebimini vt Daniel in lacu leonis non solum clauso, sed etiam signato, & nihilominus nulla facta sigilli ruptura, intravit propheta per aera ductus ebum illi administrans. Nota: dicitur hic est conceptus. h. 27. n. 3. vsq. 12.

X. *Et fores essent clausæ.* Tuis o Domine sperantibus Apostolis, ne propter mortem tuam diffiderent, quod statim iterum adesses illis redimus: nunc post agoniam qua non modice ex morte tua consistabatur, quando te sperant resuscitatum, grauioribus hinc oppellunt aduersitatibus, quia denuo Iudæi illas persequuntur, ita vt ad clausuram compellantur. Ita sæpe Deus electos suos excipit quando de tribulati

ne sperant auxilium, ut alia exerceantur acerbiori, ad fidei suae probationem. ho. 4. nu. 42. 43.

XI. *Propter meritum Iudeorum.* Ne tibi persuaseris hoc sine causa factum; non enim Deus procedit ut cœtus, sed passibus ad gloriam suam nostrumq; commodum dispositis. ho. 31. nu. 38. vsque 41. Voluit Dominus machinas evetere Iudeorum: nam ad obscurandam Resurrectionis eius gloriam, datâ pecuniâ copiosâ militibus; sparserunt in vulgus corpus eius à discipulis sublatam, perpende mendaciam, cum discipuli vecordes adeo essent ut latebras quærerent, nec se ianuam etiam clausis tutos arbitrarentur: quanto magis ad sepulchrum tenderent, à militibus circumseptum: Completa est Isaia Prophecia, quod Deus dicit & impios pro Christi sepultura destinaret: nam ex eo quod hic intercedit pater Apostolis fuisse impossibile corpus Christi sursum auferre. hom. 49. num. 22. vsque 26.

XII. *Stetit Iesus.* Audis oraculum Davidis impletum de triumphali Christi Resurrectione. Quid postulas ô David? *Excubat Deus, & dissipentur inimici eius, & inhi epulentur & exultent in conspectu eius.* Ecce completum hic: *Stetit Iesus.* hom. 49. num. 2. vsque 11. stat erectus in pedes tanquam de diabolo triumphator. ibid. num. 11. vsque 16. & de morte. ibid. nu. 16. & de Iudeis. ibid. num. 17. vsque 21.

XIII. *Stetit in medio discipulorum.* Communiter stabat Dominus in medio: in natiuitate in medio animalium, in templo in medio Doctorum, in morte in medio latronum & modo in medio discipulorū ostendit, quod sicut medium æqualiter distat ab extremis, sic & Christus. Non illum tibi appropies quia nobilis es vel dives tantam etenim partem habet in illo plebeius & maxime pauper, & quisque habere potest qui voluerit. hom. 21. nu. 21. 22.

XIV. *Dixit eis: Pax vobis.* Ad bolidem cadit ex ore Christi hoc verbum: quandoquidem ille solus possit offerre pacem, est enim mediator, quem Iob desiderabat: pacem compositurus. ho. 26. nu. 5. 6.

XV. *Pax vobis.* Congruè nunc potest offerre pacem, cum bellum sit finitum, quod illi Pater inferebat nostris grauato secleribus, omnia in eo puniens mundi peccata Crudele bellum, quandoquidem illud suscipiens agoniam passus sit adeo mortalem vel sanguinem iudicet. ho. 42. nu. 105. vsque 111. Ita ut si Christum mortuum in cruce consideres, Pater responderet tibi caelestis: *Propter scelus populi mei percutiui eum.* Hoc est quod in illo Pilati: *Ecce homo,* & D. Ioan. *Ecce mulier.* Considerandum est. ho. 38. n. 121. 122.

XVI. *Pax vobis.* iam compositum est thymiana quo infernum Patris pectus miijetur, vnde illo mediante tibi pacem offert. ho. 42. n. 119. vsque 24.

XVII. *Pax vobis.* Habet hic quis fuerit suis *Ricen. Bapt. deli. Nura. Tom. 2.*

corum quæ passus est, vsque ad mortem crucis; & enim omnia tibi profuerunt. Pax bonum est ita vniuersale ut bona omnia comprehendat, cuius symbolum est cythara quæ cordarum omnium requirit concentum. Audis hic quod Angeli eo nato concinerunt *Natus est vobis Saluator.* Quia quicquid agit & passus est, totum nobis cessit ad salutem, vnde dicere potuit Propheta: *Rex tuus venit tibi.* homil. 41. numer. 59. vsque 67.

XVIII. *Pax vobis.* Ecce Regem pacis, qui nihil præter pacem spirat, mundi Monarchis valde dissimilem quos ventu turbulenti, brutaque ferocia designabant. ho. 41. n. 84. vsque 88.

XIX. *Pax vobis.* Resurgens Christus Regnum suum à se conquistum intra. it, non alios occidendo, sed ipse moriendo: Fuit enim ut terrimus ligni vermiculus; proinde hoc regnum ingitellus, pacem offert quam vult Duces sui conferrent illatam; Apostolo. intelligo. ho. 41. n. 88. vsque 93.

XX. *Ostendit eis manus & latus.* Sic benedictus Deus qui verbis, operibus, & corde nos consolatur. Verbis dicendo, *Pax vobis.* operibus, manus ostendendo: corde latus demonstrando, quo significat omnia eius verba, opera & cor nobis fuisse emolumento. Non sic homines: nam aliqui bona illi proponunt verba, sed mala opera, quales sunt mali Christiani: alij hona proferunt verba & nonnulla bona opera cum Pharisæis qui ieiunabant dabantque elemosinas, sed cor habent peruersum, similes Hyenæ Hieremiæ. hom. 8. num. 35. vsque 39.

XXI. *Ostendit eis manus & latus.* q. d. Indicate an quid amplius vestri grauiâ facere potuerim, dicant illud hæc manus diris confixæ clavis, dicat illud latus lanceâ transfossus: *Quid ultra potui?* hom. 17. num. 29. vsque 33.

XXII. *Ostendit eis manus & latus.* Dicit Euan. gelista quod etiam hæc dicens: *Pax vobis,* manus eis ostenderit & latus: *Pax vobis & cum hoc dixisset, ostendit eis manus & latus.* Hæc optima est verbotenus promissio: *Pax vobis,* quando statim illam manus latusque confirmant, hoc est opera facta ex corde: parum enim referunt verba hona quæ Deo das si illa destruant opera mala, & quando lingua cordi repugnat: opera flagitat Deus quæ verbis fidei tue conueniant. *Ostende fidem tuam ex operibus.* ho. 57. nu. 43.

XXIII. *Cum hoc dixisset, insuspirauit, &c.* Accipito Spiritum S. quorum remiseras peccata, &c. Sicut omnis eius passio & mors in eum finem collimarat, ut tolleretur peccatum, continuo hoc perficit: si namque hoc factum non fuisset, non videretur assequi illud, quod prætendebat: hoc enim est quod ait Propheta: *Hoc est omnis fructus ut auferatur peccatum,* proinde statim de hoc disponit. hom. 35. num. 7. & hom. 38. num. 99.

XXIV. *Insufflauit.* Dedit Deus homini animam diu suo spiraculo, & quia hæc angusta est, denuo insufflat quasi nouam illi infundens animam suo ampliori & corde maiori: hoc enim est primum quo fulgere debet Apostoli, eiusque ministri ad salutem peccatorum, cor nimirum habere ita dilatatum, & stomachum tam anplum, ut illos nec omnia mundi peccata perterreant: hoc D. Petro demonstraui in illo linteo missõ de celo, omnigenis animalibus pleno, cui dictum est, *Occide & manduca.* ho. 38 nu. 110. h. 43. numero 10.

XXV. *Insufflauit.* Tribuere vult ministris pœnitentiã, cor & animum amplissimum, ne abominentur, nec nauisiam illis pariant, quantumuis horrendas viderent in munditia, nec sint vt Pharisæi ita coarctati, vt dicerent peccatoribus: *Quidnis sum, non accedas ad me.* hom. 38. num. 103. 104.

XXVI. *Insufflauit.* Venit Dominus immutaturus spiritum veteris legis seuerum, in spiritum amoris. Legem illam condidit in flamma ignis, quo Moyses ipse terrebatur, spiritus verõ Euangelicus suauis insufflatur spiramine de quo sic lego, *Spiritus meus super mel dulcis.* Sicut duobus declarauit fratribus Iacobo, & Ioanni. hom. 41. num. 37. vsque 41.

XXVII. *Insufflauit dicens:* Accipite Spiritum S. Considerandum hic quod notauit vates Ezechiel quod insufflando concessus fuerit spiritus & vita ossibus aridis atque exesit; nam tales videbantur si ille Apostoli ex morte Redemptoris. illum deprecate vt hunc tibi spiritum insufflaret. hom. 35. num. 42.

XXVIII. *Insufflauit:* Accipite Spiritum S. Nunc mysterium intelliges lapsus D. Petri, voluit enim in eo spiritum occidere rigorosum, vt suum illi inflaret mitior em; in ipso hoc operaturus quod cecinit Dauid: *Auferit spiritum eorum, & deficiet. Et. Emitte spiritum tuum; & creabuntur.* Hunc discursum profecquitur D. Aug. st. hom. 41. num. 8. vsque 12.

XXIX. *Quorum remisistis peccata.* Summam hic laudat miser. coram, quã fundat in mundo tribunal, in quo omnia peccata remittuntur. Deum fuisse nimis nos remittere ad tribunal ecclẽse, quando hoc eramus negotium acturi. Hic in terra erigit illud ita nobis propinquum vt dicere nunc liceat: *Ne dixeris, quia ascendat in calum, &c. Propõ est verbum in ore tuo.* hom. 19. num. 60. vsque 64.

XXX. *Quorum remisistis peccata.* Hæc est imitatio Dei misericordia, quã proponit in mundo virtutum qui peccata remittat. In lege veteri festum instituit Expiationis multis solemne ceremoniis, & hoc totum nulli alij rei congruebat, quam sacrificandæ memoriæ peccatorum. hom. 1. num. 5. 6. Imõ nec ipse D. Joannis Baptista usque accedebat, nec ipse potestatem habebat remittendi peccata; & hoc quod in-

ter natos mulierum negatum fuit maiori, committitur tot ordinariis Sacerdotibus, vicinis & amicis suis. O quanta misericordia! Hic mentihæreat conceptus. hom. 19. num. 57. vsque 60.

XXXI. *Quorum remisistis peccata.* Quis imaginari potuisset, quõd Deus hominum manibus potestatem traderet remittendi omnia debita diuina suæ misericordiat; & sententia remissionis quam homo in terra largitur, confirmaretur in cœlis: vt enim quid admirabile Deus Iob proponit: *Nunquid vultis ordinem in cœli, & ponere rationem eius in terra?* hom. 18. num. 13.

XXXII. *Quorum remisistis peccata.* Perficit admirabili ordine providentiæ suæ diuina Deus, quod Spiritus S. exposuit: *Vnum contra vnum, & duo contra duo.* Diabolus multos in mundo habet, qui intrudunt infirmitates animalique grauent infirmitate in onere adeõ difficile, quale pondus est peccati, vt onem excedat loquendi modum. hom. 42. num. 23. & huiusmodi sunt, vt ad singulos passus illis occurrat, sunt enim portitores qui te ad sepulchrum efferunt, sicut ille qui Prophetam Ezechiel filium que prodigum efferebat. hom. 18. num. 25. 26. & hom. 31. num. 69. sine copiosè ministris instituit, nempe Sacerdotes quibus plenariam impertit potestatem, dicens: *Quorum remisistis peccata.* h. m. 14. num. 34.

XXXIII. *Quorum remisistis peccata.* Christo proprium fuit tempore publicam instruere vt sint sancti, atque in ea se sanctificent. Quõd verõ maximi ad hoc reiebat, potestas erat peccata remittendi: hæc autem ipse concedit. hom. 34. num. 34.

XXXIV. *Quorum remisistis peccata.* Prædium Dei misericordia, quã nos meritis non tradit Angelorum, qui mundi sunt & immaculati, sed hominum potestati, de quibus Apostolus: *In manus vestras habuit.* hom. 43. num. 8. vsque 12.

XXXV. *Quorum remisistis peccata.* Limes non ponit in peccatoribus, nec peccatis, quia nulli sunt quilibet enim peccator remedium potest obtinere pro quolibet peccato: proinde perpende quanta sit hæc misericordia, cum nullum sit in terra peccatum ita miserabile, donum est hoc tale vt multi fidem illi adhibere recusauerint: imõ nonnulli sancti de caritate conquesti sunt benignitate. hom. 18. nu. 4. vsque 12. In nulli articulo sic studuit Dominus confirmando quantum huic: ita vt primum quod Apostolus iam à morte diuinus proposuerit, hic sit articulus. ibid. num. 13. 14.

XXXVI. *Quorum remisistis peccata.* Appetit quadrat hoc post passionem eius, cuius demonstrat benignitatem quæ tanta est, vt quantumlibet accrescant peccata in qualitate & quantitate, superent tamen semper infinites: etenim quantumuis magna sit peccatorum malitia, tamen finita est, merita verõ Dom. Passio sua infinita. Hoc habeo ex D. Aug. h. 15. n. 18. vsque 21. XXXVII.

XXXVII. *Thomas vnus ex duodecim non erat cum illis. Et vidit Dominum Nisi videro. &c. Non credam.* Quo sine o Domine tantum in dilecto tuo discipulo malum permittisti, ex quo possent verisimiliter argumentum sumere inimici tui, quo tuam non credant resurrectionem? Ad magnum Ecclesie sue commo- dum: non enim tantum pareretur malum, nisi magnum inde bonum eliceret. h. 23. n. 2. v. l. que 5.

XXXVIII. *Nisi videro in manibus eius, non credam.* O Thoma quam malum hoc est exordium velle videre ad credendum. Non est hæc via ad fidem, visio, sed e contrario fides ad visionem: *Nisi credideris, non intelligitur.* Et hic error fuit Hymenæi, h. 29. n. 19. & Iulæorum, dixerunt enim: *Quod signum ostendit ut videamus.* Audi quid tibi consulet Sapiens *Custodi pedum tuam.* &c. h. 14. n. 12.

XXXIX. *Nisi videro. &c. Et mittam digitum. &c. Et manum meam in latus eius.* Non meis fidam oculis nec mihi sufficere si digitum illum contractauero, nisi totam manum meam in vulnera eius miser. Ecce quanta cordis durities in discipulo tuo prouenit beneficiis. Exaggerat Euangelista D. Ioan. & omnibus suis describit circumstantiis cordis Thomæ duritiem, & peccati eius gravitatem, non ut Apostoli sancti huius honori detrahat, sed ad Dei gloriam eiusque honorem: quanto namque clarius exprimitur grauitas infirmitatis, tanto magis extollitur virtus & experientia medici, & quanto quis profundius turpioribus immersus jacet peccatis, tanto gloriosior ab illis resurgit si diuina cooperans gratia ab illis se liberet illaque superet. h. 38. n. 23. & seqq.

XL. *Nisi videro in manibus eius.* Quam desperatus videri hic infirmus: quandoquidem ea petat quæ toti mundo ita videntur impossibilia; atque in sua sic contraxerat persistit intentione. Nihilominus hæc illi conceduntur quatenus Dominus prægrandem suam patefecerat misericordiam, ut enim hominem creauit peccabilem ad ostensionem misericordie suæ, peccata permittit ita grauiam ad magnitudinis illius expressio- nem, ut possit dicere D. Paulus: *Vt ostenderet in me omnem patientiam.* h. 18. n. 1. 3.

XLI. *Post dies octo iterum erant discipuli. Et Thomas cum eis.* Tertium erat o Domine, te non permittiturum, ut tibi hæc ouis de manibus raperetur, quodque de xer- ras æterno Patri tuo de illis quos tibi tradidit, neminem fore perdendum, nisi Iudam filium perditionis: Ecce Domine lupus infernalis alteram tibi surripit ouiculam, quocirca velociter accurre illam erepturus. h. 3. n. 52.

XLII. *Venit Iesus iterum. &c. Dicit Thoma. Infer digi- tum tuum huc.* Quanta potest huic misericordia com- parari? Si Patris primogenitus obloquitur quia filium recipit prodigum accedentem, quanto murmuraret in-

stantius si videret quod ipsum quæreret & delictis de- mulceret manum & lateris omnino singularibus: *Vt video de hoc obloquitur ut sancti.* h. 18. n. 4. Quodque ab illo tempore Elias illum voluerit detinere ne Isra- eli miseretur sicut detinuit. *Ibid.* n. 59. & quæ do- pluiam largiri voluit, illum etiam colubuerit, ob po- puli infidelitatem. h. 24. n. 41.

XLIII. *Infer digitum tuum huc. & vide manus meas. & mitte manum tuam in latus meum.* Videntur hæc tibi verba dici. Vnam vulnere manuum pedum & lateris eius pertraheres, nec tibi sufficeret illa sim- plici oculorum intuitu pertransire: nam illis similis est quibus faris erat illa superficialiter inspicere. h. 1. n. 3. Viros vult Deus scrutatores. *Ibid.* n. 4. & qui collatio- nem instituant & hæc vulnera metiantur, in eis sua considerantes peccata: in capitis illius spinis tuam at- tende superbiam in manibus perforatis tuam auariti- am. Hoc quippe est digitos & manus in vulnera im- mittere, templumque metiri, quod Dominus dixit Ezechiel. h. 1. n. 6. & h. 42. n. 14. Hoc erat Sanctorum exercitium iuxta D. Pauli consilium: *Hoc sentite in vs- bus.* *Ibid.* num. 10.

XLIV. *Dominus meus & Deus meus.* Ecce quid Do- minus intenderit confirmare se resurrectionem suam ita constanter, nempe visu oculorum, penetratione di- gitorum, manuumque contactu, ne dicat Iudæus, my- sterium hoc creditum fuisse non præmissa debita con- firmatione: nam in eum sine totum hunc actum dis- posuit. h. 43. n. 2. & seqq.

XLV. *Dominus meus & Deus meus.* Audis confes- sionem fidei sane excellentem. Confitetur eum Domi- num & Deum ex opere Deo proprio ad quod nullus nisi ipse potest attingere potestas, nempe efficaciter operari in corde obdurato, illud in momento tempo- ris a summo vsque deorsum permutando & inuertendo: opus hoc creationem cæli & terræ antecedit. *h. 25. num. 4. 5.*

XLVI. *Dominus meus.* Hoc igitur opus est Deo proprio ut Domino, operari in cordibus id quod vult, quomodo & quando vult, illaque transmutando, nulla tamen facta violentia. h. 29. n. 15. 16. Et sicut D. Petrus ex hoc ipso cognouit Christum esse Deum, etiam & D. Thomas. h. 4. n. 50.

XLVII. *Dominus meus & Deus.* Numquid aptius dixisset & honori Christi conuenientius illum vocan- do absolute Dominum, quo nomine declaratur esse Deus. h. 2. n. 28. 29. Quare limitationem adiungis adeo stricte Domini illius & diuinitatis, tibi tantum? la- tet hic mysterium quod D. Paulus intellexit de subli- mi passionis mortisque Domine Sacramento: cui vt pro debito grati sumus, illudque magni faciamus, sin- gulis est considerandum quasi sui solius gratia esse peractum & dicendum cum Apostolo: *Qui dixit me*

Et tradidit semetipsum pro me. h. 42. n. 2. vsque 5. & est hoc Sacramentum quod D. Ambrosius de vitulo saginato proposuit. Ibid. n. 7. vsque 11. & ni fallat hoc ipse Dominus amico suo promisit familiari: *Scribam super tuum nomen meum, & nomen civitatis novae Ierusalem.* Nomen meum Iesus: quasi pro illo solo hoc assumpsisset, & pro illo solo caelum creasset: hoc enim est: *Sic totum omnibus quod totum singulis.* Ibid. n. 7.

XLVIII. *Quia vidiſti me Thoma, credidiſti. Beati qui non viderunt & crediderunt.* Non intendit Dominus dicere illos fore beatiores qui ipsum non viderunt resuscitatum & crediderunt, quales nos sumus: quia extra controversiam est quod nullus eorum qui posterior vixit Apollolis dici possit ipso D. Thoma beatorum in confesso est quod Apostoli primitias acceperint de honorum Spiritus S. ut dixit D. Paulus: sed solari voluit Dominus posteros, qui tritari possent eo quod ipsum in mundo non viderant, nec fors illa beata Apostolorum ipsis contigerit, quibus Christus ait: *Beati oculi qui vident, &c.* Beati fuerunt illi videndo quod viderunt, & nos ipsi beati erimus non videndo, & sine vita credendo: ut dicendum erit Dominica duodecima post Pentecosten ad illa verba: *Beati oculi qui vident.*

XLIX. *Multa & varia signa fecit Iesus qua non sunt scripta in libro hac.* Christus caelum est stellatum insignis ornatum stellis, sed D. Ioan. iis tantum inhaeret explicandis: quae maioris sunt magnitudinis quod sufficit ad intelligendum eius excellentiam. hom. 32. num. 1. 2.

## DOMINICA II. POST PASCHA.

I. *Ego sum Pastor bonus.* Ioan. 10. Sicut multa sunt opera quae Christus facit in nostram utilitatem nec declorari possunt unico nomine, plura assumpsit & dixit ea, quatenus quod unum non potest, explicet alterum: unum eorum est nomen Pastoris: quo sollicitudo proponitur quam gerit de animabus & quid pro illis facit. h. 33. n. 2.

II. *Ego sum Pastor bonus.* Ostendit Dominus quanti faciat animas, quando quidem se earum statuat Pastorem: nam evidenter Rex ostendit quanti faceret oves suas si non contentus quod illas comendaverit, & Pastores assignaverit curis suae primarias, sed ipse Pastoris officio fungeretur, ipse per aucta & deserta illas quaereret, se sub dio quiesceret, ipse fatigaretur. Illas habet ut facultates suas primarias. h. 22. n. 56. unde & que ac de facultatibus suis curam de illis suscipit. h. 38. n. 19. nec tanti Rex ultimam provinciam aut regionem sui civitatem, quanti Deus unicam animam. h. 20. n. 34.

III. *Ego sum Pastor bonus.* Magna Dei misericordia scriptum Pastorem creare, imo & ovium suarum pas-

cua quae inveniunt in illam ingrediendo & egrediendo sicut ipse testatur. h. 36. n. 34.

IV. *Ego sum Pastor bonus.* Multi etiam Pastores mali, qui cum oves ducere debuissent ad bona pasturatumque ovile, ducebant illas ad herbas venenatas & dirigebant ad inferni praecipita. Hoc sponsa timore rogabat illum ut huic suae necessitati subveniret. h. 19. n. 7. 8. ad hoc venit ipse & se Pastorem statuit afferre pasqua quae daret esse salutaria, viamque in quam duceret esse vitam. h. 33. n. 39. Ducem se nominat ad caelum, sicut etiam Pastores ducesque ad infernum. Argumentum hoc vitale est. Ibid. n. 42. vsque 46.

V. *Ego sum Pastor bonus.* Mundus in duos dividitur greges ovium & haedorum, unde duo sunt Pastores, Christus & diabolus: unus Pastor est vitae & dicitur vita alter est mortis, diciturque moysi Tu videris vitrum eligas. h. 19. n. 12. 13.

VI. *Ego sum Pastor bonus.* Contraria obest officio Christus & diabolus: Christus Pastoris oves salvat: diabolus exterminatoris illas de terminis vitae legis extrahentis & ab omni bono exterminantis: perpende uter te Pastor diligat. h. 19. n. 24. 25.

VII. *Ego sum Pastor bonus.* Eo solo tibi dicit ad te spectare ut te ducat, ut Pastor oves, proinde si viam quaeris aliam ab ea quam te docet, & qua pergit, non dicit te aberrare: nam idcirco Pastor est qui *non vadit.* Nec alia tibi via patet nisi illa quam ipse inambulavit. h. 15. n. 10. & seqq. h. 33. n. 39. h. 38. n. 50. & seqq.

VIII. *Ego sum Pastor bonus.* Accipit Dominus hoc nomen ut illud etiam traderet illis quibus officium committeret curandi animas, quos voluit vocari Pastores, & ostendit ex merito D. Hieronimi differentiam inter vitam eorum & subditorum, quod tale esse debet quale est inter vitam Pastoris & ovium, quatenus intelligas qualis oportet ut sit eius qui tale nomen suscipit. h. 15. n. 37. & seqq. idcirco peccavit D. Petrus alicuiquam assidens cum plebe viliori. h. 43. n. 39. 40.

IX. *Bonus Pastor animam suam dat.* Ecce Pastoris officium quod non est sedere & lacte ac lana ovium recreare, sed pro eis laborare vsque ad vitam suam expositionem & intelligere id quod confanguineus dicitur Abimelech. h. 15. n. 33.

X. *Bonus Pastor animam suam dat.* Non te ducere creatur ut recipias, sed ut erogas, medium bonae fortunae sed etiam sanguinem & vitam pro ovibus: hoc enim fecit bonus ille Pastor Christus, de quo propheta dixit ad Hierusalem ut exultaret, quia venisset ad eius salutem, ipsis terrae Regibus insignior, quoniam sola manibus sustineretur subditorum. hom. 41. n. 10. vsque 65.

XI. *Bonus Pastor animam suam dat.* Sic vere bonus est Pastor, nam quidquid habuit, ad salutem expositionem ovium suarum. h. 41. n. 62. & seqq. Et fermentum com-

possit ex propria sua carne, ut oves suae tanto lautius pascerentur: hoc enim declaravit Symbolo fermenti. h. 41. n. 68. vsque 71.

XII. *Bonus Pastor animam suam dat.* Considera pondus quod secum trahit Pastoris officium, & ad quae teneatur, quod Mitra declarat doloque D. Gregorii. h. 1. n. 37. vsque 43.

XIII. *Mercenarius fugit.* Dum videt periculum, qui non est bonus Pastor fugam cogitat: quocirca Christus quos Pastores designabat sic praemonebat: *Nolite timere eos qui occidunt corpus.* Pastor etenim formidolosus non est: ovis suis conveniens, & magis nomen meretur mercenarius. h. 43. n. 33.

XIV. *Lupus raptus & dispergit oves.* Haec prima est diaboli sollicitudo eua di pergat oves, ut de grege discedant, nam eo modo facile ei est quamlibet depradari. Hoc desideravit ipsa nocte passionis, circumvenire Apostolos omnesque illas dispergere: *Dispergens oves:* cum enim earum bonum consistit ex maiori parte in vivare fidei, Sacramentorum, & doctrinae, huic torus incumbit diabolus ut illam in diversa rapiat, & huic ab ipso mundi primordio semper inuigilavit hom. 14. n. 1. vsque 23.

XV. *Ego sum Pastor bonus, & cognosco oves meas, & cognoscent me meae.* Ut conicio declarat illud sponta: *Dilectus meus mihi & ego illi.* h. 30. n. 64. Sicut enim oves eius curam habent, illique nec alteri intendunt, ipse similiter ita attente sollicitus est de eis ut nullius alienus rei quam earum videatur habere curam, & hanc praescripsit lect. onem S. Catharinae Senensis: *Nulla cogitatio de me, & ego cogitabo de te.* h. 27. n. 12. & seqq.

XVI. *Cognosco oves meas, & cognoscent me meae.* Esto securus, si namque oculos tuos in illum conicias eius curam obsequium, suos in te coniciet tuas consulens vilitati ut animal Ez echielis, & dolenter patitur quod contraria te veret sollicitudo. h. 27. n. 8. vsque 12.

XVII. *Cognosco oves meas: cognoscent me meae.* Magnam continent haec verba mysterium. Cognitio Dei eius est approbatio: dum oves suas cognoscit, esse possunt securae, quod illis nihil sit defuturum, quandoquidem propter ipsas sollicitus, consensare studeat in mundo etiam malos qui ipsum offendunt. h. 27. n. 19. vsque 24.

XVIII. *Cognosco oves meas, & cognoscent me meae, sicut agnosco Patrem, & c.* Nescio quomodo posset Christus maiori inveniende blandimenta quam haec facit: etenim cum ovis suis quod cum ipso Pater: hinc dixit: *Sicut vivit Pater & ego vivo, & c.* *Qui manducat me, & c.* Et alias: *Oro Patrem ut sint unum sicut & nos.* Norunt omnes discrimen, verum tamen hac veritate loquendi forma qua demonstrat quo effectu diligit oves suas, quantumque illas cognoscat & ipse illum agnoscat: etenim certum est quod sicut illa cognoscit ipsam

ipse cognoscat illas, & sicut curam illius habebunt, ipse quoque illarum habebit curam. h. 25. n. 50. vsque 61. Est enim Deus speculum ut saepe diximus. hom. 37. num. 15. 16.

XIX. *Animam meam pono pro ovibus meis.* Eleganter dixit D. Aug. st. *Dilexisti me Domine plusquam te, quia mori voluisti pro me.* h. 9. n. 48. Confundere & puriore erubescere, cum Deus tanta tui faciat gratia ut vitam suam exponat, tu totus incumbas quo diabolo frundo, carni, opibus honorii, filii impendas & superimpendas quidquid potes, & solus ipse sis pro quo omittis agere quod committit, nam te illa capiet maledictio: *Maledictus quis partem suam facit deterioiorem.* h. 27. n. 54.

XX. *Animam meam pono pro ovibus meis:* Magna confusio quod tam modicum facias pro Christo: cum ipse pro salute tua & vita tantum fecerit, nec a te nisi facilia requirit, totumque tuum sit studium demoni famulari petenti a te quaeque d. sicillima. hom. 15. num. 63. 64.

XXI. *Animam meam pono pro ovibus meis.* Attende quantum oves huic debeant Pastori, cum quidquid habuit illis dedit, ut nec vitæ suae animæque pepererit. Optime qualibet harum ovium sibi verba haec vsuipet Ioseph Dominus meus omnibus mihi tradidit: *Et quomodo possum peccare in Dominum meum?* h. 17. n. 32. hom. 45. num. 14.

XXII. *Animam meam pono pro ovibus meis.* Hic licet considerare quanti faciat unicam animam quandoquidem vitam suam tradidit ut illam lucraretur, unde non paruum aestimat obsequium, illi in hoc assistere & supremam censet offensam si quis vnam ex illis agat in ruinam. Nam quicumque hoc fecerit, in eum seuerus animadvertet ut Samson in Ph listhagos. Ne conceptum hunc praetercas. h. 22. n. 17. & seqq. Et hoc erat argumentum D. Pauli ut tibi cauere ne alteri fieres offenculo: *Pro quo Christus mortuus est.* h. 30. n. 22. Cui servit, h. 22. Quantum obigemur ad fraternam correctionem, saluti studentes animarum. h. 22. n. 2. vsque 9. Et hinc o diues intelliges obligationem qua teneris pauperi subvenire tuas illi erogando facultates, cum Christus tanti faciat illum, ut pro illo sanguinem suum effuderit. h. 16. n. 11.

XXIII. *Alias oves habeo, & c. fiat, unum ovile & unus Pastor.* Loquitur de Gentilibus nam D. Ioan. de aliquibus eorum dixit, quod haberet filios Deus per mundum dispersos, quos omnes in vnam Ecclesiam sub vno capite congregaret. Ex multis titulis sumitur vnitatis Ecclesiae, porro singulariter ex vno Pastore ut hic dixit Christus. Conceptus notatu dignus. hom. 14. num. 18. 19.

## DOMINICA III. POST PASCHA.

I. **M**edicum & iam non videbitis me, & iterum modicum, &c. Ioa. 16. Prænoſcens Chriſtus, & ex mente D. Chryſ. diſcipulos ſuos ex paſſione ſua turbandos, illos prænoſcit cunctiſque conſulit, eſt enim diuina ſapientia, de qua legimus: *Omnia proſpectionis*, & ideo illis prædicit quod ſibi nouerat euenturum, quod nempe modicum & iam illum non viderent, & iterum modicum & viderent illum: quia per hoc officio ſuo ſatisfaciebat quo ſungebatur, mortendo, quo modicum illum non viderent, & illi, quod nobis expediebat à mortuis reſurgendo, quo iterum modicum & viderent illum, & illi quod perſonam illius tangebatur aſcendendo in cœlum vt ibidem prægaret, & iterum modicum & illum non viderent. homil. 29. numero 4. 5.

II. **M**edicum Aperte prædicit: quid ſibi ſit euenturum oſtendens ſe Deum qui omnia nouit, oculosque habet ita lyuceos: *Vt omnia nuda & aperta ſint oculis eius* h. 1. n. 30. & h. 26. n. 40. & tamquam Dominus rectorque temporis. h. 33. n. 38. vſque 41.

III. **M**edicum & iam non videbitis me. Hoc dicit quia paulo poſt erat moriturus, & adhuc vnum modicum & videbitis me, hoc ait quia ſurrecturus erat & cum ipſis modicum futurus quadraginta ſcilicet diebus, quibus euolutis ad Patrem aſcenderet: etenim in mundo omnia durant modicum, videre & non videre, dolor & gaudium, nec eſt quidquam magis ordinarium quam hæc vnus ad alterum commutatio, & hoc Salomon aduertit. h. 4. n. 16. vſque 29. h. 11. n. 29. vſque 31. h. 41. n. 6. vſque 9.

IV. **M**odicum & iam. Gaudium & mortis in n. n. do omnia modico durant tempore, & hoc facit ne tanti faciamus proſperos euenus qui in mundo finiuntur & facilius multo quam veni flatus euaneſcunt. h. 4. n. 19. vſque 26. Reptobos interroga, damnatos in inferno tibi que reſpondebunt: *Præterierunt omnia illa tanquam umbra*, &c. h. 1. n. 47. & ſeqq.

V. **M**edicum & non videbitis me. Hoc ipſum præſtat ne electi fatigentur à neceſſitatibus, quæ norunt modico durare tempore, quæ circa illas Apoſtolus dicit momentaneas. h. 16. n. 36.

VI. **M**edicum & iam. Modicum tribulationis immitit Chriſtus, nihilominus etiam ad eſt modicum tribuens quietem; etenim hoc in odo vita noſtra t. a. n. ſigenda eſt, quando quidem infirmitas noſtra non ſemper ſuſtinere valeat arcum intentum: vnde Chriſtus Apoſtolis ſuis tangens ait: *Requieſcite pauſillum ſicut Abraham peregrinus: Reſiciatur cor veſtrum, & poſtea tranſibitis*: Petro hoc ita fiat vt modicum tribulatio-

nem multa non ſequatur quietes, nec vnus dies ieiunium compenſet ſex dierum copium epiphaniam h. 27. n. 5. nec præmitas delicatium inuentiones que notat D. Chryſoſt. ex timore iniunitionum licet ex ſcientia D. Bernardi, caro non eo modo ſit affligenda vt ad opera pietatis reddatur inutilis: tamen non quilibet nos retrahere debet timor, nec omittendum eſt quod ob minimum capitis dolorem aut vertiginem ex illa ſecuram. hom. 1. n. 17.

VII. **M**edicum etiam. Tribuit nobis Deus modicum tempus, ne illud contempnamus, neve perdamus, & hoc iuſtos reddit ſollicitos reque debet etiam noxium reddere re inutiliter, vt facis, illud expendat h. 36. n. 41. vſque 46. Inſigne huius nobis dedit exemplum Abraham tempus non procaſtando ne quæ obediens mandatis quoad legem circumciſio: non enim mandatum eſſet tantum inferens dolorem, & celeſtiam, vitæque periculum, quam primum diuina cognouit voluntatem præceptum implevit, ſcilicet filium ſuum Iſmael, omneſque domos eos ſuos etiam vernas circumcidit: nullum etiam tempus perdidit in illa Dei præceptorum cuiusque legis executione. h. n. 45. eandem diligentiam & curam quam lucris non impendis, tuæ prætor impendas ſaluatiõni: & quæ quidem ad illa tempus præuenias, vt lucrum reprobates, tibi que videatur quamlibet dilatoriam, etiam minimam: eſt periculoſam: etiam tempus præuenias ad ſalutem tuam, nec ullum in eius procaſtatione perdas, eſt enim multo damnoſior in illis quælibet procaſtatione. Conceptum hunc format D. Bernardus ibid. numero 44.

VIII. **M**edicum etiam. Diabolus excitat ad diligentiã quod ſciat ſibi modicum eſſe tempus: hoc quoque tuam prouocet ſollicitudinem, ne forte te velut in muſcipula comprehendat. h. 36. n. 46. vſque 48. Caue tibi ne rapiat te mors in peccatis, quæ tibi diabolus reddit faciliã, & incidat in manus eius tuum in muſcipulam, qui caſi odore allectus facilem inuenit introitum vt illum obtineat, ſed illa comprehenditur nec patet exitus: caſus hic contingit. Egypci nam perſequentes Iſrael taſ illeſti viſto ſia, aquas reſgreſſi ſunt pelagi, eorum veſtigia pone ſequentes, quæ Deus concludit, illi vero ipſis comprehendit ſubterit ſani: & in eo ipſo quod ad ſuam prætenderent libertatem, mortem inuenerunt. Vt autem hoc tibi prohiberet ſupplicium voluit Deus vt ſubmerſi & deſundi ſtatim aquas ſupernatarent, vt illos videas, & cogitetas, quod ſicut illos Deus velut in muſcipula comprehendit, in eo ipſo quod aſſequi contendeant: ita tuus in peccatis comprehendet, niſi præuenias præuenias. Hoc argumentum lego apud Caiet. ibid. numero 47.

IX. **N**e ſcimus quid loquatur. Hæſerunt Apoſtoli

eo quod Dominus dixerat: vnde cum illud non intelligeret, inter se per cunctari sunt quid verba illa Domini significarent. Dixit de se Christus quod Seminator esset cui proprium est seminare, & quamvis non statim appareat semem desuper irridente pluvia manifestatur: tale fuit quod dixit Christus Apollolis: etenim tunc non intellexit, sed decidentibus aquis Spiritus S. verissimum esse compererunt. Multa vobis predicamus, nec omnia capitis, de gaudio quo iusti tribulationibus afflicti persuauntur, & in penitentis suis iucunditate. Si vos disponentes recipiendo doctrinam illamque executioni mandando, dona Spiritus S. perciperetis & quae diximus intelligeretis, vt conigit Arnulpho aliusque sanctis homil. 30 numero 48. vsque 51. Etiam cognosces quod Deus in nocte tribulationis dare possit cantica laetitiae in bono quod sub illis experitur ille qui eius amore illas sustinet. ibid. numero 48.

X. Cognouit Iesus, quia volebant eum interrogare, quos sua praesentis responsione. nam in illo se Deum ostendit, potissimum in declarando quod secreta cordium penetraret. homil. 41 numero 12. Penetrant oculi eius ipsas maris abyssos. hom. 26. n. 40. Oculique eius lycas superant visum. h. 15. nu. 30.

XI. De hoc quartis quia dixi vobis, &c. Amen dico vobis quia floribus & siccabit vos. Cum iuramento affirmat illis futurum quod tribulationes parientur adeo cupias vt communitur oculi eorum lacrymis immergantur. Conguae hoc confirmat iuramentis: quia si idem videtur superare, quod amicos suos aduersariis examinet, suosque inimicos recte prosperitatibus: verumtamen manifestum est hoc ita ab eo dirigi primo: vt suae satisfaciat iustitiae quae malis compensat in hoc mundo vel modicum illud bonum quod agunt, & in amicis suis punit peccata etiam leuissima; conceptus notari dignus. ho. 16. nu. 31 vsque 39. nec miris graues amicis eius inimiti calamitates, quia peccata venialia valde leuia etiam graues inducere possunt morbos & persecutiones. ho. 10. n. 21. vsque 31.

XXII. Floribus & siccabit vos, &c. Aduersum non spirat animum quod Deus electos suos persecutionibus premit & aduersitatibus, imo potius amoris est ind. cum, sicut nec eiusdem est terrenis eos persuadere voluptatibus: etenim illas suis communicat inimicis. Conceptus hic est solidus & utilis. ho. 12. nu. 21. vsque 27. Haec sunt talenta quae illis distribuit quibus diuitias optat copiosiores. ib. nu. 27. vsque 35.

XIII. Sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Haec vestra est: beatitudo, qua tristitia vestra vitae huius in gaudium conuertitur mortis, quando mundanorum gaudium definit in tristitiam. Magna nimis tua est amentia velle vitam ducere voluptatibus gratam, pariter & mortem. Comparandus es Balaam cum sis

astutus: eandem optas pauonis. hom. 37. numero 45 & 46.

XIV. Tristitia vestra vertetur in gaudium. Haec hic quod mundus non potest capere, nempe tribulationes & tristitiam iustorum finite in iucunditate iqua in rei veritate nullum est in mundo gaudium: quod illi potest comparari quod in sanctis refulat ex tribulationibus. h. 30. n. 48 & seq. quod licet mundus arb. trahatur Paulum esse crucifixum, melius ipse iudicabat in: dum esse crucifixum. h. 37. n. 73.

XV. Tristitia vestra vertetur in gaudium. Voleptas quia malus potitur in committendo peccatum illi vertitur in tristitiam ex remorsu conscientiae quo premittitur vt Cain & Nero, qui ob fratricidium dicebat, quod quocumque pergeret hoc tempus illi occurreret & tremore percelleret. Et ille pariter latro, de quo Sophron qui cum puerum occidisset semper videbatur illum habere praesentem, etiam Monachum professus vt iustitiam effugeret: ita vt praesentia pueri imaginaria compulerit illum Monasterium deserere & manibus se tradere iustitiae penitendum. ib. n. 54. hom. 37. n. 53. 54. Et propter eundem animae suae turbationem. ib. n. 55. & va tibi si illam non sentias. ib. n. 56. & propter perpe. uas acclamationes quibus a conscientia sua perturbatur. Hoc tribus D. August. ibid. num. 64 & experientia constat quod vt dixit D. Ios. ingredi peccato, diabolus pariter intrat, quem a tergo sequitur infernus. h. 19. n. 13. vsque 18.

XVI. Sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Oppositum sit electis. Quae consolatio maleet alicui peccata sua confitentem & deplorantem: iam nonnulla vita & aeternae gaudia praehibet pacetque fruunt de qua Paulus quod exsuperat omnia sensum. Haec utiliter fusseque declarantur. h. 37. n. 7. vsque 67.

XVII. Sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Ne desueueris, monente D. Chrysost. iustos quos pati certis persecutiones & lacrymis effusos: haec enim omnia vertentur in gaudium: quocirca tribulationibus attritis cum Isaia fausta apprecare. hom. 32. num. 41. vsque 45.

XVIII. Mulier cum parit tristitiam habet. Egregium sane symbolum eius quod fit in exercitio virtutum quo iusti laborent: nec enim dubitandum, quin dum pium conceperunt desiderium virtutis, mortificationis carnis remissionis iniuriarum, castigationis corporis, sentiant molestias & aliquando quasi partus angustias. h. 1. n. 26. Porro vniuersim haec omnia pertauntur nec tibi similes de quo bene dicitur: Venit ad partum & virtus non erat parendi. h. 10. n. 38.

XIX. Mulier cum parit. Adeo graues sunt partus dolores vt ad illos tolerandos necesse sit mulierem animare consideratione eius quod complebitur desiderium adeo magnum quo feruet videndi filium iam natum, matremque se gloriantur ita cum aceret & es-



sent aduersitates ab Apostolis sustinende, docet illos vt attendant quid inde eis prouenturum sit emolumentum, nempe torum Dei regnum eiusque gloria: hunc considera filium, est enim fractus bonorum tuorum operum, quae auxiliatrice Dei manu peperisti sicut templum quod Ezechiel proposuit, & velut Abilag in ordine ad Dauid hom. 11. nu. 2. vsque 7. Præmii magnitudo alas boni subministrat. h. 12. n. 7.

XX. *Mulier cum parit.* Perpende quid ex his oriturum sit doloribus, nam hoc illos reddet faciles toleratu, vt dixit Deus Dauidi homil. 11. numero 7. vsque 12. hom. 12. n. 12.

XXI. *Cum autem peperit, iam non meminit pressuræ propter gaudium.* Bene quidem recordatur mulier partus sui dolorum, sed non vt inde doleat, imo vero vt ex toleratis illis exultet: quamuis enim sancti recordabuntur aduersitatum quas hic passi sunt, sibi tamen recordabuntur ad gaudium, dicentque cum Dauid: *Lætatus sum in diebus quibus nos humiliasti.* Quintimo iam nec peccatorum reminiscuntur ut inde torqueantur quia illa commiserant, sed exultant quia ipsa per penitentiam elerunt. h. 6. n. 47-48. Tanta pollet penitentia virtute vt sicut Baptismus peccata eluat, & peccator muteatur ex iræ filio in Dei filium, amicum & regnum eius heredem atque socium Angelorum. Quando considerabunt sancti, quod per penitentiam suorum scelerum tanta consequantur de peccatis superatis per penitentiam bona, ex illis gaudio cumulantur particulari. Conuenit hic conceptus ingenio D. Petr. Chrysost. n. 48. Sicut mali in inferno non recordabuntur suarum voluptatum, quibus in mundo potiti sunt vt aliquam ex illis hauriant voluptatem, sed ad nouorum cruciatuum incrementum, contemplantes effectum ita grauem ob causam adeo leuem & patet in diuine arato. h. 16. u. 46. vsque 49.

XXII. *Gaudium vestrum nemo tollet à vobis.* Declarat Dominus immensum gloriæ bonum quod erit æternum: nullum etenim gaudium potest esse perfectum si cum timore perdendi possideatur: nam hoc solum sufficeret tibi demonstrandum, quod bona hæc terrena gaudium non possunt impertiri propter incertitudinem qua laborant: quod si ventus vobis aquas adferat maris, status vius illas vobis eripiet. homil. 4. numero 7. 8.

XXIII. *Gaudium vestrum nemo tollet à vobis.* Hæc est excellentia beatitudinis quod sit æterna. Gaudium erit parum nullis intermixtum doloribus. ho. 11. n. 29. tantum vt melius dicatur, quod homo intret in illud. ibid. numero 31. vsque 34. Exitque perpetuum. ib. n. 38. & h. 12. n. 33. 34.

XXIV. *Gaudium vestrum nemo tollet à vobis.* Lamentis dignum est quantum h. mo laboris assumat vt quatuor alium lucrum obtineat, quod discursus met-

catores & itinera perficiant: quod expensas & labores alius sustineat vt dignitatem quam venatur assequatur: & omnia veniunt sunt, sic ea vidit Daniel. h. 4. n. 9. & asseruit Salomon & descripsit Isaïas, & Amos expertus est ibi. n. 19. vsque 26. Cum ita sit quod ignores an obtento vna sis hora potiturus, & non ignorans quale sit quod speramus gaudium, nempe æternum, vix pedem moneas. Perterrebat S. Terentianus ad huc puellam & in primis suis principis verbum hoc æternitas & mirabatur homines per mundum discentes prætensionibus occupatos adeo abiectis, quibus formicæ diffenduntur. Sapit hic discursus istum ingenium. h. 25. n. 92.

## DOMINICA IV. POST PASCHA.

I. *Vado ad eum qui misit me.* & nemo ex vobis interrogat me quo vadis. &c. ioa. 16. Primo Dominus verbis his demonstrat mortem suam esse voluntariam, etenim ipse ad illam vadit: circa que notanda sunt quæ diximus Dominica Palmatum ad ista verba: *Cum appropinquasset Hierosolymis, & venisset Bethphage* n. 13. vsque 23.

II. *Vado ad eum.* Secundo Christus mortem suam defuit, non enim per eam deletur, sed transit ad æternum Patrem. Vide quæ diximus in Coena Domini ad illud. *vt transeat ex hoc mundo ad Patrem.*

III. *Et nemo ex vobis interrogat me quo vadis?* Ne credideris mortem meam esse casualem, & oculis obuelatis me ad illam proficere, vt non attendam quæ pergam, imo illam habeo præ oculis: quia vado ad Patrem; hæc enim via est illo peruenendi, & si illi mihi præparetur, stultum esset si quis vellet ad gloriam Patris alia via peruenire. ho. 1. n. 11. & quæ Iacobus & Ioan. alio dixerunt, ipsos ad hanc reliquit viam. ibid. n. 12. 13. hinc iusti tantum fecerunt aduersitates & labores vsque ad mortem crucis, confiterando quo tenderent & hanc esse viam tutissimam. numero 14. 15.

IV. *Nemo ex vobis interrogat me quo vadis?* Ne abriteris me ita stultum vt pergam nesciens quo, nam primum quod mihi propono, hoc est, & hoc est quod tibi faciendum esset: nam idcirco dum baptizatus candidatum te creatur id est cœli prætorium, augmentum hoc vtile est. h. 11. n. 9. 10.

V. *Quo vadis?* Mihi, dicit Dominus, non necesse est vt quis interroget quo vadam: scio etenim. An ergo Domine est qui vadat & ignoret, quo? Est vtiq; peccator significatus in portento Ezechielis, & iumentis Isaïæ, & vale Zachariæ. h. 18. nu. 25. vsque 28. & hom. 33. numero 31.

VI. *Nemo interrogat me, quo vadis?* Domine suppo-

fito quod scimus quod vadis ad mortem, quid amplius  
invenirendum? Malum quidem, quia dum ad mortem  
proficiscor non est ut peream, sed ut regnem. Mundus  
hoc non intellexit, bene quidem ex mente D. Berni. la-  
tro crucifixus, etenim illum non orientem cernens con-  
sideravit eum quasi ad gloriam proficiscentem. h. 44.  
n. 33. & hæc tua præclara deberet esse fides quod la-  
borare, cruci tui & moti pro Deo non sit vitam ter-  
minari sed ad illam pergere consequendam. Hæc est  
viva fides contemplari in tribulatione quietem, in  
paupertate divitias & vitam in morte sempiternam  
homil. 14. numero 7.

VII. Sed quia hæc dixi vobis, tristitia impletur cor  
vestrum. Quia dixi vobis mihi abeundum esse, tristitia  
meritoque cor vestrum inuasit, ita ut locum non de-  
derit me interrogandi quo vadis, sufficiens ratio est  
supremam adferendi tristitiam colloqui de descensu  
Dei: qui si malum causa sit tristitiae, nullum esse  
potest quod absentiae Dei possit æquari. Cum po-  
pulus ille esset adeo duræ cervicis, ad mortem vique  
doluit audiens Deum à se discedere. hom. 13. nume-  
56. Et gravissimum fuit Dei terculamentum. ibid.  
num. 12. vique 17.

VIII. Tristitia impletur cor vestrum. Potest equi-  
dem fidelis contristari dum audit Deum abire, quan-  
doquidem Ethnici intelligentes quod sine Deo vive-  
re non possent, suos Deos catenis alligarent. hom. 13.  
num. 17. & 1499. Iacob etiam Dei formidans abscel-  
sum graviter in soluit lacrymasque sudit amarissimas.  
ibid. num. 19.

IX. Quia hæc dixi vobis. Non malum erat Apo-  
stolos contristari, dicente illis Christo quod abiret eos-  
que deseret, quia iam expectati erant quam male illis  
faceretur ex eius absentia, & idcirco agrè licet ipso  
precepente navem ascenderunt, timentes ex eius ab-  
sentia ad omnibus sibi, bellum inferendum, sicut sta-  
tum tempellans in illis facior insurrexit. ho. 4. n. 9.

X. Sed veritate dico vobis expedit vobis, ut ego va-  
dam, Domine hæc tua præfectio an tibi non cedit ad  
gloriam, ut ad dexteram Dei Patris sedes gloriofus?  
vos dicis sed quidquid illi pro ut ad honorem, no-  
bis decrevit ad profectum. ho. 21. n. 42. 43.

XI. Expedit vobis. Vado moriturus, & innumera  
suscepimus tormenta. Tormentum & mors mihi pa-  
rabuntur, vobis autem manebunt vilitates. Ecce hic  
illud: Veni tibi cum illo Babiloniam sibi crucem. homil. 41.  
num. 31. & hom. 38. num. 129.

XII. Expedit vobis. Non sibi commodum intendit  
nec lucrum, non enim ad hoc opus illi erat vitam sus-  
cipere tam arduam, sed tibi, nam quia sic vitæ tuæ  
conveniebat, mortem assumpsit, O Regem insignem!  
quam apposuit nobis, annunciat Zacharias ut in eius  
spadecamus advenit: Vni tibi. ho. 41. n. 59. vique 65.

Hieron. Epist. de la Nuza. Tom. 1.

XIII. Expedit vobis. Bonus Pastor, qui suum non  
quærit quietem, sed ovium suarum utilitatem, vique  
ad vitæ expensionem pro eorum salute. & tales sicut  
oportet boni Pastores ut supra docuimus Dominus  
post Pascha.

XIV. Si enim non abiero, Paraclitus non veniet ad  
vos. Hæc hic effectum unum mortis Christi cuiusque  
in cælum ascensus, nempe missionem S. Spiritus: sicut  
Angelus quem vidit D. Ioann. ascensus in cælum sui  
corporis thimbulo plagis confosso, inde ignem altari-  
s diuinum misit in terram. Erat caro nostra corrupta, vi-  
de ab illa Spiritus S. discesserat, Christus illam suam  
tamquam fermento fermentavit, quæ nos præparavit  
ad receptionem Spiritus S. ut efficeremur filij Dei,  
Conceptum hunc insignem attribuit D. Petro Chrysol.  
hom. 41. num. 68. 69.

XV. Si enim non abiero, Paraclitus non veniet ad vos.  
Fuerunt quam plurimæ convenientiæ & utilitates hu-  
ius abscelsum Christi per mortem de quibus susce-  
pitatur. ho. 39. n. 37. vique 43. & supra sexto die xpen-  
dis Quadrag. sed porissimum sic expediebat ut nobis  
mitteret Spiritum S. qui sicut est Spiritus mundus,  
non venturus erat donec mundus à sordibus esset ex-  
puratus, etenim hoc factum est per mortem Christi  
in qua omnia peccata velut locustæ in mari, demersa  
sunt. ho. 42. nu. 107. 108.

XVI. Cum venerit Paraclitus, arguet mundum de  
peccato, quia non crediderunt. Alludit Dominus ad ser-  
vum inquit cum illo populo, quod Prophetam illi  
mitteret, &c. in quem nisi crederet debitum sumeret  
tali pernicacitæ supplicium. Hoc effecit Spiritus S. et-  
enim in mundum de hac redarguit infidelitate, illi de-  
clarans Christum illum esse Prophetam. h. 29. n. 38. 39.

XVII. Arguet mundum de peccato, quia non credide-  
runt. Patenter fuit mundus de gravi peccato conuictus  
incredulitatis, quæ laborarunt Iudei: quia ad  
opera insigniora, & evidentiora miracula tanto fue-  
runt contumaciores: ita ut ob miraculum omnium su-  
premium resuscitationis Lazari eum morte condem-  
narent quæ de causa Iacob illos inscribit. Vasa iniqui-  
tatis bellanisa. hom. 39. n. 9. atque ex eo ipso quo tene-  
bantur in eum credere tamquam in Deum in cruce il-  
lum suspenderent. Sublimis est hic discursus, ibidem  
num. 9. vique 13.

XVIII. Arguet mundum, quia non crediderunt. Pa-  
tenter arguitur cordium illorum durities infidelium,  
cum ad talia opera tanta respondeant incredulitate,  
sed etiam in de peccato convinceris, quando quietem  
cum tali fide, talia facias opera. Discursus hic meretur  
memoria retineri. ho. 34. n. 43. vique 47. Peccatum est  
quod Deum ad sudorem compellit ut eius probat san-  
ctissima imago. ibid. num. 47.

XIX. Arguet mundum de iudicio, quia princeps  
huius

*hinc mundi iam indicatus est.* Confundet mundum in iudicio etque magnam esprobrabit iniustitiam, quia cum ipse Diabolum mundo expulerit, ipse iterum tribuat illi ingressum. Venit filius Dei diabolum mundo eliminaturus quem tyrannicè possederat. Hinc frequentissimum fuit illi miraculum quo Diabolum de corporibus eiecit iudicium fuit hoc quod potissimum præterderet illi animabus expellere. h. 19. n. 31. deiecit illam & de mundo exturbavit, omnes eius confringens vires, ita vireum iam sancti habeant contempui. h. 5. n. 8. 9. 20. Et hanc victoriam potissimum per mortem suam & resurrectionem obtinuit. Nota conceptum. h. 49. num. 11. & sequere hoc supposito quæ potest grauior inueniri proditio gubernatoris, quam si eiecto per Regem de castro inimico, illud deuo tradat perfectè inimico: hoc enim est quod agis per peccatum in quo Diabolum sicut in equo suo iagreditur. hom. 19. num. 15. & seq.

XX. *Arguet mundum de iudicio.* Illos Deus suo iudicio condemnat: non enim proderit tibi ratio quam proferes, quæ d' diabolus ad hoc te coegerit. Imò nec olim hanc Deus excusationem admittēbat ut legitur, quia numquam potest Diabolum vim libertæ inferte voluntati, & nunc quidem multo minus cum vires eius contractæ sint: itaque magna est illa tua desidia quæ te ab illo superari permittis, vnde & merito te deridet dum illi ingressum concessisti, ut dixit piissima Esther & indicauit Isaias. ho. 41. n. 35. vsque 59. ligatum illum detinet Christus, maior non potest infirmitas dari, quam qua te vinci poteris ab inimico ligato, & morderi à cane cæcatis innexo. hom. 5. num. 8. vsque 11. ho. 49. nu. 11.

XXI. *Cum venerit Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.* Audis hic nomen Spiritus S. nempe Spiritus veritatis, quo sic vocatur, quia quidquid trahat, veritas est: contrarius est Diabolo, qui Spiritus mendax est & fallax, atque in hoc cognosces vter in te spiritus maneat, virum spiritus Dei an Diaboli. Hic discursus spirat utilitatem. homil. 37. numer. 52. vsque 35.

XXII. *Cum venerit Spiritus veritatis.* Ecce cur Ecclesia dicatur: *Columna & firmamentum veritatis.* hom. 4. nu. 10. & *Civitas veritatis*, quia eam viuificat Spiritus S. qui Spiritus est veritatis, vnde errare non potest in eo quod docet & præcipit. h. 14. n. 9. h. 31. nu. 50. Ineffabili tribuendum hoc est Dei misericordiae, quod secum firmus in eo quod credimus & operamur. ho. 14. n. 7. vsque 15. Cum figura sit mysterij incarnationis præcipui inter mysteria fidei, visio rubi quam Deus Moyse ostendit, præcepit illi ut calcemæta sua dissolueret: quia in S. Eloquio calcemæta deponere significat quietum esse & pacatum. Ut intelligamus quod in mysterio fidei tota debemus quietescere secu-

ritate, sumoque pede in illis consistere nostrumque sedare intellectum. ibidem numero 12.

XXIII. *Cum venerit Spiritus veritatis.* Vocat Spiritum S. Spiritum veritatis: ipse namque est qui vitam tribuit veritati. Corruit veritas ut mortua, qualem illam describit Isaias & præfiguratur vxor Leuitæ in foro dedecori exposita. ho. 34. nu. 41. 42. Vires non sunt in hominibus quibus spiritum illi tribuat & vitam ut resurgat, quia omnes timent, illisque accidit quod illi qui luctatur cum visio, & qui vias præmit: idcirco requiritur Spiritus S. eiusque virtus, ut adiuet vitam insufflans huic veritati: quinimò quia tam moderate viget hic Spiritus, etiam modicè viuut vita veritas, & collapsa languescit. h. 36. nu. 49. vsque 52.

## DOMINICA V. POST PASCHA

I. **A**men dico vobis, si quid poteritis Patrem, & Dei principium, quod Deus sibi seruientes & adherentes non deserat auxilio destitutos, sibi que veritatem dedecori si quis in hoc illi diffidat. hom. 27. numero 8. vsque 12. Poterat Apostoli pati molestant, quod qui Christum securi fuerant etque seruetur ab illo deserentur ipseque abiret: sed huic succurrit Dominus hac data promissione, quæ illis sceleratam tradit proprio suo nomine subsignatam ad verum suum Patrem. traditque claus omnia sanctorum thesaurorum, nempe orationem, qua sufficienter instructi sunt, & contra omnes inimicos armati. hom. 9. num. 4.

II. *Amen amen dico vobis, si quid poteritis Patrem.* In remedium omnium tribulationum reliquit per orationem refugium ad Deum. Nostram non dicit infirmitatem cui ita familiare est, ut recurrenter in tribulatione, etiam viri sanctissimi in ea languerent, ut vidimus in Abraham, Moyse, & Apostolis. hom. 27. num. 40. atque ideo punxit Moysem & Aaron. Historia notari digna. ibid. num. 10. 11. quam exciter statagema quoddam cum Apollolis suis edidit, fingens tumultum vel impetum inimicorum, & communiter debilem reperit confidentiam, cum autem illa tanti referat ut oratio suam fortitudo efficiat, nobis hoc tribuens remedium, pariter nostram animat fiduciam. Primo verba sua iuramentum confirmans, quod est teste Apollolo omnium maximè quod Deus præstare potest, quo promissum suum certè efficiat, & iuramentum hoc duplicat dicens: *Amen Amen*, quæ formula iurandi illi frequens erat. loc. 44. num. 48.

III. *Si quid poteritis Patrem.* Secundæ fiducie ratio hæc est, si ad memoriam reuocemus beneficium nobis præstitum, quo Patrem suum nobis concessit in Pa-

in Patrem. Quis filius non tota fiducia recurrit ad patrem? Discursus hic est D. Bern. h. 42. n. 83. & seqq.

IV. *Si quid petieritis Patrem.* Merito de nobis Deus conquisitur quod cum nos ad miserit in filios, minus illi fidamus quam quilibet patri suo filius. Propter electos qui sunt filii eius creavit mundum eumque iustitiam, quanto magis poterunt illi filii considerare. h. 27. n. 29. vsque 24.

V. *In nomine meo.* Tertia spei sit illa, quod quanto possumus amplius diffidete, nos ipsos nostraque opera considerando, tanto magis fidere nos oportet propter merita Christi adeo efficacia ut infinitis plura valeant, quam quicquid à Deo postulare possumus & sicut expedit D. Aug. illa effecti nostra h. 32. n. 16. & seqq.

VI. *In nomine meo.* Valde inermes nudi que ad rogandum accedemus, si nostra tantum merita proponemus, sed roborant nos Christi merita, etiam illa vult à nobis representari. h. 32. n. 36.

VII. *In nomine meo.* Stultescit Pelagius præterdens licet homini esse ad Deum proprio nomine accedere. h. 9. n. 17. Imitemur fratres Ioseph ad ipsum accedentes in nomine patris sui Iacob. h. 29. n. 43.

VIII. *In nomine meo.* Summam hic nota iustitiam summæ permixtam misericordie. Meritis Christi debetur ex iustitia quod quid in ordine ad Patrem suum meritum potest postulari: nobis autem Pater nihil debet nisi pro peccatis supplicia. Christus largitur nobis ex misericordia sua merita, illa Patri proponens quibus ex rigore iustitiæ debetur præmium. h. 39. n. 37. & seq. idcirco ex iudicio D. Ambrosii. Iustum hoc reuocatis mandos, Christum crucifixum eiusque merita representando. h. 42. n. 79.

IX. *In nomine meo.* Hoc est illud nomen adeo potens & omnis illi obediatur creatura, cordis humani redigens dominie, quod solum illi recalc. trat. h. 3. n. 22. vsque 27. Verumtamen sicut Pater æternus illum cognoscit clarius quam omnes, & hoc nomen Iesu in diuino eius fuit formatum intellectu, tanta valet apud eum auctoritate ut tunc D. Chryf. Pater illum reueratur. h. 42. n. 82.

X. *Si quid petieritis.* Ecce remedium quod Christus suis reliquit cuiuslibet occasione opportunum & quo nos doceat illo potissimum vitur ad Patrem recurrendo, & orando ad quoslibet magni momenti negotium. hom. 26. n. 8. 9. 10 Similiter instante jam passione sua. Ibid. n. 11. & alia quæq. occasione satis periculosa, qua etiam eligendus in iudicem. Ibid. n. 12. vsque 14.

XI. *Si quid petieritis Patrem.* Omnia, quod tibi occurrere potest, remedium præbet oratio, hic omnis tristitia datur consolatio h. 42. n. 68. vsque 71 hoc medio vñ sunt electi, rationes hæ sunt proficue. i. n. 71. & 72.

XII. *Si quid petieritis Patrem.* Obijcere potes sæpe tribulationibus oppressas vñ sum hoc remedio, sed

sine remedio. Dubium hoc propositum fuit D. Bern. & multa continet responsa. h. 42. n. 95.

XIII. *Si quid petieritis.* Si dixeris quod postules & Deus te non audiat, responder D. Iacob quod male petas. Primo: quia Deum affectu non diligis filiali, nec reuereris ut patrem, sed habes ut inimicum, atque ad illum accedis statim à peccato cum Pharisæis quos reiecit grauitate que confundit: nota conceptum. h. 8. n. 11. vsque 15. h. 9. n. 14. & seqq. Primo cor filii erga patrem suum proferto: nam idcirco verbum hoc Dominus apposuit: *Si quid petieritis Patrem.* Et hoc tibi deficit, cum honorem illius non protegas. hom. 28. n. 56. vsque 61.

XIV. *Si quid petieritis Patrem.* Secundo non tibi subuenit Deus, quia eo modo tecum agit quo tu cum illo & illo tibi subueniente, tu non agis quod ille à repositulat, idcirco ad illum recurrens quod flagitas non obtines: hæc D. Chrysof. hom. 9. n. 25. h. 42. n. 93. Deus speculum est, & talis tibi erit qualis tu illi. h. 25. n. 50. & seqq. & h. 37. n. 15. 16.

XV. *Si quid petieritis Patrem.* Tertio Deus Pater tuus est & desiderat ut accedas ad illum & cum illo moreris, sicut Pater lætatur in filio suo, & non quod si cito postulatis annuat, ilico discedas, eumque defertas. Hæc tribuo D. Bern. h. 9. n. 26. & D. Chrysof. h. 42. n. 96. Oratio aroma est suave fragrans gratumque Deo cuius ut odore reficiatur sæpe moram trahit: huius memento conceptus. h. 9. n. 27. vsque 30.

XVI. *Si quid petieritis Patrem.* Nota verbum: *Quid* quod in Metaphysica significat aliquid quod habet substantiam, & hic intelliges quare Deus te statim non exaudiat, quia non postulas aliquid quod habet substantiam: nam petitiones tuæ non nisi terrena sapiunt, quæ tam modice sunt essentia ut vento comparantur: ita dixit David & expecti sunt Salomon & Aman & Iaias per bullas aquarum explicauit. h. 4. n. 19. vsque 26. apte iudicauit S. Theresia quod hominum curæ & formicarum coincidunt. h. 25. n. 92.

XVII. *Si quid petieritis Patrem in nomine meo:* aliam rationem dat D. August. cum enim nomen eius sit Iesus id est Saluator, illud tantum in eius nomine petitur quod ad veram tuam spectat salutem, & sæpe non solum illi non conuenit quod petis sed etiam tibi quod pateris est saluificum h. 24. n. 27. vsque 31. ita experitus est D. Paul. ex cuius exemplo doctrinam haereticas admirabilem proposito conformem. Ibid. n. 31. 32. & latius h. 42. n. 96. 97.

XVIII. *Petite & accipietis* Aliam rationem assignat Dominus quare nos Pater non exaudiat, quia multa indiget oratio perseverantia, tu vero confectum ab oratione faugaris. h. 9. n. 34. & seqq. & proficitur eleganter D. Ambrosii. h. 42. n. 90. vsque 94.

XIX. *Petite, Domine:* quo nobis modo est petendū? Nihil

Nihil amplius dicit quam *petite*: non enim vult nos Deum reddere sollicitos de componendis orationibus & rhetoricis: etiam si facit unum *Domine adiuua me*. Concipiam hunc lego apud D. Chryf. h. 32. n. 94.

XX. *Petite & accipietis*. Non dicit Dominus quod accipietis id quod petitis: quia saepe vobis hoc non conuenit: sed certum est quod accipietis, si non hoc quod quaeritis, hoc saltem quod expedit. Ita subtiliter D. Bern. hom. 42. n. 95. & ita expertus est D. Paul. Ibid. n. 97. & patuit in Chanaan, cui respondit in via virtus. h. 9. n. 31.

XXI. *Petite, ut gaudium vestrum sit plenum*. Dixit Apostolus quod multoties ignoremus quid petamus, & saepe quod ardentius postulamus minus nobis expedit. Si scire desideres id quod absolute licet petere, hoc est quod Dominus ait, *ut gaudium vestrum sit plenum*. Quod significat: diuinam hic petite gratiam, ut postmodum eius gloriam assequamini: quia non potest cor gaudio pleno perfui nisi per diuinam gratiam: nam peccatores secum potius infernum deferunt portantem, ut fufe declaratur. h. 37. n. 55. vsque 67. Vide quae diximus Dominica praecedenti ad illud: *Tristitia vestra vertetur in gaudium*.

XXII. *ut gaudium vestrum sit plenum*. Effectus hic est diuinæ gratiae in ipsis tribulationibus gaudium excitare ita plenum ut in medio illarum dixerit Apostolus: *Plenus sum gaudio, repletus sum consolatione*; quod Athanasius Monachus declarauit. h. 30. n. 48. vsque 51. Munda gaudia nulla sunt perfecta, quia non satiant. h. 25. n. 77. Dei vero perfecta sunt. 1. n. 84. & h. 27. n. 72. 73.

XXIII. *Et gaudium vestrum sit plenum*. Haec tua esse debet continua petitio, ut Deus gaudium tibi plenum largiatur, id est suam beatitudinem, cuius bona dimidia non sunt, sicut taena, sed satiant appetitum. h. 11. n. 27. vsque 35. gaudium plenum, quia anima totum possidebit Deum, qui solus illam potest replere. h. 12. n. 24. 25.

## DIE LVNÆ LITANIARVM.

I. *Quis vestrum habebit amicum*, & ibi ad illam media nocte, &c. Luc. 11. hanc unam inter praecipuas Christi doctrinam proposuit in classe sua discipulis quod si remedium vellent omnibus aduersitatibus ac necessitatibus vniuersale, per orationem recurrerent ad aeternum suum Patrem: porro cum nostra sit illi nota infirmitas, quod tribulationibus pressi statim fiducia langueamus, singulariter illam studuit animare, tantaque nostra est pusillanimitas, ut etiam tot fulti rationibus in confidendo deficient plures alioquin sancti, quales fuerunt Abraham, Moyses, & Apostoli. h. 27. n. 40. vsque 45. qua de causa ita grauiter Deus excauit ut ob eius defectum Moysen & Aaron morte multauerit. Ibid. n. 10. idcirco nos docens ut per

orationem confugiamus rationibus hoc nobis comminat, quibus in hoc Euangelio spes nostra erigitur.

II. *Quis vestrum*: Noltras Deus petitiones exaudiat illisque iuret iuxta viuae fidei mensuram, & quia hoc deficit in nobis, tam raro quod petimus, obtruncatur. h. 2. n. 27. h. 27. n. 38. ideo docet nos Dominus in quo quo petamus, praesertim fiducialiter: est enim certum clausus quo Dei pectus aperitur, & carna contra inimicis & opus est scientia & his & illa viuendi. h. 9. n. 4. vsque 10.

III. *Quis vestrum habebit amicum*: Primo ut oratio habeat effectum requiritur ut Deum habeas tibi amicum & per consequens mundam conscientiam: etiam iam olim dixit tibi David: *Iniquitatem si affeceris non me, non exaudiet Deus*. h. 9. n. 14. & seqq.

IV. *Quis vestrum habebit amicum*: Antequam Deum accedas iucunda tibi est cum illo amicitia, & praeparanda anima tua, ne sis quasi tentans inimicis Pharisaeis: huic conceptui inherendum, h. 10. n. 9. vsque 13.

V. *Quis vestrum habebit amicum*: Esto prius amicus Dei, voluntatem tuam illius submittendo, & secundo esto quod si tu ad illum ut ad verum confugas amicum, ipse tibi ut talis subueniet, quod probatur in tabili exemplo Moysi & Eliae. h. 24. n. 39. 40. 41.

*Quis vestrum habebit amicum*? Notum est Aristotelis axioma quod nomen amici est relatiuum, & natura relatiuorum ea est, ut hoc ad illud referatur sicut illud ad hoc. Nec dubites quod si enim respectu Dei leges custodias amici atque ut talis ad illum contendas, Deus illas tibi quoque seruabit, atque ut talis tibi succurret: nam talis tibi futurus est qualis tu illi fueris. Schide & vtiliter haec doctrina proponitur. h. 11. n. 50. & exemplis confirmatur in Abraham. Ibid. n. 11. in Dauid & Lot. n. 56. & seqq.

VII. *Quis vestrum habebit amicum*: Perpende Domini misericordiam, qui ut tuam roboret fiduciam, Deum vocat amicum tuum, cum tamen ita superior sit, & considerata Dei natura, infinites minus dicere potest quod tuus sit amicus, quam hoc dicere posset vilius: sed seruis in ordine ad Regem suum. Nihilominus ex corde vult ut illum appelles amicum quatenus perfecte illi fidus: quia prima lex amicorum haec est, omnia ita habere communia ut tamquam tua habere possis ea quae sunt amici tui, & tibi de illo quod de te ipso promittere. Ne timeas nisi tu huic amicitiae sepe officias, quod Deus illi deficit. h. 32. n. 45. & seqq. haec causa est cur Deus pactum cum anima sanciens, iuraret, nec tamen ab illa exigat iuramentum. h. 10. n. 25.

VIII. *Quis vestrum habebit amicum*: Ore plene tibi Dominus concedit ut eum voces amicum: talis enim fuit realiter, post se relinquens amicitias ita ceteros apud gentes Piladis & Orestis, &c. Si hoc autem

me volueret, quia non facilitate aduersa tolerares cum illo qui amicus tibi fuit adeo synceretur: hoc lego apud D. Bernard. hom. 42. num. 28. 29. Amicus ita verus ut non tantum tui gratia moriatur, sed tanta quidem cordis alacritate ut cantando ad mortem festinet. h. 42. n. 25, 26. Conceptus hic debetur Bedæ ibid. n. 27.

X. *Ibi ad illum media nocte, dicens, &c.* Media nocte accessit ad illum hospes, & primo decreuit a des pulare amici sui, licet intempeste noctis silentio. Docet Dominus quo respectu Deum veneremur ad illum recurrendo primo omnium, qualibet nos urgente necessitate. Hoc faciendo David saluatus est, & non faciendo Saul interit. h. 26. nu. 8. vsque 11. & hoc Deus fert ægerime quod ad illum aduersitatibus contriti non recurramus, nisi prius alia multa tentauerimus, & ad illum postremo confugimus. Discursus hic meretur notari. homil. 32. numero 7. vsque 11. eam ob rem ponitur Afa ibid. numero 11. & sequitur: idcirco dixit illi Hanani, *Stulto egisti*. h. 27. n. 45.

XI. *Ibi ad illum media nocte.* Media nocte superuenit hospes qui illos reddidit anxios. Tempus etenim mediae noctis tempus est maxime quietis, quando *Sol et spiritus occupant homines*, & significat Dominus quod ordinarie contingit, etenim dum aliquis minus cogitat, inexpectata aduenit illi calamitas, & infirmitas, imo ipsa mors: quod etiam Dominus nobis in memoriam reduxit per parabolam de virginibus, ut parati essemus: etenim media nocte dum minus cogitant superuenit sponsus & dormientes inuenit, vnde deliderat ut perpetuo vigiles. homilia. 36. numero 46. vsque 49.

XII. *Ibi ad illum media nocte.* Aliud contempletur hic mysterium quod Dominus nos docet, nempe ad orationem requiri quietem mentisque tranquillitatem quam media nox conciliat. etenim ipse oratus fecerit ad discipulis suis quid tibi faciendum, ad quem aduolant passeres, qui te in oratione perturbent sicut Abraham. h. 42. n. 73. vsque 76.

XIII. *Ibi ad illum media nocte.* Opportuna est hæc hora qua recurrit ad Deum, unde illam Ecclesia frequenter, dum media nocte religiosi surgunt, ut notat D. Chrysost. hom. 11. 43. numero 12. his conformiter legendus est D. Bernardi discursus circa sponsam quæ noctis tempore in lectulo suo sponsum quærebat. h. 42. numero 76.

XIII. *Amice accommo da mihi tres panes.* Ni fallor incongrue loquitur: cum enim amicorum sint omnia communia etiam quæ sunt maioris momenti, tamen dicit. *Accommo da mihi tres panes.* Meo iudicio notabat illum ut avarum, non enim dicere debuisset: *Accommo da mihi*, sed *da mihi tres panes.* Christus sapientia est diuina & verbis istis altissimum exponit mysterium: cum enim ita sit quod Deus verus

sit amicus, atque ut talis non tibi accommo det sed omnia bona sua largiatur. nihilominus ostendit quod illos det quasi accommo dato, quatenus te compellat ut accommo dato conformiter illi respondeas: cum ita sit quod illud quod tibi accommo dauit, & hoc quod illi retribuisti, totum tibi cedat ad emolumentum. Diuinae bonitatis eius perpende conceptum. h. 17. num. 34. & seqq.

XIV. *Accommo da mihi tres panes.* Accommo datus dicit quos tradit panes: etenim sciat Christianus quod eo modo sint ab eo exigendi redditus illius quod illi datum est, ac si fuisset accommo datum si nempe illos non reterat, referet cum sic instructuosa maledictionem, & cum Rege Balthasar condemnabitur. hom. 17. numero 36. 37.

XV. *Accommo da mihi tres panes.* Non ait da mihi illos absolute sed cum onere illos reddendi velut accommo datus, sicut talenta quæ seruis suis tradidit, non illa tradidit absolute sed accommo dato, ut illis negotiarentur, quamuis illis omnia proficerent. h. 17. n. 36. porro dicit quod lucrum exigit velut ab alienigenis quod verbum D. Greg. expendit: & omnia eo sine ut ditiores euadamus, cum omnia nobis sint remanura hom. 15. numero 42.

XVI. *Amicus venit de via.* Perpende qua hora peregrinus adueniat, quando minus de illo cogitat ac peregrinus hic denotat tribulationem, infirmitatem, & inopiam: non enim illam conuiderare debes ut inimicum sed amicum: quandoquidem ad tuam veniat utilitatem, quinimo ea intentione à Deo tibi mittitur: nec enim casu venit sed à Deo disposita h. 30. nu. 26. seq. & declarat utiliter cum aliis Sanctis D. Chrysost. h. 32. n. 38. vsque 41. & hoc intendit Deus ut de lecto voluptatis tuæ ac delictuarum assurgas: cum alius non sit modus te apprehendendi, tibi que contingit quod onagro. h. 9. n. 10. vsque 14.

XVII. *Et non habeo quod ponam ante illum.* Si quid sapio, non loquitur ad rem conformiter illi quod Dominus intendit: hic etenim, amicum suum accedens suam illi aperuit necessitatem: quia nec amicus sciebat quis veniret nec defectum quo premebatur: Deus autem omnia nouit, videtque omnia: ut quid ergo necesse est ad illum recurrat & sigillatim illi meam aperiam necessitatem? Primo vult Deus, ut tu ore proprio tuam fatearis indigentiam, & oculis ipsam rite confideres, quatenus dum illi subuentum fuerit, cognosceas tibi de manu Dei venisse remedium: has etenim confirmationes solebat Deus instituere in præclarioribus suis miraculis, sic notat Abuleis. h. 32. n. 75. Ita probatur in miraculo fecisse quinque panum h. 27. n. 27. vsque 32. & in refuse ratione Lazari tam diu enim distulit ut illum omnes viderent & cognoscerent ho. 32. num. 48. 49.

XVIII. *Amicus meus venit de via & non habeo.* &c. vetum est Deum non latere quod tibi calamitas advenit, & rerum inopia prematis, verum tamen desiderat ut ad illum confugias, eamque illi manifestes ac si illam ignoraret, ad propriam quam consolationem eiusque gloriam. h. 32. n. 35. h. 42. n. 71.

XIX. *Et ille de intus respondet. Noli mihi molestus esse, &c. non possum surgere.* Considerat D. Petrus Christus, quod ex modo quo Dominus representat illum amicum, atque ex eo quod respondet: *non possum surgere*, post ianuam habet lectum suum in signum sollicitudinis suae, quodque quietem suam non perturbaret qui ad portam adveniret: imo potius hoc ipsum in lecto suo paratum quietumque reddebat, praeclarum declarando mysterium. Primo: quod quamvis Deus in lecto requiescat gloriae suae cum sanctis suis ut dicitur: *Pueri mei mecum sunt in cubili.* Tamen ita proximus est ad audiendum ac ille qui retro stat ostium expectans: a quo vocetur, etenim vere cecinit David. *Prope est Dominus omnibus invocantibus eum.* h. 10. n. 10. Secundo ut declaret Deo nullam adferri molestiam ab iis qui fores eius pulsant: si namque hoc ita foret, cubile suum in loco statueret interiori & secretiori: imo potius molestiam patitur (si fieri sic liceat) eo quod ad eius non pulsemus ianuam, nec perstrulemus, atque de hoc, nostro loquendi modo, patitur agoniam h. 8. n. 5. 6. ut ait Isaias: *Aporiatus est, quia non est qui occurrat.* h. 28. n. 28. & h. 37. n. 17.

XX. *Pueri mei mecum sunt in cubili*, quam prope ianuam suam collocat cubile, tam prope suam etiam habent filii qui in eadem domo morantur. Stupesco mysterium, primo quod Sancti eadem qua Deus gloria perfruuntur, divina nempe essentia, ut tibi pateat divina cum illis magnitudo. h. 12. n. 24. 25. & h. 41. n. 63. 64. Secundo: denotat quod ex industria secum habeat Sanctos paratissimos ut nos exaudiant, quasi post ianuam: quia dato concilio illos habet quatenus pro nobis intercedant, quorum intercessione & medio nobis sua conferat beneficia. h. 24. n. 43. nam hanc ob causam optime profertur orationes in quibus perstranias illos invocamus, & expediens foret ut ad quos haberes particulares quos praeter ceteris veneraretis ibi. n. 0. 41.

XXI. *Noli mihi molestus esse, &c. Dico vobis si perseveraverit pulsans, dabit illi quotquot habet necessarios.* In hoc fundat Christus nostrae in Deum fiduciae rationem per orationem, si nimirum fiat perseveranter: ille quamvis amicus, aegre tulit quod alter tali hora periturus venerit, quae hora erat illi quietis, & non procedens vi amoris inductus sed passus ex molestia violentiam, de strato surrexit panemque postulat & necessarios erogavit: quanto majori fiducia tibi est recurrendum ad Deum amicum ita verum, ut ne dum il-

li molestus non sit tu peritio sed etiam molestiam non postulans, illi adferas. hom. 8. numero 4. Non solum non patitur illi preces nostrae fastidium, imo potius nulla illi placet suavior harmonia, nec cordi eius passillus sapit fragrantior. h. 9. n. 26. vsque 30.

XXII. *Noli mihi molestus esse. Quamvis ille sis macharetur, eo quod alter tempore quietis petitionem appelleret, tamen ob factam ab illo instantiam, tantum ut illum a se repelleret, surrexit praebarque illi necessaria: quanto magis hoc de Deo credendum, qui nullam habet horam importunam, insuper semper expectans si quando veneris ostium eius pulsaturus. ho. 36. n. 40. Perpetuo expectat accedentem, & conqueritur atque anxietus (dat verbo veniam) quod non accedas nam idcirco clamat ad te Prophetam: *peccat vos Dominus.* h. 27. n. 17. 18. & ait quod ex impudentia tua fatigetur quia ipso te expectant, tu non accedas ibid. n. 19. vsque 22. atque illa torquetur parva (nemo me reprehendat) quam describit Isaias de poriatu est. h. 28. n. 28.*

XXIII. *Dico vobis si perseveraverit pulsans.* Hoc potissimum intendit Dominus ut Deum roget animo ita constanti, & perseveranti ac si per illum obtinere deberes illud quod praeteritis, & quando tibi rem respondet, suadeo tibi insistendum. ho. 9. nu. 34. vsque 36. 37. Confortiter expendit D. Ambrosius quod Dominus ait ut vim faciamus cum Chananaea. *Permanera, in precibus.* Talem conceptus hic meretur auctorem. h. 41. n. 91. vsque 94. ubi proponitur exemplum aliud a Domino de iudice iniquo.

XXIV. *Si perseveraverit pulsans.* Admirabile exemplum legi ut de Chananaea. cum enim illi Christus diceret non expedire petitionem eius impleri, tanta perseverans obtinuit. Tertio Christus civem roget sit, ad primam eius petitionem obtinuit, ad secundam respondit: *Non sum missus, &c.* Ad tertiam: *Non est bonum, &c.* & quanto saepius clarem circumagit tanto perseverat illa constantius, atque illis asperitatibus crescit illi fiducia iuxta illud, *Spes in tenebris.* hom. 9. 36. vsque 43.

XXV. *Si perseveraverit pulsans.* Nemo melius roget doctrinam hanc Christi quam ipse Christus docere potest: cum ipse tertio perseveraverit in oratione persequens tantum non faciendum quod petebat, & quanto certius hoc illi contabatur, tanto praesertim crebuit, hom. 9. numero 35. 36. hom. 42. nu. 93. Conceptus hic optime D. Hieron. convenit.

XXVI. *Ita dico vobis, petite & accipietis.* Petite sicut hic Dominus, quibus ergo verbis oraturus accedam non alius quam simplici petitione eius quod necessarium est, non doctas ad hoc inquirens Rhetoricas sed sicut Anna, est etenim oratio citae, de qua David. homil. 42. numero 92.

XXVII. *Petite.* Ne cogitaueris efficaciam orationis consistere in multorum verborum compositione, sed in brevibus & re, et itis, quales fuerunt postulationes Magdalena & Martha. Non enim Deo placet precipiens litando. h. 32. nu. 20. h. 42. n. 94.

XXVIII. *Petite & accipietis.* Non ait Dominus: accipietis quod petis, sed indubitanter accipietis, si non illud quod postulas, illud saltem quod tibi conducit, ut vidimus in D. Paulo, imo & in ipso Christo. h. 42. nu. 95. & seq.

XXIX. *Petite & accipietis.* Si Deus tibi non concedat de tribulatione leuamen & de morbo salutem quam requiris virtutem eius diuinam accipietis hoc enim est quod Psalmista canit. *Respondi ei in via virtutum.* h. 9. numero 30. 31.

XXX. *Quis vestrum patrem petit panem?* Nostram animam fiduciam dicendo, Deum amicum nostrum esse: dante progreditur vterius & vltimum addit sigillum spei confortatum, asserens Deum tuum esse patrem. Tu iudica de quo sub caelo potest aliquis magis fidere vel sperare quam de patre tuo, deinde huic addit quod omnis parentum amor collectus in vnum, ad eum non ascendat quo Deus te solum complectitur. hom. 18. n. 14. 15. Si non testentur hoc opera quod filium suum naturalem pro te tradiderit, ut totus tuus esset, vitam eius, sanguinem, animam, & personam: etenim hoc supposito grauiori non potes illum iniuria provocare, quam tali non fidere parenti. Hoc mihi suggerit D. Bern. h. 42. n. 83. vsque 88.

XXXI. *Quis vestrum patrem petit panem?* O diuinitate, magister quam perfecte nostris respondes dubia, cur nobis Deus postulata non concedat, cum pater sit pyllimus in super, idcirco ait Dominus: etenim quem mihi patrem ostendas a quo si filius panem poposcerit, ille serpentem tradat deuorandum? Significat quod saepe serpens sit quem petis, tamen iudices esse panem: saepe numero tibi valetudo scorpio est, & pecunia coluber vnde licet illa postules, certum est quod illa tibi negabit, nec auferet tibi compedes, quibus te detinet ligatum, praeuolens quod ad praecipitandum te felix h. 24. nu. 31. imo hac de causa sanctus ipse saepe salutem non tribuit corporalem, nec a persecutoribus eos liberat, ne hoc illis in serpentem vertatur, quo si auiter intumescant ib. n. 27. 28.

XXXII. *Quis vestrum patrem petit panem?* Ad salutem tuam saepe hoc facit Deus ut tibi non tribuat quod petis, quia verteretur tibi in scorpionem vel serpentem. filio prodigo pater dedit quod petebat, ut ostenderet quod nemini faciat violentiam, nec velit in domino sua habere inuoluntarios, nihilominus pater quod beneficium praestitisset inuis non dando filio quod petebat, cum libertatem postulauerit in tantum sui detrimentum, ut desistere poterit quod petita obti-

nuisset, quando propter illa nimis gaudebat. h. 18. nu. 20. vsque 23. ecce in illo perfectum quod dicit Augu. *quod multa Deus concedat: vritus, quia non concedit propter vritus.* Perpende damna iuuenis illius, & vtrum illi melius non fuisset si pater cum collo apprehensum domi suae constrictum continuisset, nec postulatis annuisset ib. n. 25. vsque 42.

XXXIII. *Si vos cum sitis mali, nostis bona data: &c.* vos cum sitis maledicti nec attendatis vtrum malum sit absolute quod filii vestri is conceditis si iudicetis hoc illis expedire ut illis placeatis vel bona tribuatis temporalia, quanto magis Pater vester coelestis dabit spiritum bonum perentibus se? Spiritus bonus cum psalmista ille est qui te ad caelum deducit: *Spiritus tuus bonus deducet me in viam rectam.* Itaque Spiritus bonus erit ille qui tuam maxime promouet saluationem hinc est quod electi, quia tribulationes & molestiae ducunt ad caelum, illas tanti faciunt tanquam dona Deo periosa, gaudentque non modice quando Spiritus hic perstat, & gloriantur cum Apostolo in tribulationibus. Quam utilis hic est conceptus. h. 13. numero 14. 15. hom. 32. nu. 22. Et notatu dignum est circa hoc argumentum Iob. h. 32. n. 27. vsque 31.

XXXIV. *Dabit Spiritum bonum.* Spiritus mundi malus est & vanus, quia aer est quidquid per illum afflatur, deducens homines velut naues, quia Spiritus idem est quod ventus. h. 4. n. 19. vsque 26. Spiritus qui tantum rebus intendit vanis & homines agitat velue fornicas. ho. 2. n. 92. porro Spiritus Dei Spiritus est bonus: deducit enim ad vera beatitudinis bona, vbi illa sunt quae satiant. h. 11. n. 29. vsque 35.

XXXV. *Si voscum sitis mali.* Audis hic querelam qua Deus contra nos expostulat, quod sufficiens sit titulus patris ut filius illi confidat & cum ipse pater sit, nostram nos collocemus in ipso fiduciam. Ea de causa antiquitus populo suo indignabatur. h. 27. nu. 16. idcirco Moysen & Aaron puniuit ibid. n. 10. nec non Regem Asa ibi. n. 43. 44. & te quoque castigabit ib. n. 16. vsque 24. & haec ratio est cur in orationibus tuis tam pauca recipias, quia ad mensuram fidei tuae procedit ib. n. 32. vsque 39.

## IN FESTO ASCENSIONIS.

## DOMINI.

I. **N**onissime recumbentibus undecim discipulis, apparuit illis Iesus. Marc. 16. Completur hodie Prophetia Amos: ille etenim qui ascendit in caelum, fasciculum suum reliquit in terra, & aquas vocat maris ut super illam depluunt, totamque terram: & si nosse desideras inquit, quis iste sit, ille est qui dicitur



tur Dominus. Christum hic considera ascendentem in caelum, ut ibi sedeat ad dexteram Patris, qui manipulum suum teinquit, Apostolos intelligo, in terra super quos effusus est aquas maris quae sunt dona Spiritus S. cuius nomen Dominus est? & si quod intelligo, denotat hoc Evangelista. *Es Dominus Iesus assumptus est in caelum* &c. h. 43. n. 60.

II. Dauid hunc Domini triumphum celebravit quamvis obsecris tamen mysticis verbis, & exorditur quasi dicens facite locum, hinc abite, viam parate huic principi, ascendit enim super occasum, cui nomen conuenit Domini: *Dominus nomen illi*. Declarat quod ascensum suum firmet super humilitatem suam, & sicut hic eius descensus ad infirma vsque penetravit. sic & eius ascensus supra petiit, & inde nobis viam designauit: si namque ipse Dominus hanc ingressus est viam alia nobis non est arripienda: nam idcirco vestigia sua lapidi reliquit impressa, ut dixerit D. Petro. *sequimur vestigia eius*. hom. 15. num. 10. vsque 14. Ingressus hic Christi in caelum adeo fuit gloriosus, ut mille annis ante voluerit propheta Rex ut illum considerarem sicut & alios solemnnes quos Christus fecit, se Dominum Regemque offendens: & si celebris fuit ille in mundum ingressus, multo celebrior ille in caelum hodiernus. h. 47. numero 9. vsque 12.

IV. *Novissimo recumbentibus undecim discipulis*. Si eum maxime difficile fuit mysterium resurrectionis Christi, illud praeter ceteris comprobavit, atque eo sine rediuitus quadraginta diebus mansit in mundo ut se rediuitum ostenderet, & negotia Ecclesiae suae cum Apostolis disponeret: etenim quadraginta illis horis quibus mortuus est, in tantum fides elanguerat in multis, ut necesse fuerit eius reparationi dies impendere quadraginta, diem pro hora illis omnibus apparuit nunc his tunc illis & aliquando quingentis simul congregatis eaque intentione conuocatis ut illum viderent & conuocarent, quam solidum fuit hoc argumentum. h. 48. n. 17. fuitque haec vltima apparitio.

V. *Novissime recumbentibus*. Opinor Evangelistam spectare periculis & gloriosum Christi triumphum per resurrectionem suam quem psalmo sexagesimo septimo decantat qui illa de causa diabolo auditu est horribilis. h. 49. nu. 2. declarat primo triumphatorem esse Deum: *Exurgat Deus* ibid. n. 6. vsque 11. declarat secundo triumphum illius de diabolo celsitudinem ibid. n. 11. vsque 16. de morte ibid. nu. 16. de Iudaeis eorumque machinationibus ibid. nu. 17. vsque 22 & tandem declarat victoriam hanc iustis fore incundam qui in conspectu eius epularentur & delectarentur, quandoquidem hic quadraginta diebus electos suos iustificauit illis sapius conuocans, & in vltima apparitione pariter cum illis epulatur ibid. n. 26. 27.

VI. *Recumbentibus discipulis*. Domine negotium

tanti momenti quale fuit ascensus tua, & hoc quod est illis acturus es ad discessum tuum cur differes donec cum illis recumbas? Domine si hoc notum est quod carnis deliciae & conuiuia Spiritui repugnent. h. 1. n. 1. & Sancti ut res agerent spirituales ieiunium adhibebant ibid. n. 13. & 14. hic patet quod qualia fuerint Apostolorum conuiuia ita spiritibus ut intellectum non hebetarent, non familia velletis de quibus Propheta effusi estis quasi vituli super herbam. h. 42. n. 26. Non enim vult Deus ut non comedas, quinimo licet in nullis diebus epulas institueret, quales instituit Iob, Isaias alique iusti. homil. 16. numero 13. 24. hic operum meorum doctrina D. Greg. & D. Hieron. hom. 38. nu. 12. vsque 15.

VII. *Exprobrauit incredulitatem eorum*. Quod hoc Domine mihi valedicens illis faciem offendis auidiosior: illa etenim hora est in qua si invec amicos nonnulla praeter ceteris auertiones, siue tunc operum accipiant: Optime fecit nec enim arbitris quod illi qui tuos corripit defectus vellet tibi malum, imo potius hoc est tibi velle bonum, & opus est amoris & charitatis vnde tamquam praecipuum tanta virtutis, hoc Deus inuigil. h. 22. nu. 3. vsque 5. & n. 24. hinc collige quam stultus ille sit qui sibi persuadent eum esse inimicum a quo corripitur ibid. n. 30.

VIII. *Exprobrauit incredulitatem eorum*. Iam discipulus posuerat medicus ille celestis ea quae Ecclesiae huius concernebant beneficium, & primo bene disponit stomachum id est Apostolos & eiusdem ministros, nec non ossa quae primo sunt componenda. h. 7. n. 40.

IX. *Exprobrauit incredulitatem eorum & duritiam cordis*. Omnia perpende verba quae denotant grauem eorum defectum in re grauissima nempe in fide articuli principalis. nec defectus fuit talis & qualis sed cum duritie contumax, qualis arguitur in D. Thoma, quocirca illos non leuioribus reprehendit verbis sed grauioribus stomachatundus, & in faciem peccatorum illis exprobrans. *Exprobrauit*: cum enim illi essent quae mirabilia eius viderant & per quos illi crederentur, quidam pertinaces fuerunt, licet id dissimularem celsitate fuit hoc mysterium quod primo permiserit illis in quosdam cadere pertinaciae & infidelitatis defectus ad Ecclesiam bonum quod probata crederetur eius resurrectio hom. 43. n. 2. 3. 4. & deinde proponit illis curam malefecerint errores suos illis ob oculos demonstrant quatenus illos contemplati, mites essent & alius peccantibus misericordes. Documentum certe salutare. h. 43. n. 8. vsque 13.

X. *Exprobrauit incredulitatem*. Illis voluit ostendere quod absolute poterat asperius illos redargueret, qui mundus erat ab omni culpa porro quod illi peccatores redarguerent, sed compaenites & impii peccatores hoc Apostoli consilium. *Considerans seipsum*. h. 22. nu. 49.

49 vsque 52. & n. 54. 55. Eam ob causam condemnauit Christus Pharisæos in causa adulteræ. h. 26. n. 43. 44.

XI. *Exprobrauit incredulitatem eorum.* Hæc reprehensio fuit ut ignis quo vasa illa purgarentur, de quo sic Propheta *quasi ignis confus purgabit filios Leui.* Misit illos peccatoribus prædicatores, & qui mittitur alios reprehensurus & prædicaturus, conuenit ut ipse mundus sit, ne respondeat illi echo sicut Ægyptiis, & contingat quod Patriarchæ Iudæ & Dauid. ho. 23. n. 41. 42. 43. & hom. 34. n. 26. vsque 30. & non dicatur illi: *Quis sine peccato est vestrum;* quo verbo Christus Pharisæos confudit. hom. 26. n. 51.

XII. *Exprobrauit incredulitatem eorum.* Iam Apostoli crediderant atque omnem à se defectum expulerant; quo poterant in hoc laborare, & nihilominus à Christo re-larguantur. Quid hoc Domine, an peccatis emendatis & remissis sic indignaris? Ostendere vult, quod non statim dum peccatum tuum confessus es, illudque deseruisti, eius tibi sit abiicienda memoria, nec tibi persuadeas omnia te perfecisse. Quamuis audiisset Dauid: *Dominus transiit peccatum tuum;* tota tamen vita habuit quod desereret nec calamitates illi locustæque defuerunt. Sic lego apud D. Ephrem. hom. 38. n. 65. 66. & idem notamus in D. Petro qui vitam suam perpetuis consecrauit lacrymis. homilia 43. numero 67.

XIII. *Exprobrauit incredulitatem.* Iam remissum erat peccatum Apostolorum, eo tamen non obstante Christus hoc illis ad memoriã reuocat & asperè redarguit: nec enim facile peccata tradenda sunt oblivioni, licet condonata, iuxta illud: *De propriis peccatis uel est sine metu;* & seruanda tibi regula est D. Cyprian. ut oppressus aduersitate tuam illam imputes sceleribus. ho. 30. n. 31. & hinc intellige quam culpabiles sint qui peccata committendo statim illorum obliuiscuntur, & quamuis illis aduersa contingant hæc suis non adscribunt peccatis, censentque eorum esse supplicium. ho. n. 10. n. 26. 27.

XIV. *Exprobrauit incredulitatem eorum.* Illis loquitur quos tanto dignatur honore, ut magistros illos & duces Ecclesiæ suæ statuatur supremis illos extollens dignitatibus. Et ne forè superbirent, ut illos humilitate dissoneret, immediate ante proponit illis euidenter defectus suos ob quos eos corripit hosque ipse notos facit; implens illud Iob. po. ens scil. pondus ventis ne inaniter rapiantur supra se, sicut etiam D. Simoni Stillitæ. h. 1. 5. numero 45. h. 24. n. 27. *Et dixit eis: Euntes in mundum uniuersum.* Ecce qua forma mittit illos prædicatum, ut mundum ingrediatur quasi deforis adueniant eo namque modo frequenter suos mittebat Prophetas & D. Ican. Talis etenim oportet ut sit prædicator ut fructum referat. homil. 21. numero 47. & seqq.

Hieron. Bapt. dela Nuza. Tom. I.

XV. *Euntes in mundum uniuersum.* Domine tu pars læsa & rogare eos facis qui te læserant: hæc est eius misericordia & retributiones, quæ videntur. *Contra iuris ordinem & passibus retrogradis incederet:* sicut Sem & Iaphet. h. 41. n. 41. & 42.

XVI. *Euntes in mundum uniuersum.* Ite vos ad peccatores. Domine: nonne satis est: si peccatoribus præcipere ut ad illos venirent? Peccatum est lætitia, in qua conuerit ut medicus adeat infirmum: nec enim infirmus conuenire potest medicum, ut vidimus in Dauid. homil. 22. numero 9. 10.

XVII. *Euntes in mundum uniuersum.* Ite vos eoque donis & gratis inuitate cælestibus: si namque expectetis vsque dum illas ipsi requirant, numquam hæc fiet. sunt enim tales vel licet illas proponas eoque ad illas inuites, tamen sumere recusent. homil. 28. numero 27. & seqq.

XVIII. *In mundum uniuersum.* Complectur hic Dei promissum: *Dedi te in lucem gentium ut sis salus mea vsque ad extremum terræ.* h. 35. n. 11. & seqq.

XIX. *In mundum uniuersum.* Inchoat Christus exequi lucis suæ triumphum mundum se illuminando. Nemo satis mirari potest quam profundis detinebatur tenebris ut illud explicat Dauid egregio sancto mysterio. h. 33. n. 5. vs. 9. Iam Christus radios suos euebrat in mundum uniuersum. Quibus eiusdem dissipat tenebras omnemque aufert dololatiã etiam de synagoga, effectus hic est mirabilis ibid. n. 9. 10.

XX. *Euntes in mundum uniuersum.* An ergo Domine populum hunc eligis ignorantem, pauperem & contempibilem, quem sapientibus, diuinitibus & monarchis opponas? hoc inter præclariora emicat Christi opera, designatum per illud quod per latum cæcum illuminauit. h. 35. n. 45. vsque 48.

XXI. *Euntes in mundum uniuersum.* Necessarium est ad cæleste adificium, ut lapides expoliantur lapidas mittere, qui hoc faciant in uniuerso mundo. homil. 1. numero 2.

XXII. *Prædicare Euangelium.* Quid est Euangelium? gratia est Spiritus S per Christum producta, qua illuminat intellectum & purificat voluntatem. Hæc duo proferre in mundum, quibus indiget ad damnorum suorum reparationem quo ad intellectum & voluntatem. hæc omnia Dominus abundantissime peccit quantum nobis erat necessarium. *Præstitit omnia abunde.* Sic Aposto. ita ut nihil possit ad remedium desiderare quo tuæ curentur miseræ, quod Euangelium non adferat ita ut dicere possit: *Non plus ul. ra.* h. 28. n. 21. & seqq.

XXIII. *Prædicare Euangelium.* Audis quid prædicandum iniungatur prædicatoribus non propriæ inuentiones sed doctrina Euangelii ut possint dicere *Mea doctrina non est mea.* h. 29. n. 40. 41.

XXIV. *Predicate Euangelium.* Multi prædicatores, sed non vnum prædicant Euangelium, ita vt iuxta D. Paul. *Id ipsum dicat omnes.* Vnaque sit omnium doctrina. hom. 14. n. 16. vnum caput ibid. n. 18. idcirco dicitur Ecclesia vna quia vnum tantum agnoscit caput nēpe Christum eiusque vicarium summum Pontificem caput eius visibile, sicut ipsi corpus est mysticum visibile ex fidelibus suis, quos Christus D. Petro subiecit in figura agnorum eiusque successori Romano Pontifici. Et symbolo omniū auctoritati eiusdem Pontificis Romani reliquos Ecclesiæ Prælatos ex ratione particulari quam declarat Eusebius Emyssenus: quia vero tota potestas & auctoritas quæ vigent Episcopi & ceteri prælati procedit ab auctoritate & potestate Pontificis, idcirco dicitur quod vna sit Ecclesia quia vnum est tantum eius caput. Sic ingeniosè D. Bern. ibid. nu. 18. 19. solus Petrus super aquas ambulauit ante & post resurrectionem Domini, ceteri vero discipuli nauigis, quo potestas declaratur vniuersalis, quam habuit ipse habetque eius successor Romanus Pontifex in omnes Ecclesias & in omnes populos, & ceteri prælati ita tantum super particulares Ecclesias, vt omnes illæ corpus componant mysticum sub vno capite vniuersali, quod ceteris omnibus inest quamebri propriissimè dicitur tota Ecclesia vniuersalis esse vna. ibid. n. 19. vna cathedra. ibid. 21. & tanta seruari debet veritas, vt in ipsis etiam verbis sit omnino conueniendum. n. 23. eadem Sacramenta. n. 25.

XXV. *Predicate Euangelium omni creatura.* Domine nonne magis expediet si nobis, Angelos mitteres? nequaquam, primo: quia Euangelium trahit secum Sacramenta & remissionem peccatorum, & sicut Angeli nec illa nec infirmitates patiuntur, hominibus non comparentur, tales conueniebant vt essent dicente D. Paul. *Sacerdotes infirmitatem habentes.* Quos propria doceret infirmitas nostris esse benigniores. hom. 10. n. 10. vsque 16.

XXVI. *Predicate Euangelium.* Secundo: sic nostræ conueniebat securitati vt præceptores essent visibiles, & cogniti, & illo potestetur solamine quod sponsa desiderabat. hem. 14. n. 7. hic seruit argumentum D. Aug. num. 12. vsque 16. quinimodò hic fundauit Abraham rationem suam cur diuiti negaret quod petebat, non pè illi mittere mortuum ad vitam reuocatum: conceptus hic tribuitur D. Chrysol. hom. 40. num. 16. 17.

XXVII. *Predicate Euangelium.* Maximum est Dei donum nobis dare verbum suum diuinum, quod si receperimus, mirandos operabitur effectus. hom. 19. n. 43. 44. vocat illud D. Paul. verbum viuum. ho. 31. n. 72. efficax, quod de nihilo omnem producit creaturam, si p̄mos etiam Seraphinos, hom. 2. n. 39. graue

inturum est eorum supplicium qui nullam inde ter hant emolumentum, Nam idcirco Dei spiritus mouet cordiam non illis illud non prædicare qui illi forte rebelles, quales erant Byhimenses. ho. 21. n. 9. 10.

XXVIII. *Predicate Euangelium.* Tuum hoc est officium, quale erat seruiti Domini dare talentum, nam fructum exigere ad illos non spectabat, sed ad Dominum: ipse etenim ait: *Ego veniens exegissim illos.* Vos vestro non priuabimini præmio. Hoc habet ex D. Bernard. hom. 22. n. 33. 34. hom. 43. n. 29.

XXIX. *Predicate Euangelium omni creatura.* Sapientia diuina melior esse debet malitiâ Diaboli: hoc totum mundum impugnavit, & sanctiores tantò vehementiù. ho. 5. n. 5. vsque 8. tu totum mundum aggredere & nequiores peccatores tantò diligentius: tu vt causa Dei tu sufficetur, quam ad tuam propriam utilitatem. hom. 22. n. 33. vsque 38.

XXX. *Predicate Euangelium omni creatura.* Ecce tibi milites & legiones quas Deus conseruit ad mundi victoriam, suos prædicatores. hom. 40. n. 14. & 15. quibus illos munit non alia sunt quam prædicare hoc est illos mittere tamquam oves in medio lupo, quæ præter balare aliud sciunt nihil: sicut enim victoriam obtinuit moriendo, ostendens se teneri ligni verniculum. ho. 41. n. 88. vsque 91. sic & post consequenter victoriam, impletque Dominus prorsum apud Prophetam. *Suscitabimus septem Pastores quos dicit Christus ibid.*

XXXI. *Predicate Euangelium.* Conspicit Dominus totum mundum mare amarum omni que clamantes. *Mors in olla,* ho. 2. n. 25. h. 36. n. 15.

XXXII. *Mittit sicut Eliseus farinam Euangelij sui,* id est bonum nūtum, quo redditur suauis. Quæ dulcicia reddidit ieiunia, persecutones disciplinas, & mortem nisi Euangelium cum suis promissis diuinisque donis quæ secum inuoluit? In tantum vt dicit Apostolus donum Dei esse singulare, aliquid tribulationes, penas, & molestias immittere. hom. 14. numero 15. 16. & probatur in Arnulpho. hom. 37. n. 4. vsque 51.

XXXIII. *Omni creatura.* Hoc habet Euangelium quod omnem respuat perferendum acceptorem, nec præferat diuitem, nec reiciat pauperem: & mouebat D. Iacobus: *Nolite in acceptione personarum.* &c. hom. 2. n. 20. & seq. & hoc designabat præceptum de medio siclo. hom. 21. n. 20. 22.

XXXIV. *Omnes creatura.* Hæc est gratia angelij quæ omnibus conueniat & in quolibet potest quis Deo seruire, milites & vxor. si sic vt omnes culpam suo statui possit imputare. hom. 2. n. 1. vsque 10.

XXXV. *Qui crediderit & baptizatus fuerit.* Requiritur de fide quæ dixit Dominus habere oves suas

simplicem ut credant quidquid illis per legitimos ministros proponitur, nullas opponendo difficultates h. 37. n. 24 & faciendo quod precipitur: hæc enim est illa credulitas quam Dominus hic exprobat Ibid. num. 28. 29.

**XXXVI. Qui vero non crediderit, condemnabitur.** Adeo iusta est eius condemnatio, qui tot visis miraculis, non credit ut jam illum secum trahat. *Qui non crediderit, jam iudicatus est:* quia terribile valde est post tot opera prodigiosa non credere: potro propter eandem rationem condemnabitur ille qui bene credendo, male operatur, quia etiam talia opera condemnantur cum tali fide & credulitate: nam ita dolenter hoc patitur Deus ut sudorem in imagine sua & sanctissime matris suæ emittat copiosum. h. 34. n. 43. vsq. 47.

**XXXVII. Signa autem eos qui crediderunt.** Vera fides semper habuit adiuncta miracula quibus confirmaretur: hæc etenim est eius probatio legitima quæ quia adhuc durabat in populo suo quanto Christus nabebatur, mirabilem illis piteinam hanc tribuit: multo ergo minus defutura erant in fide Euangelii: *Quæ confirmata est in signis & portentis:* ut ait Apostolus. h. 10. num. 1. 3. 4.

**XXXVIII. Signa eos, qui crediderunt hæc sequuntur.** Coniunguntur miracula fidem & fiduciam quæ in illa fundantur, illamque pari passu concomitantur. h. 2. num. 37. hom. 27. num. 32. quæ quia in te adeo debilis est, ut pauca experitis mirabilia. Ibid. num. 37. vsque 45.

**XXXIX. In nomine meo demonia ejicient.** Necessario requiritur ut Deus auctoritatem suis tribuat prædicatoribus magis quam reges suis legatis. Quatenus auctoritate fulti bene recipiunt ferantque fructum: eo sine potestatem illis concedit tanta faciendi miracula. h. 21. n. 44. 45.

**XL. In nomine meo.** Tribuit illis potestatem miracula faciendi in confirmationem doctrinæ, ut illa faciant in nomine suo: quocirca talia esse debent qualia fecit Christus, non qualia Iudæi petebant, signa in ære. h. 8. n. 39 vsque 44. sed signa quæ sint vtilia multum diversa ab illis, quibus se mandus extollit. Ibid. num. 44 & seqq.

**XLI. In nomine meo.** Primo supponendum miracula principaliter non fieri ad honorem ministrorum, sed eius à quo mittuntur: vnde protestandum quod fiant eius virtute & dicendum cum D. Paulo: *Non ego sed gratia Dei mecum* h. 29. n. 42 & seqq. nec statuenda est in triumpho manus propria sicut fecit Saul, sed Dei cum Davide ita faciebant Apostoli in quolibet miraculo proteltati quod. *Non nostra virtute, sed in nomine Iesu,* ita D. Petr. & D. Ioan. in curatione paralytici. Ibid. n. 45. vsque 48.

**XLII. In nomine meo.** Quamvis prælati & prædi-

catores terreni sint, potestatem tamen & legitimam habent de cælis administrationem, quia nomine funguntur & loco resident: Christi h. 14. n. 29. & contemptus qui illis irrogatur, Christo dicitur irrogari. Ibid. num. 31. vsque 24. & ostendit D. Leontius Episcopus præcipiens ut Imperatrix coram illo staret Exemplum profecto notabile. Ibid. n. 27. 28. & latius h. 29. n. 40. 41. Scare si teles coram prælatis sedentibus, obedientiam declarat & humilitatem, qua illis est obediendum, illique sunt venerandi: quia in ordine ad illos prælati polleat auctoritate quam designat Iesuo, à quibus recipienda est doctrina & eorum præceptis obediendum: & hoc declaravit D. Ioan. Baptist. in ordine ad Christum Dominum dicens, quod sicut amicus sponsi coram illo staret, quo designabat D. Ioan. conuenire sibi tantum, ut Christum audiret, eique ut vero Messæ obediret, in quo velut in subiecto propria latebat auctoritas. h. 14. n. 27.

**XLIII. In nomine meo.** Solide munitos mittebat eos virtute & potestate nominis sui sanctissimi, quæ tanta est ut illam omnes revereantur creaturæ, quod variis confirmatur exemplis h. 3. n. 22. vsque 27.

**XLIV. Demonia ejicient.** Hoc ponit ut primum signum quia ea prima venit intentione, ad ejiciendum se. de mundo diabolum vnde miracula eius frequentiora fuerunt ejiciendo demones de corporibus, quo declarabat se venisse ut illos ab animabus expelleret. h. 19. n. 31. vsque 40.

**XLV. Demonia ejicient.** Iam illis facile erit demonia ejicere, quia Christus illa ita fortiter proteltavit ut jam sint infirma. h. 5. n. 8. vsque 11. vnde jam illa iusti exhibitant. Nota dicitur h. 49. n. 11. vsque 16.

**XLVI. Demonia ejicient.** Objicies: hæc oculis non conspicio sed respondeo, majus esse miraculum Diabolum ab animabus exturbare: nullum etenim est damnium illud quo corpus affligit, in ordine ad illud quo animam afficit. h. 19. n. 11. 12. in quam intrat per peccatum. Ibid. n. 15. late hoc declaratur argumentis & exemplis notam dignis. Ibid. n. 20. & seqq. & hom. 20. num. 3. 4.

**XLVII. Demonia ejicient.** Licet pauci videantur demoniaci plures tamen sunt absconditi ut probat D. Vincentius Ferrarius curiosam proponens quaestionem. h. 19. n. 31. vsque 36.

**XLVIII. Linguis loquentur nomine.** Maximum inter alia damnium est lingua: dicitur enim animal inquietum plenum veneno mortifero, & miraculum habetur Euangelii mutare linguam in qua tantum ea dicantur quæ diuinum spectant obsequium & proximi ædificationem; & modicus patet effectus quem in nobis operatur ex parua linguarum reformatione. hom. 23. n. 25. vsque 35.

**XLIX. Serpentes tollent.** Illi sunt peccata quæ dicuntur

itur serpentes: si etenim eorum capiti concesseris ingressum, totum subsequitur corpus: unde sic monet Sapiens: *Quasi à facie cilobri fuge peccatum.* Hoc supposito tunc serpens ejicitur, quando non solum peccatum sed etiam tolluntur occasiones. hom. 13. num. 46. hom. 43. num. 42.

L. *Et si mortiferum quid biberint non eis nocebit.* Habes hic rarum miraculum in quo virtus probatur Euang. h. 7. quod viro sancto nihil noceat, imo potius omnia cooperentur in bonum & in omnibus possumus illi congratulari. Discursus hic auctorem cognoscit D. Chryf. h. 32. n. 41. vsque 45.

LI. *Et Dominus quidem Iesus.* Nunc illum Evangelista Dominum appellat, quod nomen Deo æterno proprium: quia in hoc actu se caelem ostendit, propria ascendens virtute. h. 2. n. 28.

LII. *Et sedet à dextris.* Hoc dicit Evangelista: David autem dicit quod Deus sedeat æqualitatem filii cum Patre. h. 37. n. 76. 77.

LIII. *Sedet à dexteri Dei.* Virtus hoc termino demonstrans jam perpetuam illi esse gloriam & dici posse: *Christum resurgens ex mortuis, jam non moritur.* h. 38. n. 15. 16.

LIV. *illi profecti i pyædit auerunt ubique, Domino cooperante.* Nota mysterium: illi & Deus pari passu procedunt: nec enim solus potest operari prædicator, ad aures corporis loquendo, nisi Deus intus ad aures operetur animæ. Mysterium hoc denotatur in petra Horeb, vtilis est hic conceptus. h. 29. n. 11. vsque 15. etenim certum est solum posse Deum efficaciter in rebus humanis operari. Ibid. n. 15. vsque 18. & ita D. Ioan Baptista intellexit suos mittens ad Christum discipulos. h. 33. n. 22 hoc David indicavit his verbis. *Nisi Leoniæ edificaverit domum.* h. 43. n. 16. 35.

DOMINICA INFRA OCTAVAM

ASCENSIONIS.

I. *Cum venerit paraclytus, quem ego mittam vobis à Patre.* Ioan. 15. mittit Dominus Apostolos suos ad negotium plane arduum & tribulationes, in quibus milleis exponentur periculis: suum tamen illis promittit favorem dicendo: quod illis missurus esset Spiritum S. illi enim quem Deus exponit tribulationibus, auxilio suo succurrit: non similis est Diabolo, mundo, carni h. 4. n. 45 & seqq. Ne te prolibidine tua exponas occasionibus: etenim superaberis: si Deus te mittat nihil mali vecearis. h. 5. n. 14. 15.

II. *Cum venerit paraclytus.* Hic est Spiritus S. Hunc illis promittit: etenim eius sui præsidio omnes mun-

di vires superabunt, quando vero hic deficit misere superabunt. h. 5. n. 16. vsque 19.

III. *Cum venerit paraclytus.* Spiritus dicitur consolator. Hic est effectus Spiritui S. proprius quod illi dotati nedum quasi ibet vincant adversitates, aut illi terreatur sed potius in illis & per illas maximas probet consolationes: & hic est quod his iusti maxime fruuntur, quando maximis atteruntur calamitatibus: imo majores quam mundani maximis suis delictis voluptatibus h. 30. n. 48. & seqq. Sicut Spiritus infernalis post se trahit infernum ut dixit D. Ioan. h. 37. n. 15. vsque 57. ita Spiritus S. secum defert caelum potius ex gaudio & consolatione bonæ conscientie. Ibid. num. 61. vsque 67.

IV. *Quem ego mittam vobis Spiritum veritatis.* Spiritus dicitur veritatis, quia Spiritus est sanctus & bonus, & valde germanæ sibi sunt bonitas & veritas. h. 34. n. 39. 40 & effectus est Spiritus S. voluntatem à malitia purificare, eamque bonam efficere, ut veritas eum habeat in intellectu. h. 29. n. 57. vsque 59. *Spiritus veritatis.* Hic Spiritus est sanctorum qui mouentur exprimendam veritatem, sicut Diabolus Spiritus mendacis: hoc etenim illi proprium est quod illos qui in habitat ita reddat mendaces & dolosos, ut nihil proloquantur: & hoc indicium est vnum filiorum Diaboli sicut illud filiorum Dei quod Spiritum habent Dei. h. 37. n. 32. vsque 35.

V. *Ille testimonium perhibebit de me.* Hoc egit Spiritus S. purificando voluntatem, & ubi venit discipulus intelledum ut recipiat veritatem, prout diximus. h. 29. n. 56. & seqq. *Et vos testimonium perhibebitis.* Coniunctim incederis vos & ille vos tamquam corporum prædicando corporibus, & ille tamquam spirituum operando in animabus & per hoc fiet miraculum illud Moysi de petra. h. 29. n. 19. vsque 15.

VI. *Et vos testimonium perhibebitis, quia ab inicio mecum fuistis.* Legitimi quidem fuerunt illi testes veritatis Salvatoris, & resurrectionis eius, nam comitati sunt illum à principio prædicationis, atque idcirco ipsi testes elegit. h. 49. n. 1.

VII. *Abique Synagoga facient vos & veni hora.* An talem Domine crederis mercedem amicis uti delictibus, qui te nunquam deseruerunt, ut illes mittas in tradasque persecutionibus, exilijs, carceribus, quasi es communicatos? quem Deus diligit castigat. hom. 30. n. 21. 22. & majoribus amicis grauiotes mittit tribulationes. Ibid. n. 23. vsque 25. & hæc talenta sunt que mittit amicis maxime intimis ut negotientur. Ibid. n. 27. & seqq. & sortiri flagro granum concutit & operatur. hom. 9. num. 38.

VIII. *Veni hora in qua qui interficit vos, credent obsequium se prestare Deo.* Hoc Christum in carceribus afflixit quod persecutionis mortem que toleraret

Inimicis, eo titulo quod arbitrentur obsequium se Deo prestare, plebique proficere. Ideo dixit David ipse esse inimicos, Dei eiusque vindices. Documentum hoc legitur apud D. Chryf. h. 7. n. 43. 44. & hoc apud Isaiam indicat quod leo Dei insurgat contra ipsum quasi Leo esset Dei. h. 40. n. 19. hoc ipsum vobis facti, metentim ut tanto vos liberius occidant, dicent, hoc expedit diuini seruitio nam quando hoc modo peccatum committitur, summa fit illud libertate, qualis illa fuit sacerdotum Bel. altari sua coonestantium latrocinia. h. 7. n. 38. 39.

IX. Venit hora & omnia, &c. quod mihi coningit & vobis continget nec enim seruus melior est Domino suo, nec discipulus suo magistro. h. 13. n. 10. & ita reformauit affectum Iacobi & Ioannis. Ibid. n. 12. 13.

X. Arbitretur obsequium se prestare Deo. Hæc erat Pharisæica perueritas. s. b. titulo diuini obsequij grauissima sua occultare peccata & prodisiones, ut erat inhumana filicium erga parentes suos quam titulo honestabat diuini obsequij, religionis, & sacrificiorum. h. 23. n. 45. Sub illo nomine conclusit Caiphas ut Christus moreretur, & hoc sibi pallium assumpserunt, quocirca vocat illos Iacob: *vana iniquitatis bellantia*. qui bellum Deo inferunt illis armis quibus illi militare tenebantur. h. 39. n. 8. & seqq.

XI. Omnia qui interficit vos. Domine cur mittis illos, si præcias illos occidendos? hic videre licet quantum desideret mundi salutem, ut etiam discrimini exponat vitam amicorum sibi maxime familiarium modo saluent mundus. h. 17. n. 42. 43. & quid miramur quod illos eo modo deleget, quando quidem ipsum eodem modo Pater miserit ad salutem mundi, quem occidendum non ignorabat. Ibid. n. 44. 45. dicere merito potuit D. Aug. *Dilexisti me Domine plusquam te*, &c. h. 9. n. 46.

XII. Arbitretur obsequium se prestare Deo. Deus te liberet ab hoc peccato, quo tibi persuadeas te Deo famulari cum præiudicio tertij: talia etenim sacrificia excruciat. h. 23. n. 55. & seqq.

XIII. Sed hæc omnia faciunt vobis, quia non nouerunt Patrem neque me. Verbum hoc *Nouerunt* significat beneficiorum cum gratitudine recognitionem: sic enim de Pharaone dicitur. *Surrexit Rex qui non nouerat Ioseph*: utique cognoscebat illum cum adeo publica esset eius fama notitia, sed indicat quod beneficia non considerabat, quæ regnum illud à Ioseph perceperat, atque hoc modo potest Christus de multis conqueri, quod *Non nouerunt Patrem neque me*: nam etiam hodie in eo quod Pater nobis suum tradidit filium, & filius suam nobis tradidit vitam & sanguinem nos redemit, &c. non attendant nec ista considerant beneficia nec eorum magnitudinem, de quibus profari licet quod non habent. *Cui intelligens nec oculos videntes*. h. 15. n. 3.

XIV. *Quia non nouerunt Patrem neque me*. Si cognosceres & atenderes quid Deus tui gratia fecerit, diceres cum Ioseph: *Quomodo possum hoc malum facere*. h. 17. n. 3. 2. h. 41. n. 33.

XV. *Dixi vobis, ut cum venerit hora eorum reminiscimini*. Quam apposite legitur ut eos consoletur, vocans omne tempus passionis suæ horam, ostendens quam parum durent huius vitæ calamitates se enim ut D. Ioan. significaret breuitatem imperiorum, dicit: durabunt vna hora. h. 1. n. 47. 48 hoc est sanctorum solamen, intelligere vitæ breuitatem quæ vno durat instanti, & breui finiendas calamitates: nam hoc etiam modo istas Dominus considerat, totum passionis suæ tempus horam appellans. *Orabat ut transferret ab eo hora*: ait Euangelista. Atque in hoc solatur Isaias quælibet sanctos, quibus sub symbolo granorum diuersi seminis, quæ non nisi labore multo purificantur, dixit: *Non in perpetuum triturabitur Geth*, &c. hom. 9. num. 38. hom. 16. num. 36.

## DOMINICA PENTECOSTES.

I. *Si quis diligit me fermentum meum seruet*. Ioan. 1. 4. Hodie dicere licet absolutum esse nostræ redemptionis opus quo Deus hominem reformauit, majori longe prodigio quam creauerat, formauit illum prius de luto, nec vllus erat in eo motus quia carebat anima, hanc illi dedit inspirando, suo illi habitu spiritum, & vitam infundens. *Et factus est homo in animam uiuentem*. Venit Dei filius suamque de luto illo formauit Ecclesiam, Apostolis inquam; formauit illos & elaborauit, sed quasi vitæ animæque expertes: tales erant in cœnaculo metu prostrati, cum nec mouere se, nec mutire præsumebant. Hodie sufflat, Spiritum suum mittens viuificantem, quo Apostoli nonam quasi vitam adepti sunt spirituales ita potentes ut confessi se mouerint, atque de illo prodierint secessu, opera patentes ita miranda, ut totum in admirationem rapuerint mundum: qui idecirco in figura venit ignis, ut eos flammæ efficeret ardentiores, quales dixit David: *Qui facit Angelos suos Spiritum, & ministros suos flammam ignis*. homilia. 16. numero. 12. homilia. 29. numero. 4.

II. Cum effectu vere celesti se manifestat hodie Spiritus S. multoque præclarior, quam in diebus Ezechielis in campo ossium mortuorum: nam veniens vnicuique vitam illi tribuit, erexitque in pedes ut milites robustissimos qui totum sibi hujarent mundum. Erant Apostoli velut ossa arida & exanima, &c. quam robustos illos efficit hodie Sp. S. ex illis legiones confectur quibus mundum sibi conquisit. h. 40. n. 14. 15. &c. hic Spirituales eos corroborat ut dracones deuicentur, sine quo vires quis non habet ut mûscam repellat.

Hic tibi spiritus est necessarius, illumque à Deo cum Ecclesia deprecare supplicando. *Emitte Spiritum tuum.* homil. 4. numero 18.

III. Hodie Christus Dominus suos armat milites Spiritus S. fortitudine, multam diuersa à mundi viribus: non enim gladii sunt, non lanceæ, non fundæ, sed mansuetudo & patientia. hoc namque Spiritu Dei roborata mundum sibi subiecit. Hoc plenus Spiritu Christus venit in mundum: nam ideo dicitur concepit de Spiritu S. quia mundum venit superaturus non vi non robore sicut mundi monarchæ per ventos significati furiosos bestialique immanes h. 41. n. 84. v. que 88. & victoriam obtinuit quasi tenerimus ligni verniculus ibid. nu. 88 vsque 91. eodem Spiritu suos munit milites id est spiritus benignitatis quo inuncti sunt hoc celestioleo, suntque septem illi pastores & octo Christi de quibus Mic hæas ib. n. 91. 92.

IV. Primo hæc solemnitas celebranda est intelligendo & confitendo Spiritum S. esse verum Deum, vnum in essentia cum Patre & filio, distinctum tamen in persona; hoc Christus indicauit, dicens. *Paraclitus Spiritus S. quem mittet Pater in nomine meo.* Ut declarant SS. PP. sed D. Ioan. viam nobis aperuit agens de generatione filii, vt ex illa processione eliciamus Spiritus S. h. 33. n. 3. 4.

V. Ut intelligamus quis sit hic Spiritus S. quem mittit Deus in mundum, Christus illum frequentius vocat Spiritum veritatis. Veritas & bonitas simul gradiuntur: & sicut Spiritus mundi, qui Spiritus est diaboli, Spiritus est malitiæ & mendacii: ita Spiritus S. Spiritus est bonitatis & veritatis, quia bonus efficit & veros. h. 34. n. 39. 40. Pari passu procedunt veritas intellectus & bonitas voluntatis quia malitia voluntatis obscurat veritatem intellectus h. 19. n. 32. & cum voluntas mundanorum tanta turgat malitia, illis veritas non congruit, quia de causa propheta Isaias illam vocat collapsam in platea, dedecoratam vt mulierem lenitæ h. 34. n. 41. & ideo eam tam inhumane excipiunt, vno similes vniuersis compressis ibid. numero 55. vsque 56.

VI. Spiritus S. amor est purus & mundus unde purificat voluntatem, & cum illa disponit intellectum ad fidem. h. 19. n. 56. vsque 59.

VII. Vocatur etiam ordinati paraclitus id est consolator, contrarius Diabolo, qui Spiritus est carnis: vbi cumque enim habitat, continens est cruciatus, & ideo vidit D. Ioan. quod illum infernus sequeretur, nam vbi intrat etiam intrat crucians infernus. h. 17. n. 53. 54.

VIII. Vbi cumque ingreditur Spiritus S. gaudium est tantaque consolatio vt iam quis principio gloriæ suæ videatur ib. n. 59. vsque 67. vocatur Spiritus consolator hic enim est eius effectus quod con-

latione sanctos demulceat, qua in ipsis tribulationibus pœnis & persecutionibus potiuntur longe magis quam omnes mundani suis potiti possunt in immeritis delictis: hoc enim tantum hic Spiritus S. potest efficere. h. 30. n. 48. vsque 51. In tantum illis attendit vt etiam in eo quod mundus & eius potentes nituntur illos abfligere & contristare, in hoc ipso illos interius magis demulceat lætitia quam possent exoptare. Et instillat atque persecutione, quæ tantum visa homines fugant ab eis qui illas patiuntur, & similiter ab illis cogunt fugere eosque distitere, sicut dicebat David. *Quis videbant me foras suggerunt à me:* tantum interius experiuntur alacritatem, vt summo delibet finis gaudio & celesti quadam recreentur hilaritate: & populus Salomonis varietate intertextæ tribulationum splendorem, gloriam, & delicias contempnit quibus gaudent quando molestus excentur acerborum atque in illis illud Pauli verificatur: *Quasi trifida, sperper autem gaudentes.* ibid. n. 49. 50. Idque fit eo modo vt qua mensura crescent aduersitates, ea crescant etiam in illis solamina ex bonæ conscientie testimonio à spe certissima h. 32. n. 23. vsque 31. h. 37. n. 61. vsque 64. quociens tanto plures faciunt sancti donum tribulationis sibi immissæ, quanto hæc est molestior h. 11. n. 15. hinc formari possunt vitiosis discursus quibus claratur virtus Spiritus S. quam in electis videmus à multis locis citatis referuntur.

IX. Venit Spiritus S. vt ventus vehemens ostendat talem esse spiritum eorum quos ille induit efficiam in penitentiam pique opera tanto suscipiant illud, quanto declarat Isaias sub nomine Spiritus probatorum: sic notamus in Magdalena, & talis esse debet, quandoquidem non minus sit ad bonum efficax quam diaboli Spiritus ad malum. h. 38. nu. 47. vsque 50.

X. Descendit in figura linguarum, vt licet multæ sint, in vnum tamen conueniant ad ædificationem terris Ecclesiæ; qua illas diabolus conatus est confunderet sicut in turri Babylonica h. 14. nu. meros. 13. tanta in Ecclesia sua vnitate, quanta ad eius constitutionem requiritur ibid. n. 23, 24.

XI. Si quis diligit me, sermone meum seruabo. Ostendit primo Christus quod populus quem las conferibit obsequio non visis sit, sed nobilis: seruo enim illi nulla coactus violentia sed amore diuino purissimo h. 18. n. 20.

XII. Si quis diligit me, Dominus primum oculos corripit in amorem cordis, tantum namque facit operam, quantum est amor qui te impellit, & ita quamuis operam sint in se parua si tamen amor proximis sit, eximium est & meritum: ideo dicitur quod oculos suos posuit super cor. Et primo omnium vult Deus sibi offerri, nam eo oblato, offertur illi quicquid esse potest, & debet in subiectionis; quam Deo meritis dicitur.

debet, recognitionem. hom. 7. n. 19. 20. quoniam per hoc nos hortatur Salomon ut adiuventionem faciamus oculorum, qua parum euadat multum ibid. n. 22. vsque 24. tantaque est huius doctrine veritas, ut per hunc cordis amorem, meritorias possimus facere tribulationes inuoluntarias. Hoc tibi seruat documentum. h. 9. n. 46. & seq. & ita fecit in cruce latro. h. 44. num. 27. & seq.

XIII. *Si quis diligit me, sermonem meum seruabit.* Amor sine operibus, non est amor, & sicut ex calore colligit ignem, & ubi non est calor, dicitur quod esse non potest ignis: ita ubi non sunt opera, frustra quaeris amorem. Hoc est argumentum D. Ioannis quo probat quod dices non faciens elemosam, Dei amore non feruere. h. 16. num. 11. 12.

XIV. *Si quis diligit me sermonem meum seruabit.* Remedium nobis praefertur Chelitus, quo iocis in Dei fa mulatu reddat diligentes, si uenipe eius procuremus amorem: quasi a seipso fumendo experientiam. Quis dicat quod Christus hominis gratia egerit illi datus omnem sanguinem suum & vitam, pro ipso moriens, ipsius hominis manibus occisus: hoc enim est in finem dilexisti eos. Sicut enim malitia diaboli relinens in hominum cordibus ad summam uique ascendit impietatem: ita feruente in Christi pectore amore erga homines, ad summum ascendit, ut ne pe moretetur pro homine. *Maiorem charitatem nemo habet.* &c. In hoc parum quantum amauerit hominem, imo hinc colligitur quam parum diligat Deum. h. 45. nu. 7. 8. Insuper ut Deus insigniores amoris sui erga homines inuentiones ostenderet, dixit Euangelista: *In finem* q. d. quod in hoc opere institutionis SS. Sacramenti, uictoriam amoris comprehendit, quodque fuerit amotis uictoriae dedicatum quidquid hic fecit. Idcirco uoluit ut in arca qua figura erat SS. Sacramenti corona poueretur, ut declararetur quod in eo amor Dei triumpharet ibid. numero 7.

XV. *Si quis diligit me, sermonem meum seruabit.* Domine mandata tua aspera quaeque comprehendunt, ut crucem tollamus, non timeamus eos qui nos occidunt, quomodo fiet hoc? amore; etenim amor est qui fortis mittit timorem ut dixit D. Ioannes ex quo principio singulari discursu declarat ratio agoniae Christi, quae fuit amoris cum timore conflictus. h. 42. numero 111. 112.

XVI. *Si quis diligit me, sermonem meum seruabit.* Multa sunt quae timorem incutiunt obsequium Dei amplectenti, ac proinde hoc primum a suis militibus egerit Deus, ut omnem expellant timorem. h. 43. n. 33. hoc facit efficaciter amor ibid. idcirco dicitur fortis sicut moyses quia nulla potestas eum potest retropellere sicut nec mortem. h. 38. n. 117.

XVII. *Sermonem meum seruabit.* Offert nobis Christi

remedium nullo negotio seruandi eius praecipia, & quo omnis tolleretur difficultas eius quod offertur, dicendo: quod sit uerbum Dei, *sermonem meum*: sicut subito sufficit ut rem aggredatur arduam si dicatur: Rex tuus hoc imperat, & hoc optat Dominus ut in mandatis suis considerares, quando ait apud Isaiam: *Attendite ad me popule meus, lex à me exiit.* homil. 5. numero 10. ubi variis probatur argumentis quam facta reddat haec consideratio Dei mandata ibid. nu. 9. vsque 27.

XVIII. *Sermonem meum seruabit.* Perpende Dominum suauitatem qui ne quidem uult nomine mandatorum nec dicitur: qui mandata mea, sed sermonem meum seruauerit, nos ut nobiles excipiens & non sicut seruos, indicans mandata sua esse suauia, quanto sunt demonis grauiora. h. 3. n. 10. vsque 14.

XIX. *Sermonem meum seruabit.* Non ait *Examinabit*; nam qui diligunt Deum ut oues illius, dicta illius non examinant ut ea credant, nec praecipia ut perficiant: nam in hoc cognoscuntur qui sunt illius oues, uel qui non sint: h. 37. n. 24. vsque 30.

XX. *Sermonem meum seruabit.* In hoc cognoscuntur qui sunt mei si sermonem meum audientes illi confestim pareant, sicut illi qui sunt demonis in faciendo quod imperat. h. 37. n. 30. 31.

XXI. *Sermonem meum seruabit.* Iustum est ut ad Deum accurramus, sicut ille ad nos. Tanta diligentes se humanitate tractat ut in audiendo uerbum illorum, statim illud exequatur, eo modo quo postulant, ut uidimus in Moyses & Elia: quocirca iustum est ut hoc idem agat homo cum ipso. hom. 24. n. 39. 40. Et si cupias ut Deus agat id omne quod postulas, tu facito quod ipse tibi iubet: etenim extra controuersiam est quod ipse eodem tecum ageat modo, quo tu cum illo. homil. 25. numero 50. 51. Et probatur exemplis notatu dignis in Abraham, Dauid & aliis ibid. numero 52. 56. vsque 61.

XXII. *Ad eum uenimus & mansionem apud eum faciemus.* Non uidetur magis posse diuinam erga hominem extollere misericordiam, nec dignitatem ad quam euehit hominem quam dicendo quod illum reddat lectum & locum quietis suae, ac thronum gloriae: hoc enim est quod dixit D. Ioan. de Christo. *Fecit nos Deo nostro regnum.* nullum est regnum nulla ciuitas in qua ita Rex diuinam trahit moram, & requiescit cum homine atque idcirco se vocat Deum Abraham, Isaac & Iacob: notabile mysterium. h. 20. n. 3. & 4.

XXIII. *Mansionem apud eum faciemus.* Profundam continent haec uerba theologiam. Deus summum est bonum, cuiusque natura est summe se communicare, unde semper aspirat ut ignis, ut hanc efficiat communicationem. Hanc autem perfecte non potest facere nisi in creatura rationali quia ceteris tantum se communicat



municat secundum esse naturale, sed non secundum supernaturale nec capaces sunt supremorum bonorum id est gratiæ & gloriæ: unde nunquam eius satiatur se communicandi desiderium, donec in creatura rationali mansionem faciat, quæ capacitatem habet infinitam, qua cuncta recipiat bona infinita: unde in creatione mundi nunquam quieuit, donec videret hominem creatum factumque ad imaginem & similitudinem suam, cui se posset plenissime communicare: & ita meo iudicio Deus satiatur quando alicui sua bona communicat imo suum esse diuinum in hac vita per gratiam & in altera per gloriam. h. 25. n. 84.

XXIV. *Mansionem apud eum faciemus.* Multum differt Deus a mundi principibus: illi namque ut ex natura sua sunt indigi, suam fundant celsitudinem in recipiendo a suis subditis, atque in illa ciuitate vel proluicia diutius mansionem faciunt, vbi plura illis dantur, pluraque recipiunt bona, diuitias, & dignitatem h. 41. nu. 59. Porro ut Deus est mare quod omnia in se bona concludit, & bonitas est infinita, illa desiderat communicare, ibi regni sui sedem collocat, vbi maior adest recipiendi capacitas & communicandi potestas. Hic est homo, & proinde in eo qui se disponit, ibi requiescit & tanto iucundius ac quietius quanto magis est ad recipiendum dispositus: & quia amor maxime cor praparat ad receptionem Dei, iustus per Spiritum S. vbi feruentior hic viget, ibi diutius moratur, & ita inter omnes creaturas potissimum sedem sibi fixit in regina cælorum, virgine Maria, & postmodum in illis qui feruentius illum dilexerunt & diligunt: quia ibi subiectum est ad plura recipienda capacius. Conceptus hic notari meretur homil. 41. numero 62. vsque 69.

XXV. *Mansionem apud eum faciemus.* Mirare existimiam eorum qui diligunt Deum felicitatem, etenim requiescit Deus in illis per gratiam: qui realiter & vere in animabus eorum sedem sibi collocat: ipse inquam Deus quo beati in cælo perfruuntur: tantum discrimen est, quod hic animæ clare se non manifestet in cælo vero sic, sicut declaratur similitudine adamantum ho. 37. n. 58. Ex quo intelligi potest quos effectus in tali operetur anima, cum totum eius sit desiderium illi tribuere; quam lucem intellectui, quos affectus largitur voluntari: ibid.

XXVI. *Mansionem apud eum faciemus.* Habitare Deum in anima per gratiam in hac vita, est principium habitandi in ea per gloriam in altera vita: hoc enim est quod ait Apostolus: *Gratia Dei vita eterna.* Habitare per gloriam, erit Deum in ea mansionem facere sicut in regno: nam idcirco dicitur quod in die iudicii tradet regnum Patrisuo, ut regnet in illo in æternum. Regnum hoc sunt eius electi, & Deum regnare in illis, erit cum se totum omnibus dabit, eritque

omnia in omnibus, hic enim status est felicissimus, quem Deus tota sua dare potest omnipotentia patre creaturæ, tamque animam habebit ut regnum suum præclarior, cui plura bona sua communicabit. Illud quod perfecte in statu gloriæ complebitur, incipit hic in hoc statu per gratiam cum Deus thronum suum collocat in anima sicut sol, & hæc omnia dispartit Spiritus S. cuius effectus amor est & charitas. Tu index esto an maior possit dari felicitas homil. 41. numero 62. & seqq.

XXVII. *Mansionem apud eum faciemus.* Quanta est hæc eius felicitas qui amat Deum eiusque seruat mandata, ut Deum habeat in anima sua regnantem: hæc est peccatorum infelicitas quod Diabolum habent qui per peccatum intrat in animam eorum ut more symbolo declarauit D. Ioannes ho. 19. n. 13. Eius tamen est mors & post se trahit infernum vnde effectus producit huic conformes ibid. num. 13. 28. vsque 31. Quanta sit hæc calamitas declarat Escher dicens quod tibi damnum inferat, & adhuc sanis excipit, & Isaias exposuit in figura pilosorum saltuum: namque hoc considerares videres grauiorem non posse tuam esse calamitatem h. 41. n. 5. vsque 19.

XXVIII. *Mansionem apud eum faciemus.* Cum Dominus sis maiestatis quomodo requiesces in domo adeo abiecta paupere & despecta ut homo vulgare in eam non præsumat intrare: videtur honor tuo indecorum. Non tamen est, nullus etenim locus diuina indignus est maiestate quantumuis vilis & contemptus, si modo ibi sit amor, & absit peccatum: hoc enim solum reddit habitaculum Deo indignum, vnde intelliges peccatum rem esse adeo vilem, ut non possis imaginari viliorem h. 2. n. 10. 31.

XXIX. *Mansionem apud eum faciemus.* Correspondent sibi Deus & anima: sicut enim Deus quia bonum est infinitum non requiescit nisi in subiecto capaci infinita bona recipiendum, & ita tantum requiescit anima humilij quæ diligit eum ut dixit Isaias: ita humiliter anima cum infinitam habeat capacitatem, quiescere non potest nisi habeat Deum qui illum impleat, unde non possunt illam bona satiare terrenæ quæ merus sunt ventus homil. 4. nu. 19. vsque 26. potius sunt ut oleum quod flammam appetit accendit ardentius hom. 25. numero 77. nec miremur etenim aquæ mundi hominibus non sunt propria, sed animalibus communes ibid. nu. 82. Solum Deus illam potest satiare, & solum requiem obtinebit Deus mansionem in te faciens quod verbis illis significatur: *Requiescit Deus die festino.* Conceptus hic videtur ibid. numero 84.

XXX. *Mansionem apud eum faciemus.* Habes rationem vnde Deus animam satiet: quia inter cetera, ille ingreditur: nec enim eo vsque creatura possumus

penetrare, & minus adhuc terrena: & hoc Dominus indicavit dicens: *Fiet in eo fons.* hom. 25. num. 86. 87. Insuper illud prodigium considerabat, perpendens quam pericula paternae domus famuli satiantur, tibi quoque plurimum referret ea ipsa considerare. h. 18. n. 54. 55.

XXXI. *Mansionem apud eum faciemus.* Ita libenter manet Deus in illis, qui diligunt illum eique seruiunt, vt timere non debeas quod ille ex parte sua descendens sit nisi contra voluntatem suam, eumque tu stupribus expuleris. ho. 13. n. 25. tu enim Deum a te repellis tibi grauius inferens damnum quam omnes possent creare, in eo ipse Deus, ibid. n. 28. & que 31.

XXXII. *Mansionem apud eum faciemus.* Nulla potest animae maior esse felicitas: si namque vbi Deus aeternum transit, tot ineffabilia bona conferat, quid faceret tibi motam traxerit, feceritque mansionem? h. 30. n. 14. h. n. 41. n. 8. & propositionem attende quam Dominus suis discipulis asseruit. *Quamuis sum in mundo lux sum mundo.* Quam eleganter expendit Caelestinus, tamque conuincit negligentiam, cum habens in te Deum non ludeas vt nouos in anima tua operetur effectus. hom. 30. num. 39.

XXXIII. *Qui non diligit me sermones meos non seruat.* Hen Domine mi quam paucos habes in mundo amicos, si illos ex hoc oporteat iudicare quod dicas: scilicet: quod te non diligit mandatorum tuorum transgressor; atque inde multos esse reperimus qui per amicos, honorem, mundumque, diligunt, & merito conqueant potes vt olim ex exemplo Rechabitarum. h. 3. n. 21.

XXXIV. *Et sermonem quem audisti non est meus sed eius qui misit me Patrem:* Hae sententia eo modo declaratur quo illa: *Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me.* ho. 29. nu. 31. & seq. & particulariter videtur spectare promissum prophetam de quo Pater dixit ecclestiasticus: *Potam verba mea in ore eius,* atque in hoc ostendit Christus mandata sua & sermones à Patre suo descendere. ibid. num. 38. 39.

XXXV. *Paracletus autem Spiritus S. quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret, &c.* Hunc effectum operatus, est Spiritus S. Docens Apostolos omnia spectantia ad fidem nostram quam erant praedicaturi. Hoc egit eorum purificans & reificans voluntates, quo praeparatur intellectus ad illuminationem: etenim ad percipiendas Dei veritates, requiritur passionum & effectuum voluntatis mundities. hom. 29. num. 56. & seq.

XXXVI. *Et suggeret vobis omnia quaecumque dixerit vobis, dico & dicam suo loco & occasione.* Hic est ille effectus quem operabatur Spiritus S. quando data occasione recordabantur Apostoli, eorum quae Christus illis dixerat: Dum viueret multa quae illis diceret ad fidem illum & spem animandam, occasionebus ob-

latis contrariis illico turbabantur: sic illis contigit in miraculo panum in quo Philippus & Andreas & reliqui in fide languerunt. hom. 27. nu. 40. idem accidit inmediate post tempestate maris iactatis: d. fidebant enim quamuis in panibus vidissent Christi potentiam. *Erat cor eorum oboccuratum, & non intellexerunt de panibus.* Idem notamus dū illum capi vident & morientem. Hoc autem effecit in illis Spiritus S. in oblati occasionebus, vt reuocaret illis in memoriam illa quae à praecipitose suo audierant & quam in eo viderant potentiam, quibus fides eorum excitabatur, & fiducia erigebatur: vnde nunquam postea inuenies eos vel diffidisse vel in ea languisse. Effectus hic est ita singularis, vt in fide ac fiducia Moyse & Abraham longe praecesserint. ibid. num. 42. 43.

XXXVII. *Suggestet vobis omnia.* Effectus mirabilis & utilis reducere in casibus angustiae, ad memoriam doctrinam & exempla Christi, nec non eius potentiam, illa ita efficaciter proponendo vt omnem superarent diffidentiam, & bene quidem hoc fanore indigebant Apostoli in subsidium tot discriminum quibus erant exponendi: nam grauius fert Deus si in illis nostra languescat fiducia, atque idcirco Ananiam & Saphiram, Moyse & Aaron castigauit. Hanc nota doctrinam. ho. 27. nu. 8. & seq. & nihilominus nihil facilius nostrae fiduciae, quam in illis diffidere occasionebus. ibid. num. 44.

XXXVIII. *Suggestet vobis omnia.* Efficax foret remedium nostris fluctantibus passionibus, memoria eorum quae nobis Christus praedicauit, nostrique gratia fecit: est etenim myrrhae fusciculus inter vbera sponsae collocatus, & templum Ezechielis. Hinc danum, quod eorum obliuiscaris, & clare patet quam parum de Spiritu S. participes, quandoquidem tam parum haec tibi ad memoriam reuocet. h. 42. n. 14. 15. *Quam ligatum te sentires ne Deum offenderes, & si recorderis eius quod pro te fecerit, dice res eū Ioseph.* *Quomodo possit peccare in Dominum meum?* h. 17. n. 32. h. 41. n. 33.

XXXIX. *Suggestet vobis omnia.* Quam gratus es, si quando aliquid vis facere contra Christum, quis tibi beneficia proponeret ab illo praestita, sicut Ionathas Saūli, ne Dauidem persequeretur? hom. 15. num. 12. Optime tibi conueniret liber memorialis magis quam Regibus Persarum: cum ille referret obsequia subditorum Regi suo praestita, hic vero beneficia supremi Regis vilissimis exhibita mancipiis. Deprecate Spiritum S. vt tibi sit liber memorialis, cum hunc tribuere eius sit effectus. hom. 42. num. 24.

X. *Pacem meam do vobis.* Opportunè pacem promittit cum sibi sumptuos pergit bellum, quo nobis pacem obtinuit. Caeleste mysterium. hom. 1. numero 121, 122.

XLI. *Pacem relinquo vobis.* Nota verbum *Relinquo*  
E c q. d. duo

Hieron. Bapt. de la Nazza. Tom. 2.

q. d. duo sunt in morte mea : primum est pœna, dolor & calamitas secundum est pax inde resultans quandoquidem peccatum sit remissum & paternum peccus pacificatum. Mihi primum sumo ; vobis secundum relinquo, vnde coniungere potes hoc quod dicit : *Pacem relinquo vobis*. Illi, *Basiliani sibi crucem* quod dicit D. Ioan. hom. 41. n. 31.

XLII. *Non quomodo mundus dat ego do vobis*. Mundus pacem suam tribuit signis exterioribus, ore salutando & corde odiendo, sicut Ioab Ama'a, tales comparantur Hyenæ, quibus os est pacificum, cor autem belligerum. ho. 8. n. 31. & seq.

XLIII. *Non quomodo mundus dat*: Mundus pacem largitur & illam habebis in diuitiis, honoribus & quiete ; illis etenim mundi pax obtinetur, & ait Salomon de diuite : *habet pacem in diuitiis & substantiis suis*. Hæc si deficient, deficit & pax, cum omnes te persequantur, & inquietudine torquearis, omni solatio destitutus: postea Christus tunc pacem tribuit & maiorem suis tranquillitatem, quando tribulationibus excrucietur acerbioribus, vt asseruit monachus Arnulphus, nam hoc indicauit voluptas quæ cæcus fruebatur dum Christus illum luto liniuit. ho. 30. vsque 31.

XLIV. *Non quomodo mundus dat*. Modus quo mundani pacis exhibent signa illamque in cordibus causant hic est dum bona diuitias & delicias largiuntur sed Christus suam infundit pacem mittendo tribulationes & aduersitates, & quanto sunt hæc grauioribus tanto æstimant illas amici eius maioris pacis & amicitie tesseram quia per hoc ostendit se præclariora illis conferre beneficia, ipsosque amare sincerius. Vtilissimum planè documentum. hom. 32. n. 21. vsque 31. Inde procedit gaudium verissimæ pacis qua in diuitiis poriuntur aduersitatibus. Ita de catenis suis gloriabatur Apostolus multo magis quam Reges ex iis quas aureas & adamantinas circumferunt vocatque Philippenses socios gaudij sui hoc est eius quo fruebatur ex carceribus suis, in super catenas suas serbens Ephesus appellat gloriosas, & statuit tribulationes à Deo permitti & dari vt donum excellens, fidei comparandum. hom. 15. n. 14. 15.

XLV. *Non turbetur cor vestrum vado & venio ad vos*. q. d. securi estote tantam enim de vobis gero sollicitudinem, vt nullus sit pastor qui tantum sollicitus sit de ouibus suis, vadens & rediens ad illas, ne puncto quidam negligens & incurius nam aperte satis hoc declarauit in oratione horti. ho. 42. n. 90. & intelligendum est quod si modicum discedat eos pati permittens illico fauorem impetiturus accurrat, & sicut Apostolos, à periculo liberaturus. hom. 4. num. 39. 40.

XLVI. *Vado ad Patrem quia Pater maior me est*. Loquitur nunc Christus secundum humanitatem: nam loquendo secundum diuinitatem suam, iam dixerat: Ego

& Pater unum sumus. Nota mysterium. hom. 37. num. 76. & seq.

XLVII. *Veni Princeps mundi huius & in me non habet quidquam sed vt cognoscat mundus*, &c. Sicut mandatum mihi pater, &c. Declarat Dominus mortis suæ causam: vadit enim moriturus non propter peccata sua: nam quantumuis diligenter eum diabolus conderauerit, nihil tamen in eo reperit reprehensione dignum: vnde ad mortem tendit sola ductus Patris obedientia qui eum ideo misit in mundum, quia solus eum poterat redimere qui nullum habebat peccatum, cuius & sanguis erat adeo mundus vt posset Deo satisfacere. Hoc declaratur. hom. 34. num. 15. vsque 26.

XLVIII. *Vt cognoscat mundus, quia diligo Patrem & sicut mandatum dedit mihi*, &c. Argumentum amoris sunt opera voluntarie facta, & tanto magis quanto sunt magis voluntaria, vt autem Christus ostenderet integram voluntatem suam erga patrem suum, votum emisit obedientiæ quolibet voto religiosorum excellentius. ho. 36. n. 31. & 32. ho. 41. n. 23. ho. 42. n. 88. Quod si Christus voluerit mundo satisfacere quod Patrem suum diligeret ex mandatorum eius obedientia, satis aperte tu confirmas quam languide Deus diligas, ita continue mandata illius infringendo. ibi

## DIE LVNÆ PENTECOSTES

I. **S**ic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret. Vult nobis Ecclesia cognoscere ingerere Spiritus S. quia vero hic amor est & que per opera cognoscitur vt heri dixit Saluator, hodie incipit ea ostendere quæ in Dei pectore operatur quod est amor omnium supremus. Cum olim Deus affereret se populum suum amore completi, nonnullos audiuimus adeo impudentes vt per Prophetam Malachiam percontarentur: *In quo dilexisti nos* nisi numquam hoc probasset: verumtamen licet non posset ostendere in quo, melius tamen hodie Christus confirmat, dicens quod amor mundi in Deo seruens pectore, Deum compulerit vt filium suum vnigenitum daret. Opus hoc est adeo præclarum, vt nec habeat nec dare posset aliud præclarum hoc enim significat his verbis: *non summe misit filium suum*. hom. 17. num. 44. 45.

II. *Sic Deus dilexit mundum*. Amor proprius est & literalis & tanto magis quanto feruentior nam ideo dicitur quod sibi propria rebus amato communia. Considera amoris diuini magnitudinem, cui non satis fuit dare tibi & communia quæcumque sibi exteriora, sed insuper omnia bona tibi interiora. hom. 32. num. 45.

III. *Sic Deus dilexit mundum.* Hic impletur illud Isaac vaticinium. *Requiescet manus Domini super magnificum erit Dominus Deus noster.* Requieuit manus eius, quia non habuit ultra quod daret h. 35. n. 44 & vocatur magnificus, quod nomen illi datur quia tribuit aliquid tibi proportionatum, sicut de altero dicitur *fecit secundum magnificentiam principalem*: unde quid amplius est esse magnificum quam liberalem. Liberalis fuit Deus homini, quandoquidem illi dederit quiddam extra se crearet: sed non magnificus: quia hæc omnia dona si quidem meritum excedant hominis, non tamen diuinam adæquant magnitudinem. Hoc modo perficitur: donum etenim non solum infinitis excedit mundi meritum, sed etiam est æquale Deo largitori. h. 12. n. 33.

IV. *Sic Deus dilexit mundum.* Ecce quare Christus dicitur conceptus de Spiritu S. quia amor est, & hic est ille qui opus hoc in vtero purissimæ Virginis præparauit, ille qui descripsit illud ore & manibus Prophetarum: quæritur dicitur: *Qui locutus est per os Prophetarum*, similis est Ioseph, nam sicut ille declarauit in Ægypto somnia circa tritici abundantiam, sic fuit ille qui horrea præparauit, illisque frumenta recondidit gratam mundo provisionem atque idcirco ad Virginis obiectionem: *Quomodo fiet istud*, remisit illam Angelus ad Spiritum S. & cum opus illud tantum spiret amorem, videbis Christum illo sic successum ut videtur electra non ignibus circumfusum, tanque diligenter ut pauci horis leucas percurrat infinitas. h. 15. n. 17. vsque 20. & 22. h. 41. n. 24.

V. *Sic Deus dilexit mundum ut filium suum unigenitum daret.* Ad perpendicularum hic cadit D. Bern. sententia. *Triumphat de Deo amor*: & notatu dignum est hoc argumentum similiter ut illud D. Aug. quod Deus nos amplius quam filium suum amare videatur: quandoquidem illum pro nobis dedit, & quamuis sit exaggerandi formulæ, conueniunt tamen illi quod Christus de mercatore dixit, qui cuncta sua exposuit ut margaritam emeret pretiosam hoc concessio pluri margaritam faciebat quam quidquid possidebat & pro ea rogabat h. 9. n. 46. & h. 17. n. 45. 49.

VI. *Ut filium suum unigenitum daret.* Quomodo dicit quod illum absolute dederit, quandoquidem magis videatur isto dono soluisse donum Abraham, quo filium suum Deo consecravit quando dixit illi. *Quia feci rem hæc.* Atque idcirco quando misit illum in mundum dictum est, quod Deus promissum suum Abraham factum impletet: *Iniurandum quod iurauit, &c. sicut locutus est ad Patres nostros Abraham.* Itaque magis solutio quam libera videatur esse donatio. Profundum hic latet mysterium quo Deus ostendit se perfecte liberalem, nam rem dando quæ minus cadebat sub merito, illam tamen dare voluit, ac si merita fuisset, qua-

tenus honor & utilitas integrè homini cederet: argumentum hoc D. Chrysostr. habet auctorem. hom. 25. num. 45. vsque 50.

VII. *Ut filium suum unigenitum daret.* Daturus filium suum voluit ut primo suum daret illi Abraham, quo te docet quod si ut illi dederis, ipse tibi dabit nec filio suo parcens si nec tuo peperceris, seque tibi tradet, si te illi tradideris, cui si micam panis negaueris ille tibi guttam aquæ denegabit. Hoc retine docuementum. h. 25. n. 50. vsque 61.

VIII. *Dilexit mundum.* In ore Christi pessimus quem Deus habebat, inimicus erat mundus, in tantum ut dicat D. Iacob: qui amicus est huius mundi, efficitur inimicus Dei, & ratio est quia quiddam in mundo est ut asserit D. Ioan. offensa est Dei ex carne, auaritia, & superbia. An ergo sic Domine carum habes mundum, cui oblitus, satque cum hoc illi subuenis in tantorum quæ committuntur, criminum compensationem? Illæ sunt Dei retributiones, & contra omnem iuris ordinem. h. 41. n. 42. 43.

IX. *Sic Deus dilexit mundum.* Ecce quoties posse ascendere amor Dei, ut pessimum suum diligat inimicum, illi largitus quod habebat super omnia pretiosissimum. Per hoc bene declarat Apostolus amorem Dei cuius comparatione ludici sunt amores quos mundus celebrat illis libros replens, Damonis & Pythia, &c. h. 42. n. 28.

X. *Sic Deus dilexit mundum.* Potest mundi nomine venire homo, quia in se omnes complectitur essentias quas mundus habet, ac proinde Deus filium suum homini tradens ita ut hominis fieret, genus quoddam dedit toti mundo sanctificationis & diuinitatis, & Deificauit quod in illo erat, etiam dolores, pœnas & mortem. Acumen hoc resoluit Caietanum. h. 36. n. 9. vsq; 11.

XI. *Ut filium suum unigenitum daret.* Quamuis huic amori non sit similis qui non sit infinite minor, tamen voluit Deus quandam huius amoris describere imaginem quo hominem complectitur in eo quem Abraham erga Deum ostendit, illi proprium immolans filium. h. 25. n. 52. vsque 56.

XII. *Filium suum unigenitum daret.* Notandum est verbum quod non dicat mutuo dedit, nec taliter quali er dedit sed absolute dederit, quo nos honorat nostramque promouet fiduciam quia suum nobis dando filium, cumque esset ipse noster factus, omnia eius opera meritoria futura erant nostra, eiusque diuitiæ nostræ: sicut tui sunt fructus horti quem aliter tibi dedit: ita ut jam sumus in illo diuites ut notat D. August. h. 42. n. 16. 17. 18. 1

XIII. *Daret suum nobis dedit filium*: unde eo nos eiusque meritis ac passione uti pessimus quasi re aliqua nobis propria, sicut in hymnate quo Dei pectus temperetur. h. 42. n. 20. vsque 25.

XIV. *Vt omnis qui credit in ipso non pereat.* Non illum nobis Deus dedit ad utilitatem suam, sicut solet dare mundus: nam sicut in eo regnat amor concupiscentiae nihil tribuit nisi proprii lucri intuitu. An. or. Dei autem et peccatus est amicitiae, quocirca tribuit ad commodum illius cui tribuit, & ita contingit in donis Dei, imo & in ipsis quae ille à nobis postulat ut omnia nostro seruiant emolumento. h. 17. n. 38.

XV. *Vt omnis qui credit in ipsum non pereat.* Deus non dilexit nos quia eramus boni, nec ut illi aliquid daremus: si iamque hoc esset neminem amaret, sed ut nos bonos efficeret, suaque nobis bona largiretur: multum enim differt amor illius à nostro. h. 25. n. 40.

XVI. *Vt omnis qui credit in ipsum.* Suum nobis tradidit filium Rex & Dominus noster, non ut illi nostras daremus facultates, eiusque cum illis sustentaremus magnitudinem, ut solent Reges terrarum. h. 41. n. 59 vsque 62. sed ut nobis tribuat, quo nostram suppleat inopiam, nostrasque sanet infirmitates. lb. n. 62. 63.

XVII. *Vt omnis qui credit.* Dedit illum: ita omnium remedium ut cum innumeri sint peccatores, & sine numero peccata, nullus suo remedio careret, nec vllum esset peccatum irreversibile, maximam suam in hoc demonstrans misericordiam: amoris suo comparem: idcirco enim hominem creavit peccabilem, ut illam homini testaretur. h. 18. n. 2. remedium adeo efficacax ut ad omnes pertingat. lbid. n. 8. vsque 14. nec timendum est quod deficiet quamvis multi sint peccatores: etenim eorum malitia est finita & Christi remedium valoris infiniti. h. 42. n. 16. 17.

XVIII. *Vt omnis qui credit.* Aequaliter illum omnibus dedit quantum ex se est, ut aequaliter omnium operaretur redemptionem: etenim multum exhorret acceptionem personarum in mysteriis Christi. h. 2. n. 10. & seqq. Nec vult ut quisquam sibi Christum appropriet quantumvis in terra dignitate praeccilat. hom. 21. num. 22.

XIX. *Omnis qui credit.* Hinc collige quare Christus tot genera passus sit poenarum: quia pro quolibet patiebatur genere peccatorum & culpatum ut ipse declarat. h. 15. n. 5. vsq. 9. idcirco vulneratus fuit in omnibus partibus corporis sui naturalis: quia nulla pars corporis mystici erat à vulnere libera: lbid. & hom. 42. num. 14. 15.

XX. *Vt omnis qui credit.* Ipsum dedit in omnium remedium ita singulariter, ut eo modo vnus operatus sit salutem ac si solus ille fuisset in terra & pro eo solo fuisset incarnatus. h. 42. n. 2. vsque 5. & exposuit. Ambr. per parabolam quam Christus dixit de vitulo saginato occiso & per illud declaratur: *Sic totum omnibus quod totum singulis.* lbid. n. 7. vsque 8. Conceptus notatu dignus & qui nobis praegrandes nostras ostendit obligationes. lbid. num. 8. & seqq. & hinc intelliges

quanti faciat Deus vnicam animam, quando quidem pro ea in singulari Pater filium suum dedit. h. 30. num. 27. 58.

XXI. *Non pereat.* Hic tibi panditur peccati malitia quandoquidem ad eius remedium Deus tam singulariter proferat remedium quasi larvam tollendo à cetero. h. 42. n. 11. 12. & demonstrando morbi, debiti, & poenaris peccati gravitatem. lbid. n. 13. vsque 16.

XXII. *Non pereat.* Hoc ipsum Christus exposuit adducta similitudine serpentis aenei, historia haec est passim nota ita tamen superior sicut vivo pictura: licet intuitus illius serpentis venenum curaret serpentum, vitam tamen securam non tribuebat: sed per Christum non solum ab infirmitate conualecimus venenosa & mortali peccati, sed etiam per ipsum vitam consequimur aeternam, quae tanti valet quantum ipse Deus, quia haberi non potest nisi ipse Deus intro habeatur, eius causa & drigo. h. 12. n. 23. vsque 26.

XXIII. *Sed habeat vitam aeternam.* Haec igitur est vita perfecta quae omnes vitae species complectitur: terrena vero magis proprie dicitur mors quam vita: hoc illi nomen Christus indidit, & exemplis probatur admirandis. h. 32. n. 70. & seqq. vita quae vere est ab omni eo quod mors est, omnino aliena, vita est eterna. h. 11. n. 29. vsque 33.

XXIV. *Vt habeat vitam aeternam.* In eum sicut Pater aeternus nobis suum tradidit filium, ut vitam aeternam largiretur. Hoc est eam quae absolute nomen meretur vitae, quae hic incipit per gratiam, & perficitur per gloriam & haec ea est qua iusti in hac vita frui incipiunt. h. 37. n. 57. vsque 64.

XXV. *Vt habeat vitam aeternam* quod ut per eum haberemus quicquid necessarium est ad aeternam vitam consecutionem: tu vero considera quam abundanter nobis omnia ministraverit, huic necessaria, ut possit dicere. *Quid ultra posui.* h. 17. n. 29. & seqq. nec mirum quod illum de aliquo possis defectu conuincere: sicut ille se de infantis. h. 34. n. 28. 29.

XXVI. *Habuit vitam aeternam.* Haec vita vel mors aeternitas abissus est in qua sancti submerguntur: fundum inueniunt, exclamantes *O aeternitas* O vitam illa ante mentis vitra volueretur oculos: quid non agit aliquis ut mortem euadat temporalem, quae si hodie non sit, eras erit: & quid non molitur ad vitam corporis conseruationem, quam si hodie conseruatur, eras est perditurus: quanto magis timenda mors aeternae quae nunquam finietur, & quantum vita est aeternae aeterna quae nullo tempore terminabitur. h. 11. n. 38.

XXVII. *Non enim misit Deus filium suum ut periret mundum.* Non venit ut condemnaretur, & non condemnare quoniam nec tuam vult ille mortem & condemnationem si tu tibi eam non procuraueris: non enim ipse hominem creauit nisi ad vitam, nec venit in mundum

DOMINICALIS POST PENTECOSTEN.

mundum nisi vitam daturus illi æternam: tu tibi mortem concilias h. 13. n. 3. 1. & seqq. & affectus quo peccas idem est quo tuam acquisis tibi condemnationem Ibid. 14. 1.

XXVIII. *Non venit ut iudicet mundum.* Hoc omnium minime querit, iudicium tuæ damnationis & si tuæ te culpæ non dampnent, non ipse te damnabit. h. 26. n. 7. 57. Nec te flagellabit, nisi illius manibus flagrum tradideris: ipse namque ex se non habet quo te cedat. h. 28. n. 46. vsque 52.

XXIX. *Non misit ut iudicet mundum.* In materia tuæ saluationis ne scrutaris æternæ mysteria prædestinationis, quod tibi nocebit: sed opera tua considera: quia ex te condemnaberis: inquit D. Aug. hæc verba perpendens h. 37. n. 7. vsque 14. tua tantum opera perpende: etenim ex illis tua pendet damnatio, & hoc modo ut sicut tu vitam mutaueris, suam Deus mutet sententiam ut ait Chrysol. mirabile est hoc documentum. h. 37. n. 4. vsque 17.

XXX. *Hoc est autem iudicium quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines.* Verbum hoc iudicium significat condemnationem. q. d. secum homines detulerunt condemnationem: non enim ego illos condemno. Condemnantur etiam à cæcis oculis: cum enim ante oculos suos lucem habeant, illam noluerunt sed dilexerunt tenebras. Ecce quam clare iustificetur Dei causa in tua damnatione h. 17. n. 5. 6.

XXXI. *Hoc est autem iudicium.* Etiam potest hoc nomen iudicium significare stuporem & vere major esse non potest, quam videre illud quod homines fecerunt & faciunt, cum enim haberent ante se vitam & mortem, Deum & diabolum, gloriam æternam & ignes æternos, rejecto Deo diabolum elegerunt. Hic optime quadrat quod Don inus dixit. *Obstupescite cæli & terra in die iudicij vehementer. Duo mala fecit populus meus, me dereliquerunt.* Vnum quodque per se valde stupendum est. Deum derelinquere, quamuis nullum aliud sit malum: eligere Diabolum quamuis nullum aliud perdat bonum: quantum stuporem hæc duo sibi juncta causarent h. 25. n. 81. & h. 37. n. 13. & 66. idem est ac renouare, quod fecerunt Iudæi in tantum Ch. isti dedecus, illum abnegantes & depolcentes sibi Barabbam. h. 41. n. 96.

XXXII. *Erant enim eorum mala opera.* Ecce quare lucem odio habent, quia male faciunt nec est quod magis læto exerceatur qui furatur, quam si lucerna illi proponatur. h. 40. n. 12.

XXXIII. *Erant enim eorum mala opera.* Lux veritatis nihil magis patitur contrarium, quam malitiam voluntatis: hæc enim trahit ad se intellectum. h. 29. n. 6. 17. & hæc facit ut lux ita sit odiosa quantum deliciae & luctum sunt grata: quia firmata in intellectu veritas bellum inferi peruersitati voluntatis, & habet

hominem ut suspensum & angustatum: atque idcirco plures execrantur atque expellunt ab intellectu. veritatem, ut se ab illa molestia dissoluant & pondere voluntatis suæ moueantur. Hanc nota doctrinam. h. 37. num. 47. vsque 51.

XXXIV. *Erant enim eorum mala opera.* Hæc est legitima ratio quare nullus velit in domo suo veritatem, unde illam vidit Iſaias collapsam in platea h. 34. num. 41. nec grauiorem patitur inimicum qui malum agit, quam eum qui lucem illi proponit, sicut de latrone diximus. Ibid. n. 53. vsque 56.

DIE MARTIS PENTECOSTES.

I. **A**men dico vobis, qui non intrat per ostium, &c. Ioan. 10. Ecclesia nobis ingerit cognitionem Spiritus S. & quia hic amor est & per opera demonstratur ut heri testatus est per ea quæ in Patris pectore effecit suum nobis dando filium hodie illa ostendit quæ produxit in corde filij quem impulit ut vitam assumeret pastoris, ex se laboriosam & plenam sollicitudine camque ab alijs pastoribus ita differentem, ut hi vitam ouibus adimant qua suam sustentent, & lanam qua se vestiant & lacquo nutriantur & ita faciebant alij pastores verius dixerero mercenarij, porro Christus suam dat vitam, ut eam oues suæ consequantur, carnem suam ut illæ vescantur, sanguinem suum ut illæ bibant, sua merita ut illæ vestiuntur & defendantur. homilia. 41. numero. 59. vsque 66.

II. *Amen dico vobis qui non intrat per ostium.* Duo nomina sibi Dominus imponit, & sua declarat officia in simbolo pastoris & ostij eua duo fuerunt ad quæ reuocatur quidquid egit esse magistrum qui nos docuit, & redemptorem qui nobis cælum aperuit, h. 30. n. 36. 37. Ut doceret quomodo, magister fuit, seq. dicit Pastorem quia oues ducit, & ante eas vadit, Dux factus est ad cælum sicut falsi Dij duces fuerunt ad infernum h. 33. n. 42. atque in hoc impleuit spem petitionem imo & Davidis desiderium. *Ostende mihi viam* h. 14. n. 7. 8. ut declararet qualiter esset redemptor, se dicit ostium: quia homo exulera à cælo, nec porra patebat ingressu, redemit nos & pro culpa satisfecit atque seipsum ostium statuit, ut omnes per illud intrare possent etiam nequissimi latrones, qualem secum introduxit ut ostenderet quam late nobis cæli portam aperuerat. h. 44. n. 44. 45.

III. *Qui non intrat per ostium.* Dicitur ostium & etiam pastor ouium sicut dicebatur Elias currus & auriga: quia sicut auriga, dux est & sicut currus nostra tollit pondera: quia realiter nostrorum tulit onera criminum adeo graua ut terram tremore concuteret ut

h. 42. n. 14. & hæc mortalem illi intulerunt agonia-  
mibid. n. 103. & seq. & hoc declarat vocans seipsum  
ostium, sicut D. Paul illum appellavit viam vitam  
quod significat viam quam ipse ingreditur & peram-  
bulat, & non solum dicit, ita dicitur porta quia non  
solum nos instruit qua debeamus intrare sed ipsa por-  
ta est quæ nos ducit in cœlum per sua merita, ea no-  
bis dando, nostraque fumendo pœnas homil. 42.  
numero 39 vsque 66.

IV. *Qui non intrat per ostium, &c. fur est & latro.*  
Voluit Dominus declarare Pharisæis quam ab eo lon-  
ge aberant ut nomen mererentur pastorum, quo se iac-  
tabant, cum potius nomen illis conveniret latronum  
eo quod ad prælaturas non intabant per ostium hoc  
est per merita sed vim inferendo, sicut qui parietes  
transiit, muneribus, negotiationibus & extraordina-  
riis diligentibus, & in virtute non fundabantur, sed in  
pecuniis quibus sacrilegas committunt simonias h.  
36. n. 39. extollebat eos in cathedram non proprium  
meritum sed brachii fortitudo: sicut lapis quem fixit  
David in frontem gigantis brachii sui robore & in-  
dustria: sic enim ait Spiritus S. *Sicut qui tacit funda-  
lapidem in acervum Idcirco ibid.*

V. *Qui non intrat per ostium.* Porta Christus est,  
per illam intrandum est ad dignitatem & prælaturam  
pastoris ovium: hoc est, assumi debet hoc officium  
proponendo sibi Christum, eius amorem & ovium  
emolumentum: qui namque per honoris ingreditur  
ambicionem vel pecuniarum avaritiam, vel voluptatum  
desiderium, ascendit aliunde: & quantum isti sua  
propria quaerunt commodum, illi divino tantum stu-  
dent honori & ovium utilitati; atque hoc tantas in-  
voluit difficultates, ut idcirco tanta illud viri iusti cu-  
ra suggerint, quanto alii prælaturas studio consectan-  
tur h. 15. n. 37. vsque 43.

VI. *Ante eos vadit.* Ille qui per ianuam ingreditur  
hoc est per propria merita atque ex amore Christi hic  
oves antecedit illis se præbens exemplar factus *for-  
ma gregis*, ut dicit D. Petr. Similis Christo factus &  
designatus in sancto illo animali pleno oculis qui  
omnes dirigebatur in rotas quas præcedebat: ex  
quibus dicit D. Greg. Nazian. nullum esse officium  
cui maiori possit satisfieri difficultate quam officium  
boni pastoris: etenim oportet illum exemplar esse tot  
tamque diversarum ovium: quod enim vni convenit  
repugnat alteri. h. 15. n. 37. vsque 43.

VII. *Hoc proverbium dixit illi Iesus, & non intel-  
lexerunt.* Non intellexerunt illud principes sacerdotum  
quod illis hoc Dominus dixerit & ostendebant se ex  
hoc non parum turbati: quocirca Dominus illis clare  
locutus est, dicens: *ego sum ostium, & suum prosequi-  
tur argumentum declarans id quod dixerat, & ait E-*

uangelista: quod primo commoti sunt quando illi  
non intellexerunt, & multo vehementius quando hoc  
illis exposuit. *Dissensio iterum facta est inter Iudeos  
propter sermones hos & dicebant: idcirco habet Diab-  
olus vos auferat nebulæ ves: quare voluistis hoc vo-  
bis exponi, si illo exposito vehementius turbamini?*  
des hic quare dicit Dominus ab illis se coactum esse  
namque loquatur illis clare malum est, malum est  
obscure loquatur: malum est si illis respondeat, malum  
est si non respondeat; idcirco illos abicit ut disper-  
tos. h. 8. n. 17. & seq. & hom. 37. n. 40. 41. ea quoque de  
causa dicitur quod Deum detineant quasi suspensum  
h. 25. n. 24. vsque 28.

VIII. *Dixit ergo us iterum Iesus: Ego sum ostium.*  
Domine ut quid loqueris illis clare, quando quidem  
scias ex illo futuros esse peiores? ut causa Dei iustifi-  
cetur nec possint dicere sibi hoc non esse dictum h.  
22. n. 36. 37. nec possint conqueri sicut quando dace-  
runt quod in ipsum esset culpa reicienda cur non re-  
derent: eo quod illis clare non loqueretur homil. 37.  
numero 51. 52.

IX. *Omnes quotquot venerunt, fures sunt: ego sum  
ostium.* Quotquot conati sunt intrare & non per os-  
tium, hoc est non intendendo Dei gloriam fures sunt,  
conati sunt furari quod Dei erat, etenim prælatus  
tantum studet sibi in eo quod sui officii est, quærit  
honorem & utilitatem, fur est & latro, sicut foret ille  
pastor qui proventum præterderet ovium Domini  
sui in proprium commodum: & legatus qui non ce-  
raret honorem Regis sui a quo mittitur, unde bonus  
prælaus semper loqui debet in nomine Dei, dando  
honorem Deo h. 29. n. 40. 41. hæc est illa obligatio  
iuxta divinam decreta legem, ut frater secundus vi-  
dnam susciperet uxorem fratris sui primogeniti, &  
fili ex illa geniti nomen circumferrent primogeniti  
hom. 22. numero 57.

X. *Ille fur est & latro.* Honor proprie ad Deum  
spectat qui ex bonis profuit operibus, & efficit a  
dignitatibus; unde reputat Deus tamquam furum  
quis illum sibi voluerit eripere, & idcirco superbius  
punit Nabuchodonosor. ho. 29. n. 44. & Saulum qui  
manum erexit in arcu triumphali ibid. n. 45. & affecit  
præmio David, quia ut erat iustum, honorem Deo con-  
secrauit ibid. n. 47. 48.

XI. *Fur est & latro.* Statim a principio suo caput  
diaboli esse fur conatus honorem & gloriam Dei  
furari atque in eius se sede collocare. Idem fecerunt  
diaboli qui in mundo voluerunt pro Diis adorari, &  
idem apperierunt homines qui se in Deos voluerunt  
erigere: & quia latrones erant se mutuo particabant  
ut solent latrones opes deprædatis alienas, Deus nun-  
quam alium secum passus est Deum, nec Christum  
eos permittit sed arguit ut latrones: subtilis hic

conceptus tribuitur D. Augst. homil. 28. n. 18. 21. 22.

XII. *Ego sum ovis pascuus.* Felices oves quae tali gaudent pastore taliq; porta, per quam ingredi possunt & egredi; & semper bona inuenire pascea: *Ingressus est & egredietur, &c.* quia Christus scala est per quam iurant & exeunt Angeli. h. 36. n. 3. 4.

XIII. *Ingressus est & egredietur, & pascea inueniet.* Haec est optima fors ouium, quod ingrediendo & egrediendo illis omnia ventantur in bonum, sicut illis qui tales non sunt, omnia cedunt in malum. homil. 32. numero 4. v. l. que 45.

XIV. *Fur non venit, nisi ut mactet & perdat.* Effectus hic est diaboli & finis ob quem petit ingressum in animam tuam. Fur est, quia illam studeat Deo suffragari: camque laborat mactare & perdere: nam ita vidit illum D. Ioan. vt mortem que mactabat, & post se traheret infernum quo cuncta perdebat: quod si quaras qualiter intret in animam, exposuit hoc D. Ioan. nempe per peccatum, sicut iudicium equo. h. 19. n. 13. v. l. 18.

XV. *Fur non venit, nisi ut mactet & perdat.* Talia operatur Diabolus quando per peccatum ingreditur: primo; mactat quia vitam occidit animae. Damnum horribile. h. 13. n. 7. Secundo; opera perdit meritoria ibid. n. 8. & omne bonum evertit nam hoc declarat D. Ioan. per proprium illi nomen h. 19. n. 28. v. l. que 31.

XVI. *Fur non venit, nisi ut mactet & perdat.* Nil maius dolendum quam dare furi ingressum: quia praeterquam quod te perdat tuoque cuncta dissipet bona, insuper & te subannat tuumque ridet incommodum, vt dixit Esther, & est ille pilosus quem dixit I. Iasas, qui tanto laetior tripudiat quanto tibi damnum intulerit acerbius. Hunc ne conceptum praeteras. homil. 41. numero 53. v. l. que 59.

XVII. *Ego veni ut vitam habeant & abundantius habeant.* Hic igitur bonus est pastor, qui sic ex officio vitam tribuit vt nomen eius vita sit. h. 19. n. 13. 14. Et venit in mundum & vixit & mortuus est vt oves suae vitam haberent & vitam abundantem. Vita est per gratiam: etenim in rei veritate per ipsam datur principium vitae aeternae h. 37. n. 58. haec vita hic perfecte non participatur, quia Deo pleue non fruimur, vt ibidem declaratur sub simbolo adamantum: vita abundans est vita gloria, vita toto sic ore proclamanda absque villo mortis vestigio vel timore eiusdem h. 11. nu. 38. dempto omni genere peccatorum ibid. n. 31. v. l. que 38. & habebit in se perfecte Deum, in quo omnes vitae comprehenduntur perfectiones. homil. 12. nume. 24. 25. vnde profluent torrentes vitae abundantes vt dixit Iocel ibid. n. 26. v. l. que 32.

XVIII. *Ego veni ut vitam habeant.* Domine oves ille an iam non vita potiuntur: significat quod haec vita vocari non possit vita: quocirca in ore Domini semper dicitur mors & vere talis est & sicut de tali

conqueritur D. Au. h. 11. n. 30. v. l. que est talis vt quidam elegerit potius in purgatorio manere quam ad illam reuerti h. 32. n. 70. 71.

XIX. *Ovis vocem eius auduit.* Circa haec vari habentur discursus, quibus declaratur id quod Dominus de ouibus suis dixit quod audiant vocem eius. h. 37. n. 34. v. l. que 40.

## DOMINICA SANCTISSIMAE TRINITATIS.

I. *D*ata est mihi omnis potestas in terra. Marth. 28.

Celebramus hodie mysterium quod est essentia diuina Domini nostri in seipso. Vsq; modo in praeteritis festis actum est de eo in ordine ad opera sua, hoc est quomodo Pater miserit filium, quomodo filius nostram operatus sit redemptionem, viuendo, moriendo & resurgendo quomodo Spiritus S. sit ille qui haec omnia opera disponit. Modo proponitur nobis idem Deus in seipso, & secundum suam essentiam, est enim vnus in essentia & trinus in personis & si opera nostris oculis exposta sint intellectu ita difficilia, vt illa considerare non possimus nisi per oculos fidei, quanto minus poterimus eius essentiam etenim iuxta Philosophos minus cognosci potest rei alienius essentia, quam eius opera. Capilli de capite spongi germinantes nigri sunt, quanto magis ipsum caput. h. 37. n. 9. & seq. h. 45. n. 7. 8.

II. *Mysteria supernaturalia eo ipso quo talia sunt luce non possunt cognosci naturali.* proinde necessaria est lux fidei, & ad illa intelligenda haec via est, illa credere, & non e conuerso. Statuit nos Deus in Ecclesiis suis scholas, & primum principium illam frequentantium est credere quod auditur, vt postmodum intelligatur & videatur, & possimus dicere: *Sicut audiuimus ita & vidimus.* & hoc singulare est in mysterio SS. Trinitatis. h. 29. n. 59. 60.

III. Infinita est distantia inter essentiam supremorum Seraphim & Dei. Illam non possumus penetrare, nec mirum, cum creaturae sint eminentissimae, quandoquidem noster intellectus nequeat minimam creaturarum capere essentiam, veluti muscae quae censetur inter minores: nec enim nostri quomodo vel unde habeat cor, oculos, ventrem vires quibus pelleri penetrat tibi que sanguinem extrahat: ideoque iubet Spiritus S. ne curiose velis opera Dei perscrutari, quanto minus perscrutanda sunt mysteria essentiae eius infinitae: Captiuandus tuus est intellectus, cognoscens valde fore exiguum Dei naturam si ab humano possit intellectu comprehendi. h. 37. n. 11.

IV. Ne praeter debitum inquiras quomodo tres



sint personæ, & vna essentia: Quomodo Pater qui generat & filius genitus, & nulla inter eos prioritas quæ vno sit ista trium personarum vno naturæ diuinæ cum humana quomodo in vno fiat supposito, non potest intellectus comprehendere creatas quanto minus vnionem trium personarum in vnâ essentia. quocirca non tibi præcipitur illam intelligere, sed credere, & accedat cum Moysè ad visionem magnam velatis oculis eiusque calcamentis. h. 36. n. 2. h. 37. n. 9.

V. Vnio actuum diuini intellectus cum nostra libertate tantam inuoluit difficultatem vt Apostolus Paulus hoc argumentum ita concluderet. *O altitudo diuinitatum, &c. Quam incomprehensibilia.* Et solatur nos S. S. dicendo, sibi sufficere si tantum credas, quanto magis in hoc mysterio h. 37. n. 9. vsque 12.

VI. Quotquot sumus in Ecclesia gloriamur nos esse oues Dei, Primum signum earum statuit Christus, audire vocem suam, nec veritatem eius quod dicit exequere, Hoc à te queritur in hoc mysterio, atque ita tibi respondet eleganter D. Aug. h. 37. n. 24.

VII. Non vult Deus vt examines id quod præcipit sed obedias, & illum non auscultes te interrogantem *Cur præcipit vobis Deus?* Quanto minus licet tibi veritatem eius quod tibi dicit, seruta ri, & quam proponit per fidem suam de mysterio SS. Trinitatis. h. 37. n. 28. 29.

VIII. Quamuis altissimum sit SS. Trinitatis mysterium, aliquid tamen inuestigare possumus ex eo quod in anima nostra videmus, facta ad imaginem & similitudinem Dei, per intellectum & voluntatem quibus pollet. h. 33. n. 3. 4.

IX. Hoc inter alia suscepit in se Christus, vt hoc scilicet mysterium reuelaret, & quamuis hoc sapius fecerit implens illud quod dixit *Pater manifestauit nomen tuum hominibus.* h. 29. nu. 49. Et dicendo: *Ego & Pater vnus sumus.* h. 37. n. 76. & seq. Singulariter tamen in hac implenit illud occasione, dicendo. *Baptizantes eos in nomine Patris & filii & Spiritus Sancti.*

X. Dicendo *In nomine,* in singulari, vnâ significat auctoritatem, vnâ potentiam, vnâ essentiam. Nominando Patrem, filium & Spiritum Sanctum, Trinitatem declarat in personis atque à mundi principio voluit Deus numerum hunc coli ternarium, in tan um vt Aristoteles statuerit vt commune inter sapientes principium: *Número ternario gaudet Deus,* & hunc notamus numerum celebrari h. 12. n. 32.

XI. *Data est mihi omnis potestas.* Quamuis Christus propter unionem hypostaticam Dominus esset omnium absoluitus. h. 26. n. 55. Nouo tamen voluit titulo plenum hoc acquirere Dominium velut iure belli, per sua merita & mortem iuxta illud Apostoli *Propter quod & Deus exaltauit illum,* &c. vnde à mortuis rediit sic ait: *Data est mihi omnis potestas iuxta illud de psalterio. Exurgat Deus & dissipentur.* h. 49. n. 2.

Hanc potestatem retulit & victoriam de Diabolo h. n. 11. v. 16. De morte & Iudæis ibi. nu. 16. vsque 22.

XII. *Venite docete omnes gentes.* Sicut eiecit de mundo Diabolum, sic etiam eiecitur erat obscuras tenebras & horridas ignorantias quas Diabolus per mundum sparserat: etiam admirandum est, quanta homines stultitia & caritate immeritos occubabat. h. 31. n. 5. vsque 9. Quo has expelleret ignorantias per Euangelium sui lucem discipulos misit: quod inter mirabilia mirabiliter operatus est, docendo primum principium vnitatis Dei, destruendo idololatram etiam inter Iudæos. O quale miraculum! ibi. n. 9. 10.

XIII. *Venite docete omnes gentes.* An ergo per homines ita rudes & indoctos totum vis docete mundum? volo: nam luto cæco lumen restitit ad omnipotentiam & demonstrationem. h. 30. n. 45. vsque 48.

XIV. *Docete omnes gentes.* Vide discursus necesse in die Ascensionis ad illa verba. *Venite in potestate vniuersum, prædicate Euangelium,* &c. Etenim hunc locum seruauit proposito.

XV. *Docete omnes gentes.* Domine qua consequentia iubet vt pergant docturi mundum, ex eo quod tibi data sit plena super illum potestas? Magna satis, primo namque dominorum est, subditis suis, & parum filii consuleret: defectus etenim horum illis ad scribendum. h. 23. n. 6. 7. 8. & decreuit hoc Deus in epistola eorum qui ruitos suos bouesque corumpetas non coercerant. Discursus memoratu dignus. h. 35. n. 21. insuper ea de causa in horro patitur agoniam, ratis venit, & reuertitur ad discipulos suos. h. 42. n. 91.

XVI. *Data est mihi potestas.* Venite ergo. Optima consequentia dedit mihi pater. plenam potestatem. Ergo mihi subueniendum est illis quos potestas non complectitur, quod Deus Dauidem egregie docuit: namque illi dedit potestatem, hoc ea factum fuit intentione vt subditorum curam gereret. h. 15. n. 3. 4. 5. 7. & hic videant prælati & superiores quibus data potestas, illam non ideo dari vt dormiant & quietent, etenim eam ob causam viri Sancti prælatiuram vt quæue onus æstimarunt, magna licet fulgeat potestate h. numero 37. vsque 43.

XVII. *Docete omnes gentes.* Habes hic quibus Dominus suam debeat impendere potestatem, & in quibus hanc deleant principes ostendete: Si nimirum egredi & disponant id quod vtilitati & commodo seruus subditorum. Hac est illa mundi fatuitas qua iudicat non hoc haberi potestatis indicium, quod impenditur vtilitati, docendo ignorantes, & curando infirmos. h. 8. num. 44. vsque 47.

XVIII. *Venite ergo docete omnes gentes.* Hic est illud que legitimus Dominus cui merito datur potestas quam in subditorum extendat vtilitatem, & non agat sicut multi, qui potestate sibi à Deo tradita pro-

DOMINICALIS POST PENTECOSTEN.

uerse abotuntur contra eiusdem Dei obsequium atque in subditorum sibi grauamen. hom. 35. num. 16. vsque 19.

**XIX. Data est mihi potestas. Euntes ergo.** Beati rali Domino serui, qui famulorum opera non vitur nisi ad ea que diuinum spectant obsequium quo non partem animæ suæ bonum acquirunt: non sicut multi terreni, qui ministros suos suæ faciunt iniquitatis instrumentum: vnde sicut illos in malo comitantur, ita & in inferno comitantur, vbi ingressum faciens solemnem. h. 35. n. 22. vsque 25.

**XX. Data est mihi potestas. Euntes ergo docete.** Hic itaque princeps est qui meretur potestatem accipere, quam impendit operibus ita præclaris, vt sint mundi remedium o nniūque beneficium. Multos nouimus in mundo qui potestatem exercent in offensis Dei, & quo potentur maiori, eo sunt & maiores eorum iniquitates: idcirco vidit illos Ezechiel in medio inferni, sicut e contra Christum in supremo cæli residentem. h. 35. n. 19. vsque 22.

**XXI. Euntes ergo docete omnes gentes.** Domine quæ ratione mittis illos vt doceant, si litteras ignorent? Videris illos magistros create, quos nondum do. uisti discipulos. Non per hoc excusat à studiis & frequentatione classium prædicatores: nam illud tunc ita conueniebat, tunc autem expedit ad prædicandum vacare studiis: etenim prima Dauidis victoria obtenta fuit in fonsa & lapide, sed postmodum armis pugnavit inimicissimis. Ita mihi suggerit D. Augustin. homil. 19. num. 12. 13. 14.

**XXII. Docete omnes gentes.** Quanto laborauit semper studio Dominus, quotiescumque misit Apostolos suos, vt illos iniungeret, ad omnes ipsi pergerent, nulla habita ratione diuitis vel pauperis: nihil etenim ita gratie Spiritus S. repugnat atque accepto personarum: argumentum hoc vtile est homil. 21. num. 20. vsque 23.

**XXIII. Baptizantes eos in nomine Patris &c.** Præclara mysteria operatur Christus in aquis. In illis primum fecit miraculum, quo fidem in discipulis suis confirmauit: illis modo, finem imposuit aquarum præcipites baptisma hom. 25. num. 61. quod si percuncteris quare hanc virtutem aquis indiderit, & non igni nec aeri, cum ita sit quod in igne & aere discipulis suis Spiritum S. miserit: respondeo quia Baptismus lauat, & Baptismus dirigitur ad lauandum: & etiam quæ lauatoium peccatorum sit per lacrymas, quarum figuram aque præferunt, quas idcirco Deus tanti facit, quante se facere ostendit tempore Samuelis. hom. 38. num. 74.

**XXIV. Baptizantes eos in nomine Patris.** Modo potest David gratias referre Deo, quia nos sua coronat misericordia. Nostra prima ea fuit calamitas, qua nati

sumus filii Adam atque ex eo eiusdem culpæ & peccatum heredes: ad huius remedium primo Baptismus instituitur, quo nascamur filii Dei eiusque gloria heredes: vnde super hoc principium ita nobis prouidet: vt dicente Apostolo *Nihil vobis desit in vlla gratia.* h. 17. n. 29. vsque 32.

**XXV. Baptizantes eos.** Hæc est prima porta per quam intrandum est in Ecclesiam, quia est respublica fundata per Christum vt sint sancti: fiat vna porta, in qua omnes suas relinquant: fordes & peccata nempe Baptismus. h. 34. n. 34. 35.

**XXVI. Docentes eos seruare.** Ne cogitet Baptizatus se jam omnia fecisse: nam positus in Ecclesia laborare debet in obseruantia mandatorum: non enim statuit Deus Adam in paradiso vt esset otiosus, sed vt operaretur & custodiret. Tam declarauit Dominus quod illum posuerit in Ecclesia velut arborem, quæ nisi fructum ferat, exciudetur. homil. 17. num. 46. 47. & non quælibet est arbor sed vinea ex singulari mysterio. Ibid. num. 12. 13.

**XXVII. Docentes eos seruare.** Nota verbum *Docentes*: quia facere vt obseruent mandata, fieri non debet impetu cæco, sed docendo: Pari gressu procedant intellectus & voluntas, & sicut diabolus per maliciam voluntatis peruertit intellectum: ita vos illuminando & docendo intellectum expurgare debetis malitiam voluntatis illamque vobis allicere. homil. 29. num. 52. & seqq. Hoc dixit D. Paul. *Argue in omni patientia & doctrina*, & hæc labia sunt sicut lilia. homil. 22. num. 52. 53.

**XXVIII. Seruare omnia quacumque mandauit.** Non sufficit vnus mandati custodia: jam enim dixit D. Iacobus. *Qui offendit in vno &c.* Et sufficit vnus aditus in sepe horri, vt tota diripiatur. hom. 17. num. 24. 25.

**XXIX. Ecce ego vobiscum sum.** Audis responsum hic quibuscumque difficultatibus obiciendis ab Apostolis, esse se pauperes, ignorantes, persecutiones, mortes: quia habendo Deum qui est omne bonum, nihil potest esse malum quod noceat: quia in tantum nocet malum in quantum est privatio boni. Quocirca sicut non habendo Deum, quodlibet timeri potest malum quantumuis exiguum sit: ita illum habendo, nec omnia quidem simul sunt formidanda. Tam hoc cognouerunt Israelite in diebus Moyfi & Samuelis h. 13. n. 5. 6.

**XXX. Ecce ego vobiscum sum.** Vt supremum omnium minatur Deus reticulamentum, à populo suo se discedere. h. 13. n. 14. vsque 17. quod & ipsi Gentiles intellexerunt, dum Deos suos clauis configebant. Ibid. num. 17. vsque 20. & hinc oritur lacryma Iacob. Ibid. num. 20. vsque 23.

**XXXI. Ecce ego vobiscum sum.** Omne damnū huius huius.

populi in eo fuit quod Deus ab eo discederet: quo quodlibet damnum illum poterat invadere; quocirca hæc maxima Dei misericordia est si sit cum aliquo: eo etenim modo nihil potest illi esse damno. hom. 13. num. 23. 24.

XXXII. *Ecce ego vobiscum sum.* q. d. grande facinus proponitur convertere corda, & operari in illis, sed notandum vos solos non operari, operabor & ego vobiscum, etenim vobis ad aures corporis operantibus, operabor ego in auribus animæ h. 29. n. 11. & hic fit finis prædicatoris Deum secum habere juxta vtilissimum Spiritus S. consilium. Ibid. n. 14. vsque 18.

XXXIII. *Ecce ego vobiscum sum.* Hoc tuz fundamentum, est fiduciæ in omnibus tribulationibus, videtur cum idem replicare quod in tempellate, *Ego sum non vos in illa deseram, sicut diabolus, mundus, caro.* h. 4. n. 45. & seqq.

XXXIV. *Ecce ego vobiscum sum.* Hoc semper habetor præ oculis & quando grauiori vtgeris aduersitate, ne dixeris vt Martha: *Domine si fuisses hic:* tunc etenim magis tibi aderit quando tribulationes fecerint acerbiores. h. 32. n. 53. 54.

XXXV. *Ecce ego vobiscum sum.* Hæc est sanctorum felicitas quod Christus se in illis substituat ac si ipse esset qui tribulationes pateretur, & est quasi captiuus cum captiuis, & quasi talis esset sui curam haberet: ita serui sui quando talis est, curam suscipiet. hom. 27. num. 46. 27.

XXXVI. *Ecce ego vobiscum sum.* *Ego.* vsque ad consummationem sæculi. Multis modis nobiscum est Deus eritque vsque ad vltimum mundi diem. Primo: in SS. Sacramento duobus valde miris satisfaciens amoris effectibus. h. 45. n. 14. 15.

XXXVII. *Ecce ego.* Secundo: in templis quasi in domibus suis, vt misericordiam nobis exhibeat. h. 7. n. 40. 41. potissimum est in illis hom. 28. n. 18. & seqq. suntque reserta Angelis. Ibid. n. 20. 21. Domus sunt ad nostrum instituta conmodum. Ibid. n. 24. vnde graue peccatum est illud quod in illis committitur. num. 14. vsque 18.

XXXVIII. *Ecce ego vobiscum.* Tertio: in pauperibus. h. 16. n. 15. vsque 16. vnde illos consideres oportet oculis fidei. h. 30. n. 24. 25.

XXXIX. *Ecce ego vobiscum.* Quarto: manet in prælati Ecclesiæ visibilibus: sic enim ratio suadebat, vt secuti essemus in doctrina cui nostrum subijcere tenemur intellectu. h. 14. n. 9. vsque 16. Pariter etiam est in sacerdotibus vnde licet mali, sunt tamen honorandi. Ibid. n. 29. vsque 36.

XL. *Vsque ad consummationem sæculi.* Hoc dicit ad differentiam Synagoge in qua quidem fuit, sed ab illa discessit ob nimiam eius ingratitude & rebellione qua illum eiecerunt, & mansit ille populus sicut

spelunca ex qua leo discessit. h. 13. n. 23. & seq. verum tamen semper erit nobiscum in Ecclesia que est deus Petri. h. 24. n. 21.

XLI. *Vsque ad consummationem sæculi.* Semper est in Ecclesia Deus quamdiu mundus erit mundus: sed caue tibi ne te hæc expellat suaque societate, sicut expulit Iudæos: etenim vineam semper conseruauit, & cet illos ob eorum culpam illa exturbauerit, & quæ fructus non reuulerunt caue ne tibi idem contingat, hoc nota documentum. h. 17. n. 46. vsque 52.

## IN PESTO SS. SACRAMENTI.

I. *Caro mea vere est cibus.* Ioan. 6. Conuincium est hoc quod nobis Christus instituit non solum excellentius illo quod Assuerus præparauit, sed etiam illo quod Gentiles fabulati sunt à sole, præparatum. hom. 27. num. 1. Hodie festum est amoris triumphantis & potest dicere D. Bern. *Triumphat de Deo amor.* Tantus enim est illius amor vt seipsum nobis apponat in cibum, & ad quamlibet mirabilem eius admirationem si ab illo in singulari rationem exposcas, respondet vt olim Amnon: *Amor.* hom. 23. num. 14. vsque 17.

II. *Caro mea vere est cibus.* Amori proprium est reddere amantes æquales eosque humiliare. Vnde tibi potuerit Christus se offerre magis planum & obiectum quam in cibum se transformando quo amor Herculis tenebras offundit. h. 25. n. 37.

III. *Caro mea.* Hic integre Christus satisfaciit, & operatur quod dixit à postulo formam serui accipiens & seipsum effundens vt nobis omnes suas largiretur diuitias quia omnes illas in carne sua posuit, namque accepit serui, se abscondens sub accidentibus panis & vini. h. 45. n. 2. 3. 4.

IV. *Caro mea vere est cibus.* Assumpsit Christus formam serui sui panis, vt in nos omnia sua bona euertat, melius quam Isaac in I. cob. & agit cum patre id quod cum hospite in cuius domo carnem celebrabit. h. 45. n. 16. 17. 18.

V. *Caro mea.* Ecce cæleste mysterium quod dicitur Osecas in quo Dominus se pariter constringit & extendit quantum est possibile, & inuitat terræ rursus, & etiam cæli primares ad eandem dapes, eminentius quam Ioseph ciues & peregrinos ad mensam adhibuit. h. 45. n. 20. vsque 23.

VI. *Caro mea vere est cibus.* Hoc est illud plane mirandum opus quod teste Isaac nec oculus vidit, nec quod faciendo ad ipsorum hominum beneficium, illi ipsi difficultatem obicerent, impossibilem iudicauerunt eius magnitudinem. h. 45. n. 23. vsque 27.

DOMINICALIS POST PENTECOSTEN

VII. *Caro mea vere est cibus.* Mirare perfectum: hic mysterium incarnationis. Venit filius Dei totus in commodum nostrum non nostra sumpturus, bona, sed sua traditurus, sicut contra faciunt Reges terræ. h. 41. n. 39. vsque 65. Obiicere poteris quod nostram a nobis sumperat humanitatem: sed tibi respondebit, quod illam sumperit pro nobis; nam et nostram operaretur redemptionem, Dominus hac opus habebat. Ibid. num. 65. vsque 68. porro singulariter illam sumendo, profundum illud effecit mysterium quod similitudine fermenti declarauit. Conceptus hic à D. Cyriill. profuauit, compoluit enim de carne sua fermentum, ut carnem nostram fermentaret; quocirca his verbis: *Verbum caro factum est*, adiunge itatim illa, *Caro mea vera est cibus.* Ibid. num. 68. & seqq.

VIII. *Caro mea vere est cibus.* Primo supponit Dominus huius Sacramenti veritatem, ipsam iuramento & luce diuini verbi confirmans. Sunt ea bona, quæ suis preparat, talia ut absque luce eius cognosci nequeant, ut dixit Isaias & hoc est quod principaliter instituit eo modo ut de illo quod David cecinit: *Parasti mensam: singulariter dixerit Isaias: Oculos non vidit, qui parasti expectantibus te.* Erat necessarium ut ipse lucem infunderet qua nos illuminaret iuxta hanc David's orationem. *Emitte lucem tuam & veritatem tuam.* h. 33. n. 20. vsque 24.

IX. *Caro mea vere est cibus.* Sufficit nobis qui fideles sumus verbum Domini non simplex sed iuramento confirmatum: etenim oves eius vocem eius audiunt & sola eius assertionem acquiescunt nec disputant sufficit enim ad animos nostros firmandum verbum quod sufficit ad coelos terramque fundandum. h. 37. n. 24. Ne Pharisæos imiteris qui volentes esse sapientes eo ipso stulti facti sunt. Ibid. n. 26. 27. Nec in Hymenæi labaris blasphemiam sed primum locum cede fideli quæ verbo Dei nititur dicentis, *Caro mea vere.* h. 29. n. 59. 60.

X. *Caro mea vere est cibus.* Mysterium est hoc quod Dominus operatur in Ecclesia sua, nec permittit dari infidelibus: quia mysterium hoc ex illis est quæ David vocat doctrinam separatam. h. 29. n. 6. & necessarium est esse intra Ecclesiam, ubi intellectus captiuatur: sicut Ioseph solis verbis Domini catenatus. Ibid. num. 9. 10.

XI. *Caro mea vere est cibus.* Opera sunt illa quæ Dominus efficit amoris, nec aliis debent legibus examinari, sicut enim capilli nigri sponsi. h. 45. n. 8.

XII. *Caro mea vere est cibus.* Adest Dominus nos in vegetare, reddens certiores beneficii quod nobis confert. Non inquiras quomodo fieri potest hoc, quomodo aliud: quod fit in tot partibus: in quantitate adeo exigua: sunt etenim diuini cogitationes intellectus, quas tibi prohibet perferuari Spiritus

Sanctus. Alioquin excecaberis. hom. 37. n. 9. vsque 12. Imitari debes Moysen qui non intelligens grandem illam visionem tibi in igne, accessit ad illam obuelatis detrahitque calcamentis. hom. 36. num. 2.

XIII. *Caro mea vere est cibus.* Prima vice qua Dominus voluit hoc reuelare miraculum, ad nostram instituentem utilitatem, præmisit illud ita solemne de quinque panibus, ut esset quasi fornix super quam arcum illum erigeret doctrinæ SS. Sacramenti, quatenus per hoc patens ad oculum, viam strueret alteri, quod tantum intellectu credendum erat: vnde interueniunt in illo miraculo tredecim circumstantiæ huic proposito singulares. hom. 27. n. 79. & seqq.

XIV. *Caro mea vere est cibus.* Nota est vis verbi Dei quam Centurio confitens viam suam ostendebat fidem, & hæc tibi demonstrabit, quod qui dicit, *Caro mea vere est cibus.* hoc possit operari solo verbo imperando. h. 2. n. 39. vsque 43. Vinum est Christi verbum & potens efficere quod dicit, quia verbum est diuini, h. 31. n. 72.

XV. *Caro mea vere est cibus.* Hoc inter alia vult nobis securum esse quod sibi seruientibus alimoniam subministrat. Nec enim tantum bonis occurrit spiritualibus, sed etiam temporalibus. h. 27. n. 23. & injuriam sibi reputat, si quis de eo credat quod sibi seruientes emori fame patieretur, nam ob huius fiducia defectum puniuit Moysen & Aaron, & puniti fuerunt Ananias & Saphira, prouiditque Deus Danieli captiuo in lacu leonum, qui ita securum reddit sibi seruientem de victu corporali, deficere non poterat in prospiciendo de victu animæ, tanto studiosius, quantum præcellit anima corpus. h. 27. n. 8. vsque 12.

XVI. *Caro mea vere est cibus.* Omnino certum est quod Deus seruis suis alimoniam ministrat corporalem nec illos patitur fame languescere; non est ut mundus, caro, & diabolus. Non etiam deficit in principali, nempe cibo animæ. h. 27. n. 12. & seqq.

XVII. *Caro mea vere est cibus.* Tanto Deus electos suos amore prosequitur ut eorum gratia toti mundo corporale ministrat alimentum, atque propter ipsos mundum creauit, liberali manu cuncta in eo viuentia sustentans. hom. 27. num. 19. vsque 27. Extra controuersiam est quod suis cibum pararet animæ parcularum, quod David indicauit, quando præmissis: *Homines & iumenta saluabis &c.* Hoc adiungit; *Filijs autem hominum &c. anebriabuntur &c.* Et si in principio mundi eodem illos patierit cum animalis fetuulo, tempore gratiæ ferculum erat præparatus omnino singulare: hoc est; *Caro mea vere est cibus.* hom. 25. num. 82. & seqq.

XVIII. *Caro mea vere est cibus.* Sicut ex sollicitudine qua Deus cibum præparat corporalem, collegimus quanta sollicitudine de cibo prospiciat spirituali,



ita formari potest efficax argumentum, quo spes nostra roboratur quod Deus tibi non deficiet in his quæ corpus spectant, cum in illis quæ animam concernunt sit adeo munificus. Hæc frequentissima est diaboli tentatio quod si te Deo consecres in seruum, sis fame moriturus homil. 5. num. 31. & homil. 27. num. 2. & quamvis multifariam huic respondeatur tentationi, tamen ratio magis efficax est si consideres quod tibi hunc præparauerit cibum; & sicut Christus asseruit: *Qui maiora præstitit, minora præstabit.* Ne stultescas ut dixit Propheta Rgi Afa. hom. 27. num. 43. & seqq.

XXIX. *Vere est cibus.* Hic itaque cibus est verus qui satiat. Tales esse cibi, non possunt mundi, quos bene nominat Osee ventum. *Ephraim pascit ventum.* Vnde implent tantum, non satiant. homil. 4. num. 19. vsque 26.

XXX. *Vere est cibus.* Verus igitur hic cibus est qui satiat, quia Deum ipsum continet qui est omne bonum, & per consequens cum illo habetur quidquid desiderari potest. Satiare non possunt terræ ferula: absit enim ut famem vel sitim tollant imo etiam ipsam acrius accendunt. homil. 11. num. 27. & hom. 25. num. 77.

XXXI. *Caro mea vere est cibus.* Hic verus est cibus, qui ingreditur ubi famem est, quia caro Dei est, qui cum bonis suis ad intima cordis penetrat. Ratio hæc consideratione digna est. homil. 25. num. 84. vsque 88. & hic dici potest hoc quod operatum est miraculum quinque panum, quod Dominus fecit hoc publicaturus mysterium. *Impleti sunt.* hom. 27. num. 71.

XXXII. *Caro mea vere est cibus.* Descripsit nobis quandam conuiuii imaginem Isaias prædicens à Domino in monte Ecclesie sue institendum esse conuiuium, conuiuium pinguium, conuiuium medullarorum, conuiuium vindemiarum defecatarum. hom. 11. n. 22. 23. nam quod ibi de gloria dicitur, huic potest conuenire conuiuium: non refert Propheta quid Dominus in hoc sit conuiuium largiturus; quia tantum est ut homo illud nequeat explicare, sicut Dauid dixit de manna. hom. 45. num. 21.

XXXIII. *Caro mea vere est cibus.* Duo dixit Isaias singularia de isto conuiuium unum quod in eo Dominus manum suam extenderet quantum posset. Secundum quod ardentissimo esset satisfactorius desiderio, quo populus ille flagrabat, ut Deum suum posset indice digito declarare. Hoc desiderium grauibus illos pressit angustis; hæc duo in hoc notantur conuiuium; Deus etenim manum suam quantum fieri potest extendit. om. 45. num. 21. & seqq. & secundum se Deus noster in forma statuit ita visibili; ut designando SS. Sacramentum dicere possimus: *Eccc Deus noster*

*ipse.* Conceptus est hic singularis. hom. 33. num. 14. vsque 28.

XXIV. *Qui manducat meam carnem &c. in me manet & ego in eo.* In hoc mysterio vno fit illa admirabilis talis cum tali; Deus in anima & anima in Deo. Non potest Deus quiescere nisi in anima, quæ cum sit summum bonum, inclinationem suam patitur quasi vi compressam, quam diu summam non facit communicationem, & hanc solam potest facere effluendo in anima; ipsa quippe sola capax est ad maxima Dei bona recipienda; vnde dicitur quod quiescat & regnet in anima ubi manet per gratiam, sicut illi diuinam communicans essentiam, & quod in illa regnet in gloria hoc enim est regnum suum. Profundum stupor mysterium. h. 41. n. 62. vsque 65. Nec etiam potest anima nisi in Deo quiescere, velut in centro lucis: sicut enim eius capacitas est infinita, non nisi in solo Deo impletur. h. 25. n. 77. 82. 84. quocirca per cibum illum in centro suo sunt, Deus in anima, & anima in Deo.

XXV. *In me manet.* Bona quæ animæ ex hoc uino præsentunt ferulo declarat Dominus dicens quod idcirco maneat Christus in anima, & declaratur ex eo quod diximus in Pentecoste ad illa verba *Ad eum venimus & mansionem apud eum faciemus.*

XXVI. *In me manet & ego in illo.* Appellat Christus solem; quia in se continet quidquid boni est, & concurrit ad omne quod in mundo fit, bonum. Hoc dicit dum Christum in te habes, omne possibile bonum, & sperare potes quod in te operabitur, si digne præparaueris. h. 33. n. 14. vsque 20. Et cum Cæcetano hæc verba perpende. *Quam diu sum in mundo lux sum mundi.* h. 30. n. 39.

XXVII. *In me manet.* Ecce qua gaudeas scilicet, & quomodo virgula ad columnam ligata, quæ ex se contorqueti possit, ita tamen inflexibilis est ipsa columna ex eiusdem virtute talis & tu facturus si hæc in te vno cum Deo perficiatur, ex debita Sacramenti dispositione: cum enim ex vna parte alio facile sit ad quælibet te vento moueri instar canis, & altera adeo constans eris & firmus ut columna. h. 70. num. 70. vsque 74. Et ita contigit Iob ex hac cum Deo vnione. *Ibid.* n. 74-75.

XXVIII. *In me manet & ego in illo.* Quod periculum times communicando, Denique tecum feceris? Si namque tantum suis afficiatur, ut se illis vniat illis in grauissimis subueniendo tribulationibus. h. 45. vsque 50. & h. 32. n. 54. Quanto magis quæ vnitus es cum illo, tecum illum habens hanc recipiendo cibum?

XXIX. *In me manet.* Si Deus tibi oculos aperiret & Angelos videres tibi circumstantes quando communicasti, vires resumeres quam Giezi, multo locu-

tes. Hoc considerabat frequenter D. Chryf. quod si in templo fuit, quia Rex eorum ibi est; erunt etiam in te, si illum habebas tate, quo toti fias inferno terribilis. h. 28. n. 20. 21.

XXX. *In me manet.* Stupendum est quod Christus in mundo luce sua operatus est; qui tenebris immerfus erat palpabilibus quales descripsit David, & mirabatur quicumque illas consideraverit. homil. 33. num. 5. vsque 9. luce sua illas dissipavit omnes sol iste divinus de toto mundo; quanto magis illas de anima tua eliminabit. Ibid. num. 9. vsque 11. & unus SS. Sacramenti effectus hic est, ut te illuminet in eo quod tibi agendum est, atque ad felicem negotiorum tuorum successum, communicandum tibi est; nam ille vocatur; *Panis vite & intellectus*. Iam Christus dixit qui ambulat in luce non offendit. ho. 27. num. 84.

XXXI. *In me manet.* Agit Dominus quod dixit David, noluisseque per bona media, desideris satisfacit. Operabat homo assidere Deo, & divinam in se habere naturam, sed malo medio, veterum comedendo cibum, nunc autem hoc cibo nostrum impletur desiderium. hom. 33. num. 26. 27. Porro factus est homo præposterus, dum enim illi Deus præcipit non comedere, voluit comedere, cupiens esse Deus & factus est jumentum; nunc quando Deus illi præcipit hunc cibum comedere, quo Deus efficietur, illum recusat comedere contentus existens foratara bestiarum in qua manet. homil. 35. num. 11. 12. Etenim sibi complacere in epulis terræ, est sibi complacere in natura animalium; quia hæc epula communes sunt animalibus. hom. 1. num. 70.

XXXII. *In me manet.* Insigne notandum hic mysterium quod per carnem nos reddat spirituales, quia eius est caro, hoc enim significat. *Caro mea*. Iuxta namque in manibus eius visum delit quod ex seipso non nisi poterat ex carne; hoc est. *Quod factum est in ipso vi natus*. Nam caro quæ principium est mortis & spiritui contraria ab ipso assumpta, principium est vite; reddiditque spirituales. Conceptus hic auctorem habet D. Amb. h. 30. n. 43. 44.

XXXIII. *In me manet.* Potuit habitus D. Antonii de Padua quem alter induit fortissimos passus carnis motus, eisdem moderati quia habitus ille carnem temperat. D. Antonii; poterat & idem suæ carnis assatu tentationes sedare vehementes, quas alter in suavitatibus; sunt hæc in viro hoc prodigioso miranda prodigia; quanto magis poterit caro & habitus quem induit Dei filius; etenim non illam exuens, sed cum illa tibi pariter suum largitur spiritum. Fermentum est de quo diximus quod cum sit eiusdem massæ, illam tamen indigestam fermentat. homilia 41. numero. 68. vsque 71.

XXXIV. *In me manet & ego in illo.* Iam cum homo habet hominem gloriæ principium quæ consistit in illa divina unione, in qua Deus se animæ unio, totus ipse existens cum illa. hom. 12. num. 24. hom. 41. num. 63. & ideo dicitur quod SS. Sacramentum pignus sit gloriæ præferim in illo. *Sic totum omnibus quod totum singulis.* Ibid.

XXXV. *In me manet.* Ad manendum in Christo necessarium est ad eum tendere, sicut ad terminum, non tam pedibus corporis, quam animæ; etenim quia nonnulli illis non ambulant quando accedunt ad communionem, longe remoti ab eo distant, sicut illi qui ita appropinquabant, ut eum premerent. h. 2. n. 18.

XXXVI. *In me manet.* Hic præcipuus est SS. Sacramenti effectus, ut faciat unionem; quia opus est amoris qui duo corda sibi copulat. Cave ne tibi contingat, quo magis accedis corpore, eo longius animam distes, tantoque amplius cordis tui gelu obduretur hoc igne, quanto feruet hic arden ius; ubique contingit quod glaciæ Egypti quæ quanto propius igni applicabatur, tanto durius obstringebatur; ita Iudæa contigit. h. 45. n. 31. 32. Et cave ne buccella vitæ sit tibi venenum mortis, ut illi contigit. Ibid.

XXXVII. *In me manet.* Vides hic si communices ut decet, quid recipias; etenim in pectore tuo fontem statues, quo anima tua satiabitur, ut nihil amplius concupiscas; fiet enim tibi quod Christus dixit Samaritanæ. h. 25. n. 87.

XXXVIII. *Sicut misit me vivens Pater &c. Qui manducat me vivet propter me.* Christus vita est ut diabolus mors; itaque ubi Christus ingreditur effectus operatur vitæ, sicut ubi diabolus, mortis. h. 19. n. 13. 14. 28. vsque 31. Et sicut diabolus intrat in animam per peccatum, sic intrat Christus per sanctissimum Sacramentum. Ibid. n. 15. & seqq.

XXXIX. *Vivet propter me.* Intrans diabolus mortem adfert & secum trahit infernum, ut illum vidit D. Ioan. itaque ubi ingreditur, jam mors ibi est infernalis. hom. 37. num. 53. ita ingreditur Christus qui vita est dat jam principium vitæ æternæ. Ibid. num. 57. vsque 64.

XL. *Vivet propter me.* Christus vita est per essentiam, & quicquid manibus suis sumpsit, efficit vitæ, tribulationes, mortem etiam crucem efficiens illam vivificantem; quid faciet ipse ubi fuerit ingressus, fueritque per seipsum suamque essentiam? Ut illis erit tibi hic conceptus. h. 36. n. 9. vsque 12.

XLI. *Qui manducat me.* Comedere debes, & comedere actus est vitæ; nam ut illum ostenderet quoniam Christus dabit iis quos resuscitabat, iussit illis dari manducare, atque ad resurrectionis suæ testimonium vellei voluit. hom. 49. n. 26. Ac si tibi dicat: ut in te SS. Sacramentum operetur, vivus esse debes per gratiam.

partum etenim effectum eibus operabitur in ore mortui: eibus mundus mundam requirit animam quæ tali convenit cibo, ita D. Chryf. h. 34. n. 5. 6.

XLII. *Qui manducat viuet.* Singulariter tibi curanda est humilitatis profundæ dispositio, quæ te, cum indignus sis, dignum efficias. Acumen hoc spirat Origenem. h. 2. n. 25.

XLIII. *Qui manducat me.* Particulariter accedendum tibi est, cum operibus charitatis & amoris, aliquid Christo tribuendo, quatenus se tibi totum tribuat: quod si percuniteris, quomodo dabo illi iam sæpius dictum est, quod dando pauperibus quos singulæ riter creavit ut in illis possis tuum erga Deum amorem testari. h. 16. n. 13. Idcirco olim quando fideles accedebant ad S. communionem, conabantur secum adducere pauperes, ut cum illis manducarent ut notat Apostolus scribens ad Corinthios.

XLIV. *Viuet propter me.* Memineris tanto respondere beneficio cum gratiarum actione, nam idcirco illam Christus facere voluit cantando post cenam magnum Alleluya. h. 42. n. 23. 26. & considerans beneficium tibi a Deo prælitum, dicito cum Ioseph: *Domine meus omnia mihi tradidit quomodo ergo possum peccare in Deum meum.* h. 45. n. 13.

XLV. *Hic est panis.* Non solum se dedit Dominus in hoc mysterio in cibum ut illum comederemus, sed etiam in sacrificium ut illum æterno Patri offerremus sicut Elizeus vidua oleum quod illi dederat, ut haberet unde viveret ipsa eiusque filii, & quo creditoribus suis satisfaceret. Hoc docet sana Theologia, quod mysterium hoc habeat rationem Sacramenti, in quantum hoc comedimus, & rationem sacrificii in quantum hoc offerimus Patri in solutionem nostrorum debitorum, & beneficiorum compensationem quæ nobis concessit: ob eam enim rationem in omni tempore necessarii fuerunt sacerdotes & sacrificia. h. 2. n. 12. 13. 14. Quibus antiquitus multa fuerunt, quia omnia erant imperfecta, & ob eandem rationem multi erant sacerdotes quia omnes erant infirmi sicut dixit Apostolus. Unicum modo est sacrificium, quia valoris est infiniti, & vnicus sacerdos nempe Christus: ipse namque est qui primario illud in missis offert quas celebrant sacerdotes, idcirco quippe vocatur sacerdos æternus. Profundam hæc mysteria spirant Theologiam. h. 33. n. 11. 12.

DOMINICA SECUNDA POST PENTECOSTEN.

I. **H**omo quidam fecit cenam magnam. Luc. 14. Proposuit Dominus hanc in mensa parabolan inuitatus à primario Pharisæo licita sunt

enim conuiuia & sancta, quando loco sunt, debito. h. 16. n. 23. 24. Inuitabant sæpe Pharisæi Dominum: enim iustum est seruire & laucius excipere ministrum Dei in signum gratitudinis. h. 38. n. 8. verum paratissimè admittet, discipulos suos instruens, illis sic esse agendum ibid. n. 10. 11. & acceptauit Dominus hoc conuiuium, non, ut delictis vacaret, sic ut mentiebatur Ieremianus, sed quia habiturus erat occasionem, sicut habuit, superbis illis persuadendi humilitatem ibid. n. 12. ex occasione qua Dominus egit qualiter se habere inuitati ad epulas, Vnus de conuiujs dulcedine dictus verborum eius sic ait: *Beatus qui manducabit panem in regno Dei.* Hinc Dominus aniam a respicit inuitati & omnes hac parabola docendi, declarans omnes posse, si voluerint, hoc gaudere conuiuio: illo autem non gaudent, inde prouenturum quia noluerint accipere. Hoc ut desiderio debetis frangere gaudendi illo regni Dei conuiuio: virum in conuiuio iturus sis vel non, quamam te fors finalis excipiet. h. 37. num. 4. Porro non fiat hoc actus scrutando æternæ prædestinationis, sed tua opera considerando, certus quod si ad illud cupias æternum venire conuiuium, & diuina gratia gaudere in hac vita, atque in altera in tua sit hoc potestate, quia Deus omnes vocat & necessaria subministrat ibid. num. 12. vsque 17.

II. Proposuit Dominus hanc parabolan eludat declarans illis quod ipse Deus parauerit epulas & cenam mysteriorum Euangelij, quodque illi fuerint inuitati qui vocati venire noluerunt, in cuius supplicium essent excludendi à tali gratia & in eorum locum subrogandi gentiles, qui propter varietatem peccatorum, in quibus sparsi vagabantur per mundum vocantur claudi, cæci, aridi, & si quidem parabola hæc Iudæos tetigerit, hoc tamen quod in eis actum est, nobis seruit ad exemplum ut dixit Dauid & ad illa illa dirigit verba: *Considera Israel super his qui morantur.* h. 17. num. 2. 3.

III. Parabola dirigitur ad Iudæos sed quod Deus egit cum Iudæis, ad nos dirigitur: si namque illis peccata fuerimus, etiam cum illis expellemur. Nota autem cursum. hom. 17. n. 48. vsque 53.

IV. *Homo quidam fecit cenam magnam & vocauit multos.* Quidam hoc intelligunt de conuiuio creata ad quod Deus omnes inuitauit per prædicatores suos, huius nunciij tantum est gaudium ut D. Ioan. periculis osculari voluerit Angeli sui hoc nunciatis, periculis sunt speciosi hæc nuncia inclamantis, ut dixit Iustinus. h. 11. n. 1. Vocatur cæna gloriæ conuiuium, quia ad huius vite diem finem proponitur laborantibus, cui etenim ut cæna, nam post illam nihil aliud nisi secutus sequitur & quies. Hoc concesso, illam non preterenda qui totum diem labori non impendit, sed nec Christus illam intravit nisi per crucem, nec nunc me

hor futura fors est quam illius. homil. 15. numero 10. & seqq.

V. *Cenam magnam*. Magna est hæc cœna quam deseruit sctas, licens: *Faciet Dominus conuiuium.* Et de quo sic tractatur homil. 11. nu. 22. vsq. 39.

VI. *Homo quidam fecit cenam magnam*. Alius sensus hic est quod sermo sit de mysteriis gratiæ Christi, potissimum autem de SS. Sacramento, & dicitur homo ob benignitatem eius nec tantum homo sed *Homo quidam*, ut intelligatur quod homo sit particula; ibus conspicuus qualitatibus multum diuersis ab illis, à quibus alii commendantur. Proprium est homini amantes se amare & odio habere a quibus odio habeatur, totus zelo seruet & conuentione contra inimicos ut dixit D. Paulus. hic homo quidam est, qui odientes se diligit, vitamque tradidit illis qui vitam sibi moluntur autem, paratque conuiuium, in quo missus principalis, proponitur caro eius, & sanguis, ut supra conseruat bona illis ipsis, qui supra cogitant illi mala. Condicio hæc propria est huic homini. cuius retributiones nos cum Dauid celebramus. h. 41. n. 41. 42.

VII. *Homo quidam*. Homo singularibus valde doctus conditionibus: Commune homini est bona sua sibi facientibus mala denegare: quocirca dicebat Deus: *Deus ego sum & non venio*: quia iis a quibus offenditur, bona tribuit infamia: talis etenim eius est misericordia, qualem describit Thecatis. & Ozas exponit. hom. 37. num. 22. 25.

VIII. *Fecit cenam magnam*. Mytheria gratiæ cœna vocatur: ad illa namque comedenda & gustanda, nobis lux solis non seruit, sed candelæ fidei, quam eo nomine compellat Diuus Petr. *Lucerna lucens in caliginoso loco*: quia mytheria sunt, ad quæ tota non sufficit lux naturalis, nec quidem supremorum Seraphim, nisi ille qui cenam hanc instruit, lucem hanc nobis administret. homil. 34. numero 20. vsq. 24.

IX. *Cenam magnam*. Tanta est hæc cœna, ut Deus nobis tribuat quicquid habet, & potest. Pater filium suum, filius carnem suam & sanguinem, imo seipsum, ita ut sit conuiuium in quo dixit Ihsas, quod manus Dei requiesceret. homil. 45. numero 11. 22. Conuiuium quo nobis Deus vi. imum porrigit potentia; qua de causa dicitur: *Non sinit misit filium suum.* homil. 17. numero 44. 45.

X. *Cenam magnam*. Si conuiuium hic intelligatur SS. Sacramento, congrue vocari potest cœna magna, quandoquidem se Deus totum enacuauerit ut hanc nobis cenam præpararet. iuxta illud Apostoli: *Extremam suam formam seruis accepit.* homil. 45. numero 2. vsq. 5. & numero 16. Conuiuium est hoc quo meliori in cœlo nec ipsos excipit Angelos, nec ipse Deus festiuiori recreatur. homil. 45. numero 16. vsq. 32. & quomodo ad hanc cenam sola debeat

ministrare lux fidei, dictum est ubi agimus de SS. Sacramento, ubi etiam declaratur quod plene sariet hominis appetitum, qui ad hoc cenam indiget magna: cum eius appetitus sit infinitus; quem idcirco non possunt terrena hæc satiare conuiuia.

XI. *Cenam magnam*. Fabulati sunt sapientes Gentiles quod sol vitore nobilis, die quodam anni mysteriam pararet, omnia quæ producit inuitans atque in cibum præparans. Celebrabatur ut magnum hoc conuiuium; sed manus est hoc tanto quanto maior sole Christus. homil. 17. numero 1.

XII. *Misit seruum suum hora cœne*. Multos misit seruos, & multi sunt quos Deus misit ut homines inueniret, sed vocatur vnus propter vnitatem fidei quam prædicat & vnitatem mytheriorum ad quæ inuitat. homil. 14. numero 21. 22. In tantum ut cum omnibus diuersi sint, vnum tamen habeant idioma, & quasi vno ore loquuntur. *Locutus est per os sanctorum.* ibid. numero 23. 24.

XIII. *Misit seruum suum dicere inuitatis ut venirent*. Cum essent inuitati an ergo venire non poterant: hæc est illa querela qua Deus expostulat, quod tam parui faciamus eius bona, ut etiam gratis oblata respiciamus, & necesse sit mittere qui nos ad illa sepius inuitent. h. 28. numero 28. homil. 37. numero 17.

XIV. *Misit seruum suum*. Olim Prophetas misit, nunc autem suos Apostolos quibus inungit, *Euntes in mundum vniversum*. Nota quæ diximus in festo Ascensionis.

XV. *Ut venirent*. Non misit milites a quibus per vim adducerentur, sed illos inuitando: nec enim ad ea etiam quæ tuum spectant commodum vult tibi Deus vim inferre; quia regit te suaviter & conferuare vult leges naturæ hominis, nempe libertatem. h. 27. numero 42. homil. 18. numero 20. & quamuis tanta sit nostra calamitas ut ea sapius ad nostram viamur ruinam, numquam tamen nobis vim inferat. ibid. numero 21. 22.

XVI. *Quia parata sunt omnia*. Vocabat seruus ut venirent quia iam parata essent omnia: quod si hoc intelligamus de SS. Sacramento, cibus est de quo proprie cecinit Dauid quod Deus illum præparauit, & sicut nobis erat impossibile illo in propria sua vesce specie, præparauit illum in forma panis, contrahens se & extendens quantum poterat, dapesque disponens multo congruentius quam Ioseph perigrinis simul & yrbanis. h. 45. n. 20. vsque 23.

XVII. *Parata sunt omnia*. Nobis hæc apte verba conueniunt, cum tam quantum est ex parte Dei omnia facta sint quæ huic apte conueniunt conuiuium, atque ut illo recreemur, tantum superest id, quod tibi agendum incumbit. h. 15. n. 23. 24.

XVIII. *Cœperunt se omnes simul excusare*. Nota hic grauitas.



grauissimam hominum iniquitatem, qui venire neglexerunt. Excusarunt se, quia magna nimis videbatur inurbanitas dicere. Nolumus venire, sed in rei substantia hoc ipsum dixerunt, & ita hoc exposuit in civili occasione Dominus; dicit enim quod absolute noluerunt venire; etenim certum est te non dicturum, Nolo communionem; nec confessionem, nec coelum ad quod me Deus vocat: sed in rei veritate excusationes quas allegas id continent quod nolis venire. Vtilis est hic conceptus. h. 10. n. 37. 38. h. 28. n. 19.

XIX. *Caperunt se excusare.* Ecce quam grauitet hoc ferat Deus, quod nullam praetendens excusationem ad ea ad quae mundus, caro tua, & luctum inuitat; cum omnia sint vanitas, semper te excuset ne conuenias Dei bona recepturus, eaque gratis ab ipso tibi oblata, hoc ipsum quasi detinet suspensum. h. 28. num. 27. 28. hoc coegit illum in templo vociferari. h. 35. num. 46.

XX. *Caperunt se excusare.* Stupendum est, cum enim mundi bona obenti sunt adeo difficilia, tamque vilia ut communia sint hominibus & iumentis, sed nec appetitum satient, ad illa tamen aduolemus conuicia non vocat, imo illa procurantes. h. 25. num. 75 vsque 79. Et cum Dei bona sint adeo magna, gratisque oblata, centum proferas excusationes ad illa non acceptanda, ut illae sunt quas proponis ne frequentes Sacramenta; ne vaces orationi, ne stationes obeas, tantaeque proferas, ut illa non recipias. Ibid. num. 79. vsque 88. Merito miramur nos illum illorum argumentum de quibus D. Aug. Ibid. n. 75.

XXI. *Vnus dixit: Villam emi.* Excusarunt se: vnus dixit Villam emi & necesse habeo videre eam; alter iuga bonum emi quinque, & eo probare illa; te tuus uxorem duxi, & ideo non possum venire, quia nuptus occupor hilarioribus. Primo notatur hic nullum horum de se esse peccatum, & nihilominus illa praetendunt ut excusationes; declarat Dominus quod in rei veritate sit, nempe quod nemo se excuset à conuiuio communionis dicendo: occupatus sum in peccatis, sed semper illa proferunt, quae iusta videntur & necessaria, & tanto magis quanto cogitant excusare se ne rem faciant tanti momenti. Secundo docere vult, quod quamuis haec non fuerint in se mala; tamen talia fuerunt, in quantum causa fuerunt quod ad coenam inuitati non venerint; etenim saepe licita sunt mala tibi que nocent, in quantum illis totum tuum impendis affectum, quo fit ut tibi sint impedimento ne ad diuinis conuenias epulas, & animae tuae bona consequaris, nam ideo etiam Deus tibi filios, uxorem, maritum, bonaque tollit, quia tanta illa affectu ne complecteris, ut obicem tibi ponant ne accedas Dei coenam ponturus. h. 28. n. 34. h. 31. n. 65.

XXII. *Villam emi.* Haec ex se non sunt peccata, sed

Index tantum illis afficiebantur, ut ne haec negligenter Dei negligenter obsequium, quinto filium eius acciderunt sic enim audio loquentes. Si dixerint enim sic, venient Romani &c. h. 19. n. 16. etenim omnino notum est quod sicut calor quando moderatus est, proquitur necessario ad vitam conseruationem: ita deum immodicus est, in febrim degenerat & in quibusdam liturgiis prouocat, atque in aliis lateris dolorem, in nouissimis capitis vertiginem &c. h. 24. n. 33. 34.

XXIII. *Villam emi.* Licet tria haec quibus se excusant, non sint in se peccata, tamen erant propter amorem inordinatum quo illis afficiebantur, pluris faciendo bona illa temporalia, quia illi fuerunt & illis inordinati in flatera dolosa, de qua canit Dauid, homilia. num. 24.

XXIV. *Villam emi.* D. Augustin. sermon. 39. verb. Domini notat quod Dominus hic voluerit complecti omnia mundi damna, quae sunt concupiscentiae ut dixit postmodum D. Ioan. vel honoris, vel opum, vel voluptatum; sunt enim hi tres inordinati amores qui totum corrupeunt mundum ut declarat. h. 4. num. 72. & seqq.

XXV. *Villam emi.* Ecce hic cum D. Aug. Superius dixit: est enim cupiditas recipiendi & Dominus dixit de ait; Villam emi, necesse habeo exire & videre eam, ambulare, ut me videant huius esse Dominum. Haec tibi; etenim cum Ephraim passus ventum; propter etenim hoc est superbis, nam tota eorum praetentia in ventem colluunt. h. 4. n. 19. vsque 26.

XXVI. *Villam emi, necesse habeo exire & videre eam.* O stultum, qui pecuniam tuam illi impendis quantumquam vidisti, & non videndo coemisti; si namque oculos aperires & hoc attente considerares, verum esse & aerem intelligeres; sic enim hoc expertus est Salomon. h. 4. n. 20 & confirmauit Aman, Ibid. n. 21 & declarauit Isaias. Ibid. n. 25.

XXVII. *Alius dixit iuga bonum emi quinque.* Habet hic auarum cum D. August. qui quinque iuga possidet bonum, vnum par oculosum, alterum aurium, alterum narium &c. ut idem sanctus profectur, & omnia occupat ut bonas in atando & lucrando, id est omnia sensus suos terrenis implicat & impendit studiis, totum est talem non iturum ad coenam Domini; etiam illum captiuum detinet diabolus laqueo sibi propter id est auaritia qui nauique in illum decedit, iam videtur omni spe salutis priuatus. hom. 28. n. 36. vsque 40. Haec demergit animam ne ad coenam Domini soluet. Documentum hoc est D. Basil. Ibid. n. 40. 41.

XXVIII. *Alius dixit uxorem duxi; & ideo non possum venire.* Sanctum est Matrimonium, esse tamen propter amor eius ita inordinatus ut magna sit Dominus nobis offensa, sicut Angelus Raphael Tebiam docuit. h. 11. n. 44 & h. 24. n. 19. h. 26. n. 26.

XXIX. *Vxorem duxi & ideo non possum venire.* Primus & secundus vrbane responderunt, dicentes: *Rogasti habe me excusatum:* hic vero absolute respondit, non est quod expectes; quia non possum venire: quia impudicus taliter se suis tradit voluptatibus vt absolute respondeat se non posse. Vtimum hoc est quod iudicium exhibet & hominem ad eum statum redigit vt sic instar bruti. ob quod particulariter homo traditur diabolo vt dixit D. Thom. hom. 18. n. 42. & singularibus probatur historiis. Ibid. n. 43. 44. comparandus vete prodigo qui sic adhæret obsequio diaboli pascens porcos, vt nec quidem fustibus eum possit à se abigere: confidera an hic iturus sit ad Dei conuiuium. Ibid. n. 45. & ita licet videte miseros perpena fame cruciatos: hæc enim pars est supplicii non euiga. Ibid. n. 47. vsque 51.

XXX. *Exi cito per vias & plateas.* Ne cogites quod quia inuitati non venerunt, coena preparata sit pendenda; si namque tu ad illam non accurras, alios Deus aduocabit sic enim Iudæis Apostoli. *Vobis oportet ire in mundum loqui de regno Dei, sed quia repellitis illud ecce conuertimur ad gentes.* Christus Nilus est & sponsum imitator, cui si vocanti non aperitur, ad aliam desectit ianua. h. 25. n. 16. vsque 19.

XXXI. *Compelle intrare.* Vis quam adhibet Deus, non est cogendo voluntatem, sed te vt ergendo tribulationibus, quæ te angustent, & mala tua cogant inuenera mutare: tecum agit vt cum asina siluestri, & cum altera cui dicebat: *Septiam viam tuam spinis.* h. 9. n. 11. & h. 12. n. 5.

XXXII. *Compelle intrare.* Magnum est beneficium à Deo peccatori præstitum, qui sibi in suis complacet diuertentis, illum cogere, salua tamen libera voluntate, eo modo quo declarat per Ezechielem: *Profundus hic est conceptus.* h. 35. n. 33 vsque 36.

XXXIII. *Compelle intrare.* D. Augustin. epist. 50. ad constantem Bonitacium opinatur hæc verba dirigi ad principes & iudices illis præcipiendo vt supplicis agant contra peccatores, potissimum autem contra hereticos, vt eos ad gremium compellant Ecclesie. h. 28. n. 78.

XXXIV. *Dico autem vobis quod nemo virorum illorum est.* Supremum est hoc supplicium quo Deus impudentes, & contumaces castigat, vt eos desierat, quatenus suas sectentur voluptates, nec illis froenum iniungat, materia hæc argumentis multis & vultibus tractatur, demonstrando Dei misericordiam, qua aliquem cohibet, ne suis vacet cupiditatibus & voluptatibus: & eius etiam iram, qua finit illos abire quocumque eos trahit voluptas. homilia. 35. numero. 28. vsque 36.

XXXV. *Nemo virorum illorum.* Hoc supplicio multitudine peccatorum videmus illos eieetos ab Ecclesia. Hieron. Bap. de la Nuz. Tom. 4.

via, vt coenam quam illis parauit Deus non gustent. homilia. 17. num. 43. caue ne tibi hoc adueniat. Ibid. num. 52.

DOMINICA TERTIA POST PENTECOSTEN.

I. *Erant appropinquantes ad Iesum Publicani & peccatores.* Luc. 15. Difficilis visa est questio, quare cum Deus hominem create possit impeccabilem, hoc tamen non fecerit; & cum iam illum peccabilem condiderit, cur illum manu sua non fulserit ne peccaret, cum vnum & alterum facere potuerit. Respondit D. Hieron. vt ostenderet Deus id quod magis desiderat vt in ipso emineat nempe misericordia, visceribus boni atis suæ valde conformis; si namque hæc non manifestaretur, non ostenderet id quod in ipso singulariter eminet. Dixit Seneca solis lucem adeo esse excellentem, vt quamuis nulla esset alia ratio hæc sola sufficeret vt propterea Deus hominem creasset vt illum videret; dolendum enim fuisset rem adeo præclaram non videri. Hanc misericordiam ostendit Deus cum peccatoribus tantam quantam in hoc Euangelio manifestat, vt de ea homines obloquentur. h. 18. n. 2. 3.

II. *Erant appropinquantes.* Articulus fidei maxime necessarius & eximie pro nobis consolationis hic est, remissionem esse peccatorum. Deumque illa remittere. Idcirco conatus est Dominus hoc probare parabolis, verbis & operibus, nam hæc omnia præfens declarat Euangelium. h. 18. n. 4. vsque 14.

III. *Erant appropinquantes ad Iesum Publicani & peccatores.* Ostendit Dominus aduentus sui finem quem hunc esse dicit Apostolus: *Venit peccatores saluos facere*, quocirca illos recipit vt medicus infirmos, ideo namque nos expectat teste Propheta. hom. 17. num 17. 18. & casum arbitrabatur prosperum, si fieri sic liceat, si ad eum peccatores accederent; cogita quanta sit tua illa impudentia dum illum detines expectantem nec ad illum accedis. Ibid. numero. 19. vsque 22.

IV. *Erant appropinquantes.* Venit in remedium peccatorum vnde se statuit quasi illos expectantem & afflictum (nostro loquendi modo) eo quod non accederent, sic expectauit Samaritanam, & communiter prætolabatur eorum aduentum, non parum afflictus quod ad ipsum non accederent: etenim talem eum vidit Isaias. *Apertus est quis non est qui occurrat.* h. 25. n. 24. hom. 28. n. 28. & ea ratione altius in clamabat in templo stans, quia clamando, *Si quis sit non appropinquabant ad eum.* h. 33. n. 46.

V. *Erant appropinquantes Publicani & peccatores.* Hic propius est locus ad quem illis erat recurrendum idcirco enim venit ut super eum peccatores omnia sua exonerarent peccata; est enim camelus in quem onera coniciuntur. h. 26. n. 45. Idcirco recurrit Magdalen. ad humeros eius. hom. 38. n. 52. 53. Est linteum quod descendit de caelo & omnia recipiebat animalia immunda, in quo omnes peccatorum sordes eluebantur. h. 41. n. 66. 67.

VI. *Erant appropinquantes.* Appropinquabant peccatores, & Christus omni eos beniguitate suscipiebat, suos imbuens ministris ut hoc modo illos recipiant pedibus suos aduolutos. ho. 25. n. 88. Ne sint ut stultus Phariseus qui peccatores aduersatur. hom. 38. num. 103. 104. hoc ostendit D. Petro quando animalia proponens illi immunda serpentes & colubros, praecipit illi ne illa execraretur, quandoquidem se in linteo illo mundo statuisse. h. 43. n. 10. & seqq.

VII. *Erant appropinquantes &c. ut audirent eum.* Quando peccatores ad Deum conuertuntur, & accedunt ut audiant ea quae propria tangunt salutem, illos Dei minister hilari recipiat vultu, quanto enim peccata sunt execrabiliora quando committuntur, tanto sunt honorabiliora quando peccator super illa conuertitur eaque deuenit & cum illis diabolum, idcirco namque in die iudicii peccata iustis non erunt honoris, sed potius gloriae. h. 6. n. 47. 48.

VIII. *Erant appropinquantes &c. ut audirent illum* delectabiliter illos Christus recipiebat, seque illis monstrabat affabilem; quia bono corde accedebant doctrinam eius audituri, & non ea intentione & peruersis visceribus, quibus Pharisei facti hyenae; hoc enim grauius Deum exacerbabat quod ad eum, ut decet non accedas. h. 8. n. 35. vsque 39.

IX. *Erant appropinquantes ad Iesum &c.* Erat Christus ut Nilus cum enim Scribae & Pharisei torrentibus aquarum misericordiae eius sese opponerent obices, eorum cursum deflexit ad arida peccatorum, cum enim peccus illius lacteurgeret copioso, nec illi fugere dignarentur, catulos requirit ut mulier cui vbera praecopia lactis exuberant, ita recurrit ad Chananaeam ad Samaritanam, & quaerit peccatores, quandoquidem illi qui se iustos iudicabant, illum dedignarentur. h. 25. n. 18. 19. & seqq.

X. *Erant appropinquantes ad Iesum.* Pauperes oppressi & peccatores ad illum accedebant & hos benigne recipiebat, non autem diuites & potentes; etenim veniebat in mundum terrena bona non recepturus, sed gratias de caelo communicaturus. Non veniebat accepturus, sed daturus, atque idcirco oculos suos non nisi in pauperes & peccatores dirigebat se verum ostendens. I. cum. h. 30. n. 15. 16. 17. Non erat ut terreni Reges quorum gloria pender ab eo quod recipiunt.

h. 41. n. 59. solum illius soli comparatur. Ibidem & seqq. vnde tanto magis tibi complacere quam plures accedebant recepturi, & hic dies ut arbor fuit illi ut Paschalis festiuitas, quia plures accurrerunt ad eum peccatores, sicut mercator tanto sibi gatulatur amplius, quanto plures ad officinam eius accedunt; & hoc tantum interest quod hic peccatorum exigit, Christus merces suas gratis effundat atque eas recipiendas inuitet. h. 28. n. 28. 29.

XI. *Erant appropinquantes ad Iesum.* Benigne Dominus recipit peccatores tamque elemente ut videtur modum excedere, vnde de tali murmurabant mansuetudine; quatenus suos iultrueret misericorditer qualiter recipere debeant peccatores, si namque ipsa puritas benigne eos recipiat, quanto magis illi defectibus polluantur; quinimo & hoc iustus imitatur misericordiae quod ministros ordinet non Angelos, sed Sacerdotes infirmos vt dixit D. Paul. & permittit ut illi quoque grauius peccarent, quo redderet illos mitiores & peccatoribus benigniores, seque considerantes. Hunc retine discursum. hom. 43. n. vsque 13.

XII. *Erant appropinquantes.* Nunc itaque gratius plenus est quando ad eum peccatores conuertuntur quantum nostro loquendi modo angustatur, dum eius domo discedunt, ad cuius confirmationem protestatur, ut dixit diuus Ioan. & totus oblitiscitur dixit Hieremias. h. 18. n. 18. 19.

XIII. *Erant appropinquantes ad Iesum.* Nunc appropinquantes accurrunt peccatores, seque enim veniunt, & terminum cognoscunt itineris sui, quam ordinate processerint a Deo se separantes, non adiuuantes quo ibant, quos portentum Ezechielis, & iumenta & vas Zachariae praefigurat. hom. 18. n. vsque 28.

XIV. *Et murmurabant Pharisei, dicentes quare peccatores recipit.* Ut video Domine occasionem praebere oblocutionis non solum his qui te non cognoscunt sed etiam qui te probe cognoscunt. I. abes in caelo Angelos in tanto numero, per nouem distinctos caelos, tuis omnes consecratos obsequis; in terra tuum tuam habes, horum fructibus omnibus dominusque virtutum fecundissimum, in quo te potes recreare: hic enim est sponsus lectus, tuos habet in capulis aliaque famulas tuas, ut quid quaeris peccatores? Satis apparet te non considerare illos eleuatum illum de caelo in terram adduxerunt, nec summo altitudinis qua serues animarum. Non decebat ut minus esset charitas quam diaboli malitia; nam sicut hoc non sufficiens mali quos illi proprios dicimus, in rabida currit suis ut illos apprehendat quos a seorsum cernit elongatos nempe iustos, ita Christus dicitur hunc esse & vtilem dico conceptum ut inuoluetur.

gas quod quamuis peccator sis & infirmus, Deus tamen te magni faciat, illi placeant obsequia quae illi impendis etiam imperfecta. h. 25. n. 38. & seqq.

XV. *Murmurabant Pharisei.* Liquido constat ipsos non intelligere qua ratione dixerit illis Dominus se venire inquit medici, cum eius cura diligentior sit erga infirmos, eiusque corona pretiosiores, quibus se coronat, sint peccatores, in quibus brachii tui prodit fortitudinem, idem faciens quod Elias in Eliseo. h. 25. num. 14. & 15.

XVI. *Murmurabant Pharisei.* Nunc dum peccatores ad Christum accedunt, & Christus illos recipit, de veritate obmurmuratur quod si Christus & ipsi fecissent stratagemata recreationis vel Christus suam ostendisset potentiam ut Elias euocans de caelis ignem & ipsos aduisset, non murmurassent: hæc est enim mundi conditio, habere ut perditum quod animarum impenditur utilitati, homil. 8. num. 44. vsque 47.

XVII. *Murmurabant Pharisei.* Admodum delirant nescientes cibum eius esse peccatores, & conuiuium illi gratissimum hoc fore si illi corda sua contrita prepararant. h. 38. n. 17. & seqq.

XVIII. *Murmurabant Pharisei.* Non considerabant Dominum hunc verum esse Ozeam cui non solum non fastidiebant animæ peccatrices, quando appropinquabant, sed ipse eas pergit quaesituras ut amari, quo illas sibi sumat in sponsas. h. 25. n. 23.

XIX. *Murmurabant Pharisei.* Impotes iudicii, ignorabant enim poenitentiae & lacrymarum virtutem, unde obiectabant ut Simon Phariseus. hom. 38. num. 105. vsque 119. & ipsos poterat conuincere probans ipsos esse sanctiores illis, quia plura quam illi facebant. Ibid. num. 113.

XX. *Murmurabant Pharisei.* Quis admiretur obganite Phariseos cum sint, sentina peccatorum? Habes hic summam exaggerationem magnitudinis diuinae misericordiae. Singulariter autem extollitur adeo magna esse ut sancti de illa videantur murmurare ut Ionas & Isaias. hom. 18. num. 45. & nominatim Elias. Ibid. n. 58. 59. jam non erit hæc maxima auxesis, cum ipsi peccatoris criminum abyssus huic deitabant misericordiae, nempe Pharisei. Meo calculo hic aperte probetur illud Isaiæ quod talia nimirum Deus cum peccatoribus esset acturus ut ipsi peccatores indicarent hæc nequaquam posse fieri. h. 45. n. 26.

XXI. *Murmurabant Pharisei.* Habes hic parabolam Domini fundamentum, quam hac occasione proposuit illis de filio prodigo, conquerebatur enim filius maior, quod Pater suus tanto recepisset gaudio festiuoque epulo filium prodigum pedibus suis adolatum, atque Patri, arduum hoc est quod mihi nec vno quidem die vultum præbueris alacriorem peccatorum iudicis recreationis, concessio hodo ut cum

amicis meis lætum explicarem vultum: quamuis enim homine filii senioris hos intellexerit Phariseos, quia se justos arbitrabantur, porro realiter etiam sanctos intelligebat, quos Deus continuis exercet mortificationibus, angitque terroribus, & delicias nouimus, quibus conuersum ad se demulcet peccatorem, argumentum hoc immensam erga peccatores spiritus Dei misericordiam quam describit sapiens totus admirabundus: *Quam magna misericordia Domini reuerentibus ad se.* hom. 18. num. 5. 4.

XXII. *Dicebant, hic peccatores recipit.* Valde frequenter quod illi ad Christi obiciebant ignominiam in magnam cedebat illi gloriam, & eorum verba sumunt Euangelistæ quasi echo, qua respondent illis, eos pudore confundentes Christumque coronantes eo ipso quo cogitant illi eius honori derogare, ut modo liquet. h. 29. n. 27. 28.

XXIII. *Hic peccatores recipit.* Erat hic error eorum singularis, quod perpetuo digitum extenderent designando peccatores, & hoc quod in aliis peccatum esse iudicabant, hæc etenim est digitorum extensio quam Deus apud Isaiam condemnat. h. 26. n. 43. 44.

XXIV. *Hic peccatores recipit.* Quotidianum erat illis non permittere ut ad ipsos accederent peccatores timebant enim ne aliorum immunditia ipsos pollueret, & hinc orta Simonis Pharisei contra Christum oblocutio, quia se tangi à peccatrice patiebatur. Aperte satis constabat quam parum esset sanctitas, eorum substantiæ quandoquidem timerent, quod solo contactu peccatoris foedaretur: Christi autem ita solida erat sanctimonia, ut accedendo peccatores, non solum vel hilum illa perderet, imo potius mundaret ipsa peccatores. Hoc mihi dixit D. Petr. Chrysol. hom. 31. n. 67. & etiam D. Cyril. Alexand. hom. 38. num. 103. Christus lux est; non enim illam inquinant immunditia, licet per illas gradiatur. h. 34. n. 13.

XXV. *Hic peccatores recipit & manducat cum illis.* Hoc dicebant, quia nonnulli grauiores peccatores à Christo conuersi, conuiuium illi præparabant, sicut D. Matth. & Zaccheus, illud autem acceptabat, & illis conuescebatur, non conuiuium ductus in glauie, sed ut illos in virtute solidaret: peccator etenim recens conuersus periculum incurrit. Laudabilia sunt conuiua quæ charitas instruit, & iusta ex ratione, tua quoque forent laudabilia. hom. 16. num. 23. & pie facerent qui recepto beneficio gratitudine responderent, hanc enim debet ministris Dei, tuam enim operantur salutem. hom. 38. num. 8. 9. licet illi non tuas semper teneantur acceptare delicias. Ibid. num. 10. sed laudabiliter facient si illas ut Christus acceptent. Ibid. num. 12. vsque 15.

XXVI. *Et dixit ad illos &c. Quis ex vobis homo habens centum oves.* Respondet illis Dominus tribus parabolis,

parabolis, pastoris, mulieris, & filii prodigi, & omnes ad eundem scopum tendunt, ostendens Dominus quanti faciat animam. h. 22. n. 55. 56.

XXVII. *Quis ex vobis homo?* Quando centum ovium pastor, una perditam relinquit nonaginta novem & per arentia & praecipitia tendit eam qua siturus, quando illam invenit, suisque imponit humeris, omnes illi congratulantur, & nemo obmurmurat. Ecce quanti Deus aestimet animam. Nullus Rex tanti facit regnum nec ita exultat, dum ei congratulantur, quando provinciam aliquam sibi subiecit, quia regna Dei sunt animarum, hunc semper notandi conceptum h. 22. n. 55. sunt haec illi divitiae pretiosiores, honor & gloria si qua villa; & pupillae oculorum eius tenerissima. h. 38. n. 118.

XXVIII. *Si perdidit unam ex eis.* Ecce quo dolore torqueatur ex unius ovisculae iactura, cum ceteras relinquit hanc indagaturus & tanto quidem labore infatigabilis. Te praeservet Deus, ne sis ille qui eam perdis, non enim invenies in SS. literis quidquam severiori punitum supplicio, quod patet ex facto Samsonis. h. 22. n. 56. 57. ne vel minimam v. li. facias ovisculam, cum eam videas tanti a Deo aestimari; ita argumentatur D. August. h. 30. n. 21 vsque 24 & hinc patet sententiae Caiphae peruersitas, qui auus fuit Christum occidere, sibi persuadens non multum aut diu inhaerendum, ut homo quidam occidatur. h. 39. n. 17.

XXIX. *Dico vobis, gaudium est in caelo super uno peccatore.* Ecce. Singula notemus verba, Caelum locus est infiniti gaudii, & quod infinitum est, sumere non potest argumentum: quomodo ergo nouo caelitus gaudio recreatur in conversione peccatoris? deinde pauci videntur aestimandus homo terrenus, & peccator dicendo enim quod homo est, id est est ac si diceret quod nihil; & dicere quod peccator sit, significat quod ipso nihilo sit minus, ita ut emphasim habeat: *Uno peccatore.* Si plures essent homines, vel potentissimus al quis monarcha, vel quis sanctitate conspicuus non miraretur; Sed peccator qui poenitentiam agit in terra. An fortasse caelum ex terra mouetur, vel e contra? Iudica num aliquid possit dici grauius: ita ut viliissimo peccatore agente poenitentiam & conuerso caelum terra recreatur alacritate festiuoque tripudiet gaudio. Diuinam hic mirare misericordiam, & quanti faciat animam. Eia peccatores an aliquis vestrum caelo vult diem indicare festiuissimum? hor. 18. n. 12. 13. hom. 37. n. 16 Tantum est hoc ut necesse fuerit hoc non solum a Christo dici sed etiam juramento confirmari: *Amen dico vobis, gaudium est in caelo.* Virtutem considera poenitentiae, qua momento temporis, in amicos mutat caeli, qui prius inimici erant capitales. h. 38. n. 109. vsque 110.

XXX. *Gaudium erit in caelo.* Ita Deo placet pecca-

tor, qui certamen contra peccata sua suscipit per poenitentiam, ut gratum caelo spectaculum moueat, eumque Deus cum sanctis suis hilariter contempletur, illi velut alteri Iob fauore suo subueniens; & dicere potuit David: *Dominus de caelo in terram aspexit, ut audiret gemitus compeditorum.* Ecce. Quisiam sunt illi peccatores suis constructi sceleribus, quibus se conuicti expedite; & illi qui mortificauerant, & quasi captiuos detinuerant filios operum suorum nunc student eos in libertatem asserere. h. 4. n. 29 vsque 34.

XXXI. *Qua mulier habens dragmas decem.* Addit Dominus secundam parabolam; quatinus eum congrua sit illa pastoris, curam ovium suarum gerentis, magnique eas facientis, quasi oculos suos adiungit illam de muliere qua habens dragmas decem, unam ex illis perdidit; singularis etenim est sollicitudo mulierum in ordine ad monilia sua, nec quaquam habent illis pretiosius; vnde de illis dixit D. Paulus. *Ducimur variis desiderii.* hom. 12. n. 67.

DOMINICA QUARTA POST  
PENTECOSTEN.

I. *Cum turba inuenirent in Iesum ut audirent verbum Dei.* Luc. 5. Contigit haec hist. 1a in principio praedicationis Domini: nam profectus, per terram Galilaeae, quasi sol illuminans, portansque in albis suis salutem ut ait Malachias, omni genas curans infirmitates vidit populi multitudinem magno conuictu tenens affectu, quem Euangelista de Iara hoc verbo: *Inuenirent* id est, quasi vehementer ferebantur fluminis impetu, iuxta illud Isaiae. *Fluent ad eum omnes gentes.* Illi igitur ut par erat, accedebat Christum aduocatum nam animo pleno, corde perfecto & propria conueniebant voluntate, cum illis de quibus dicitur Ad. 7. *Susciperunt verbum cum omni audientia.* Audientes qui non solum adferebant intellectum ut a dicitur sed etiam voluntatem, non sicut vos, qui consistetes intellectu, omnibus voluntatem. hom. 29. num. 11. 12. & ita vobis accidit quod illis qui Dei verbum audientes mirabantur quidem sed non conuertebantur. Ioh. num. 21. 12.

II. *Cur iusba irruerunt.* Ambulabat Dominus circa mare Galilaeae, vacinicum implens Iisrae: *Via mare trans Iordanem Galilaeae genium: populus qui habitabat in tenebris.* Ecce. Aperiebat Diuinitati peccatorum denota velut alter Ioseph, tempore panum penuria: dicit enim Euangelista Mathaeus: *Erant sicut oves non habentes pastorem.* Omnibus vendebat sine pretio

istam h. 18. num. 28. concurrebant omnes panem acceptum id est verbum Dei; hoc enim est ille cibus quem erogabat & triticum quod seminabat hoc sibi facerendum; illud collige & custodi ne tibi hoc diabolus auferat h. 19. n. 43. 44. h. 49. n. 29.

III. *Piscatores descendit raris.* Ambulabat, Dominus circa mare Galilee, ubi Apostoli alique piscatores; tota noctetia sua laxauerant nec quidquam ceperunt, timeant ne defessus sit in rebus suis prae-dicationis, & vitrum forte sordida sunt & affectu proprio vanae gloriae, vel propriae conscientiae polluta sordibus, vel non debita praeparatione, qua se Deo commendare debuerant, etenim iam docuit Spiritus S. qualia hi piscatores habere debant retia: *Sapientium in huiusmodi exquiret sapientis, & qualiter se debeant per orationem & cordis parare munditiam: Aperiet os suum in oratione, & qualiter ad Deum oportet ut recurrant, cuius seculo fauore nihil efficient, hom. 29. num. 14. & seq.*

IV. *Lauabant retia sua.* Munda necesse est ut habeant retia piscatores Dei: doctrinam intelligo mundam; quae sunt verba Dei & non humanae aduentiones, quamuis non sit illicitum procurare ut concinne apteque dicantur. h. 29. n. 40. 41.

V. *Ascendens in vineam nauim, quae erat Simonis.* Ve Dominus officio fungeretur praeceptoris & Doctoris, nauim Simonis elegit sibi in cathedram. Pulpitum habet Christus, & cathedram in mundo visibilem; sic enim nobis expediebat. hom. 14. nu. 9. suadata est Ecclesia in Petro qui est columna & firmamentum veritatis. ibid. num. 10. ubi ad nostram securitatem praesidet ut caput summus Pontifex residens in cathedra & nauis Petri. ibid. n. 13. & seqq. cui seruit singularis doctrina D. Hieronymi. ibid. n. 24.

VI. *Rogabat Petrum a terra reducere pusillum.* Exprobat D. Bonauen. verbum Rogabat, quod ille qui mandare poterat ut supremus omnium Dominus, non velit tamen, sed roget, suos instruens primarios ministros quod ipse D. Ver. hoc actu docebat. Non dominatur in Clerum sed ad exemplum D. Pauli 1. ad Thessal. 4. *Rogamus vos & obsecramus in Domino* Quin imo sic agit vobiscum Deus, etenim vos rogat ut illi in animam vestram permittatis ingressim vim non inferat sed iuxta Sapientem: *Cum magna reuerentia disponit vos.* Insuper paralyticum interrogauit. *Vis sanus fieri?* ho. 10. nu. 33. & prodigum abeuntem vi non detinuit, quam nulli infere h. 18. n. 20. 21.

VII. *Rogabat Petrum.* Nihil vult Deus coactum, tantum acceptat id quod illi spontaneè dedicas; non enim est quod opera illa compenset, quae libera non

sunt voluntate h. 31. n. 20. & quanto illa promptior se eius voluntate, tanto erunt gratiora, hoc enim lego apud sapientem, *Spiritus queritur & in respectu illius benedicetur.* h. 1. n. 19. & seqq. & hoc in tuum non paruum cedit emolumentum ac inuentionem oculorum quam consulit Spiritus S. ut cum Deo facias ibid. nu. 22. & 23. Insuget ut opera Christi tanto forent magis meritoria, quanto forent magis voluntaria, votum obedientiae emisit perfectissima. h. 36. n. 31. 32.

VIII. *Rogabat a terra reducere pusillum.* Auctus hic est prudentissimus, quo docetur praedicator, si velit referre fructum ut ita sit a mundo reductus cui praedicat ac si in diuerso habitaret elemento. ipse in aqua & illi in terra; sic suos instituit praedicatores ut prosequitur D. Chrystost. h. 21. n. 48. 49.

IX. *A terra reducere pusillum.* Non adeo longe a terra secessit sed pusillum. Quia non omnino debet a mundo separari praedicator, ita ut non conspiciatur; quinimo conuenit ut opera eius bona videat, ut dixit Christus, sed sit rara conuersatio, ut ita notantes in bonum, eius non aduertant imperfectiones, & ideo non faciles sint in admittendus epulis & recreationibus, si hominis sui studeant estimationi: & hoc praecipit Deus in Ezechiele cap. 44. ne sacerdotes nouacula sibi tondeant crines, sed nec ita longos nutriant, ut illis possint apprehendi: *Sacerdotes capum suum non radant, nec comam nutriant etc.* Capillos habeant oportet: comedere debent & loqui; sed non adeo fufe, ut illis possint apprehendi sicut illis contingit, quando frequenter ad epulas dapescque concurrunt. ho. 38. num. 10. 11.

X. *Et sedens docebat turbas.* Ostendens magistrum se esse principalem qui solus docere potest in cordibus efficaciter; ut diximus secundo die Martis. Quadrag. in illud: *Vnus est enim Magister vester.*

XI. *Sedens docebat eos.* Strabant illi, ipse vero sedebat, ostendens auctoritatem & reuerentiam qua seculares tenentur colere praedicatorem, etenim vult Deus ut etiam ipsi primarij principes stent coram illis, & memoria dignum est facinus illud D. Leonij Episc. h. 14. num. 23.

XII. *Ut cessauit, dixit Simon; Duc in altum.* Finita concione praecipit ut nauis ad altiora maris abducta turva populo; sic enim agendum esset praedicatori absoluta concione. Notat D. Ambros. Petrum esse cui Domines iniungit ut deat in altum, ostendens ad illum spectare, difficultates pernavigare profundissimas, hoc enim proprium est summo Pontifici per eaducere sicut notat D. Hieron. h. 14. n. 24.

XIII. *Duc in altum, & laxata retia vestra in capturam.* Congruum est ut aliquando praedicator ducant in altum, doctrinam proponendo sublimiorem, porro semper hoc fiat. *In capturam* Ita scilicet illam.

preparando vt eam carere possit turba simplicior  
Concepit hic redolet D. Aug. h. 29. n. 18. vsque 21. &  
num. 40. 41.

XV. *Laxate retia vestra in capturam.* Hic esse debet  
finis prædicatoris, pisces Deo capere, suum honorem,  
non suum piscari commodum. h. 29. n. 40. hoc domi-  
nus his verbis indicauit. *Soluite & adducite mihi.* hom.  
41. num. 27. 28.

XVI. *Laxate retia vestra in capturam.* Insigne con-  
tinent hæc verba n. yterium, quo Dominus do. et esse  
Christianum nihil aliud esse quam esse sicut pisces ca-  
ptiuos & de elemento nostro naturali extractos nempe  
mundo, sic considerare nos debemus in mundo in  
Ecclesia quasi eductos de doctrina mundi & velut  
captiuos nostrum intellectum, quocirca vocat David  
doctrinam fidei, segregat. hom. 29. n. 5. vsque 9. vbi  
duendus est intellectus velut captiuus & irreuitus.  
Ibid. num. 9. 10.

XVII. *Præceptor per totam noctem laborantes nihil  
cepimus: in verbo autem tuo Ege.* Petrus suam testatur  
fidem, & quantum confidat verbo Domini. q. d. piscan-  
do & laborando tota nocte, ne vel vnum pisciculum  
cepimus, soli laborauimus, & vacua semper retia at-  
traximus: nunc autem quando tuum nos verbum co-  
munitur & virtus, secuta est piscium captura. Quam-  
diu prædicator solus fuerit, parum proficiet quantum-  
uis laxet retia, & sedulo labore: necesse est vt di-  
uinum secum adducat subsidium, quia ipse tantum po-  
terit verbis ad aures pulsare, sed ad cor penetrare Deo  
proprium est, vnde requiritur vt pari passu prædicator  
& Deus progrediantur. h. 29. n. 11. vsque 18. h. 43. n. 16  
Ad hoc motus est in exordio concionis gratiam po-  
stulare Spiritus S. (vt facimus per intercessionem B.  
Virginis) hæc consuetudinem credit D. Chryostom.  
eorum esse temporibus Apostolorum. ho. 24. n. 47.  
hom. 29. num. 16.

XVIII. *In verbo autem tuo laxabo rete.* Quod D.  
Petrus sibi soli non fidit, fidit eo quod secum habeat  
Christi benevolentiam: nec enim est cur timeas si te-  
cum sit Christus. h. 4. n. 46. vsque 50. h. 27. n. 45. vsque 50.  
hom. 32. num. 53. 54.

XIX. *Et conuerserunt piscium multitudinem copio-  
sam.* Ecce hæc capturan Apostolorum eorum que luc-  
cessorum de piscibus bonis & malis: quia in Ecclesia  
non tantum sunt boni, sed & mali, cum enim sint  
intra eandem fidem & gentem, capti sunt verum quidem  
est quod aliquando rete dilacerent, illi sunt hæretici  
qui scissuras faciunt in iuniora Christi & de Ecclesia  
discedunt, fidei sagenam dirumpendo, quasi vim in-  
ferendo suorum pondere peccatorum: nam fide capti  
tormentum sustinent quasi suspensi, vt autem se ab  
eo liberent, rete dilacerant, vt ostendit D. Chryost.  
h. 37. n. 47. vsque 51.

XX. *Rumpatur rete.* Duas piscationes Apostolo-  
rum vidimus virtute Christi. Prima fuit piscium ma-  
lorum & bonorum. Secunda post Domini resurrex-  
tionem piscium tantum bonorum & certo numero: hæc  
prior piscationem denotat fidelium in Ecclesia: hæc  
autem prædestinatorum, ita D. Aug. h. 11. n. 2. h. 37.  
n. 2. Quare dicitur hæc secunda piscatio piscium cer-  
to numero declarat hoc eleganter D. Thom. h. 27. n.  
20. Roga Deum vt ex numero sis piscium secunda  
piscationis: & hoc te reddat sollicitum. h. 37. n. 2. 3.

XXI. *Videns Petrus prociat Ege. Exi à me Domine  
Ege.* Stupor enim circumdederat eum & omnes qui erant  
in nauis. Vilo hoc miraculo in summam omnes capi-  
untur admirationem, & quasi stupore hærent extrahi  
quo declarat Euangelista magnitudinem miraculi  
solus autem Petrus accurrit & Domini pedibus ab-  
voluit. Merito Christus Petrum alius prætulit  
honorauit, cum ille præ ceteris Christum professus  
& reuerentus: est enim Deus speculum, & sicut tu cum  
illo egeris, sic ipse tecum ager. Si fueris in eius obli-  
quo singularis, erit & ipse in conferendo tibi dicitur  
singularis. h. 25. n. 50. 51. & patet in Abraham, David  
& alii. Ibid. n. 52. 56 & seqq.

XXII. *Videns Petrus.* Egredere Petrus quod nullus  
eorum qui erant in nauis ad honorem Soluatoris, vidit  
illum Dominus promouere caputque creat Ecclesia  
sua: nec enim cogitaueris quod non faciendo tantum,  
quantum fecerunt sancti debes prætereire eadem ab  
ipso beneficia quæ illi receperunt. ho. 21. n. 39. & seqq.

XXIII. *Exi à me Domine, quia homo peccator sum.*  
Ad pedes te Domini aduoluis, & adhuc te iudicatis  
indignum? Ascendes vt caput, nec enim medium me-  
gis securum vt Deus te exaltet, quam si coram eorum  
humiles. h. 2. n. 32. & via qua te dignum reddat vt  
caput, hæc est vt te pedibus iudices indignum. Ibid.  
num. 35. 36.

XXIV. *Exi à me Domine, quia homo peccator sum.*  
Quid hoc Petrus? nunc dum illum clarius agnosces  
Deum à te repellis? Potius videtur quod nunc debet  
desiderare vt tibi esset ipse propinquior: etenim Tho-  
chæus quando cognouit eum, libentissime in decem  
suam illum admisit. Sunt hi omnes laudandi respec-  
tus ex diuersis orti considerationibus. Consideratio  
Domini magnitudinem, par est vt humana te suble-  
uat infirmitas tuam tamen cognoscendo necessitates  
expedit desiderare vt ad diuinam te conseras. bonita-  
tem, idem etenim Petrus qui modo Domini cognos-  
ceus maiestatem, suamque infirmitatem, dicit: *Exi à  
me Domine*: postmodum domus suæ perpendicularis  
cessi at. ex infirmitate foetus suæ, cum ad illam  
introduxit. Si tuæ consideratio miseræ, te à com-  
munionem subtrahat, tuam tamen attendens necessita-  
tem, ad illam accede sicut sponsa. h. 2. n. 44. Multa sunt

DOMINICALIS POST PENTECOSTEN.

liberati necessarii sicut in veste sacerdotis ut in Deo  
diverſa contempletur. & ſecundum illa diverſos in or-  
dine ad ipſum actus exerceas. Conceptus hic eſt vtilis  
h. 23. n. 26. h. 42. n. 84.

XXV. *Niſi timere*: Ex hoc eris homines capiens. Ecce  
quo ſine coram electis ſuis faciat miracula, nimium  
ut fiduciam eorum confirmet tutamque reddat. quan-  
do periculis ſubicerentur manifeſti: idcirco nam que  
poſt editum miraculum contabatur: illos Dominus ex-  
perturus utrum in alto confiderent, & eandem ob cau-  
ſam miracula faciebat in oculis populi ſui, ut illum  
in difficultatibus ſibi offerentis redderet tanto fiden-  
tior: quamvis tanta noſtra ſit infinitas, ut illis  
comprehenſi diſſidamus. h. 27. n. 40. & ſeqq.

XXVI. *Ex hoc jam eris homines capiens*. Ut D. Petr.  
primarius futurus erat in piſcatione mundi, primo  
velut in hac Domini videret potentiam, quatenus  
illum armet fiducia, ſicut miſſurus diſcipulos per  
mundum predicatorum, utque peccatores diſſoluerent,  
illis primo mixuit ut animalia diſſoluerent, quatenus  
prodigium hoc attendentes, in altero ſpem non amitte-  
rent. h. 41. n. 21. 22. Vult nos Deus habere diſcurſi-  
vos, qui ex beneficiis, quibus nos cumulat in quibus-  
dam, noverimus in ipſo ſperare, atque de aliis confi-  
dere, nec ſimus velut Iudei, qui numquam illi perfe-  
ctiſſimos, nec ſicut Rex Aſa, qui quia neſcivit diſ-  
currere, ſtultus vocatus eſt. h. 27. n. 42. 43. &c.

XXVII. *Eris homines capiens*. In græco textu S. Lu-  
cæ verbum hoc *Capiens* ſingulare habet ſignificatio-  
nem: denotat enim viros capiens & ita legit D. Lu-  
thi Martyr. lib. quaſt. ad Gen. *Eris homines ad vitam*  
*capiens*. & D. Amb. of. *Homines viſificans*. Quo pro-  
fundum denotatur fidei & Evangelii myſterium, quo  
capiuntur homines, non enim hoc ea ſit intentione  
ut occidantur ſed ut illis vita tribuatur, & occidendo  
in eis vitam infidelem, vita tribuatur eis nova & gra-  
tior: hoc etenim Dominus eidem D. Petr. declaravit,  
cum illi præcipit, *Occide & manduca*. Soli dum eſt hoc  
argumentum. h. 38. n. 110. 111. Crux quam prædicat  
Evangelium non eſt ut in efficiat, ſed vitam largiatur:  
etiam. *Qui perdit animam ſuam propter me inveniet*  
*eam*. Non ſunt hæc tetra mortifera ſed ſalutifera qui-  
bus intellectus cohibetur ne in errores præcipitetur.  
hom. 29. num. 9. 10.

DOMINICA QUINTA POST  
PENTECOSTEN.

**N** *ſi abundaverit iuſtitia veſtra pluſquam Scri-  
barum & Phariſæorum, &c.* Matth. 5. fuit  
huius Evangelii doctrina prima quam Do-

minus propoſuit legem ſuam Evangelicam exorſus  
ſedens in monte, etenim immediate poſt electionem  
Apoſtolorum ſuorum, cumque illis officium dixiſ-  
ſet, quod ipſis commendabat, ut eſſent ſal terræ,  
lux mundi &c. atque mandatorum obſervantia ita-  
derent, ut verbis & operibus alios erudirent, qua-  
tenus in celo magni evaderent, primum quod illis  
dixit & iuramento confirmavit, fuit hoc: *Niſi ab-  
undaverit iuſtitia veſtra a &c.* Nonnullas hæc verba  
ſecum trahunt difficultates & prima eſt ex eo quod  
in ſe eſt; videtur enim magnum Apoſtoliſ ſuis onus  
imponere & iis qui Evangelium eſſent recepturi quia  
Scribæ & Phariſæi legem ſervabant antiquam, &  
hæc onus era adeo grave ut D. Petr. illud cenſeat  
eſſe intolerabile, & manus adhuc ſi ſuperponatur illi  
pondus Evangelii. Secunda eſt in ordine ad legem  
Evangelicam, quam videtur Dominus difficiliorẽ  
reddere quam lex erat antiqua: quandoquidem à ſuis  
requirit ut ſibi perſuadeant non ſufficere ſi ea face-  
rent & obſervarent quæ Phariſæi qui illam obſerva-  
bant. Porro nemo Dominum reprehendat; eo enim  
ipſo manifeſtat legem Evangelicam quam promul-  
gabat, lege antiqua, quam Phariſæi obſervabant,  
eſſe multo leviorẽ; quia hæc lex Phariſæorum to-  
ta erat in operibus exterioribus quibus illi custodi-  
endis tantum ſtudebant. & hæc valde graviora ſunt, ſi  
ad illa tantum refleſtamus; Porro lex Evangelica  
hoc principaliter attendit ut ea præcipiat quæ cor-  
tangunt; hoc enim principium eſt bonitatis vel ma-  
liſtæ actuum exteriorum: & principale quod man-  
dat, amor eſt qui in corde reſidet, & hic illam  
reddit facilem, non tantum quia amor tribulationes  
reddit leves, ſed etiam quia amore multo, malum  
lucramur, licet opera quæ ſunt ſit exigua. Et quam-  
vis opera ſit valde magna, redduntur valde exigua,  
& Deo non placent niſi ex multo corde illi dedicen-  
tur, utque illi tantum placeamus; ut patet in illo  
templo quod erexerunt S. Martyri Mamanti duo illi  
conſobrii Conſtantii Imperatoris Gallus & Iulia-  
nus: etenim pars illa quam ædificabat Gallus dextero  
Deo procedebat; quia corde illam ædificabat fidelis;  
partis autem Iuliani ſacrilegi, qui ſola ductus inten-  
tione ut opinioni mundi placeret, eam extruebat,  
quam primum ædificio fundamenta locabantur,  
concuſſa terra eruebantur. homilia. i. numero. 19.  
& ſeqq.

II. *Niſi abundaverit iuſtitia veſtra*. Complac-  
bant ſibi Phariſæi in ſolis exterioribus operibus.  
Hæretici Lutherani ſibi de ſola blandiuntur inten-  
tione. Vtrotque nos præcellere debemus, opera  
exercendo corporis & animæ Dei gloriã; hoc  
enim eſt. *Domestici eius veſtiti ſunt duplicibus*. hom. 23.  
num. 63. & ſeqq.

III. *Niſi*



III. *Nisi abundauerit.* Venit Christus hominem reformaturus; & primo monet, nobis imitandos esse Phariseos id est facienda opera bona in se: porro non sufficit hoc agere quod illi habebant enim in solis exterioribus: sibi que persuadebant, quod sicut non occiderent nec actus facerent exteriores in damnum proximi, ita possent illum interius odio habere & optare illi malum; & inde orta est illa reprehensio, quâ durius illos excepit, quando contra discipulos suos expostulauit quod manus suas non lauarent dicendo: hoc hominem inquinare quod exiit de corde; hoc est principium peccati & iuxta illud grauitas attenditur peccati. Doctrina hæc mirabilis est. hom. 23. num. 65. vsque 72.

IV. *Nisi abundauerit iustitia vestra.* Magnum erat hoc Phariseorum crimen, qui cum Deo velut cum hominibus agebant. Hæc inter nos si quid homines à vobis postulent opera sunt; proinde parum alteri prodelt quod illi afficiatis, nisi dederis illi quo opus habet & parum seruus satisfacit si Dominum suum amore multo prosequatur, labore autem parum; ita volebant Pharisei: vnde totum erat hoc eorum studium, extimia illi munera dedicare, multaque illi animalium litare sacrificia, iam enim illos per Dauidem reprehendit. Numquid manducabo carnes tauro-rum &c. Cor petit & eiusdem opera. hom. 38. n. 19. & seqq.

V. *Nisi abundauerit iustitia vestra.* Ignominiose Pharisei Deum excipiebant, & omnino oppositè illi quod intendebat: Deus nullo eorum indiget pro se quæ illi possumus erogare, vt illis per Dauidem asserit: *Si esuriero non dicam tibi.* Hoc quod à nobis pretendit nihil aliud est, quam dare nobis & communicare sua bona, idcirco nostrum reposcit cor vt in illo resideat illud abundè ditando, intellectum luce, voluntatem amore, animam gratia; hoc enim est ipsum in nobis regnare, non similis est terrenis Regibus, qui cuncta sibi assument. ho. 41. n. 59. sed bene soli comparatur in ordine ad margaritas; nihil enim ab eis accipit, sed suam illis lucem communicat. ibid. nu. 62. vsq. 65. & ita non dabant Deo Pharisei quod postulabat, cor scilicet.

VI. *Nisi abundauerit iustitia vestra.* Pharisei Deo lauces offerebant vacuas, & dede ori sibi verteret princeps si quis tale sibi munus offerret. Opera exteriora lauces sunt in quibus Deo quasi offerimus cor nostrum & animam; atque in tantum Deo gratum est sacrificium exterius (inquit D. August.) in quantum per illud offeritur sacrificium cordis interius, non vult à nobis Christianis tale munus sibi dedicari; hoc enim est quod ait, *Non apparebis in conspectu n. eo vacuus &c.* hom. 2. n. 11. 19.

VII. *Nisi abundauerit.* Non placebat illi sanctitas

Phariseorum exterior, qui ore verba bona proferebant, cor autem eorum erat peruersum similes hyrcæ quocirca ab illo vocantur *Generatio praua.* Hoc intendit vt non solum bona proferamus verba, sed etiam illum & proximum cor habeamus bonum. ho. 8. n. 35. vsque 39.

VIII. *Nisi abundauerit.* In nostrum hoc agit modum Dominus. licet videatur nobis pondus impo- nere: quia quantum opera exteriora sunt difficilia, & sæpe impossibilia, tantum sunt opera cordis facilia & ille qui non potest opere largiri elemosynam, eo pauper est, corde potest illam dare & voluntate. Hæc nostra est felicitas: quod Dominus primatio cor at- tendat, vt nobis rependat iuxta eius desiderii mensuram; hoc enim est quod asserit Sapiens. Spiritus par- titur, & in respectu illius benedicetur. Itaque in quod nos videatur onerare, dicens: *Nisi abundauerit iustitia vestra &c.* onus potius alleuiat & fortius præferbit quâ nostra proficiat sanctitas & cetera merita, nec non inuentionem faciamus oculorum, quæ Salomon. h. 2. n. 19. & seqq.

IX. *Nisi abundauerit.* Pharisei Deo sua dabant elemosynas & sacrificia, seipsos autem sibi reser- uabant, pares Caino, qui male deuidebat. ho. 38. n. 11. licet omnia tua illi dederis, inquit D. August. nihil ipsum illi dederis parum ille reseruit. ibid.

X. *Nisi abundauerit iustitia vestra.* Plura postulabat nobis quam à Judæis, quia maiora recepimus benefi- cia quibus illi strictus deuincimur, & qui plura debet quam alter, non satisfacit nisi plura soluat quam debet. Hoc Dominus exposuit lege decimarum. h. 2. n. 37.

XI. *Audistis quia dictum est antiquis Non occides.* Sufficienter declarat Dominus quod dixerat. Sufficiens Phariseis opere neminem occidere; etenim hoc solum censebant Dei lege vetitum, & cum hoc licetum attrahantur odium inimicorum Sufficiebat illis si aliter non committerent; porro credebant sibi sicut corde & affectu quamlibet desiderare mulierem. Opus me vocauit illos sepulchra dealbata, quæ defertis parent formosa, & illos descripsit Moyles per albam calce foris delinitum, quod interius lapidibus constabat durioribus; & scriptam præferebat in exteriore facie legem, cuius in interiori nullum erat vestigium. ho. 3. num. 36.

XII. *Ege autem dico vobis qui irascitur fratri suo.* Non solum manus nostras vult ab homicidio mundas & os nostrum à verbis liberum vniuersis, sed etiam cor ab ira odioque expurgatum; itaque totos nos mundos interius & exterius; venit etenim tempore multiplicam fundare sanctorum Opus hoc est illi fugere, & non erit perfectè, qui talis non fuerit in operibus manuum, verbis linguæ, cordisque affectibus. ho. 34. nu. 34.

DOMINICALIS POST PENTECOSTEN.

XIII. Si ergo offers munus tuum ad altare. Si jam coram altari consistens sacrificium tuum oblaturus, memineris te fratrem tuum in aliquo offendisse, vade prius reconciliari fratri tuo. Miror hanc legem. Domine pater omnibus quod homo tibi magis quam proximo suo teneatur, & amoris tuum primo loco statuendum. Quomodo ergo precipis ut prius pergat fratri suo sacrificaturus? Miramur & merito doctrinam D. Bernardi. ad humus deca. rationem; notat enim quod in amore cordis Deus sit preferendus; etenim cor illi primario debetur: sed in operibus exterioribus, mandat ut primo satisfacias proximo tuo, & hoc verbis illis indicat, *Reddite quae sunt Caesari Caesari, & quae sunt Deo Deo*, quod confirmatur ex miro quodam leonis facinore. h. 23. n. 58. & seqq.

XIV. Vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veni. Et, Primo solve illi cui debes, cui furto abstulisti, & deinde veni & missarum exposce suffragia. Non enim sacrificia Deus accipit cum praedictio tertii, & abominabiles illi sunt qui aedificant Hierusalem in sanguinibus. h. 23. n. 55. & haec erat Pharisaeorum iniquitas docentium filios ut primo sacrificii attendere, parentes autem sine rem fame interire. hom. 23. num. 45. 53. 54.

DOMINICA SEXTA POST PENTECOSTEN.

**C**um turba multa esset cum Iesu, nec haberent quod manducarent. Marc. 8. Est hoc miraculum quod fecit Christus Dominus pasceus quatuor milia hominum septem panibus & paucis piscibus, simile illi quod fecit sustentans quinque milia hominum quinque panibus hordeaceis, & duobus piscibus legatur. h. 27. de illo namque agit, & quod supra notauimus Dom. 4. Quadrag.

DOMINICA SEPTIMA POST PENTECOSTEN.

**A**tendite à falsis Prophetis. Matth. 7. Est hoc euangelium pars quaedam sermonis illius celeberrimi, quem Dominus in monte perorauit in principio publicae suae praedicationis, & quasi etis epilogus eorum enim postmodum subiunxit commendationem obseruationis eorum quae dixerat. Sciebat quod eorum semen illud bonum & caeleste seminaret, venturus esset inimicus, qui superfeminaret zizaniam prouide praemonet nos de hoc, sicut D. Paulus. Hieron. Bap. de la Niza. Tom. 1.

praenuntiat Ephesianos, dicendo: *Attendite vobis, ego scio quoniam mirabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos propter quod vigilate* h. 49. n. 28.

II. *Attendite à falsis Prophetis.* Praenouit Dominus Satanæ studium ut nos perdat, & quandoquidem nos multa docuerat bona, statim laboraret inimicus ille sagittas suas dirigere, eos perditurus qui Dei verbum audierant: quocirca vult ut simus attenti, nam quam primum Deus urbem describit Hierusalem, aduolat diabolus illam obsidens tuoque in eam tormenta bellica colligans: secutus esto quamdiu illi feruis, nullum ille tibi bellum inferet: sed quam primum Deo famularis eiusque sequeris doctrinam, ilico omnes suas in te machinas instruet. h. 1. n. 2. vsque 8. & mille modis quam procurabit perditionem: vnde mille oculi sunt tibi necessarii quales habebant animalia Ezechielis. Ibid. n. 26. 27.

III. *Attendite à falsis Prophetis.* Sementi bonae doctrinae quam Christus seminavit ilico se diabolus opponit, potentissimum autem per falsos Prophetas nempe haereticos. Graue damnum inferit diabolus per malas linguas. hom. 19. num. 47. 48. sed singulariter per falsos Prophetas, fallaces nimirum haereticos, proprios Satanæ filios: hos enim habet in mundo, sicut in diebus Achab falsos Prophetas, in quorum ore se statuit vitillum irretiret: prorsus hoc alienum est à Dei ouibus. Merito laminae comparantur. hom. 37. num. 33. 34.

IV. *Attendite à falsis Prophetis.* Quomodo inueniunt illi ingressum ad decipiendum: sicut inuenit inimicus ut super feminaret zizaniam, quia famuli dormiebant: ex eo namque quod praelati dormiant, falsi subintrant Prophetæ, atque idcirco opus est illis ut perpetuo vigilent: etenim bene monuit Apostolus Superiorem: *Tu vero vigila*, hom. 15. n. 39. & hinc cautio sanctorum oritur & timor dum se ad dignitates lugent promotos. Ibid. n. 37. vsque 45. ex illis nouerit praelatus, quod praelaturam non accipiat ut dormiat sed vigilet velut pastor contra lupos. Ibid. n. 35. vsque 37.

V. *Attendite à falsis Prophetis.* Quare tales permittit Deus ouile suum ingredi, cum sciat quod sint lupi rapaces? Ad salutem nostram: non enim permittit mala Deus nisi ad nostrum commodum. hom. 43. n. 2. vsque 5. & potissimum haereticos dicit D. August. l. 18. de ciuit. cap. 51. Deum permittit in bonum fidelium, ut illos exerceat ut ex occasione quam illis praebent, attentius negotia fidei considerent, illis diligentius attendant & mysteria caelestia scrutentur, illa conati intelligere: quocirca illis seruiunt sicut Esau Iacob. h. 23. n. 37. 38.

VI. *Attendite à falsis Prophetis.* Dixit Apostolus Paulus non solum non esse malum quod Deus haereticos permittat & haereticos ad bonum nostrum, sed etiam

H h etiam

etiam necessarium. Oportet hereses esse, ut qui probati sunt, manifesti fiant. Deus non recipit opera nostra nisi probata & exam nata ut dixit Terul. Saepe namque quaedam sunt quae videntur praecelara & talia sunt oculis nostris, & coram Deo non valent, qualis fuit illa penitentia Antiochi & Elau. hom. 38. num. 46 quocirca vult virtutes probatas: nec enim eas diabolus habet ut tales nisi probentur, sicut declarat hoc D. Chrysol. in Job. ho. 32. n. 24. & ea mente tentavit Deus Abraham. Ibid.

VII. *Attendite à falsis Prophetis.* Virtus quam Deus maxime vult probari, fides est, quae talis sit, ut nihil illam moveat, petique fideles adeo constantes, ut quamvis sint velut naues in hoc mundo ex eo quod variis successibus huc & illuc agitentur, sint tamen immobiles sicut columnae, quos nec omnes moveant venti: *Ne circumferamur omni vento doctrinae.* ut dixit D. Paul. hom. 37. n. 73. ad hoc permittit hereses, quibus tua in fide & Ecclesia probetur obedientia, qualem petebat D. Paul. captiuando in ea tuum intellectum, & quantumvis te prouocent ut ab hac egrediatis captiuitate, in ea tamen firmus permaneat. Eo animo permittit Deus falsos Prophetas qui tuam tentent erga Ecclesiam obedientiam, sicut permittit tyrannos ut electorum probaret patientiam. hom. 29. num. 9. 10.

VIII. *Veniunt ad vos.* Arguit illos Dominus de vitio quod magis in illis regnat nempe superbia: dicens quod illi sponte sua veniant, ducti propriae suae spiritus ambitionis, sicut illi de quibus querebatur: *Ego non mittebam vos & ipsi currebant.* Apte dixit D. Augustin. legitimam matrem heresis esse superbiam, sicut praecipuum quod fides pollulat est humilitas, submitendo intellectum eum quasi captiuando. ho. 29. num. 6. vsque 11. & ita prima heresis quam diabolus in mundo seminavit fundata fuit in superbia, nihil auferte humilitatem quam Deus intenderat, Adamum praecipuo confiringens ne de arbore comederet, iniquis hic est conceptus D. Augustin. hom. 23. num. 71.

IX. *Veniunt ad vos.* Ipsi currunt non missi nam legitimi praedicatores sunt illi qui à Christo missi sunt, & ab iis qui locum eius suppleant, ut sunt summus Pontifex, & reliqui Praelati, quibus dicitur: *Euntes in mundum vniuersum, docete omnes gentes.* Et sicut tales, tantum proponunt eius legationem qui illos misit. ho. 29. n. 40. Regnat in illis superbia & propriam aucupantur gloriam. Vere fides postulat humilitatem & humilem accessum iuxta illud Salomonis: *Custodi pedem tuum.* hom. 14. num. 11. 12. Ornatus ouium Christi mureculae sunt auribus. homila. 38. num. 3. 4.

X. *Attendite à falsis Prophetis qui veniunt.* Quid

faciam quando venerint? corrigamne illos, vel illis me opponam? hoc age: attende tibi illosque fuge. *Attendite,* haeretico nulla facienda est fraternitas correptionis; quia non tantum nulla spes fulget emendationis, sed etiam certum est, quod malum sepet hereticus; qui namque Deum non audit nec eius Ecclesiam, multo minus te audiet. hom. 22. n. 21. vsque 26. Christus auaros profanos non multum corripuit, est enim auaritia vitium quod voluntatem occupat. hom. 28. n. 36. & seqq. multo minus corrigendi sunt haeretici, quia non tantum voluntatem habent peruersam, sed etiam intellectum; tantaque est malitia voluntatis ut peruertat intellectum. hom. 29. num. 56. vsque 59. hinc congruit doctrina quam sancti perpendunt, quod heresis oriatur ex malitia voluntatis quae si magna sit funem dirumpit ventus Dei. hom. 37. n. 47. vsque 51.

XI. *Attendite &c. qui veniunt ad vos.* Notanda tenit hic suavis Dei prouidentia, qui, cum periculum sit adeo magnum, nobis remedium suppeditat adeo facile, quale est statuere visibilem in mundo cathedram, ubi magistros habeamus visibiles & securos, nam ut nos liberet à sollicitudine utrum nos fallant vel non, noluit ut nec quidem Angeli fierent nobis magistri, quia mali se possunt in bonos transfigurare. hom. 14. num. 7. vsque 16. In hoc se tutum credidit D. Hieronym. cuius exemplum notari dignum est. Ibid. num. 24.

XII. *Veniunt ad vos in vestimentis ouium.* Veniunt illi pellibus contacti ouium nempe verbo Dei & S. Scripturae. Proditores sunt qui vestes assumunt Dei contra ipsum Deum; familiare est hoc filiis diaboli quos similes esse dicas strutionibus. hom. 28. num. 17. hom. 35. num. 16. & seqq. Sicut Sacerdotes Bel alui sua furta contegebant. hom. 7. num. 38. ut ab hoc Christus vos securos reddat, suos habet in Ecclesia Cathedraicos, qui vobis illas manifestent vestes, quos Spiritus S. sapienter appellat, quorum declarationi hortatur Spiritus sanctus ut acquiescatis in huiusmodi; *Hic sili mi, amplius ne requiratis.* hom. 14. num. 21. 22.

XIII. *Attendite à falsis Prophetis.* Quamuis communis sensus sic ille praedictus quod loquatur Dominus de haereticis qui proprie dicuntur falsi Prophetae. Tamen D. Hieronym. etiam de aliis interpretatur praesertim hypocritis, contra quos Dodicius particulari feruebat zelo, de quibus eodem modo loquitur; *Attendite à sermone Pharisaeorum.* Erat enim hoc innatum Pharisaeis; nam communiter ad eum accedebant in vestimentis ouium, corde autem lupos gerebant absconditos, quos idcirco tantopere execrabatur ut illos argueret esse generationem pernam & adulteram, ore bono, & corde malo, atque

idcirco per Hieremiam eos vocat hyenas, quos sanguis prosequitur odio h. 8. n. 3. v. 39. verbis loquebatur illi blandioribus illum vocando magister: corde autem facebant illum euertere, quocirca die quodam ita contra eos excanduit vt rationis iudicium amississe videretur. Ibid. n. 9.

XIV. *Veniunt in vestimentis ouium.* Valde graphice describit illos Christus quod veniant pallio induti legis Dei, corde vero furari laborabant: sic cum filiis agebant: nam sub pretextu sacrificiorum Dei sanguinem exiugebant qui dandus erat pauperibus. hom. 23. num. 45. hom. 28. num. 17. Et tales multos inuenias, qui sub pallio pauperibus subueniendi, illos deprædantur; latrones honorarii, & vicini quos vidit Amos Propheta. h. 7. n. 35. vsque 38.

XV. *Veniunt in vestimentis ouium.* Quam congrue describit illos Dominus: attende illos quando prodere aut adit eram: etenim sub titulo legis Moyfi & zeli iustitiæ Christum student illaqueare. hom. 26. num. 37. vsque 41. Quamobrem illos Dominus conficit & absorpti sunt iuncti Petri iuxta Davidis plalterium Ibid. n. 4.

XVI. *Veniunt in vestimentis ouium.* Non tolerant hæc est Principum peruersitas, cum enim illis inculcaberet defendere iustitiam, uerique pauperem, illi iustitiam peruertunt & pauperem opprimunt. hom. 35. num. 15. sed suprema malitia est contra iustitiam peccare sub vestimento eiusdem. Tales erant illi, vt non tantum offenderent iustitiam & Deum, sed hoc faciebant sub nomine iustitiæ & obsequii diuini; quocirca illos David vocat inimicos & vtores Dei. hom. 7. num. 43. & hoc executi sunt Christum occidendo sub pretextu publici beneficii & honoris Dei, nec non templi sui conseruationis, sic rem exponit Ilias illos vocans *Ariel*. Mysterium insigne. hom. 49. num. 19. & tales multi sunt in mundo in vestimentis ouium lupi rapaces, qui sanguinem exsugunt: vel sanguisugæ sub titulo præstandi beneficia quos eleganter describit Diuus Cyprianus quos difficile est euitamus ob pelles ouium, quibus se transfigurant. h. 7. n. 37.

XVII. *Intrinsæcus sunt lupi rapaces.* Neruose describuntur, quia deorsus vestimentis nitebant ouium, elemosinis, orationibus, sed intus lupi erant gloriæ Dei rapaces: quia in bonis operibus, sicut illud quod vile est, nobis seruat, ita quod gloriam spectat Deo consecrandum est, vt effectus gratiæ suæ. hom. 29. num. 42. Similes erant Regi Saul, qui manum suam collocari iussit in arcu triumphali. Ibid. num. 46. 47. ne latro sis tollens ouicula pellem, sed de gloriam Deo, sicut David qui, *In omni opere conseruationem dedit sancto.* Ibid. n. 47. 48.

XVIII. *Attendite à falsis Prophetis.* Etiam diabolus dicitur falsus Propheta; nam semper nobis loquitur vt decipiat, & sæpe venit indutus pelle ouina, sicut ad Christum accessit, rogans illum vt se de pinnaculo templi deorsum præcipitaret; quia scriptum erat, quod Angelis suis Deus mandauit de re; & eodem modo ad te accedit, quo tuam perdat animam, eam sub pelle euerrens ouina; hæc autem est S. Scripturæ promissio. hom. 5. num. 36. 37.

XIX. *Veniunt in vestimentis ouium.* Non venit ad te diabolus nudus, scit enim præcludendam sibi ianuam, idcirco veslem induit ouinam, adulationes & promissa tam iux voluptatis, quam misericordiarum Domini; quocirca dixit David quod loquitur vanitates & Dominus Iob quod verbis loquatur compositis. hom. 5. num. 25.

XX. *Veniunt in vestimentis ouium.* Transfiguratur se falsus Propheta nec prodit vultu aperto; statim enim ab eo longissime distoges, similis est cæto qui faciem commutat. hom. 42. n. 11. & seqq. Ad Adam non accessit per se, sed pelle contactus ouina, quæ fuerunt rationes Euz. hom. 5. num. 19. caue ne te comprehendat; dolendum enim est quod ex vnica apparentia quod sic tuæ quidpiam conueniat voluptati, te velut in muscipula comprehendat; idcirco monet Apollonius: *Videte &c. Non quasi insipientes.* hom. 36. num. 19. & seqq.

XXI. *Intrinsæcus autem sunt lupi rapaces.* Hoc prædicit vt opera tua bona, meritaque deuoret; hoc enim agit diabolus intrans per peccatum in animam. hom. 19. num. 13. vsque 20. ex eorum numero est quos Esther vocat derisores, hoc enim omne studium illius est vt te diripiat, teque irideat, quod Isaias declarauit similitudine pilosorum. hom. 41. num. 55. vsque 59.

XXII. *A fructibus eorum cognoscetis eos.* Ecce per quæ infallibiliter eos possis agnoscere; nempe per opera eorum, sicut ex fructibus arbor agnoscitur. hom. 37. num. 42. & seqq.

XXIII. *A fructibus eorum cognoscetis eos.* Non tantum significat Dominus vt eorum opera attendantur, sed etiam quis sit fructus quem ipsi postulant ex eo quod agunt, & quis fructus colligatur faciendo quod dicunt. Attende quem fructum collegeris ex eo quod diabolo aures præbueris & secutus fueris eius tentationem, scilicet miseriam in corpore & anima, & te inueneris vt filium prodigum pudore confusum sic vt & iam coram confessario erubescas, cum tamen res sit ita secreta; hoc enim quærit Apostolus, *Quem fructum habuisti tunc in his, in quibus nunc erubescis.* hom. 18. num. 54.

XXIV. *A fructibus eorum.* Ex effectu iudica de causa,

causa, & quid tibi ex deliciis & temporis iactura remaneat, si fecisses id quod Salomon: *Conueri me ad uniuersa opera, quae fecerunt manus meas.* Inuenies cum iplo esse omnia vanitatem. h. 4. n. 19. vsque 26.

XXV. *A fructibus eorum.* Vnum oculos conuertes & consideras quem fructum collegeris ex sequela falforum Prophetarum, quanto rubore confunderis, sicut Magdalena, nam ex hoc fructu arbor agnoscitur. h. 38. n. 54. vsque 57. quia vero hoc non consideras, ita vniuersi. m. vnius lb. d. n. 57. vsque 60.

XXVI. *A fructibus eorum.* Coniice oculos in adulteram quae decepta erubuit per eum à quo seducta fuerat velut per falsum Prophetam, attende quem fructum collegerit, cum se solum in medio fisti consideret. Exemplum notabile h. 26. n. 54.

XXVII. *Omnis arbor quae non facit fructum bonum excidetur.* Habes hic cur te Deus in Ecclesia stauerit, velut arborem in Paraiso, videlicet ut fructum referas, quia namque dices auarus fructum non retulit, abscissus tunc ignique traditus. h. 16. n. 23.

XXVIII. *Omnis arbor.* Hac similitudine nobis redemptor declarat, absque dubio nos igni tradendos nisi fructus producamus, & clarius adhuc exponit dum nos non cuiuslibet arbori sed vineae comparat. Attendende conceptum. h. 17. n. 11. 13. ut autem hoc singulari notaret mysterio, sicum maledixit aridam, licet tempus non esset sicum. Ibid. n. 46. 47.

XXIX. *Omnis arbor quae non facit fructum.* Excidit Deus arbores infrugiferas quas in Ecclesia sua plantauerat, nempe Iudaeos, quia fructum non tulerunt, caue ne tibi idem faciat. h. 17. n. 48. 49. nam illis eiecit te collocavit in hoc horro, sicut illos expulsit Chanaanis. Ibid. n. 52. 53.

XXX. *Omnis arbor.* Obiicit ergo actum est de mea salute: quia ferre fructum non possum: non enim habeo unde feram, nec corporis robur ut faciam patientiam, nec diuitias ut erogem elemosynas &c. Respondeo imo potius per haec fructum ferre potes principalem & abundantiorum, ut Christus dixit qui profertur per patientiam. h. 17. n. 13. & haec talenia sunt quibus maximum referre possumus lucrum. h. 32. n. 27. vsque 31.

XXXI. *Non omnis qui dicit mihi Domine, Domine.* Non satis est Deo sola ore tenus verba proferre: nemo quippe Pharisaeus melius ista protulit, qui quanto linguam habebant quomodo melle dulciorem, tanto gerabant cor omni felle amarum, & à Deo remotus. h. 8. n. 35. Deus cor intuerit: *Posuit oculos super cor illorum.* Et ubi nullum inuenit cor, in illo sibi non complacet. h. 1. n. 19. 20. h. 23. n. 72. odit Deus fercula vacua. h. 38. n. 19.

XXXII. *Non omnis qui dicit mihi Domine.* Non soluitur Domino, dicendo ore teus tamque vocando

Domine, tantumque abest ut hoc illi placeat, ut etiam grauiorem hoc reputet culpam; et nemo vocat aliquem Domine, qui noli obedire, & magister quem noli audire, redoleret impudentiam. i. 8. n. 34.

XXXIII. *Qui facit voluntatem Patris mei.* Habet hic regulam qua Christus finem imponit concionibus in monte, nempe ut facias voluntatem Patris eius quam tibi per praecipua sua reuelauit; idcirco namque hominem creans statim illi mandatum imposuit ut regulam seu tabulam ad quam opera sua deberet per dirigere, & hanc tu tibi proponas ob oculos, certus sciens illi non satisficere operibus pro tua libidine, sed oportet te ut diuinae suae sint conformia voluntati, haec etenim sunt illi accepta sacrificia. h. 23. n. 13. 14. Cetera exequatur quantumcumque dicas. *Domine, Domine.* Ibid. n. 55. & seqq. quinimo idcirco nomen tuam Christus distulit, quam tamen tantopere desiderabat; quia pari voluit illam conformiter Patri sui voluntati; nam ad maiorem perfectionem, vocat illi vovit obedientiam. h. 36. n. 29. vsque 33.

## DOMINICA OCTAVA POST PENTECOSTEN.

I. **H**omo quidam habebat villicum. Luc. 16. Hinc parabolam Christus avari diuitibus proposuit eorum exoptans salutem, persuadens illis Chemoiynam; illa etenim est per quam praecipue diuites sunt saluandi; qui aliis operibus poenitentiae, mortificationis, & satisfactionis non incumbunt. Proposuit illam Dominus & ait Euangelista. *Desidebatur enim Pharisaeus qui erat auarus:* quippe auarus in crumena tangere, eorum est oculos offendere. Ut impudenter eorum inuerecundiam Dominus reprimat, illico subiungit historiam de diuite avaro & paupere Lazarus, qua parabolam confirmat ante propositam. h. 16. n. 1 vsque 5. & si illis non proficiat, nobis seruiat ad errorem, vti factum Caini. Ibid. n. 5. atque idcirco per hanc historiam, praesentem declarabimus parabolam.

II. *Homo quidam erat diues & habebat villicum.* In rigore terminorum nomen hoc villicus ut interpretatur D. Hieronymus, significat economum qui curam habet alicuius horrei: sed hic proprie significat dispensatorem qui in textu graeco vocatur *Oikonomos*, & ita D. Hieronymus. epist. 131. ad Algasium transitorie dispensatorem, ecce proprium nomen diuitis economum esse Dei eiusque dispensatorem, cuius manibus bona sua commendauit, non tamquam Domino sed dispensatori suo; *In terra nos sentire debemus villicum. Demos non putare.* Ita D. Petr. Chrysol. serm. 129.

audir. D. August. quod Deus ait per Prophetam Aggeum; *Mens est aurum meum est argentum.* ex his iudicat D. Aug. Non igitur uisum est diuites terrae h. 16. n. 9.

III. *Homo quidam habebat villicum.* Hoc tibi primo supponendum his diuitias non esse tuas sed Dei & hoc ad tuam non exiguam utilitatem. Primo ut illi gratias agas quod illas tibi dederit abundanter, aliis autem negauerit. unde communiter deberes illos considerare qui minus, quam tu, possident quo tuam temperabis habendi cupiditatem. ho. 27. num. 24. 25. Secundo ut illa diligenter diuino impendens obsequio ut rem ipsius ut intelligas tuncum esse ornamen Deum illis ostendere, quantum est alterum suo gladio confodere, hom. 15. n. 16. vsque 19. Tertio ut patienter ferat quando Deus eas tibi tollit, cum tibi nullam faciaturiam qui tollit id quod suum est: nam ideo etiam uoluit Deus ut patienter toleremus quando nobis animam auferat & hac ratione seipsum Iob solabatur. *Deumus dedit Dominus abstulit.* h. 31. n. 18. sed singulariter tuis tradidit manibus diuitias, ut illas uelut economus disperdas.

IV. *Habebat villicum.* Recognosce te ut salem, ne te Deus ut Regem Assur. puniat ho. 29. n. 44. & nota hoc cognoscere magnum esse diuinam misericordiae beneficium, est etenim oleum cuius defectu quinque uirgines ut fatuae repelluntur. ho. 29. n. 51. & multi diuites facti sunt, qui diuitias sic suas autumant ut illas suis tantum impendant voluptatibus, ac si illas ea tantum intentione receperint, & multi sunt ut ille miser, qui locupletissima messe ditatus animae suae gratulabatur, ac si illi tantum esset deputanda. hom. 39. numer. 16.

V. *Habebat villicum.* Diues hoc tui muneris esse esse Dei economum ac dispensatorem, ut de manu tua illis consulas qui pauperes sunt, quatenus satisfaciat Deus inaequalitati, quam homines in hoc mundo statuunt; unde te creat ut sis uelut caelum in ordine ad terram, & tamquam stomachus respectu partium corporis. h. 16. n. 7. vsque 9.

VI. *Habebat villicum.* O diues, domus tua cisterna est in quam uelut aquae diuitiae confluunt, quatenus iuxta Salomonem tu ex illis bibas, & fontes eius foras ad pauperes detruentur. h. 16. n. 9.

VII. *Habebat villicum.* Deus est magnus Dominus habetque multos dispensatores, diuites nimirum, per quos ecclesias distribuit pauperibus ut Dominus per economos suos: & sicut ille qui synographi non satisfaciunt, Domino suo detrahit; ita diues pauperibus non subueniens, qui ad illum conueniunt cum synographo Dei. hom. 16. num. 10.

VIII. *Habebat villicum.* Commendat Dominus manibus economi suas diuitias ut illis accurrat ad solutiones quas ipsi iniunxerit. O diues, dispensator es

Dei ut illis intendas solutionibus quas a te postulat; quod si dixeris, non illas cognosco, iam tibi declarat quod ipse sit qui in persona uenit pauperis, cui si negaueris, illi negasti. h. 16. n. 11. vsq. 16.

IX. *Hic diffamatus est apud illum quasi dissipasset bona eius.* Expende o diues uerba haec, nec tibi periuasus quod dom manum extendis ad nummos & illos inutiliter expendis, sufficit tibi dicere quod bona tua expendas: non enim tua sed Dei sunt, quae dilapidas; unde strictam a te rationem exiget, qualem Dominus ab economo, qui suas in vanum expendit facultates. Sic egit cum Rege Baltasar, hoc manus designauit quam misit illi scribentem, quasi competus distribuendo, ex quibus rationem concluderet & expediret ut tu prius hos computus partemque sigillatim examinares. hom. 17. n. 17. Tunc d. Bern. haec uerba Domini intelligens. *De omni uerbo oratio reddenda est ratio in die iudicij.* Notanda est haec uersualis particula: *De omni* Pondera quanta tibi sit reddenda ratio de tantis tamque magnis partibus, quantas in libris tuis descriptas habes. Postquam rationem exegeris a tuis factoribus, & tabernatis, tunc tecum in rationem de omnibus his acceptis. h. 23. num. 32.

X. *Hic diffamatus est apud illum.* Ignoscat mihi Deus: heu quot sunt qui te ante Deum diffamant; quando non ut oportet bona dispensas. Primo, testatur D. Iacob, quod optatiorum tuorum sudor contra te uociferatur. *Eccae merces operariorum uestrorum apud Deum elamat.* Etiam asserit Deus contra te uoces ingeminare iniurias quibus uiduam opprimis & pupillum, ob rationem quam expendit D. Chrysostr. ho. 31. n. 37. Ita Christus exsoluit Luc. 18. afflictos coram Deo clamare sub symbolo uiduae iustitiam postulauit contra eum, a quo tulerat offensam, & asseuerat absque dubio Deum his uocibus commoueri, multo fortius quam patrem lacrymis filij sui aduersus eum qui filium offendit. Retine hoc documentum. Sanguis Abel clamabat contra Cain, & diuitiae illae quas conclusas detines clamant contra te quod illas quasi per vim captiuas detineas. h. 16. n. 53.

XI. *Diffamatus est apud illum.* Ne quaras quis tibi coram Deo detrahat & uociferetur, quando namque non esset aliud, tua sunt peccata: nam sicut dum elemosynam erogas & opera facis bona, ad Deum illa contendunt, quae te laudant ut dixit Salomon de elemosyna quam exhibes. *Ipsa exorat pro te.* Ita peccata tua futurum ascendunt contra te postulantia iustitiam. hom. 2. n. 37. 38. & ipse diabolus qui te prouocauit ad peccatum, quam primum peccasti accusat te coram Deo. Agit enim quod dixit miles ille Iob. *Si fecissem, tu steteris contra me.* Et hoc est quod uidit Zacharias quoad Sacerdotem Ielum. h. 4. n. 48.

XII. *Hic diffamatus est.* Potissimum illi qui pauperes



peres iniuriis afficiunt; & diuites qui patiuntur illos fame interire, coram Deo diffamantur: pauperum enim voces ad caelum ascendunt & ibi contra tales ferunt sententia, hoc enim est quod dixit Daniel Regi Nabuchodonosor: *In sententia vigiliam decretum est & petitio sanctorum*; quatenus videas o diues quam grauitet contra te apud Deum expostulent, & quantum opus sit eleemosynas erogare, quatenus haec sententia reuocetur vt dixit Daniel Regi Nabuchodonosor. h. 13. n. 41. 42.

XIII. *Qui vocauit eum & dixit*; quid hoc audio de te. Hoc boni iudicis officium est nequaquam condemnare nisi diligenti praemisso iustitiae partis examine. h. 7. n. 19. vsque 22. & hoc Dominus insinuare voluit in actu adulterae, quando audita accusatione partis scripsit in terra. h. 26. n. 41. 42.

XIV. *Redde rationem villicationis tuae*. Ecce hic patet o diues, quod diximus, quod exigenda sit a te ratio sicut ab oeconomio; in quibus expendis eius facultates & hinc colliges quam strictè tenearis illas in commodum dispensare pauperum & famulorum Dei, & familiae eius vtilitatem sicut decet facere oeconomos, & quam iuste illae condemnabuntur expensae quas facis in aere, nec non quantum sit mundi delirium, qui non iudicat illas honorificè expensas nisi in vanitatibus. h. 8. n. 45. vsque 47.

XV. *Quid faciam, quia Dominus meus auferit à me &c. Fodere non valeo*. Prudenter egit, vt, & hoc tu faceres si considerans te in tribunali & inueniens te perperam Dei bona dispensasse, tibi tempestiue consuleres: quia subito & inopinatè difficulter rationes instituantur & redduntur illi qui tantum nouit quantum Deus, praesertim de tot tantisque partibus; consulte tibi iuxta Christi consilium. h. 34. n. 30. vsque 34.

XVI. *Quid faciam*; Quam anxius est ille homo quando Deus illum in lectum prostermit, quo quasi curat illum vt rationem reddat, & suas ille proferens, inuenit quod iis non possit satisfacere, hoc est agere opera poenitentiae, nec audet mendicare, ne fortassis illi obicitur quod fatuus virginibus: *Ita potius ad uidentes*; tempestiue tibi prospice. h. 32. n. 52. vti nam quotidie te ipsum inspiceret qualiter tibi dies dicitur, atque ad tribunal voceris, quam munda forat anima tua, velut caro Naaman septies lota in Iordanis. ho. 6. n. 4. vsque 7.

XVII. *Scio quid faciam*, Cogitatio subtilis. Alias non habeo quam Domini mei facultates; illis propono & conabor amicos mihi conciliare, vt dum mihi auferatur oeconomii officium, illos inueniam; & sic egit; illi namque qui centum debebat coros tritici ait, vt acceptis litteris in quibus ad centum obligabatur, illis contractis; alias scriberet in quibus fatebatur se debitorem tantum esse quinquaginta, &c.

quo stratagemate sibi amicos lucratus est idque modo vt Christus illum laudauerit, quasi prudenter fecisset. Infert ex hoc Christus hanc esse hominum miseriam vt quoad bona temporalia tam solliciti sollicita vigeant prudentia, vt ipsos filios lucis aduertant. Faxit Deus vt illam diligentiam qua studeat uere debitum creditor tuo, ne forte in vincula carceriaris, impenderes in soluendo quod Deo debes. hoc quod agis vt corporis tui medeatis infirmitas impenderes animae tuae curationi, sed ait Dominus mendaces filios hominum in stateris, qui sedulam nauant operam, & nullam curandis animae languoribus. h. 10. n. 24.

XVIII. *Prudentiores sunt filij huius saeculi*. Dilectum tibi videre prudentiam, diligentiam & anxiam sollicitudinem qua filij huius saeculi huius temporis lucrandis incumbunt, quae ventus sunt & am Salomone teste. hom. 4. num. 19. & seqq. & magis nimis locordiam in diuitiis veris conquirentis, praesens euitandis aeternis: quam obrem dixit Dominus quod Deus hoc amuletur. *Ad inuidiam concupiscentis*. *Adulteri an nescitis &c.* h. 8. n. 38.

XIX. *Prudentiores sunt filij huius saeculi*. Saeculi hoc tenebris immergitur, & patent illa quibus lucus filij inuoluuntur: cum enim tam facilia sint tanquam substantiae Dei bona, non illa student sibi lucrari, & omne studium in terrenis collocant acquirendum, minus valoris, & maximae difficultatis. Hoc apprimè clarauit ille nobilis de quo D. August. qui prius filius huius saeculi vixerat. h. 25. n. 74. 75. nec potest magis altius attollere, quam eo quod dixit Tertullianus longe maius dari pretium à mundanis pro vitro, quam à filiis lucis pro margaritis. Lamentandum esset nolle quempiam dare pro adamante pretioso, quod alter pro vitro commutat vilissimo ibid.

XX. *Facite ergo vobis amicos de Mammona inuoluti*. Haec est parabolae conclusio, Diuites amicos vobis facite de pecuniis iniquitatis, illis enim inuoluti. Ecce quo nomine censetur pauperes, illos amicos tuos appellans, ira alienus à te qui ipsos habes inuolutos, quos iudicas venire vt domus tuae depraedentur facultates. Non illos mittit Deus, vt illas tibi committent, tu autem illas amittas sed vt tibi ipsi cumulerent pauperes enim statuit quasi vectores qui tibi beneficium praestent non exiguum, tua tollentes bona vt tempus quo illis indigeris, & finem accipias. Franc. hom. 1. numer. 39. 40. hoc quod erogatum perdis sed tibi thesaurizas in diem necessitatis. num. 37. 38.

XXI. *Facite vobis amicos &c.* Omnia verba haec sunt memoratu dignissima. Primum facite vobis amicos pecunias amicos, etiam distributione quam faciatis

DOMINICALIS POST PENTECOSTEN.

bonis in filios & alias personas; illos vobis non facitis amicos, nec in tuam cedunt emolumentum, sed potius ad ipsorum tendunt utilitatem. Tibi vero amici erunt pauperes, tibi namque solae proderunt quas facis, elemosynæ. h. 37. n. 53. & ita in legatis testamentorum tuorum, atque in dispositionibus optimarum; & in eo quod impendis vesticendis filiis tuis, famulis tuis, etiam memor esto, vt tibi facias amicos. h. 27. num. 51. vsque 56.

XXII. De mammona iniquitatis. Vitale fuit hoc Serenitij consilium, quo de domus tuæ graueolento stercore lucrum elicias; qua de causa illum Albo deorum inscripserunt; vitilium longe est Christi consilium, vt ex illo diuitiarum stercore tibi facias amicos in tempus sterilitatis. h. 27. n. 74. 75.

XXIII. De mammona iniquitatis. Sic vocatur pecunia, non quod ex se peccatum sit esse diuitem, sed nec moderatas optare diuitias; sed quod male futurae sunt vel bonæ, iuxta quod fuerint manus vestrae; sicut aquæ Egypti. hom. 16. num. 18. 19. Nihilominus, ratio male non sunt vbi multa sunt siue in illas lucrando, siue in conferuando. Et Spiritus S. asserit vt diuitem illum dicamus beatum qui maiorem Deum non committit crimina: est enim vt miraculum, ibid. n. 18.

XXIV. De mammona iniquitatis. D. Thom. 2. 2. q. 31. 2. dicit vocari: Mammona iniquitatis, id est iniquitatis: etenim illas videmus sic inæqualiter in mundo distributas, vt repugnat iustitiæ videatur, cuius officium est seruare equalitatem, sed hoc ita Deus disposuit tibi ad honorem, tibi que fidens quod hanc faceres equalitatem tuo etiam commodo & proximi. hom. 16. numer. 7. 8. & ita loquitur D. August. lib. quinquaginta homiliarum hom. 47. quasi Deus tibi loquatur. Plus tibi dedit, vt haberes unde pauperi dares. Pauperi non dedit: sed hoc, vt te probarem, non quia amicum non habui unde darem, sed per pauperem volui te probare. Quantum tibi beneficium prastaret Deus (sic arguentur diuitem Chrysolomus) si tibi curam committeret lucem vni stellæ vel alteri manu tua committendi, quando illa tenebris inuolueretur? Plus autem coram Deo habentur pauperes quam stellæ. h. 37. n. 21.

XXV. De mammona iniquitatis. Sic eas Christus appellat eo quod alio loco illas vocet Fallaces diuitias. Quia in die necessitatis hora mortis te delinquent, vt eas tecum nequeas asportare, sic cecinit Dauid. h. 1. n. 4. eis igitur suadet Christus, loco committite fecerunt, manibus eas tradens amicorum, vbi illas habes tibi securas. ibid. n. 39. 40.

XXVI. Vt cum defeceritis, recipiant vos in aeterna memoria. Primus sensus hic est quo loquitur de hora mortis: tunc enim tibi vita deficiet. Magnam hic attende pauperum excellentiam: sunt enim domus

Dei ianitores, qui ad illam tendentes intrmittunt: ita D. Chrysoft. hom. 10. num. 10.

XXVII. Recipiant vos. Præclarum hanc intellige doctrinam: dum enim elemosynam erogas pauperulo fratris, S. Franciscus in hora mortis tuæ accurret vt te in cælum deducat & idem sit iudicium de S. Dominico. Notanda venit D. Greg. doctrina quod Deus ad gloriam sanctorum suorum quibusdam concedit vt illi ipsi exequantur in altera vita supplicium in eos à quibus in vita opprobria sustinuerunt, & in cælum eos recipiant à quibus in hac vita subsidium fauoremque receperunt; de hoc singularis est doctrina & exempla, cognosce illud dicit epulo: nam infirmi cruciatibus addictus rogauit vt Lazarus mitteretur sibi in auxilium. hom. 16. n. 49. 50.

XXVIII. Vt cum defeceritis. Secundus sensus est quod loquatur de lapsu in peccatum; hoc enim proprie est deficere: atque vnum, præter alia, remedium quo Deus te adiuet atque educat de peccato, ne in illo moriaris, est elemosyna pauperis; quando namque illi vt pote negligens non orat pro te, ipsa eadem elemosyna semper vociferatur, tibi que petit misericordiam, ad cuius confirmationem egregie seruit consilium à Daniele datum Regi Nabuchodonosor, cum enim ex reuelatione didicisset quod propter peccata & iniurias, quibus in terra sanctos affecerat, illis iustitiam postulantiibus, damnatus esset in cælo & iam pronuntiata sententia hom. 15. numer. 42. sic illi consult. Consilium meum tibi placeat, & peccata tua elemosynis redime: si forte etc. quod sententiam iam conclusa & pronuntiata, superest aliquid prodelle remedium, elemosyna est. hom. 27. n. 52. ho. 30. n. 25. ho. 43. num. 51.

XXIX. Vt cum defeceritis recipiant vos. Ecce quantum tibi proderit in hora mortis, quando vita tibi deficiet, & viuendo quando in aliquam lapsus fueris miseriam, opera exercuisse misericordiam: iam etenim tibi liquido constat Deum esse speculum & eo modo quo enim illo egeris, ipse tecum sit acturus. ho. 25. n. 50. & sequentibus. Experientiam capite in diuitem epulone vt enim egit cum Lazaro, cui panis micæ negauit, sic egit cum illo Deus, cui & guttam aquæ negauit. ibid. 57. 58.

DOMINICA NONA POST PENTECOSTEN.

I. Videns Iesus Civitatem fleuit super eam. Luc. 19. Contigit hæc Euangelij historia Dominica Palmarum quando Dominus ingreditur Hierusalem ac sedens super asinam, innumera illi occurrente populorum multitudine, tam indignarum, quam aduenarum, qui ad festi Paschalis conue-



nerant solemnitatem, & veniens de Bethphage solemniter stipatus caetera, quam primum urbem aspexit Hierusalem, oculi mutantur illi in fontes lacrymarum quas effudit vberitimas, tristisque emisit de corde gemitus, ruinam eius desens, & calamitatem iam illi proximè imminentem. Nonnulli fideles vt narrat D. Hieron. conati sunt hæc verba eradere de historia Evangelica, quasi per hæc Christo Domino inureretur infirmitatis nota & qui iacturam aliquam deslet, eo ipso testatur quod illi non possit occurrere: eandem censuram dederunt illi qui viderunt eum ante Lazari resuscitationem lacrymantem. hom. 32. numer. 65. & seq. sed error erat, imo potius expediebat vt Christus lacrymaretur, quo naturæ humanæ probaret veritatem, qui absit vt indecentes sint lacrymæ ob calamitates & miseras alienas: vt etiam non lacrymari cor de notet non hominis sed animalis. h. 31. n. 56.

III. *Videns civitatem fleuit super eam.* Videntur Christo indecoræ lacrymæ: sunt enim indicia languentis animi & ita iudicantur illi coram quibus lacrymabatur; verumtamen nonnullas faciebat actiones quæ sua videbantur indignæ maiestate, eligens magis vt de illo crederetur illi deesse potentiam quam misericordiam. ho. 18. n. 56.

IV. *Fleuit super illam.* Nonnulli dixerunt hæretici Deum esse crudelē, qui tanta mittat supplicia, contra particulares personas & civitates; & nullam ita seuerè puniat ac Hierusalem: sed patenter ostenditur eum esse potius misericordem, quandoquidem ante supplicia illos præmoneat, imo ploret hominum aduertens pernicitiam, qui noluit se ad meliora convertere; nam ita defleuit Hierusalem; quia cognoscere noluit nec oblatum sibi acceptare remedium. hom. 13. num. 2. vsque 5.

V. *Fleuit super illam.* Longè alio modo fleuit ipse quam nos, etenim in nobis lacrymæ sæpe iudicium præcurrunt rationis, vt illas nequeamus impedire, prout constat ex D. August. ac Bern. porro Christus hunc affectum tristitiæ voluntariè suscepit ex infortuniis Hierusalem; etenim ipse has exciuit lacrymas vt cordis sui testaretur pietatem. h. 42. n. 40. vsq. 43. & hoc quod congruè dixit Sara vxor Tobie. *Non delectaris in perditionibus nostris.* ho. 32. n. 69.

VI. *Videns civitatem fleuit super illam.* Evidenter ostendit nullam habere se culpam in hac vrbis perditione, cum eam tanto aere tempore deplorat. Argumentum hoc est quo David testatus est mortem Abner sibi displicuisse. ho. 32. n. 67.

VII. *Fleuit super illam.* Ita grauitè tulit Christus civitatis huius sui que populi interne cionem, vt credant D. Ambr. & D. Hier. hac de causa tristitiam illam mortalem & egoniam in horto illi accidisse, cum populum hunc videret, quem ex omni terra collegerat,

cui amorem suum & cor videbatur consecrasse, non civitatem illam in locum gloriæ suæ eleuatam, in tantas per manus gentilium lapsum esse calamitates. ho. 42. n. 43. vsque 49.

VIII. *Fleuit super illam.* Illæ lacrymæ vtiliter dependunt, quibus peccata & astringuntur ruina deplorigitur, quibus vero iactura desletur temporalis, vt accensentur & inuitiles, sicut aquæ decedentes in foras & vbi nullam proferunt vtilitatem. hom. 38. num. 1. 83. 84. Quapropter Esdras feminam quandam arguit stultam quæ filij sui necem plangebat ibid. numer. 65.

IX. *Fleuit super illam.* Tantorum desleuit tantorum animarum; & hæc principaliter est delianda. ho. 13. numer. 66.

X. *Fleuit super illam.* Conueniunt hæc verba illis quibus paulo post Dominus solatus est moerere Hierusalem. *Nolite flere super me, sed super vos ipse etecum super vos superque vestram ego plango civitatem, cum peccata vestra mea sint causa mortis & super illa cadant lacrymæ conuenienter.* hom. 13. num. 86. 87.

XI. *Fleuit super illam.* Quam verè Christo moerere sunt damna nostra & infortunia. Spinxerant quæ cor illi pungebatur, labores illi quos populus suus in Aegypto sustinebat. Præclara proferitur hic D. Hier. doctrina notantis & moderantis nonnulla verba D. Hier. quæ dixit: quod etiam hodie Christus in celo nostra deplorat peccata & calamitates easque vt illa allimet. ho. 32. n. 64.

XII. *Quia si cognouisses & tu.* &c. Tanto debet Christi peccata obrueretur, vt absolueret inceptas non posset sententias: vnde verba eius intercessa proferebantur velut illa Iacob. *intermixta suspiriis.* hom. 13. num. 95. h. 42. n. 57.

XIII. *Quia si cognouisses & tu.* O Hierusalem cognouisses. Certum est hodiernum tibi dicem ad peccatum effulgere, quem tamen non vides, nam venientes sunt inimici, & circumdabant te &c. Hæc verba intercessa, dolore plena. hom. 42. num. 57. Mylles spirat quod nobis referunt Evangelistæ, dum enim Dominus solemnem hæc instituit processionem, vnicuique implebatur Zachariæ monentis Hierusalem. *Exulta filia Sion, in balia filia Hierusalem &c.* Insuper super illam lætatur, & gaudia veniente Christo lætatur; Christus autem ingemiscit eoque prælagit flendo calamitates. Et merito; Proprietate namque oculos conuertebat in bona quæ civitatem eius aduentu accidebant. Christus autem plorat non tantum nullum ex illis essent relatum committendum, sed ob mentis suæ perversitatem inde cionem sibi conquisturi. *Et quod non cognouerunt* Quamto etenim sunt nobis vtiliora, atque meliora habentur.

habemus lætitiæ ex Dei beneficiis quibus nos cum-  
mularit & cumulat, nostrisque tradit manibus, tan-  
to pollentius desistere copiosius illa ipsa quæ nobis futura  
sunt condemnationi, eo quod illis in bonam vñ non  
fuerimus. h. 6. n. 25. vsque 29.

XIII. *Si cognouisses & tu.* Ut video audit Dominus  
Prophetam Zachariam monentem Hierusalem. *Ex-  
ulta & Rex tuus venit tibi.* Cui illa subiungit, *Si co-  
gnouisses & tu.* Quasi declarans ex interpretatione  
D. Chrysol. quod merito multumque posset ex eius  
aduentu gaudere, si illum vt debebat agnosceret, &  
vt æquum erat, illum recipere. h. 41. n. 9.

XIV. *Si cognouisses & tu.* q. d. Vitam cognouisses  
& attendisses quid sit quod tibi prænnuntiat Za-  
has quam ex animo posses exhibere. Primo quæ  
timere poterat ex aduentu multo magis quam Sodo-  
ma, sed noli timere: non enim venio te puniturus,  
cum tibi dicatur *Ecce Rex tuus venit tibi.* hom. 41. n. 37.  
vsque 43. Perterrebant te Prophetæ tui, quia minas  
omnes intentabant, ego vero promissis allicio. Ibid.  
n. 43. me ad te accedente cuncta partium tuorum im-  
plentur desideria. Ibid. n. 46. vsque 52. Venio tibi non  
mihi sicut terreni Reges. Ibid. n. 79. vsque 65. venio  
mansuetus non terribilis vt olim legem daurus. Ibid.  
num. 71. Non sicut Monarchæ mundi quos veni tur-  
bulentari crudelisque bestia designabant. Ibid. num. 84.  
sum ille Propheta per Moysen promissus, quod si  
me receperis, omnia tibi bona conquiret, & si me  
cognoscere contempseris, omnia te manent supplicia  
Ib. d. n. 93. Congue gratulatur tibi Propheta; &  
hortatur vt gaudeas, sed merito ego te deploro, cum  
hæc omnia in tuam, ex culpa tua, damnationem &  
ruinam sint cessura. Ibid. n. 94. 95.

XV. *Et quidem quæ ad pacem tibi, nunc autem abs-  
condita sunt ab oculis tuis.* Duos hæc verba sensus com-  
plectuntur. Primus est, vitam cognouisses eum qui  
tibi modo venit, & se tuis tradit manibus ad pacem  
tibi, ego etenim sum, & misericordias quas tibi ad-  
duco, quas oculis tuis non consideras: hoc enim est  
quod Samaritanæ dixit: *Si serues domum Dei.* q. d. hæc  
grauissima erit tua condemnatio, tanta Dei dona quæ  
Deus tuis consignauit manibus, si animaduertes  
quid nouissime fecerit & facit, nempe quod me mit-  
tat filium suum; hoc enim vltimum est eius potentia  
intra illud. *Nouissime misit filium suum,* misit tibi ad  
salutem Prophetas & Sacerdotes, illos occidisti; nunc  
me tibi mittit & venio ad pacem tibi, hoc est omnia  
tibi dona collaturus, & cum Deo conciliaturus: at-  
tende an aliquid potuerit amplius. Hæc omnia in  
gratiorem cedent tibi damnationem. ho. 6. n. 25. h. 17.  
n. 42. vsque 46.

XVI. *Et quidem quæ ad pacem tibi.* Sifit hic Do-  
minus quasi suspensus q. d. quid vitra potui facere.  
*Hieron. Bapt. dela Nuzca. Tom. 1.*

hom. 17. n. 29. & eodem modo sæpe substitit quasi consi-  
derans quod illi nihil posset amplius facere & quæ  
vir qui nesciat qua ratione sit tecum acturus. ho. 25.  
n. 24. vsque 28. & dicere possit cum Sufanna, *Argu-  
stia mihi sunt undique.* h. 8. n. 17. 18.

XVII. *Et quidem quæ ad pacem tibi, &c.* Te ipsum  
luge o Christiane, perpendens quod cum tanta læce-  
rit tibi ad pacem & iustificationem, non illa confide-  
res, & hæc ipsa te condemnabunt: sunt enim testes  
quos teste Iob Deus iustaurabit, vt diuinam suam iram  
accendant. h. 6. n. 25. vsque 29. & quod tibi futurum  
erat gloriæ medium, erit maioris tibi confusionis in-  
strumentum. Ibid. n. 22. vsque 25.

XVIII. *Et quidem quæ, ad pacem tibi, nunc autem  
abscondita sunt ab oculis tuis.* Secundus sensus est D.  
Gregor. h. 31. in Euang. q. d. *heu Hierusalem vitam  
cognouisses & tu* (habet etenim magnam emphasim  
illa coniunctio & cognouisses & tu, sicut & ego illa  
cognosco) mala & venturas calamitates ab oculis  
tuis absconditas quæ tantum attendis vt pace tua di-  
uitiis & honore pefruatis. Hæc fuit illa ciuitatis hu-  
ius miseria, quod solum animum intenderit vt paci-  
fice suis gauderet facultatibus, honoribus & dignita-  
tibus, & causa propter quam Christum occidere  
propofuerant, illa erat: quod si illum dimitterent, paci-  
cis illius incurerent iacturam: etenim venient ad-  
uersum illos Romani, eorumque tollerent loca, hono-  
res & facultates. Dicit igitur Saluator: *vñ tibi infauste  
ciuitati: hoc etenim intendisti vt pacifice & impertur-  
bate tuis gauderes opibus, sedibus, dignitatibus & glo-  
riis: hic tua later perditio: nam hanc ob causam om-  
nia amittes, sicut in rei veritate omnia perdidertunt.*  
h. 39. n. 18. vsque 23.

XIX. *Et quidem quæ ad pacem tibi.* Heu quantis  
hæc dici possunt, vt dici possent diuiti avaro mensis  
affidenti opulenti, lectoque decumbenti mollissimo.  
Heu te miserum: *Quæ ad pacem tibi, nunc autem abs-  
condita sunt ab oculis tuis!* Oculos habebat clausos, illos  
autem aperuit cum esset in tormentis, eosque illi  
Abraham aperuit. *Fili recordare, quia recipisti bona.* In  
dapius illis hæc erat fames, atque in illis poculis hæc  
ficus aridissima. Hoc est reproborum infortunium, de  
quibus Apostolus sunt inquit vt bestia, quæ non iudi-  
cant, nisi secundum visionem oculorum, non aperiant,  
non detegunt, non considerant penas sub delictis abs-  
conditas, nec tormenta considerant sub gaudis laten-  
tia temporalibus. Hoc inter alias cohibet sanctos con-  
sideratio, quod illud revelent quod sub delictis & vo-  
luptatibus later incognitum, & hæc sanctorum opera-  
tur patientiam, quam dixit Angelus D. Ioan. hom. 16.  
n. 44. vsque 46.

XX. *Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis.* Hæc  
sanctorum est felicitas, quod oculos habeant qui cun-  
ctia ma-

Et manifestent nec in rerum harent superficie, sed contemplantur sub labore quietem, sub cruce gloriam atque e contra sub delictis & voluptatibus temporalibus poenas aeternas ad exemplum D. Pauli. *Non contemplantibus nobis quae videntur, sed quae non videntur.* h. 15. n. 27. hanc lectionem Deus Dauidi praescripsit. h. 11. n. 7. 8. & hoc compellit illos delicias mundique fugere voluptates, quare vero labores, in illis delectari suamque statuere beatitudinem. hom. 32. n. 23. vsque 31.

XXI. *Si cognovisses & in.* Hæc fuit illius populi perditio, oculos non habere, quibus cognoscat & consideret tantum Dei beneficium, ob quod dicebat Moyses quod oculos non haberet ut videret. Faxit Deus idem tibi non contingat. h. 15. n. 3. & si illa cognosceres, diceres cum Ioseph. *Dominus meus, &c. quomodo possum hoc malum facere.* Conceptus hic vultus est. h. 17. n. 32. h. 41. n. 11.

XXII. *Veniens dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo.* Tempus hoc gaudii tui transibit & finietur, alterum autem veniet in quo circumdabunt te inimici, & c. ut cenfeo, implet Dominus quod dixerat apud Isaiam contra Hierusalem quem vocat Ariel, quod transacto vno aut altero anno illam esset adeo stricte circumdaturus, ut perpetuis incumberet stetibus vacaretque lacrymis. h. 40. n. 19.

XXIII. *Circumdabunt te inimici tui vallo.* Quam vera fuerint hæc verba Salvatoris nominus ex historis. h. 39. n. 21. & dicere possumus quod ad oculum ea videamus impleta, quodque hæc omnia misera illi aduenerint ciuitati: *Eo quod non cognoverit tempus visitationis suae.* Hoc argumento conuincit D. Hieron. Iudæos. h. 41. n. 95.

XXIV. *Circumdabunt te inimici tui.* Primo considera quod ipse venerit huic ciuitati illa praestiturus beneficia: porro ut eam castigaret, manibus vsus fuerit alienis, ostendens quod beneficia conferat propria motus voluptate, castiget autem manibus alienis ac si foret hoc sibi indecorum. Notandum est hoc argumentum. h. 28. n. 46. vsque 49. & illo vsus est Deus in diebus Abraham Ibid. n. 23.

XXV. Nota secundo quod Romani nullas haberint contra Hierusalem vires, nisi propter eius peccata: hæc etenim sunt ut vere dixit D. Hieron. quæ vires nostris addunt inimicis. h. 17. n. 23. 24. h. 28. n. 49. & hæc sunt quæ debili reddunt ciuitates. etenim propter ipsa Deus ab illis descendit: ipse namque est earum conseruator, ut patet in Hierusalem. h. 13. n. 23. atque idcirco dixit S. Scriptura quod Aaron populum omnibus armis nudum delinuerit inter inimicos. hom. 17. n. 23. h. 39. n. 18.

XXVI. *Circumdabunt te inimici tui.* Ad te hæc verba dirigitur qui tanta viuis quantæ Hierusalem

incuria: venient quippe dies in te & circumdabunt te inimici tui id est Diaboli, tuoque peccata & te legibus similem gubernatori cuius tormenta bellica sunt clauis obstruata. h. 13. n. 56. 57. & Antiocho Regi. h. 31. n. 8. h. 42. n. 59. Pende vero nomen hoc *Circumdabunt* verbum esse militare, significat enim corona cingere. h. 37. n. 26.

XXVII. *Veniens dies in te.* Te comprehendent velut in maseipula, ut quo euadas, non inuenias. h. 36. n. 46. vsque 49.

XXVIII. *Circumdabunt te inimici tui.* Infectioni tui inimici tuæ sunt peccata, & illa non vis impugnat, illa ipsa bellum tibi mouebant, teque occident, cum illa non occideris, quando potuisti, sicut Saulen occidit Amalec. Memoria hoc retine. h. 13. n. 64. & seq.

XXIX. *Et ad terram prosternent te.* Funditus te evertent, atque in terra configent: sicut Iahel Sistran & hoc merito tibi timendum. h. 13. n. 53. & sequetur tibi diuinum promittas auxilium, sæpe quippe hoc negat & iuste Ibid. n. 43. 50.

XXX. *Veni in templum.* De hac Christi profectio ne in templum, & qualiter eiecit mercatores, quodque in illo contigerit habetur. h. 7. & h. 8. illique seruit quod superius notauimus de Martis & 4 die Lunæ.

## DOMINICA DECIMA POST PENTECOSTEN.

I. *Dicebat Iesus ad quosdam &c. Duo homines ascendunt in templum &c.* Luc. 18. scribit Evangelista hanc Domini concionem ad innumeros Phariseos, peracta lectione qua illos ad orationem fuerat hortatus & eiusdem necessitatem expi-cauerat. Reliquit nobis Dominus vniuersale omnium nostrorum afflictionum remedium, ipsam orationem: hæc clavis est thesaurorum eius, adeo potens ut cum illa nobis abunde cuncta ministrauerit. h. 9. n. 4. vsq. h. idcirco ita serio eius Dominus commendat necessitatem non tantum verbis, sed etiam operibus, ad illam recurrens eo tempore quo grauiores illi difficultates occurrerant. h. 26. n. 8. vsque 14. & h. 42. n. 68. vsq. 71. & hoc quoque remedio vsi sunt sancti. Ibid. n. 72. 73. ut autem effectum sortiatur, necesse est ferre quomodo sit facienda: quando namque sit imprudenter petamus nocet ut probatur in Phariseis, dum accedunt Christus rogaturi, illos confusus a se dimisit, & iam audivimus a D. Iacobo, sapius nobis negari quod petimus eo quod male petamus: quamobrem eius nobis locutus Christus serio proposuit sed potissimum in hoc Evangelio.

II. *Dicebat ad quosdam, qui in se confidebant, &c.* Nonnullis loquitur Phariseis superbis & arroganteribus qui sibi persuadebant quod Deum orationibus suis haberent

DOMINICALIS POST PENTECOSTEN.

haberet sibi deivictum. Sed è contrario Deus illos excetabatur vt pote superbos. primum autem omnium gratia postulat humilitatem *Oratio humilitatis se nites penetrat*: qualis fuit illa Centurionis. h. 2. n. 32. & ea Chananae. h. 9. n. 17.

III. *Duo homines ascenderunt in templum vt orarent*. Diuinae tribuendum misericordiae qua templum esse voluit, quae sint domus suae, in quibus habitat, donaque largitur misericordiae: nam idcirco sic definiuntur: *Domus orationis*. h. 7. n. 40. 41.

IV. *Ascenderunt in templum vt orarent*. Voluit Deus nobis esse vicinus domumque suam inter nostras collocare, vt necessitatibus oppressi domum illius nosceremus, & quo nobis recurrendum: vnde proprie dicitur templum esse Domus, vbi Deus habitat, & vbi facienda est oratio. h. 28. n. 18. 21. vsque 24. Quocirca locus est omni reuerentia dignus, atque ex praesentia Angelorum terribilis: vbi etiam Rex est, ibi est & curia. Ibid. n. 2. & seqq.

V. *Ascenderunt in templum vt orarent*. Eo sine templum exiuit vt Deus adoretur, eiusque benignitas imploreur. Fauca tibi Deus, ne tendas eo illum offensurus, atque in domo eius ea facturus quae in tua non prouideres, factus vt lamia. h. 28. n. 14. vsque 18.

VI. *Ascenderunt in templum vt orarent*. Templum locus est resurgit quo tibi recurrendum, dum à tuis perfectionem sustines necessitatibus: nam idcirco principes seculares templa reddunt ab actibus iustitiae immunita. h. 28. n. 24. & seqq.

VII. *Ascenderunt in templum*. Quamvis proprie dicens quod ascenderint, intelligatur quia templum in loco extractum erat altuarii, nempe in monte Moria. Porro in hoc corporis ascensu ad quem tenebantur eo quod in altiori loco esset extractum, significatur ascensus animae tuae ad templum, relictis deorsum cum Abraham seruis, id est rebus temporalibus earumque sollicitudine, vt quietam effundas orationem, procul abegendo passeres ad sacrificium Abraham conuolantes. h. 42. n. 71. & seqq.

VIII. *Ascenderunt in templum*. Ascensus hic non solum corpore fieri debet, sed anima potissimum, eius pedibus ad Deum accedendo, sc. intellectu & voluntate. h. 2. n. 18. 19. etenim plures sunt de quibus verum est quod Dominus dixit Ezechieli qui videntur ad locum orationis accedere, quia aduenus eorum sola est in apparentia. h. 29. n. 23.

IX. *Ascenderunt in templum vt orarent*. Bonae sunt orationes quas domi tuae facis & in angulo: sed efficacissima sunt illae quae sunt in templo, quia orationes sunt communes, quas Deus (ita D. Chryl.) reuerentia quadam colit particulari. h. 24. n. 46. vsque 48.

X. *Vnus Phariseus & alter Publicanus*. Phariseus se iustum arbitrabatur, Publicanus autem peccatorem:

iusti & peccatores recurrant ad templum, omnibus etenim pater: siue vt veniam de tuis postules peccatis, siue vt diuinam impetres gratiam qua Deus te in illa conseruet: quia non tantum à Deo pender tuorum indulgentia criminum: sed insuper est effectus diuinæ suae gratiae & auxilii efficacis te in illa conseruari: & quantæ sunt in aliis afflictiones tanta sunt tibi collata beneficia. h. 10. n. 11. hic D. Bern. insignem promittit de Angelis conceptum. h. 22. n. 50.

XI. *Phariseus stans hac apud se orabat*. Stetit oratorus. Hæc erat (auctore Caietan.) consuetudo atque in hoc non errabat Phariseus cum & ipse Publicanus oraret *stans à longe*: nulla etenim est determinata forma situs corporis ad orationem, vt profecit D. Aug. vnde stans & genuflexus orare quis potest, imo David sedit oraturus. h. 42. n. 77. vsque 80. Christus cernuus orauit & genuflexus. Ibid. n. 81. 82. & necessarius situs hic est vt animæ genua incuruatur, sic hortatur D. Hier. Ibid. n. 86.

XII. *Gratias ago tibi Deus quod non sum sicut ceteri hominum*. Meo quidem iudicio bonum hic præmittit exordium dum gratias agit. Etenim eodem modo suam Christus orationem exorsus est Lazarum de tumulo reuocaturus, & ita suadet eam David. *Præcrite Domino in confessione*, quod multi sic interpretantur: in gratiarum actione. Nihilominus accepta non fuit oratio: sæpe namque orationes fundimus & confessiones præmittimus, quæ videntur nihil ultra requirere, sic eas carnis oculus inueitur: in illis tamen plurimos offendit Deus defectus: vnde nostras vereri debemus cum Iob orationes. *Verebar opera mea*, & patuit in penitentia Antiochi, h. 38. n. 46.

XIII. *Gratias ago tibi Deus*. Si consideremus qualiter hic Phariseus processerit, vix inuenimus quod reprehendamus: & prologum eius vt bonum nullus arguit: quandoquidem hoc bonum quo fulget, recognoscat esse Dei donum, illi pro eo gratias referens, nec malum esse quis dixerit diuina recognoscere beneficia: imo potius crebro lucem infundit Deus, vt illa electi sui cognoscant vt loquitur D. Paulus. *Accepimus Spiritum ex Deo, vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis*. Imo ipsa virgo castissima supremo hoc accepto beneficio, Deo gratias refundit cantatque: *Magnificat anima mea Dominum*, &c. nec insignior beneficiorum est prædicator, quæ Deus Dauidi contulit, quam ipse Dauid Deum laudans pro operibus suis, Hoc & in I. harilæo videtur commendari. h. 29. n. 45. vsque 51.

XIV. *Gratias ago tibi Deus*. Reprehendit Deus Regem Assur quia manibus suis earum adseribebar opera. h. 29. n. 44. atque in hoc peccauit Saul, quod manum suam stare fecerit in arcu triumphali. Ib. n. 46. non agit hoc Phariseus imo potius cum Davide Dei manum extulit illi gratias agens. Ibid. n. 46. 47.

XV. *Non sum sicut ceteri hominum, raptores, &c.* Iam suam elatam incipit declarare superbiam, quae se ceteris effert superiorem. *Dicitur saltem* (inquit D. Aug.) *non sum sicut multi hominum.* Similiter in hoc parum erravit D. Petrus dixit enim. *Et si omnes scandalizati fuerint in te, sed non ego.* Contrarium suadet D. Paul. *Superiores inuicem arbitrantes.* h. 43. n. 26.

XVI. *Non sum sicut ceteri hominum, raptores, &c.* Ecce in quo suam fundet arrogantiam, in eo se. quod oculos coniciat tantum in peccatores, se ceteris aestimans meliorem, se omnibus praefert vniuersaliter. Si quidem verum sit quod in bonis temporalibus coniciendi tibi sint oculi in eos qui minus habent, quoniam tuam reprimas habendi cupiditatem: in spiritualibus tamen conuenit ut oculos conicias in meliores te, quoniam tuam excites desiderium. *Vtilis est hic conceptus.* ho. 27. n. 24. & seqq.

XVII. *Non sum sicut ceteri hominum.* Hoc in more positum est electis, quanto se conspiciunt ex Dei gratia sanctiores, tanto sibi timeant magis ex propria imbecillitate. hoc enim fuit Iacob claudum incedere quando diuinis abundantius donis cumulabatur, & tunc fortiores sunt quando se timeant infirmiores. ho. 43. n. 28. 29. & aliquo modo dici potest illi qui maiora possidet Dei dona & gratias id quod dixit Ezechiel viro diuinitus praepotentem: *Qui pulchrior es, deiecit.* ho. 35. n. 21.

XVIII. *Non sum sicut ceteri hominum.* Quam parum nouit hic Dei bona aestimare, si illa habuisset, factus adeo superbus: sancti namque quanto haec possident amphora, tanto magis sibi formidant: tam quia plura habent quae perdant, ho. 4. n. 15. quam quia non ignorant quae possint facilitate cadere eorumque pati naufragium. *Ibid.* n. 17. 18. sciunt quod quamuis sibi videantur constantes esse instar columnarum, ex altera tamen parte naues esse, quas vnicus ventus horribili exponit tempestati. Memento huius conceptus, *Ibid.* num. 12. vsque 15. & tandem intelligunt in bono perseverantiam donum esse Dei gratuitum, & verentur ne secreto suo iudicio manum suam ab iis abstrahat, aliqua licet leui, occasione. h. 43. n. 15. & patet in Historia qua draginta Martyrum. *Ibid.* n. 18. quod etiam notamus in D. Petro & in Dauid, sicut hoc expendunt D. Chryf. & D. Ambros. *Ibid.* n. 12. 13. tu iudicia an bene probata sit huius arrogantia, qui nihil horum expendebat.

XIX. *Gratias tibi ago Deus: non sum, &c.* *Velut ille Publicanus.* Credit D. Chryfost. eum hoc dixisse voce elata quam audiret publicanus: & verba quae profert Euangelista: *Hae apud se orabat,* non significant quod voce loqueretur submissiori, sed potius quod oraret solus existens sed altiori voce suas promulgans virtute & Publicani defectus, illas extolles & huius con-

ferens. Iansenius opinatur haec verba: *Apud se orabat* significare orationem suam apud eum mansisse, nec ad Deum ascendisse, ad quem solae conscendunt orationes humilium: haec namque nubes penetrant, aliae vero hic in ore remanent illas profertentis. Hugo Card. interpretatur quod significent, quod oraret ad se conuersus, hoc est apud se, sibi in operibus suis complacens, & instar pavonis caudam suam circumcogitans, pedes tamen suos non attendens sed tantum alterius Publicani. Habes hic cur Deus hanc orationem nequidem aspexerit, qui non nisi humilium attendit orationes. *Respexit in orationem humilium,* qualis laudatur fuisse Centurionis, qui suam sic confusus est. *Domine non sum dignus.* homilia. 2. num. 31. vsque 35.

XX. *Velut hic Publicanus.* Hunc Deus contemptum permittit Publicani ad eiusdem utilitatem: etenim humiliter hanc profertentis ignominiam orationem suam tanto reddidit efficacioris, eo modo quo Chazaradum a Domino ut canis increpatur. hom. 9. num. 31. vsque 42.

XXI. *Velut Publicanus.* Enorme crimen, invidere & contemnere peccatorem peccata sua deplorantem, ut faciebat hic publicanus: primo magnus defectus est indignari flagitioso, non considerando scriptum iuxta consilium Apostoli: *Considerans templum.* h. 1. n. 104. & hoc erat commune Pharisaeis scelus, semper per digitum extendentibus contra secleratos, quos forent ipsi impeccabiles. Nota discursum. homilia. 2. num. 43. 44.

XXII. *Velut hic Publicanus.* Satis magna stultitia est, hominem iudicare ut peccatorem, scelerata sua ingentem, & de illis poenitentiam agentem cum virtute poenitentiae sit adeo potens, ut vno instanti possit peccatorem in sanctum mutare. h. 38. n. 105. vsque 110. quocirca errare poterat hic Pharisaeus, sicut etiam Simon. *Ibid.* n. 110.

XXIII. *Velut hic Publicanus.* Optime posset Deus, ex gens ab eo rationem, ostendere: quam pervertit, ferret iudicium: quandoquidem hoc quod tunc agebat Publicanus, melius esset, quam id quod ipse faciebat, illum poterat Dominus convincere sicut conuincit Simonem Pharisaeum. h. 38. n. 113.

XXIV. *Velut hic Publicanus.* Iudicium iniustum, cum illicitum sit nobis iudicare, tantum secundum uisum: quoniam quando sunt mala, tenemus nos colubere, & iudicando opera, personas non licet iudicare. Opera quae Pharisaeus in hoc notabat publicano bonerant: unde fuit iudicium eius temerarium. hom. 16. num. 69.

XXV. *Velut hic Publicanus.* Hic mundi consideratam: si namque cadat aliquis in peccatum, tempore illum homines habent ut talem, licet grauem ag-

penitentiam. Sapit hoc D. Bernard. homilia. 38. num. 111.

XXVI. *Publicanus autem à longe stans, non audebat genas ad cælum levare, sed percutiebat, &c.* Cognoscens Publicanus sua peccata, non presumebat accedere: sed ausim ego dicere (inquit D. August.) quod quanto se longius subducebat, tanto Deo magis appropinquaret: & certum est, quod Pharisæus qui propius accesserat, longius distaret etenim ad Deum accessus pedibus non fit corporis sed animæ. Hunc recte discimus. hom. 2. num. 18. 19. & legendum est, quod multi quanto magis Deo corpore appropinquant, magis ab illo anima recedant, & eo ipso quo accedunt, elongantur ut vidimus in Iudæa. h. 45. n. 20.

XXVII. *Non audebat oculos ad cælum levare.* Peccata sua cognoscebat, & ex hoc tanta nascebatur verecundia, ut optaret montes in ipsum decidere: hanc etenim animam consequitur, cui Deus peccata sua manifestat. h. 38. n. 54. vsque 57. quod autem oculis incedas subleuatis & inuerecundis, ratio est quod peccata tua non cognoscas: nam alioquin pudibundus incederes & verecundus ut Dauid. Ibid. n. 57. 58. Imo ipse Christus nostris onustus peccatis coram Patris sui tribunali, tanto erubuit pudore, ut hic agoniam illi sudorem, que sanguinem attulerit Argumentum est hoc elegans. h. 42. n. 110.

XXVIII. *Non audebat oculos ad cælum levare:* crimi-  
na sua perpendens tanto pudore confunditur, ut coram Deo erubuerit multo magis quam illi qui adulteram in conspectum eius adduxerant licet illi fugerint ut superbi, hic ut humilis perfereret petens misericordiam. h. 26. n. 47. 48.

XXIX. *Percutiebat pectus suum.* Sciebat scelerum suorum principium esse proprium cor. vnde illud pugnis tundebat: exploratum enim habeo quod dixit Dominus, ex corde procedere id omne quod nos coinquat. h. 23. n. 66. vsque 72. Ne Deum accusaueris, ut ille malus seruus, & Iudæi. h. 37. n. 51. 52. nec etiam diabolum: quia ille tuam non potest cogere voluntatem, nec enim tangere potest vel porci setam, nisi ex singulari licentia Dei, & tantum tibi potest dicere: precipia te deorsum. h. 5. n. 35. & doctrinâ probatur præclarâ arguere exemplis. 1o. 19. vsq. 11. cor. tuum & tu rei ellis, nam consentis diabolo: & idcirco dixit Iob. *Conuulsi sunt limbo meos.* h. 37. n. 70.

XXX. *Percutiebat pectus suum.* Hic origo tui est dampni: quod si de diabolo conuerteris: male et imprecandus pereat, quia te ad peccatum impulit: de te ipso magis conuertere: nam causa es principalis; idcirco dixit Salomon: *Dum maledicit impius diabolum, maledicit animam suam.* Et ideo diabolus contra homines excelsulauit. h. 49. n. 23. quid plura? Canis est canem illigatus ut ait D. Aug. h. 5. n. 35.

XXXI. *Percutiebat pectus suum.* Ecce bonus penitens, factus Iellicanus, ut Dauid, & qualem esse te oportet. h. 38. n. 64.

XXXII. *Percutiebat pectus suum.* Peccatum anima & corpore committitur: penitentia requiritur anima & corpore. In anima cum vero dolore & contritione in corpore cum castigationibus & verberibus in carne: sicut etiam nisi taliter fieret penitentia, non solum torqueretur anima pœna damni in æternum Dei passâ priuationem, sed etiam corpus pœna sensus, nominatim autem ignis æterni, vindicis Dei: corpus etenim punietur conformiter delictis. h. 6. n. 59. vsque 64.

XXXIII. *Deus propitius esto mihi peccatori.* Hæc utique bona est oratio in qua peccatum Dei committitur misericordia: congruum enim est hoc principium ad illam inuocandam h. 2. n. 32. 33. Cum hac exorta est Chananaea, dicendo: *Miserere mei, & non sicut Pelagus.* h. 9. n. 17.

XXXIV. *Deus propitius esto mihi peccatori.* Non curabat pharisei variare Rhetoricas nec his indiget peccatum sed eadem sæpe verba repetat. Conceptum hunc peperit D. Chrysostr. h. 42. n. 49.

XXXV. *Deus propitius esto mihi peccatori.* An ergo hæc dixisse sufficiat pro tot peccatis? Vtrique enim videbis Dei misericordiam: qui salutem tuam in tam facili posuit remedio, ut in verbis dolorosæ confessionis, de corde nascentibus afflicto: nihil etenim facilius illi cui cor est vulneratum, quam vulnus suum publicare gemendo & fluendo. h. 19. n. 60. vsque 64.

XXXVI. *Amen dico vobis, descendat hic iustificatus in d. num suam ab illo.* Communis sensus habet quod voluerit dicere: quod Publicanus reuersus fuerit magis iustificatus quam Pharisæus: & insuper quantum Pharisæus superba sua oratione Deum offendebat, tantum placebat illi humili sua oratione Publicanus: & quantum oratio Pharisæi mansit in terra, atque in ore proprio per superbiam, tantum in cælum ascendit oratio Publicani per humilitatem: vnde Deo fuit gratissimum incensum aromatis. h. 9. n. 27. vsq. 30.

XXXVII. *Descendat iustificatus ab illo.* Videtur etiam dicere quod diximus, quod Pharisæus Publicani promoueret iustificationem, inficius tamen, per iniustam illi calumniâ & despectum etenim hunc sumpsit ut penitentiam à Deo iniunctam, in corde suo dicebat cum Dauid de Semei. *Dominus præcepit ei ut malediceret.* Ita notat D. Chrysostr. h. 9. n. 39. vsq. 42.

XXXVIII. *Descendat iustificatus ab illo.* Ut auguror, signat quod Deus paratus erat suam Pharisæo misericordiam impertiri, sed renuente illo eam accipere, transiit ad Publicanum, cursum Nili miratus. h. 25. n. 16. vsq. 29.

XXXIX. *Quia omnis qui se exalcat, humiliabitur.* Vide quæ diximus ad illa verba die secundo Martis Quadragesimæ.

DOMINICA VNDECIMA POST  
PENTECOSTEN.

**I.** *E*xiens Iesus de finibus Tyri venit per Sidonem, &c. Marc. 7. Hoc miraculum fecit Dominus post illud de Chananaea etenim pertaxus Dominus Hypocritis Pharisaeorum abiit ad confinia Tyri & Sidonis, quibus egressa Chananaea hoc accidit quod suo loco reculimus. Inde progressus ulterius versus Galilaeam, patrauit hoc miraculum, surdum mutumque sanans. Ostendit se fontem hortorum de quo sponsa, discurrentem, & communicantem, gratiarum aquas, & ut ait D. Petrus. *Pertransiit beneficiendo.* h. 24. n. 2. 3. & si pertransiens talia praestet beneficia, qualia conferet, ubi moram traxerit? hom. 30. n. 13. 14.

**II.** *E*xiens Iesus de finibus Tyri. Perambulabat Dominus confinia Tyri & Sidonis, nullam introgrediens civitatem: habebant enim hoc Iudaei tanquam illicitum; & ipse Apostolus. ingressum in illas inhibuerat: quamvis enim possit ut Dominus uniuersalis, semper tamen hoc erat ei propositum, quod D. Petro dixit. *Ne scandalizemus eos:* nam hoc imitari debes non agens quaecumque potes, sed aliquoties a licitis abstinens ne scandalum parias. h. 14. n. 2. Et nihilominus terras illas Gentilium velociter percurabat, ut Elias. Sic loquitur D. Aug. h. 9. n. 8.

**III.** *V*enit per Sidonem ad mare Galilaeae inter medios fines decapoleos. Circa partem illam maris Galilaeae regio quadam erat quamuis non adeo extenta decem civitatum quam idcirco vocabant Capolis, siue decapolis. Et adducunt ei surdum & mutum. Sis o Domine benedictus: etenim confinia Tyri & Sidonis ingressus praestas misericordiam, & egrediendo, & ingrediendo Galilaeae Prouinciā similiter facis, nam quocumque Dominus ille intrabat coelestes conferebat misericordias, siue in terra Sidonis, seu Tyri seu Galilaeae: Conare ut tuam intret animam, illam ditaturus. h. 45. n. 4.

**IV.** *A*dducunt ei surdum & mutum. Laudabilis ille populus, quia salutem proximi prospicit: nam sicut discipuli demonis proprijs tantum student commodis, ita Dei discipuli salutem promouent etiam alienam. h. 22. n. 2. Ad hoc lege teneris naturali, imo fortius adhuc lege charitatis. ibid. n. 3. 4.

**V.** *A*dducunt ei surdum & mutum. Theophilactus sustinet, affectus hos a Diabolo processisse, qui hominem possidebat: quod si ita sit, certum erat hunc ab illo effectum oriturum, & hunc ubi intrat, operatur; nam sicut Christus vita est, sic ipse mors est. h. 19. n. 13. 14. & sicut Christus & diabolus oppositis funguntur officijs, ita etiam contrarios in hoc homine operantur

effectus ibid. num. 28. & seqq. Effectus diabolo prius est surdos efficere. ibid. num. 43. 44. & mutum ibid. n. 49. & seqq.

**VI.** *A*dducunt surdum & mutum. Non constat quod fuerat demoniacus, nec ratio subest ad hoc confirmandum, cum Euangelista non dicat: porro graues sunt infirmitates quibus tenetur, mutum esse & surdum, & una communitur sequitur ex altera: cum cum aliquis surdus non potest loquelam addiscere, & uolens ut hic impedimentum habeat in auribus, quo priuabatur sensu auditus, etiam laborabat impedimento linguae, quo priuabatur potentia loquendi, sicut de muro diximus Dominica 3. Quadrag. h. 19. n. 30.

**VII.** *Surdum & mutum.* Magnae sunt haec corporis infirmitates, sed animae maiores: esse in ea surdus & mutus: est etenim uerbum Dei, uita & est per quod in animam medicamenta ingrediuntur. reparantur, iam uiribus languentem: quocirca dixit Apostolus. *Quis. Virtus Dei in salutem* & uerbum uiuum. h. 19. n. 44. h. 35. n. 41. 42.

**VIII.** *Surdum & mutum.* In signe malum est surdum animae: sed nec minus linguae priuatio: eius etiam salus in loquendo consistit per confessionem. h. 10. n. 51. in quo Deus nostram statuit reparationem, ut in adeo facili ibid. n. 60. usque 69.

**IX.** *Et deprecabatur illum.* Prudenter agit illi quae Deum per orationem accedit: hanc etiam nobis remedium reliquit uniuersale: unde per illam copiosius nobis prouisum est, cum simus omnium creaturarum miserissimi, quam omnibus illis h. 9. n. 9. ut ante hoc medium vsurparemus, docuit nos Dominus. h. 10. n. 8. v. 14. h. 42. n. 68. ita Sancti fecerunt ibid. n. 70.

**X.** *Adducunt ei surdum & mutum, & deprecabatur illum.* Num ergo haec sunt deliciae quibus illum recipere non satius foret aliquid illi quietis adferre refrigerium? Nullum illi praeter hoc esse potest acceptum: enim adest receptor sed largiturus: & uelut mater praegnans, cuius uera ut pote plena dirumpitur, unicum habet solatium, si quispiam illi puer casso, cui lac porrigat: ita Samaritan accedens fatigatus, non habuit a Patre suae aeterno oblatum sibi refrigerium, mulierem nempe Samaritanam: unde dum illi comam deserunt Apostoli, dixit, iam sibi a Patre suo paratum gratissimum seculum, hanc scilicet peccatricem. h. 11. n. 48. v. 45. Non illi placuit conuictum corporis Pharisei, sed quod Magdalena ei offerebatur pietatis miseris, ab ipso curanda. h. 38. n. 17. v. 21.

**XI.** *Adducunt surdum & mutum, & deprecabatur illum.* Hunc ergo oculis eius offeris, dum uestram ingreditur regionem? Nouunt oculos illi esse diuinos, quos non coniecit ubi sit aliquid quod ab alio accipit, sed ubi sit in quem quidpiam effundat. h. 30. n. 15. 16.

**XII.** *Apprehendit eum seorsum de turba.* Singulare

bus vltus est Dominus circumstantijs. infirmum hunc curaturus, non enim omnes eadem sanantur medicina. h. 2. n. 21.

XIII. *Apprehendit scorsum.* Particulares sunt hæc circumstantiæ: illius scorsum à turba seducere, digitos suos eius auribus inferere saluam ori imponere, oculum attollere, ingemiscere: quibus omnibus docet non congruas esse ceremonias particulares, quibus in Ecclesia mimistri sui vicerent, infirmos in anima curaturi: omnes etenim illæ mysticæ sunt, & virtute polleant non vulgari, inuis licet hæreticis imo stententibus, qui omnes conantur abolere. h. 23. n. 63. 64.

XIV. *Apprehendit de turba.* Ceremoniæ quibus Dominus vitur, omnes sua continent mysteria Prima: quod illum educat scorsum: quatenus intelligas, si Domini quæras misericordias ad animæ tuæ salutem, quod necesse sit vel parum te à turba subtrahere, & mundanis renouari negotijs, alatos pilæ imitando. h. 11. n. 13.

XV. *Misit digitos suos in auriculas eius.* Secunda: Optimus medicus, qui digitos suos ibi imponit vbi est infirmitas, quasi fodicans, & illam manifestans, ita namque agendum est confessario, quo animam tuam curet ab ægritudine. h. 24. n. 54. 55.

XVI. *Exprensit tergit linguam eius.* Tertia: applicat magno mysterio linguæ medicinam, vbi morbus latebat. Vile documentum. h. 24. n. 54.

XVII. *Exprensit tergit linguam eius.* Lingua particularem requirit medicinam: vt Christus eo modo salua sua ei facultatem det loquendi, vt eam digito suo reficiat: quatenus licet loquatur, caute tamen se gerat; & merito quidem cum ipsa animal sit inquierum, & c. h. 23. n. 23. & se 19.

XVIII. *Suspirans in caelum.* Quarta: oculos sustulit in caelum, denotans primò quod ipse cum Patre simul operaretur, nam idcirco idem fecit Lazarum resuscitatus, quia Iudæi calumniabantur eum esse Dei filium. h. 32. n. 78. & secundo, docens nos, quod inde cuncta nobis bona proficiant, & quando illa receperimus, intelligamus esse dona Dei, pro quibus illi gratias sunt referendæ idem ipse obseruauit in miraculo quoque paruum. h. 27. n. 66. Et hoc erat vnicum Dauidis remedium. *Leuauit oculos meos in montes: vnde venit auxilium mihi: intelligendo Deum esse debere primum, ad quem pressus necessitatibus debeas recurrere.* Vultis doctrina. h. 32. n. 7. vsque 14.

XIX. *Ingemuit.* Quinta: tristes edidit gemitus: primò vt viscera misericordiae suæ patefaceret, nec enim sunt lapidea, vt vestra. ho. 31. num. 56. & ho. 32. num. 63. 69.

XX. *Ingemuit.* Secundo vt indicaret, te non debere peccatoribus infirmis qui tuis se pedibus prosternunt, indignari, vt Pharisæi trahentes adulteram. h. 26.

n. 41. 43. nec vt Simon Pharisæus contra Magdalenam infirmis, sed illis compatiendo eos recipere, atque cum illis pariter ingemiscere, ipsos adiuuare, vt sua sentiant peccata eaque confiteantur, vt Christus fecit cum Samaritana, h. 25. n. 89. & Simonem Pharisæum instruit. h. 38. n. 104.

XXI. *Et dixit: Epheta quod est ad. perire.* Sexta: hoc verbo vltus est imperioso, quatenus se verum esse Deum ostenderet cuius modus est operari imperando: vt notat D. Chryso. h. 10. n. 3. 4. 5. & declarauit Centurio. h. 2. n. 19. vsque 47.

XXII. *Epheta.* Habes hic quod dixit Apostolus de Christo *Poriat omnia verbo virtutis suæ.* h. 10. n. 43.

XXIII. *Epheta.* Verbum imperatum: nam tangens linguam & aures ait: adaperire: vim vbi designans, quod tradebat linguæ suorum ministrorum vt cum illa operarentur, atque intelligeres: quod dum tibi dicunt: *Ego te absoluo.* verbum hoc efficax sit ex virtute Christi, qui operatur in suis ministris, vt ipse declarauit locutus de Baptismo. h. 14. n. 15.

XXIV. *Et statim aperta sunt aures eius.* Et *solutum est vinculum lingue eius.* Et *loquebatur recte.* Vtique hæc optima curatio est, quæ patet ex effectu, & tunc tuam talem esse credideris, quando te videris mutatum, alia ab ijs quæ volebas, opera faciendo. h. 10. num. 39. & dum fati licet. *Loquebatur recte.* vt nota uidearis esse creatura hom. 15. num. 44. hom. 18. num. 110. 111.

XXV. *Præcepit ne tui dicerent.* Exemplum nobis præbet & instructionem eorum quæ nobis agere conuenit, quando bonum aliquod opus facimus: nimirum vt conemur illud abscondere. h. 1. n. 28.

XXVI. *Præcepit ne tui dicerent: ut illi eo amplius admirabantur, & dicebant.* Quærit D. Gregor. quomodo Christo silentium indicente, illi loquerentur. ho. 1. n. 28. Opera tua bona absconde: indubie quanto magis hoc feceris tanto illa Deus apertius manifestabit. h. 26. n. 17. 18. 19.

XXVII. *Mirabantur dicentes: bene omnia fecit.* Non erant similes Pharisæis qui tantum admirabantur, nec credebant, neque effectum vltum miracula quæ videbant in eis operabantur. Non illos sed hos imitare. h. 29. n. 21. 22. Melius hi quam Pharisæi dispositi erant. ibid. num. 23. 24.

XXVIII. *Dicebant: bene omnia fecit.* Hæc ita hæc illa sunt miracula quæ Christus facturus erat, omnibus proficua, intellectu & voluntati, languentibus, suisque cognatis. hom. 8. n. 44. vsque 47. Non qualis mundus operatur in damnum facultatum, creditorum & pauperum, nec vlli proficua, ibid. n. 39. vsque 45.



DOMINICA DVODECIMA  
POST PENTECOSTEN.

**I.** *D*ixit Iesus, &c. *Beati oculi qui vident, qua vos videtis.* Luc. 10. Misit Dominus Apostolos suos & discipulos praedicatorum, cum potestate miracula maiora patrandi, & eijcendi demonia, ut fecerunt. Reversi sunt laeti valde gaudentes superiores se esse demonibus, exclamantes. *Domine, etiam demonia subiunguntur nobis.* Dominus periculum aduertens cuiusdam superbix, illos represit, atque illorum non in hoc sitam esse felicitatem, sed in eo quod nomina eorum scripta essent in caelis. In illa hora scribit Evangelista, exultavit Dominus in Spiritu S. illos Apostolos suos & discipulos intuitus, quibus beata adeo fors obtigerat, qua electi fuerant ut cum Domino conversarentur, illi comites adessent, nec non quod Deus lucem illis infudisset, ad mysteriorum intellectum, quae mundi Sapientes non capiebant, imo eorum oculis erant abscondita, & conversus primo ad Patrem suum, illi gratias agens ob donum pauperibus illis collatum, a mundo reiectis, ad illos deinde se convertit, & beatam illis sortem eorum iudicat, dicens: *Beati oculi qui vident, &c.* Beneficium fuit Deo plane singulare collatum felicissimis illis hominibus, illos singulari voluntatis suae decreto referuando illi tempore & occasione, cum illud concedere noluerit suis illis amicis antiquis: ne forte arbitraris casu contigisse quod illo tempore nati sint, sed ex singulari misericordia & divina hoc dispositione promanasse: nam sicut Noe in illo tempore produxit, ut arcam edificaret, & Abraham in patrem credentium, in cuius posteris fides integra veraque conservaretur: ita decrevit nasci Apostolos hac Christi tempestate. O quantum hoc beneficium illis praestitum; & tibi quoque: cum enim tor annorum curricula Gentiles immissos deseruerit Idololatriae tenebris, decreverit te illo in tempore creare, quo sol ortus est iustitiae, & in eo loco, in quo eius luce perfunderetur: & ira se vau ostendit Ezechielii temporis Dominum. h. 35. n. 38. & de illo sic Judith estatur: *illa post illa disposuisti.* h. 32. n. 39.

**II.** *Beati oculi qui vident.* Quomodo hoc intelligitur quia si de visu loquatur corporali, & iam illum videbant Pharisei, nec adeo erant beati, si de spiritali per fidem: etiam illum antiqui viderunt Prophetarum: iam enim testatus est de Abraham: *Vidi diem meum.* De utroque loquitur visu. *Beati oculi vestri, qui vident qua vos videtis, & audiunt qua auditis.* Phariseis visus fidei interior dehebat Prophetis & antiquis Patribus visus exterior: nam illum viderunt in fi-

guris tantum, ut Patriarcha Abraham in figura nobis, & Noe in figura arcae: quod si illum audierint, contigit hoc in similitudinibus, & obscuris aenigmatibus, ut dixit amicus, *Ille Iob: In visione horrenti stant.* Et apte nominat Dominus discipulos suos beatos quia beatitudo ea est, per quam omnia bona possidentur, quae desiderare potest appetitus, & haec consecuti sunt Apostoli Christum recipientes, cuius proprium nomen est: *Omne bonum.* h. 41. n. 46.

**III.** *Multis Regis Prophetis voluerunt videri.* Testata sua Patriarcha illi summo aestuatur desiderio deendi Deum in hoc mundo, & perpetuisangebaturis illum desiderantes & postulantes: idcirco dicebatur: *Desideratus cunctis gentibus.* Hinc illa solitudo eligendi sibi sepulchri locum in terra Chanaan, ubi Christus nasciturus erat & victurus. Et Tobias beatum fore asserbat, siquis ex posteris suis meretur videre Christum in Hierusalem. Non hoc illi obtinuerunt, & vos hoc obtinistis. Nota disciturum. h. 41. n. 47. v. 19. 52.

**IV.** *Beati, qui vident qua vos videtis.* Quid videbant Apostoli? quantum arbitror, omnes Iudaei eadem tempestate idem videbant. Non sic est quia Apostoli non solum videbant illud exterius: oculos enim habebat adeo perspicaces, ut sub illa humanitate contempserentur diuinitatem, sub illa paupertate aeternas diuitias: quia latuatus veniebat Deus & absconditus, ut ait Isaia. Grande mysterium h. 11. n. 15. Atque hoc Zacharias hortatus est Hierusalem, ut exultaret quod Dominus ille veniret pauper: & omnis desolatus. Non illum intellexerunt Iudaei, nec eius diuinitatem viderunt, atque idcirco eum contemptui habuerunt. h. 41. n. 71. sed illas viderunt Apostoli: illum etenim agnouerunt ita diuitem, ut regna dare possent: & nouum iustitiae, & testamentum, sicut illud iustitiae regna promittens caelestia: qualia numquam mutari inuenerunt ibid. n. 77. v. 19. 84.

**V.** *Beati oculi qui vident qua vos videtis.* Erat Christus fons Siloe: cuius aquas non omnes videbant, quae valde silenter fluebant. h. 30. n. 53. & seqq. Beati oculi illi, qui sub vulneribus animarum vident salutem, & sub paupertate nostras diuitias, & sub morte vitam: tam quod oculi Gentilium non intelligebant: incertitiam enim esse iudicauerunt: sed Iudaeorum: scilicet illum enim esse arbitratum sunt: sed illum vident oculi illuminati, etenim per vulnera illa ingrediuntur. D. Bern. h. 42. n. 28. 29.

**VI.** *Beati oculi qui vident qua vos videtis.* Misit hodie qui Christum audientes, illum non contempserunt, & illos Moyses designauit, dicens: *vos videtis, &c.* Et non dedit vobis Dominus cor intelligens, & oculos videntes. Hic fuit eorum defectus. h. 1. n. 3. 4. 5. fuerunt ut esse deberant. *Vasi porcinum.* Q.

DOMINICALIS POST PENTECOSTEN.

Deus dixit apud Zachariam. Apostoli fuerunt beati, quoniam oculos habuerunt ad videndum & cor ad intelligendum. Ibid. n. 4.

VII. *Beati oculi qui vident.* Videtur Christus huic respondere sententiam, qua dixit, illuminato jam D. Thomae. *Beati qui non videntur, & crediderunt.* Si beati sunt qui non videntur, quomodo beati qui videntur? Beatus fuit D. Thomas qui vidit oculis suis Christum à mortuis rediitum, & animo credidit, quod Deus esset: & beati sunt illi qui non videndo oculis corporis tamen credunt. Hoc Dominus dixit, teste D. Gregor. ad solatium nostrum: si namque doleamus eo quod illum minime videamus ut beati, qui illo tempore vixerunt, audiamus ex eius ore, etiam beatos esse, qui illum non videntes oculis corporis, credunt tamen oculis fidei. Hæc igitur nostra est beatitudo, quod Deus nobis oculos fidei dederit: quia licet eum oculis corporis non videamus, dicere possumus de Christianis *Beati oculi qui vident, quæ vos videtis.* Hoc ergo fuit beneficium adeo singulare, ut eius gratia vocari possumus felices & beati. h. 17. n. 14. 15. Ob quod nobis declarat D. Paul. nos perpetuas Deo debere reddere gratias, quas quia Adam non præstitit, nec etiam Philosophi perierunt. Ibid. n. 16. & seqq.

VIII. *Beati oculi qui vident.* Beati oculi Christianorum qui revelant & vident, id quod vident in SS. Sacramento sub speciebus panis & vini, esse verum Christi corpus & sanguinem: sub habitu pauperis cognoscunt ipsum Christum, cui dare possunt elemosynam, eamque propriis manibus nutrire. h. 16. n. 13. & seqq. h. 30. n. 4. vsque 26. Contemplatur iob tribulationibus quietem, sub præmis gloriam non sistendo in solo exteriori: ad exemplum D. Pauli. h. 15. n. 27. & Iob qui in sordibus suis & vermicibus thesauros considerabat. Ibid. n. 15. & hos oculos nobis operabat D. Paulus perspicaces: qui namque tales habeat vocati possunt beati. h. 11. n. 7. 8. qui talibus viget oculis, sunt illi quibus quanto crescent amplius aduersitates, tanto spes augeat illis firmenimus. hom. 32. n. 23. Et ita in hac vita principio quodam fruuntur beati iudinis. Ibid. n. 27. vsque 31. Et est vita æterna qua jam oves Dei gaudent. h. 37. n. 59. vsque 64.

IX. *Et ecce quidam legi spiritus surrexit tantans enim.* Christus arbor est vite: nam etiam illis qui accedebant & fortius impetebant, fructus elargiebatur: & petra percussa licet si de languida, aquas effundit sicut illas tribuit ad huius Pharisei petitionem, qui tentaturus illum aduenerat. h. 23. n. 1.

X. *Magister quid faciendo vitam æternam possidebor.* Volebat ille ostendere se virum esse spirituales & prudentem atque ideo quæstionem hanc proponit, præferens desiderium & curam, qua præclariore Sancti mouentur ad vitæ æternæ consecutionem: & tale si-

militer esse tuum oportet desiderium, talisque tuam timor deberet negligentiam excitare; quænam tibi fors sit obventura, & quid rerum acturus ad eius affectionem. h. 37. n. 4. 5. 6.

XI. *Quid faciendo?* Hæc esse debet prima sollicitudo, obtinendi vitam æternam: vita etenim hæc adeo misera est, ut eam Christus communiter appelleret mortem, & plorauerit Lazarum ad vitam reuocaturus: & quidam elegerit esse potius in purgatorio, quam in mundo. h. 32. n. 70. 71. 72.

XII. *In lege quid scriptum est, quomodo legis?* Hoc erat ordinarium Christi responsum, quo querentes remittebat ad legem: etenim idem iuueni respondit interroganti: *Quid faciendo?* & ita respondit Abraham dixit Epuloni, ipsum ad eandem remittens. hom. 40. num. 16. 17.

XIII. *In lege quomodo scriptum est?* Hoc insigne Deus homini beneficium præstitit, dum illum creauerat, teste Salomone: *Deus creauit de terra hominem, & dedit illi præcepta.* Hoc nobis David indicauit, dicens: *Deus singulis leges statuit eorum statui conformes. Legem statuit ei in viam quam eligit.* Tuum est viam statumque eligere quem volueris sed quemcumque elegeris, in illo tibi sub lege viuendum est, alioquin omnia confunderentur. Ideo præcepta decreuit Deus per se suosque ministros, quæ Lutherus ut stultus conatur amoliri. h. 14. n. 3. 4. & vult omnes suis superioribus ac legibus esse subiectos. Ibid. n. 5. 6.

XIV. *In lege quid scriptum est?* Omnes in Ecclesia saluari possunt, quisque in suo statu: & vnicuique interroganti. *Quid faciendo?* Respondet Christus, ut status sui legem attendat, nec illi quisquam culpam adscribat: etenim in quocumque vixerit, saluari potest. Contingat, continens, imo & miles: nam ideo nobis ex omnibus statibus Sancti proponuntur exemplares. h. 2. n. 4. vsque 10. nominatim autem de coniugatis. h. 24. n. 17. vsque 21. & h. 26. n. 26. vsque 31.

XV. *Diliges Dominum Deum tuum, &c. Et proximum tuum sicut teipsum.* Ecce breue compendium totius legis: amare Deum super omnia & sine modo, & proximum sicut teipsum, hoc est cum modo. Habes hic substantiam legis, & eius modum, de quo dicemus D. 17.

XVI. *Hoc fac & viues.* Mirare breue & substantiale responsum: nam illo ipso ligat interrogantem, sicut te quoque constringeret qui Christianus es, & legem profiteris Evangelicam: etenim pudor est, & dolor, te legem profiteri in qua viuis, & eius te pudere obliuantia: ut dicamus tibi cum Davide, si vere vique iustitiam loquimini. h. 3. n. 38. vsque 41.

XVII. *Ille autem volens iustificare seipsum dixit: Es quis est meus proximus?* Opinatur nonnulli SS. hæc verba significare, quod jam iste legisperitus, licet ani-

mo venisset tentandi, verbis tamen Domini mutatus vere suam intendit justificationem & animæ salutem in quo ostenditur primo efficacia verbi Domini verum est enim & efficax: hom. 31. n. 71. & secundo tibi declaratur, quam vtile sit accedere ad audiendum Dei verbum: nam aliquando etiam qui sinistra veniunt intentione, convertuntur, & ille casus accidit, quem refert D. Aug. h. 35. n. 41. 42.

XVIII. *Quis est meus proximus.* Credebant Iudæi eos tantum esse proximos, qui tales erant juxta legem suam: quinimo jam intro duxerant solum amicum esse proximum, unde sibi persuadebant quod dum Deus præcepit diligendum esse proximum, non hic comprehendere tur inimicus: quocirca dicebant: *Dilige proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum.* Idcirco querit hic: *Es quis est meus proximus?* Et hoc tu velim intelligas, quod si illorum doctrina verbo non inhæreas illam tamen sequeris operibus, credens te solum teneri amare amicum, & posse odisse inimicum. Defectus hic proprius est Hispanis, h. 3. n. 67. 8.

XIX. *Suscipiens autem Iesus.* q. d. Suscepit Iesus interrogationem hanc placido vultu, quo demonstravit huius animam jam esse conversam: & hoc est *Suscipiens enim*, ut dixit Poeta: *Suscipit Anchises atque ordine singula pandit.* Confide, quod si te ipsum mireris & cor ad Deum pacificum habeas, seipsum ille mirabit, talisque tibi futurus est, Speculum enim imitatur hom. 25. n. 50. vsque. 61. h. 37. n. 15. 16.

XX. *Homo quidam descendebat ab Hierusalem.* Licet Dominus principaliter tantum intenderet huius oblationem respondere: facit hoc tamen eo modo, ut hinc satisfaciens, doceat & revelet notanda alia circa miseriam peccatoris mystèria, eiusque curationem per parabolan quam proponit de misero illo qui descendit ab Hierusalem in Hiericho. Primo dicit: *homo quidam* nomen eius subiciens, sed de illo locutus per modum contemptus, sicut Iudæi ut ostenderent quam vilipenderent Christum, dicebant: *ille homo.* Ita quoque Calphas: *Vasa moria ut homo:* quod idem est ac si dicamus inter nos: *Quidam.* h. 39. n. 17. & ut ostenderet quam parvi faceret divitem avarum dixit: *homo quidam.* Et quamvis Princeps sis, dux & Rex: tantum te faciet qui nati salvam quam ore evomis in terram ut dixit, Esdras h. 16. n. 16.

XXI. *Descendebat ab Hierusalem.* Licet hoc proprie dicatur: quia Hierusalem sita erat in terra montuosa & alta, respectu Iericho. Tamen in hoc ipso declaratur, quod sicut servire Deo, est ascendere, ad summum: ita peccare, descendere est ad infimum. Sicut enim maior esse non potest altitudo, quam es quæ Dei est, sicut nec profundior abyssus quam peccati: qua de causa dicitur regio longinqua: & hinc, reformatur argumentum de felicitate iusti ascen-

dentis ad Deum, & calamitatis peccatoris descendenti ad alterum extremum. h. 18. n. 23. 24.

XXII. *Descendebat ab Hierusalem in Iericho.* Erat quid sit peccare, relinquere Hierusalem pro Iericho. Hierusalem civitas Sancta, ubi Deus sedem suam fixerat & locum gloriæ suæ, pro Iericho civitate maledicta per Iosue qui illam evertit; & Hiel, qui illum conatus est reedificare, facinus, luit, morte suorum filiorum. h. 38. n. 48. hoc agit peccator, Deum detestatur pro re aliqua maledicta, delirium hoc adeo magnum est, ut ipse Deus obtestetur cæcos, ut obstupescant, & vere possit hoc admirari. h. 34. n. 5. h. 37. n. 23. h. 43. n. 41.

XXIII. *Descendebat ab Hierusalem in Iericho.* De bono incommutabili transit peccator ad commutabile, quod nullum esse habet aut firmitatem, sicut Iericho, quod significat Lunam, cuius lux perpetua subest augmenti & decrementi mutationibus. Ipse descendit: utique nullus eum de Hierusalem expellit, hæc enim est impudentia peccatoris, sicut illa prodigi. h. 11. n. 18. 19. & dicendo quod descenderet in Iericho idem est ac si dicas, nescit quo vadat, quandoquidem hæc esse non habeat securum, sicut est lum en Luna, unde proficitur sicut prodigus, & yas Zacharia. Ibid. n. 25. vsque 28.

XXIV. *Incidit in latrones.* Descendendo de Hierusalem in Iericho, hoc occurrit desertum circa Iericho in congruum latronibus, ut in eo communitur latrocinium, nam sicut dixit D. Gregor. vocabatur Adonum, id est locus sanguinis: eo quod multos ibi sanguis latronibus, vulneribus, cædibus, plagisque effunditur. Quid sperandum illi qui tam manifesto se periculo exponerent, nisi ut in tales incideret manus & trucidarentur? Et hoc ipsum tibi eventurum est, qui te periculis & occasibus exponis manifestis, quas etiam ipse Christus evitavit, ut nos redderet timorosos. hom. 1. n. 16. & seqq. & qui se illis non subducit cum peccatis, tentat Deum nec à Confessario absolvendus est. Ibid. n. 21. vsque 26. Quod confirmatur ex duobus SS. Anachoritis, Ibid. n. 26. 27. Et experientia discimus in D. Petro. h. 43. n. 12. 13.

XXV. *Incidit in latrones.* Quid aliud expectabat ille qui se elongat à Hierusalem, ubi se curus quietabat? Et quid sperandum illi qui Deo terga vertit? Opinor videt illum abscedentem vates Hæreticæ, unde illum deplangit, imo & te ad planctum invitans: *Plangi eum qui egreditur.* h. 18. n. 20. 21.

XXVI. *Incidit in latrones.* Discedens à domo Dei, nempe Hierusalem, certum erat, quod in omnium malorum cloacam incideret: sicut enim suprema est omnium felicitas morari in domo Dei: ita & suprema est omnium infelicitas ab illa discedere, seque procul abigere: illo namque supplicio punit illos Deus, quibus indignatur. h. 23. n. 24. & seqq.

DOMINICALIS POST PENTECOSTEN.

XXVII. *Incidit in latrones.* Iudicaret infortunatus hic, quando discere vellet de Hierusalem, si quis illum detineret, grauem sibi iniuriam fieri, quod tamen summum esset beneficium: & hoc Deus pluribus praestat volentibus descendere in Iericho, id est animae suae perditionem, ipsos cohibendo: sicut iram suam peccatoribus indicat, quos egredi & abire permittit. h. 31. n. 28. vsque 36.

XXVIII. *Incidit in latrones.* Nomen hoc proprie quadrat diabolis: etenim ab origine sua latrones fuerunt, conari Dei gloriam deprædari, & furari diuinitatem: & hoc nomine Christus illos inscribit: *Fures & latrones*, qui in idolis adorabantur. h. 25. n. 30.

XXIX. *Incidit in latrones.* Diaboli sunt latrones, etenim omnes qui in mundo sunt, peiores, nam vt Salomon ait: qui in mundo sunt: *Furantur vt repleant animas suas*, & ad propriam utilitatem, sed diaboli nullo modo: quandoquidem nullum eis commodum adueniat, imo potius cruciatus augetur. h. 22. n. 33. Tantum conantur tibi gratiam vellem auferre, atque in te cuncta intermere, & bona virtutum: unde dixit Hieronimus, quod detrimento nostro & ruinæ illudant, & latras, quod præ gaudio tripudient. Casus hic est lamentabilis. h. 41. n. 56. 57.

XXX. *Incidit in latrones.* Latrones hos non mouet auaritia, sed inuidia, qua stimulari student Dei gloriam obfuscare, & tuam euertere: etenim peccus eorum formæ est huius vitij. h. 7. n. 8. quocirca semper circumstant horribili leones peccus suum cum colubris volentes, & laborantes vt quidquid boni possides, disperdant. ibid. n. 10. 11.

XXXI. *Qui despoliauerunt eum, & plagis impositis abierunt semiuuo relicto.* Ecce quale sit eorum opus, tota bona dissipare, animam tuam vulnerare, eius intellectum & voluntatem faciliare, illi pretiosam, gratiam tunicam deprædari. Hæc totaliter perditur, sed intellectus & voluntas vulnerantur: quia voluntas peruertitur, & intellectus obfusatur: sed particulariter voluntas mirum in modum infirmatur vt declarat D. Berno. h. 13. n. 51.

XXXII. *Plagas impositis.* Vulnera hæc talia sunt, vt ad eorum curam onem, requiratur Dei omnipotentia, & vt de celo medicina descendat, nempe suo sanguine Deus. runc vulnerum colliges grauitatem. h. 42. n. 14. Vultis peccati vulnera non sentire: sed illa manifestat, videre quod ad eorum curationem Dei mors sit necessaria: nam per hoc tollitur bakenæ tegumentum. ibid. n. 11. 12.

XXXIII. *Semiuuo relicto.* Habes hic propriam peccatoris definitionem: q. d. Homo semiuuus quia realiter in corpore viuit, sed in anima mortuus est: & sicut anima pars est principalis, & vita corporis tantum apparenter est, dicitur absolute mortuus, & habere

tantum verisimilitudinem vitæ vel viventis: ita Deus alteri præcepit intimari: *Nomen habes quod vitas, & mortuus es.* Eoque modo considerat D. Cypria peccatorem: etenim ambulans est velut fœterum, quod intus animam gerit mortuam. *Ambulans funus tuum portas.* Insuper hinc idem S. colligit, quam exiguo more doteas iam confusus, mortem animæ tuæ: quandoquidem irremediabiliter mortem desens corpore, & amici tui, animæ vero tuæ non plangas interitum. h. 38. n. 63.

XXXIV. *Semiuuo relicto.* Semiuuus est peccator: quia in rei veritate mortuam portat animam: quia vita illi deest: sicut enim vita corporis est anima, ita vita animæ Deus est: quocirca existens in peccato, opera nequit facere, quæ vere dicantur opera vitæ. Discutis merito notandus, h. 13. n. 7. 8. quem D. Greg. prosequitur. h. 19. n. 16.

XXXV. *Accidit autem vt Sacerdos quidam.* Ne credideris quod in peccato existens certo certius inuenies Sacerdotem: saepe namque permittit Deus, vt quando magis necessarium est, magis deficiat, vt contigit Abilioni de quercu suspecto: nec enim inter tot suos milites, qui cum exercitu circumvagabantur, inuentus est vel vnus, qui suspensum dissolueret. h. 13. n. 18. vsq. 64.

XXXVI. *Accidit autem vt Sacerdos quidam.* Casus fuit valde fortuitus, & erit, inuenire peccatori remedium peccatis suis immerso: & faxit Deus, vt hoc tibi non contingat: ne forsitan in hora mortis tuæ peccatum aliquod contra te prosiliat, vt ille Amalecitas, qui casualiter transibat vbi Saul saucius prostratus iacebat. Hoc tibi cape. h. 13. n. 65.

XXXVII. *Viso eo præterijt.* Heu crudelitatem, & euidentem argumentum sine misericordia viscerum, qualia tua aguntur esse, dum pauperem illum pertransis, nec tamen auxiliaris. h. 16. n. 11.

XXXVIII. *Eo viso præterijt.* Patuit quod oculos haberet hominis: quandoquidem nihil videns sibi ad lucrum ita pertranseat: oculi sunt hi Anti Christi. h. 30. n. 15. vsque 18.

XXXIX. *Similiter & leuita.* Eodem modo egit Leuita. Video te tanta commoueri crudelitate, quod intuens pauperem extrema laborantem necessitate pertranseat nullo exhibito subsidio: & dico te quæque tibi debere indignari, cum quotidie idem tibi contingat: quandoquidem multos videas in peccata lapsos plagis saucios in anima sua & honore, illosque conspiciens pertransis nec tamen illis villo modo succurris. h. 22. n. 3. 4. Et quo modo dicere possumus quod Sacerdos ille & Leuita mortem illius miseri desiderarent, cum illum relinquunt sanguine exhaustum, ita quod tu similiter mortem illius exoptes, quem in peccato deseris, atque vt talem te Deus castigabit. ibid. n. 5. 6.

X. L. *Samaritanus autem iter faciens,* Magna confusio

fusio Sacerdoti & Levitæ quod Samaritanus viscera haberet blandiora: nam per hoc conuincitur duritia viscerum Sacerdotis & Levitæ, sicut & Hieroboam arguitur, quia verbo Prophetæ lapis emollitur, non autem eius viscera; atque eodem modo canes confundunt cordis diuitis Epulonis immanitatem: similiter & multi pauperes indigentes & tamen dantes elemosynam, redarguunt Ecclesiasticorum multorumque diuitum avaritiam. h. 16. n. 30. 31.

XLII. *Samaritanus iter faciens.* Adnotatur SS. PP. quod allegorice seipsum Christus exprimat, vocans se Samaritanum, quod *Custodem* significat cum sit ipse custos noster principalis. Homo relicto Deo suas voluit sectari voluptates, & incidit in latrones, prout confitemur in peccato Adam. Transiit Sacerdos, id est, lex naturæ, & Levitæ id est, lex scripta data per Moysen, qui erat de tribu Levi. Bene quidem viderunt pauperem illum iacentem & sauciaturum, quia iuxta D. Paulum, eo vsque virtus legis accessit, vt cognosceret peccatum, nullum attamen potuerunt adferre remedium. Venit Samaritanus Christus *Et iter faciens.* Hoc est iter vitæ huius faciens ad Patrem, quod dixit D. Ioan. *Vt transcat ex hoc mundo ad Patrem.* Et iter passionis suæ perficiens illi subuenit: fuit etenim electum, quod dicitur & iter fecit de vno Iudice ad alterum, de vno tribunali ad aliud. h. 25. n. 22.

XLIII. *Iter faciens.* Iter faciens per hanc vitam, quod sic fatigatur & delassatur, vt ad marginem putei in Samaria resideat: *Fatigatus ex itinere.* h. 25. n. 21. vsq. 24. Visitans vt summus Fontifex, suum Episcopatum pedes. Ibid. n. 19. 20.

XLIII. *Alligauit vulnera eius, infundens oleum & vinum.* Hæc est mirabilis illa coniunctio, quam composita nostram salutem, oleum misericordiæ, & vinum iustitiæ, quæ stupendo coniunxit Sacramento. h. 39. n. 37. vsque 40.

XLIV. *Dixit, &c.* Dixit illum in stabulum, præcipiens stabulario, vt curam eius ageret: quia in Ecclesia sua, quæ est velut hospitium peregrinis nobis tendentibus ad cælum sufficientia reliquit medicamenta, & ministros ad nostram beatitudinem; eaque tanta abundantia, vt nos coronoauerit misericordiis, illique dicere liceat: *Non plus visis,* perfecte complens illud Moysi vaticinium: *Introduxit te Dominus in terram bonam.* O quam opulenta messis hæc est! h. 17. n. 22. & seqq.

XLV. *Alligauit vulnera eius, infundens vinum & oleum.* Ecce boni medici officium: primo: occludere sanguinem ne vterius effundatur; secundo: vulneribus oleum & vinum infundere: hoc est, vt cursus peccati sistatur, quod per sanguinem indicatur: nam hoc significabat manus imposito super caput animalis immolandi pro peccato; quod videlicet manu mittebatur. h. 23. n. 45. Et deinde ad peccati commissi remedium

applicare vinum & oleum; id est iniungere penitentiam, quæ vices suppleat vini, cum misericordia quæ locum habeat olei. Ad sit vinum contritionis, nec deest oleum benignitatis, vt fiat cum benignitate correptio. h. 22. n. 52.

XLVI. *Vinum & oleum.* Oleum sunt merita Christi quæ nobis ex misericordia sua reliquit. Vinum sunt opera tua rigide penitentia: nec enim proficiet oleum sine hoc vino, nec è contra. h. 15. n. 23. 24. Mixtura hæc olei & vini declaratur. h. 39. n. 37. & seqq.

XLVII. *Infundens vinum & oleum.* Oleum esse debet blandum: sed vinum esse debet penitentia, quod mordeat; nec enim cogitaveris quod commisisse gravissimis peccatis lenis debeat respondere penitentia, vt dixit D. Ambrosius. sumens hoc ex Tert. h. 38. n. 46.

XLVIII. *Infundens vinum & oleum.* Hæc duplum debet prædicator & Confessarius oleum gloriae, & vinum pungens poenarum inferni: & in vtraque latus sagemam emittere, non solum ad sinistram, sed etiam ad dexteram. h. 11. n. 2. 3.

XLIX. *Curam illius habe.* Hoc ex iudicio D. Bern. Deus suis iniungit ministris animarum medicis: non ait, cura illum: non enim est in potestate medici curare infirmum, tantum hoc eius est officium curam illi habere, illique medicinas applicare iuxta scientiam regulas: quod his peractis infirmus non sanetur, illi culpa non imputabitur. Egregius sane conceptus. h. 11. n. 33.

L. *Quodcumque super erogaueris, ego cum rebus reddam tibi.* Magni facit Deus opera quæ proximo confers supererogationis: sunt non debita, vt amor & beneficium exhibitum inimicis: quibus verba declarantur, quæ Dominus his congruenter dixit. Nota distichon sum. h. 3. n. 50. vsque 54.

LI. *Qui tibi videtur proximus fuisse huic:* Dominus Samaritanus qui fecit misericordiam cum ipso: expetit fac similiter. Voluit illi Dominus his verbis declarare, quod in rei veritate Samaritanus ille Iudæis esse proximus, quodque singuli homines in hoc mundo venientes, sint tui proximi atque ob eandem rationem benearis lege charitatis illis subuenire, & benefacere potissimum in ordine ad animam eorum: de quibus Dominus. h. 3. de amore inimicorum.

## DOMINICA DECIMA TERTIA POST PENTECOSTEN.

I. *Cum Iesus Ierusalem transibat per medium Samaritanæ & Galilæam.* Luc. 17. Discellerat Christus à Hierusalem in Galilæam, reuersus iam inde viam suam direxit transiens per medium Galilææ, & Samaritanæ, & cupiens villam aliquam intrare, quam Esau gelista dicit castellum, præsens paravit miraculum

sanas decem leprosos sibi in via occurrentes. Christus vita est & salus: & sicut diabolus mors est & causa morborum: etenim humores omnes commouet, suo nomini conformiter, quod est *Exterminans*. Ita Christus quocumque intrat, vitam largitur & salutem h. 19. n. 11. 14. 28. vsq. 31. Et sicut diabolus vbilibet patet laqueos nostrae perditioni: quia munus illi & nomen est tentator: ita Christus vbique agit de tribuenda salute: quia munus illius & nomen est Iesus id est Saluator. ibid. & h. 5. n. 22. vsque 28.

II. *Cum ingrederetur quoddam castellum, occurrerunt ei decem viri leprosi.* Deceuerat Deus ne leprosi habitarent in locis populosis: quia morbus eorum contagiosus est, ne forte ex vno tota inficeretur communitas: nam & iam quando puniuit Mariam sororem Moysi lepra quod de fratre suo detraxisset, iussit eam seorsum a plebe separari: quocirca solliciti erant omnes proprii commodi gratia leprosozum curare remedium. Et quandoquidem peccatum sit vera lepra, te reddere debet anxiu, quando illam in proximo tuo notas: quia nulla est lepra ita contagiosa vt peccatum, & quae grauius potest inferre damnum, vt patet in peccato Saül & Achab. ho. 22. n. 11. & seqq.

III. *Cum ingrederetur quoddam castellum.* Ecce qualis occurrit: cum enim ad locum fatigatus accessisset, meo iudicio decenter debuisset Deus, vt aliquo refrigerio illi occurrerent, vel maiores loci festino illum honore exceperent. Hæc ita Dominus disposuit vt auctore temporis & euentuum, cuius respectu nihil accidit fortuito. ho. 31. n. 6. 7. h. 35. n. 38. Et nihil illi poterat affecti delectabilis, ad itineris sui requiem, quam pauperes infirmi, quibus beneficeret: sicut etiam quando Galilæam ascendit, per hanc eandem Samariæ Promoniam, ab itinere oppido lassus, offertur illi ad refocillationem mulier Samaritana: sicut foret mulieri cuius vbera lacte redundant si eniquam occurreret qui lac suggeret: hoc enim est quod ait Vates: *Aporiatus est, quia non est qui occurrat.* h. 28. n. 28. h. 37. n. 17.

IV. *Occurrerunt ei decem viri leprosi.* Hoc tibi sufficeret, quo fatigateris multisque leucis retrocederes, quam primum illos videres: etenim oculi tibi sunt homines, sed Christus oculos habet Dei: nam lassitudine recreatur certans aliquem cui beneficiat. h. 30. n. 15. vsque 18.

V. *Steterunt à longe.* Exponit Euangelista in particulari circumstantiis, quas leprosi obseruarunt, vt perita consequerentur, nobis ad doctrinam. Primo: *Steterunt à longe.* Nam lepram suam considerantes, ad Christum accedere proprius erubuerunt, qui ipsa erat mundities, se vniue indignos arbitrari, qui ipsi appropinquarent: in quo profundam suam produunt humilitatem, quæ oratio incipienda est. h. 2. n. 32. 33. 34.

V I. *Steterunt à longe.* Vide quæ diximus. ho. 10.

ad illud. *Stans à longe Publicanus.*

VII. *Leuauerunt vocem.* Orationem sibi assumpturunt: hæc etenim medium est nobis à Deo relictum, quo cum ipso negotiemur, vt omnibus aduersitatibus vniuersale. ho. 9. n. 4. vsq. 8. Imo & ipse Christus hoc vsus est. ho. 26. nu. 8. vsq. 14. h. 41. n. 68. Eoque Sancti vtuntur ibid. n. 71. 72.

VIII. *Leuauerunt vocem.* Hæc vtrique bona erat oratio de cordis intimo progrediens: suum etenim malum agnoscebant quod illos ad clamores edendos impellebat, tales non sunt orationes tuæ, etenim orationes tantum fiunt & non corde, quod terrenis lucris tuis habes occupatum. ho. 29. n. 23. Vide dicta Do. præterita ad illud. *Pharisæus apud se orabat.*

IX. *Iesu Præceptor, miserere nostri.* Eidem ostendunt viuum, ad cuius mensuram, orationes optatum referunt responsum. h. 2. n. 27. h. 27. n. 32. & seqq.

X. *Iesu Præceptor.* Duo de Christo munera conferuntur: quod Magister esset & Redemptor: ad quæ reducuntur omnia quæcumque fecit: sic enim de illo D. Lucas: *Cæpit Iesus facere & docere.* ho. 29. num. 2. 3. ho. 30. n. 36.

XI. *Iesu Præceptor.* An eius nomen proponitis, an in eius nomine postulatis? Consultat, optatum audientis responsum. Prima huius nominis littera quæ est *τ*, significat decem, symbolum clementiæ apud Græcos & Hebræos. h. 17. n. 38. Et hoc nobis nomen tradidit, vt quocumque à Patre petierimus, impetremus: & ipsum est ad cuius tantum pronuntiationem miracula fiunt in creaturis irrationabilibus & insensibilibus, imo in ipsiis dæmoniis. h. 3. n. 24. vsque 26.

XII. *Miserere nostri.* Optimum orationis fundamentum, Dei misericordia. Non vult Deus Virga moneri iustitiæ. h. 9. n. 38. Vide notata Do. decima de oratione Publicani. *Deus propitiuss esto &c.*

XIII. *Ite ostendite vos Sacerdotibus.* Erant Sacerdotes iudices ex lege huius ægritudinis. h. 14. n. 34. h. 26. n. 23. & perpetuum fiebat miraculum. ibid. quo declaratur, vt credo D. Ambros. l. 3. de Sacerdotio, id quod instituendum erat in Ecclesiâ suâ, formale suum tribunal erigendo in Sacramento penitentiae, in iudices eligendo Sacerdotes lepræ peccati, plena instructos potestate, præclaris fulgentibus miraculis. ibid.

XIV. *Ite ostendite vos Sacerdotibus.* Magna fuit hæc Domini misericordia, quæ nobis Sacerdotes reliquit duobus suis dotatos officiis: nam hæc indicantur dicendo *Iesu, Præceptor.* Primo: quod Angelos non designarit, sed homines similes nobis ad consolationem nostram suauissima disponens providentia, vt haberemus præceptores & magistros, qui ad oculum nostras docerent ignorantias, nostrasque curarent infirmitates. h. 14. n. 9. vsque 13.

XV. *Ostendite vos Sacerdotibus.* Reliquit Sacerdotes

primo officio suo imbutos præceptoris: nobis etenim visibiles conveniebant præceptores. h. 14. n. 13. 14. & insignia sunt exempla que circa hoc dedit. ibi. n. 15. 16.

XVI. *Offendite vos Sacerdotibus.* Secundò, commisit eis officium suum Iesus, id est Salvatoris. Præclara misericordia, & solamen nostrum, inquit D. Paulus, quod nos Angelis non commendaverit sed Sacerdotibus. *Infirmis habentibus*, ut propria in firmitas reddat illos nobis misericordes. ho. 43. n. 8. vsq. 12. Illos reverere, sunt enim illi quorum intercessione tibi sic cum Deo agendum. h. 2. n. 12. vsq. 17. Et contumelias quas illis irrogas, ut proprias Deus vlciscitur. ho. 14. n. 31. vsq. 34. & h. 29. n. 41. Per illos administrat cœlestia h. 14. n. 29. Sedent illi, & vos statis. ibid. n. 23.

XVII. *Ita offendite vos Sacerdotibus.* Habes hic peccatis tuis remedium ab ipso præscriptum, ut ostendas te Sacerdotibus; peccata confitendo: hoc enim remedium fuit violata datum virgini per peregrinum. ho. 19. num. 49.

XVIII. *Offendite vos.* Propala clarè lepram tuam Sacerdoti: hoc etenim tuum est remedium. ho. 19. n. 60. vsq. 64. Ne larvatus accedas ut Regina ad Prophetam. ibid. n. 64. 65. 66. Et cum te non puduerit peccatum committere, nec pudeat illud confiteri. ibid. n. 67. 68. Et in negotiis animæ tuæ illos consule, nec tuo inducaris iudicio. h. 1. n. 10.

XIX. *Offendite vos Sacerdotibus.* Attendite Sacerdotes: nam vos eratis iudices atque ut iuste causam pronuntiatis, illam diligenter inquire: estote similes vnicorui. h. 24. n. 53. & seqq.

XX. *Dum irent mundati sunt.* Mirare bonam horum languentium dispositionem: non enim disputant, circa Domini mandatum: nec aiunt quid nobis facient Sacerdotes? Non replicant sicut Naaman præcepto Elisei: in quo simpliciter ostendunt obedientiam, sicut cœcus ille missus ad fontem siloë. ho. 30. n. 57. Etenim oves Dei, quando eis aliquid iniungitur, non discutunt, sed simpliciter obediunt. hom. 37. num. 28. 29.

XXI. *Dum irent mundati sunt.* In via priusquam pervenirent ad Sacerdotes cum illis adeo vicini essent, mundati sunt, quo Dominus verborum suorum ostendit efficaciam: quantum enim opus in se prægrande fuerit, minus tamen erat in ratione modi, quo Dominus illi dedit, ut ponderat D. Chrysol. de operibus Christi ho. 30. n. 3.

XXII. *Vnus ex illis, &c.* Regressus est cum magna voce magnificans Deum, & ceteri in societate ante pedes eius gratias agens. Præclaram suam fidem exposuit in Christum: etenim magno clamore Deo benedicens se ad pedes Christi prostravit, illi gratias pro recepto beneficio rependens infinitas. Quis forsitan dixerit, agendas esse Deo gratias, quem laudabat. *Magnificans*

Deum. Hoc egit Christo gratias agens: illum enim credidit verum Deum, & sapienter quidem illi gratias egit: quia hoc à nobis exigit Deus in beneficiorum contemplationem, ob cuius defectum Adamum & Philotophos tenerissimè castigavit. h. 17. n. 16. & seqq.

XXIII. *Gratias agens.* Hoc semper in ore habere deberemus, in omnibus eventibus, cum eos omnes Deus ad nostram disponat utilitatem ut dixit D. Paulus. *In omnibus gratias agentes*: & protestamur dicentes: *Dignum & iustum est, æquum & salutare, nos tibi semper, & ubique gratias agere*: ut enim dixit D. Paulus: *diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum*, ho. 32. n. 41. vsq. 45. etiam ob mala, quæ certis in alijs debes illi gratias agere, non tu illa patiaris, sed quæ tu liberavit, ut Angeli faciunt. h. 22. n. 49. 50.

XXIV. *Et hic erat Samaritanus.* Verbanus huc agendi modus huius Samaritani & infidelis, eiusque hostilitas redarguit ingratitude, & modicam fidem horum novem, qui erant Iudæi: iam communiter obedientiam Gentilium Iudæorum confundebat cœnationem, ut patet in Chanana. ho. 9. n. 8. 9. & illa muliere eiusdem regionis, quæ erat Samaritana. Samaritani namque erant omnia quos mundus alio abiecerat, ut dixit Ecclesiasticus. I. om. 25. n. 64. Exemplo eorundem Gentilium confodit duritiam, ovium Nazareth, in Elî & Eliseo, qui à proprijs tibi conturbulibus, à Gentilibus exceptive, ut in testimonio. h. 21. n. 53. vsq. 59.

XXV. *Nonne decem mundati sunt, & non invenit? Non est inventus, qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hoc aliem na.* Tertium primò: quod Christus se Deum manifestaverit: quandoquidem hic recedens Deo gratias acturus, ab ipso audiverit: quod recedens Deo gratias acturus. Considera secundo: obsequium Christi, quod advena & peregrinus per legem non instructus, nec à Prophetis edoctus, eius fuerat divinitatem, cumque honoraret, & quod illi de populo suo illum non agnoscerent. Et hoc molestè fuit Deo, quod elemosinam exeret pauper qui non haberet quod comederat, tu vero non eroges, qui cum tantis cumulavit facultatibus: quod frequentet Sacramentum miser operarius, cui tempus lucrando victum necessarium est: tu vero negligas qui nihil habes quod ageris nisi ut stertas otiosus. Ex diligentia quæ à Mauris obedi: Mahometi tuam condonabit negligentiam, qui Deo iustaciter non obedis. h. 3. n. 46.

XXVI. *Vade fides tua te saluum fiet.* Fides saluum illum fecit, & eius defectus causa est, quod tuam non recuperes valetudinem, nec remedium in eo quod postulas: nam iuxta fidei mensuram Deus operatur. ho. 27. num. 37. 38. & potiori iure de te quam de Rege conqueratur. ibid. n. 44.

DOMINICA DECIMA QVARTA  
POST PENTECOSTEN.

**N**emo potest duobus Dominis seruire. Matt. 6. Est hoc Euangelium pars quedam sermonis illius ita celebris, quem Dominus in monte perorauit ubi reformauit coram hominem. eius affectus & appetitus quia uero cernebat, quod illos terrenis addiderat, unde illi omne incommodum, docuit quâ ratione in celo cor suum mentemque desigeret: & quia quisque ibi cor habet & animum, ubi suas habet diuitias, modum nos docuit quo illas in celo recondamus, iuxta illud Davidis. *Qui replet in bonis desiderium tuum.* h. 1. n. 57. & h. 32. n. 26. Hominis desiderium spectat diuitias, docet futurum eum diuitem diuitias in celo thesaurizando, idque per eleemo. synas: etenim uillas eo possit destinare, mittit illi uelociter, nempe pauperes. h. 1. n. 33. 34. Vltimus progreditur, utque nostros componat affectus, nos instruit, quod si cor nostrum diuitijs affigamus, illud Deo nequaquam possimus consecrare.

**II. Nemo potest duobus Dominis seruire.** Quod intellegitur si Dominus sint contrarij & non concordantes, sicut uir & coniux, pater & filius cui seruit unus idemque famulus. Semper uult Deus esse solus, nec ullam admittit aliorum Deorum societatem quia ei soli competit et natura esse solum, nec alios paritur, qui suam diuitiam illi suffragantur. Quocirca si alium Deum ac Dominum adores illum non adorabis: nam idcirco nunquam Deus fuit Gentilium. Subtile hoc est D. Aug. argumentum. h. 28. n. 30. & seqq.

**III. Nemo potest duobus Dominis seruire.** Deus, sicut nomen eius est Dominus absolutus, cum sit Dominus omnium. h. 2. n. 28. 19. ut talis omnia uult occupare, quocirca sic præcipit: *Diligas Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua.* Et hoc non ad sui commodum: quia cum sit Dominus plenus, & integer animæ, omnia dirigit ad eius utilitatem: nam idcirco dicitur, quod thronus eius sit sicut sol. ho. 41. v. 65. Non est Dei hoc Dominium ut à nobis accipiat, sicut Reges terreni, sed ut nobis ex se largiatur. ibid. n. 59. tantumque nostrum optat commodum, ut ipse totam uelut animam possideret, ut illi toti beneficiat: nam in eo requiescit Deus, qui est summum bonum, quod se totum nobis communicet. ibid.

**IV. Nemo potest duobus Dominis seruire.** Cor est pars hominis principalis, unde illud prætendit sibi Deus, & etiam diabolus: nam hic solus futurus est Dominus hominis qui cor eius habuerit. h. 23. num. 72. tantumque est cordis huius dignitas, ut maximum Dei dominium in cordis consistat possessione: qua de causa dicitur *Magnus Dominus*, unde non paritur ut alius hoc

sibi rapiat. homil. 29. numer. 15.

**V. Nemo potest duobus Dominis seruire.** Dolendum est hominem esse adeo stultum ut alium præter Deum uelit Dominum, seque tradat diabolo tanquam Domino suo, ut regnet in ipso: certum etenim est, effectus ita futuros contrarios ac ipsi sibi sunt oppositi: Deus uita est salus, & lux: diabolus mors est, infirmitas, & caligo: quocirca contrarios operantur effectus. h. 19. n. 13. vsq. 20. 28. vsq. 31. h. 20. n. 2. 3.

**VI. Nemo potest duobus Dominis seruire.** Mouet admirationem quod homo uelit diabolum habere ut Dominum, qui sibi seruientes ita crudeliter tractat, ut exemplo patet in prodigo: ex quo diabolus contra Deum arrogantur se iactat. Conceptus lectu dignus. h. 18. n. 45. iugum imponit fidelibus suis graue nimis, illosque excipit ut animalia. ibid. n. 47. vsque 51.

**VII. Nemo potest duobus Dominis seruire.** Nullus melior Deo Dominus est, nec qui subditos suos urbanus demulceat: non enim illis iniungit nisi suauia: sed diabolus similis est Pharaoni, qui filios Israel in extremas redigebat angustias, eis præcipiens ardua ualde & molesta, sed hoc summopere plangendum, quod nihil hominis in eius seruitio manere concupiscerent. h. 1. n. 10. vsq. 14. & h. 25. n. 63. 64.

**VIII. Nemo potest duobus Dominis seruire.** Etiam aliqui sunt qui seruiunt mundo, quos ad extrema redigit, & caro eodem modo quorum bona & deliciae obtentu sunt difficiles Dei uero faciles admodum, ut dixit nobilis ille cuius meminit D. Aug. h. 25. n. 73. vsq. 76. Potissimum autem mundus, tibi semper proportionem ostendit, & numerat tantos & tantos, quo te coarctat & impedit ne Deo in pauperibus subuenias. hom. 27. num. 50. 51.

**IX. Non potestis Deo seruire & mammona.** Quamuis Dominus dicat neminem posse duobus Dominis seruire contrarijs, poterat tamen addere, non potes Deo seruire, & mundo & diabolo, & carni, quia hæc omnia Deo contradicunt: tamen non nisi diuitias posuit: potissimum contra illas Deus amulatur exister. nec mirum, etenim præcipuus mundi Deus, fuerunt opes. Conceptus conueniens D. Aug. h. 28. n. 33. 34. Per illas anima crimen committit traditionis in Deum. ibid. n. 35.

**X. Non potestis Deo seruire & mammona.** Inter omnes mundi Deos pecunia primatum obtinuit: hic etenim (teste D. Aug.) dictus est Iupiter. h. 28. n. 33. & ratio est, quia in pecunia reperunt homines. suo iudicio, omne bonum, nomen Deo proprium: quam ob causam, illam D. Ioan. uocat substantiam huius mundi. ho. 16. n. 25. 26. Et Osee diuitem uidit pecuniam suam adorantem quasi Deum, dicendo: *Diues effectus sum, inteni idolum mihi.* q. d. Alium non quero Deum, cum pecuniam habeam. h. 28. n. 34. h. 36. n. 39.

**XI. Non potestis Deo seruire & mammona.** Præclarus fortisque



fortisque Dominus est diabolus, qui aliquem detinet: quamuis excipiat illum adeo dure vt prodigum, nihilominus prodigum se tam asperè tractari lugeus, illum deseruit: ex parte tamen peior est pecunia, si namque aliquem occupauerit, illum repua vt omni spe salutis priuatum: qua de causa D. Paulus cupiditatem laqueum appellat diaboli. h. 18. n. 36. vsq. 40. & hæc animã ad ima demergit. Memèro hujus conceptus ih. n. 40. 41.

X I I. *Non potestis Deo seruire & mammona.* Nota cum D. Greg. verbum seruire. Nec enim tibi prohibet habere pecuniam, sed illam habere vt Dominum cui seruias: quamuis enim difficile sit esse diuitem sine peccato, multi tamen fuerunt, vt Abraham qui pecuniis non seruiuerunt, sed illis pecuniis. h. 16. n. 18. 19.

X I I I. *Non potestis Deo seruire & mammona.* Hoc tibi prohibetur, ne tu pecuniis seruias: alioquin perderis, sed illas habe, vt tibi sint obsequio Christo in pauperibus seruans, & operibus succurrens pietatis. Hoc Deus magni facit: etenim diuitias eius pedibus prosternebat, nempè pauperibus, illi quasi inimicum suum prosternebat pedibusque submittis: & hoc in primitiua Ecclesia faciebant Christiani, bona sua ante pedes ponentes à polorum. Hoc modo diuitijs vsi sunt, qui illas habebant, vt Abraham & alij. h. 27. nu. 67. 68. Et eo sine illas quærebant Apostoli quas Christi pedibus submittentibus scruissimum illi prosternebant inimicum. ibid. n. 68. vsq. 71.

X I V. *Nolite solliciti esse dicentes: quid manducabimus?* Tantæ responderet obiectioni Dominus à te proponenda dicendo: quæro & accumulo mihi diuitias, quia his ad victum & amictum indigeo. Non hoc interdicit Dominus, sed vt ait D. Hieron. sollicitudinem resecat: hæc etenim impellit te, vt sequaris pecuniam sicut seruus Dominum: nam idcirco apud D. Lucam coniunxit sollicitudinem ac diuitias: nam illis ingredientibus curis repletis & angustijs, h. 25. n. 78.

X V. *Nolite solliciti esse.* Ad salutem nostram paucis verbis efficacissimas Dominus producit rationes quibus nostram reprimat cupiditatem: hæc enim acutus impugnat: & hinc nobis omne damnum quod hæc minime consideremus, vnde supra modum tribulamur, vt Samson ob resectos sibi capillos. ho. 13. n. 12. Illa animo reuoluamus: etenim via hæc est communior, qua nos impugnat diabolus: obijciendo: quod si Deo seruiamus, fame nos sine interire, nudosque languere: & hæc Christo rationem tentator obiecit. h. 5. n. 18. h. 27. n. 23.

X V I. *Nolite solliciti esse.* Cum sciat Christus magis familiariter hæc esse diaboli tentationem, efficaciter nos contra illam, armat nostram fortius excitans fiducia: hæc etenim bellum mouet seruis Dei credentibus, cuius defectus summum nobis adfert detrimentum. h. 27. n. 37. vsq. 45.

X V I I. *Nonne anima plus est quam esca?* Prima ratio. Manifestum est quod insipientes excedat anima alimentum: qui ergo tibi tribuit magis principale, negabit quod minus est? Rationem hæc Dominus per illam proposuit conquestus sibi factam iniuriam ex nostra diffidentia. ho. 27. n. 16. & seqq. Cui 21. necitas quod fecerit vt animæ tuæ vitam inuolueret, ratio crederet ducit: sicut causa querimoniarum, si non confidas, sic Deus conquestus est de Asa. ibid. n. 44.

X V I I I. *Respicite volatilia caeli.* Secunda ratio. Volatilia Deus alit passeret & coruos quanto magis tu filios suos. h. 27. n. 19. vsq. 24.

X I X. *Quis potest cogitare &c.* Tertia ratio. Nemo tibi persuadeas, quod obinere diuitias ita sit opus tantum, vt amplius non sit opus Dei: quocirca diabolus mentiebatur Christo promittens: *Tibi dabo.* h. 5. n. 39. idcirco vocatur diuitiarum aqua cisternarum. h. 16. n. 9. 10. quantum libet facias, non possis tamen statum tuum peraddere cubitum vel digitum, nisi Deo adiutus. Quomodo credis quod obtinebis quod est extra te nempè diuitias & facultates: illi diligenter seruis & obsecras, ita tibi tuas accumulabit diuitias te ignorante quomodo fiat, tibi que prospiciet vnde minus cogitaueris: etenim diabolo respondit: *In omni verbo quod promittit de ore Dei.* h. 5. n. 52. & ambabus fauet manibus illis uolentibus. hoc David mihi suggestit, psallens in montibus Thabor & Hermon. h. 27. n. 2.

X X. *Considerate lilia ægri.* Quarta ratio. Mirare horum venustatem. *Quod seruiemus,* (ita D. Hier. lilia quæ purpura quæ purpura texturum potest fieri in campo. Ecce qualiter illis prospiciat vt tali præiugum ubertate & pulchritudine: quod si quæras in quantum illos produxerit respondeo tibi ad obsequium & oculorum recreationem. Si igitur ea tantum ratione sic illis prospicit, quid tibi faciet? ho. 27. n. 18. vsq. 20.

X X I. *Hæc omnia gentes inquirunt.* Quinta ratio. Nemo dubitat tui muneris esse magis quam Gentilium. Deo fidere, sicut enim eorum plurimi diuinam negotii prouidentiam: solliciti sunt eius quod manibus uerunt vos autem qui diuinam agnoscitis prouidentiam, & nolitis cum pro vobis creasse mundum, an ita nec decet, vt illi, Deo diffidere. h. 27. nu. 19. & seqq.

X X I I. *Scit enim Pater vester quid opus sit vobis.* Hæc vltima ratio eaque principalior, qua nobis alicui Deum nos habere vt patrem: & nec esse patrem qui tantam filij sui curam gerat, quantam de nobis Deus, singulariter intentione tenit Christus vt nobis Patris nomen manifestaret, qua mirum in modum nostram alit fiduciam. h. 18. n. 14. Et hoc eius adferendum misericordiarum quod nos filios Dei creauerit, & totopere Deum vocare possimus Patrem nostrum. Intra expendit D. Ber. ho. 42. n. 83. vsq. 86. Ex hoc ita deus

phitit offenditur, quod illi nequaquam fidamus, dum ei famulatur: videtur etenim quod eum ita tractamus q. d. Fili, serui mihi, & inquire qui te nutriat; ab quam diffidentiam puniuit Moyfen, Ananiam & Saphiram. h. 17. n. 8. vsque 12. Et hoc agit vt intelligamus, quod honoribus & opibus famulantes remunere, offendit in Iacob, nec illum diabolo, mundo, carni- que contuleris ibid. n. 12. vsque 16.

XXIII. *Primum ergo querite regnum Dei.* Hoc primum est & principale, quod tibi est considerandum: nec enim te Deus creauit, vt in hoc mundo remaneas, & his bonis fruaris: sunt enim nimis vilia, sed vt Dominus has aeternorum suorum Regnorum: hoc tibi dicitur dum baptizaris, efficiaris enim cœli candidatus. h. 11. n. 6. vsque 12. Vitam ad hoc Regnum oculos attolleres, multo fortior euades quam Ioseph, qui suum in fornix confluxit ibid. n. 2. 3. Per hoc animum ad fiduciam spemque conciperes ibid. n. 4. Hoc Deus Danid mandauit. ibid. n. 7.

XXIV. *Primum Regnum Dei.* Hic finis est in quem creauimus, & expediret cum semper mentis oculus ad suum collimet, illum haberes & Regnum hoc attenderes, vt saltem esses piscis alatus, h. 11. n. 13. Si Regnum hoc contempleris, diligentem te redderet: insignem namq. premium alas addit etiam boni. h. 12. n. 7. vsq; 13.

XXV. *Et haec omnia adijcentur vobis.* Praescribit nobis Dominus lectionem quam postmodum tradidit S. Catharina Senensis. *Filia cogita de me & ego cogitabo de te.* h. 17. n. 12. Indubitatum enim est quod si de Deo seculo cogites eiusque itudeas obsequio: ipse pariter seculo de te cogitabit nam qualis illi fueris, talis ipse tibi futurus est. h. 25. n. 50. vsque 61.

XXVI. *Haec omnia adijcentur vobis.* Emphasim attende tibi. *Adijcentur vobis.* q. d. Ne suspicaris me tam flocci facere tua obsequia, quod illa velim rependere vt mercede principali, bonis adeo vilibus scilicet mundanorum: etenim in rei substantia, omnia sunt aer, vt ipsi fuerunt qui illa sunt experti. h. 4. n. 19. vsq; 26. Bona ista vestra futura sunt premium primarium, & illa tibi sunt conquirenda. ad exemplum Abraham & D. Thomae h. 1. n. 16. nec tibi persuadeas quod Deus iis quos diligit rebus adeo vilibus qualia sunt terrena, persoluat. h. 32. n. 21. 22. Haec tantum illi tribuit vt quaedam a hereditate, in quantum condecant ad obtinendum bona aeterna, quocirca nec absolute sunt petenda. ibid. n. 31. vsq; 35.

## DOMINICA DE CIMA SEXTA POST PENTECOSTEN.

I. *Cum intraret Iesus in domum Principis Pharisaei Sabbato manducare panem.* L. 14. Congruenter vocat Christus Pharisaeos filios diaboli quod idem cum ipso desiderarent, nempe ruinam mortemque Christi vt enim eorum peccatum erat inuidia, vires omnes intendebant, vt eius dignitati & auctoritati derogarent: vnde dixit eis. *Vos ex patre diabolo estis, & de sideria eius vultis facere.* Et sicut demonis officium est tentare ad perditionem, atq; eo sine laqueos extendit in omnibus quibus potest occasionibus. h. 5. n. 24. vsq; 28. ita quoque illi conabantur vbi cumq; poterant Christo parare tendiculas: & credere fas est quod ea mente conuiuium hic hodiernum de quo Euangelista scribit instructum.

II. *Cum intraret in domum Principis Pharisaeorum Sabbato manducare panem.* Die festo Pharisaeus Christum ad epulas inuitauit: sunt enim epulae conuiuia licita, quae iustam habeant rationem, nominatim ob festorum solemnitates, quales Tobias instituebat. homil. 16. numer. 23. 24. & suadet ratio illas para. Dei ministris. ho. 38. numer. 8. 9. sed sunt haec conuiuia ex occasione proposita vt aliquis notaretur defectus: idcirco quam primum ad mensam Pharisaei residerunt inceperunt notare eaque Christus dicebat aut faciebat. Obseruabant eum, iuxta illud de Psalterio. *Obseruabit peccator iustum.* &c. Quamobrem horrat D. Hieron. vitos Ecclesiasticos, vt raro admittant conuiuia secularium. h. 38. n. 16.

III. *Ecce homo hydropicus erat ante illum.* Loquitur hic Euangelista D. Lucas sicut in conuiuio Simonis: nam ad mensam recumbentibus, non ait vt appositum consideremus fercula, sed vt confestim oculos ad mulierem dirigamus peccatricem. ho. 38. nu. 17. Quia non acceptabat Dominus epulas ob ciborum voluptatem, sed ob bonum quod praestitutus erat animabus & corporibus, sicut in hac effecit conuiuij occasione, curans hunc hydropicum, atque ex occasione conuiuij humilitatis & elemosina lectione praefegens saluberrimam, quale his Pharisaeis proposuit. h. 38. n. 12. vsq; 15.

IV. *Ecce homo hydropicus erat ante illum.* Satis hoc arduum erat: quomodo poterat homo esse ante Christum quia Iudaei recubentes in terra vellebatur facie conuersa ad mensam, & pedibus extra apparatus, vt dictum est de Magdalena. Hinc addisces Christum ferculis dapibusque non intendisse, sed hujus infirmi curationi: nam idcirco recubuit; ita vt coram illo collocati potuerit: etenim ea mente conuiuium acceptauerat. h. 38. n. 12.

V. *Ecce homo hydropicus erat ante illum.* Magdalena retro stetit, & hic ante, & ambo prudenter ex diuerso respectu. h. 12. n. 45. Magdalena declarat culpam in tharui cognitione,

I. L. cognitione,

## DOMINICA DECIMA QUINTA POST PENTECOSTEN.

I. *Bar Iesus in Cinizatem que vocatur Naim.* L. 7. vide. h. 31. continet enim hoc Euangelium & quae supra notauimus quinto die Iouis Quadrage.

Hieron. Bapt. de Lazaro, Tom. 1.

cognitionem, & pudorem quo ex illis verecundabatur h. 38. n. 44. vsq. 60. Hic vero hydropticus Domini attendebat misericordiam, qui nostras intuens miseras, illis compatitur. h. 31. n. 56. h. 32. n. 69.

VI. *Homo hydropticus erat ante illum.* Actionem hic attende prudentissimam ad utilitatem tuam, vt te statuas ante Deum tuam representans infirmitatem: quāvis enim illi notior sit quam tibi, vult tamen vt eam illi re presentes. h. 32. n. 35. vsque 38.

VII. *Respondens Iesus, dixit ad Legisperitos: si licet Sabbato curaretur cui respondit, si nemo illum interroget?* Cogitationibus eorum: etenim videntes paralyticum coram illo, Christum considerant quasi inter duos molares lapides coarctatum, & ex vna parte premebat misericordia vt infirmo beneficeret, ex altera vero tetrahebat legis iustitia; credebant enim illi, quod iuxta illam illicitum esset curare in Sabbato. Talis etiam fuit illa angustia ad quam illum redegerunt quando in casu adule. & luctabatur misericordia eius cum legis rigore h. 26. n. 37. his igitur cogitationibus, quas animo voluebant, quærentes quid Christus acturus esset, respondit: ostendens perspectas esse sibi eorum cogitationes, per quod se verum esse Deum testabatur h. 26. n. 40. h. 41. n. 12.

VIII. *Silicet sabbato curare.* Hanc illis proposuit questionem, vt instruerentur, & in ignorantia sua illuminarentur, & ait Euangelista: rauerunt: quod illis erat valde familiare: nam in conspectu eius non audebant illi respondere, quando interrogabat illos de operibus suis, sicut etiam quando ipsos interrogauit de bapt. s. mo D. Ioannis, & eo absente illis detrahebant, sicut quia cæcum illuminauerat, dixerunt: hic homo peccator est, quia in Sabbato curauerat. h. 34. au. 38. ea mulorum est conditio: qui te presente non audent mutire tibi que aduolant, & in absentia de tuis loquuntur defectibus, vel vt tales diuulgant, adus illos qui tales non sunt: homines peruersi & præposteri. h. 34. n. 16 h. 35. n. 11.

IX. *At ille apprehensum sanauit eum ac dimisit.* Manu sua illum apprehendit, & curauit eum ab hydroptici, quidam effectus sustulit coram omnibus grabbatum suum: quo declarauit Dominus diuinæ suæ carnis virtutem. nam etiam idcirco tetigit leprosum, & mutum, virtutum suam ostendens omni infirmitate esse superiorem, ac proinde nec contra legem his contractibus peccaret, qui tamen illi repugnare videbantur. h. 37. n. 67. h. 38. n. 103.

X. *Dimisit eum.* Apprehendit eum manu sua, curauit illum ac dimisit. Se Deum declarauit in modo curandi, cum plena potestate facienti quod volebat, & quomodo placebat: nulla præmissa oratione nec cerimonia, sed quasi nihil faceret, hic modus Deo propitius operandi teste Propheta. h. 39. n. 34.

XI. *Cuius vestrum asinus aut bos.* Perfecto opere eorum probat Dominus insipientiam, quod credent illicitum esse curare infirmos in Sabbato, eo ipso, quod censebant ipsi licitum curare bouem aut asinum defesto prolapsum in puteum: itaque probat, ipsi magis valere bouem quam hominem & temporalia quam spiritualia. Cuncta trutinabant statera dolosa & mendaci. h. 10. n. 24 & fat multos inuenies his similes qui corporalia tantum curant, spiritualia vero minime omnino negligunt. hoc vti iusti non faciunt. homil. 23. numer. 23. 24.

XII. *Dicebat autem & ad inuitatos.* Vitium superbix regnabat in illis & avaritiæ: atque idcirco acceptauit Dominus conuiuium, vt illis in hac materia aperiret oculos: quod & fecit: hortatus primo eos, vt conuiuii locum eligerent inferiorem: & secundo conuiuiam influerent memores pauperum & eleemosynarum. Mecum mirare quam profundas in illis radicatas egerat superbia: cum vitium sit adeo ab homine diuinum, & Deo execrabile. h. 15. n. 30 vsque 35.

XIII. *Omnis quis exaltat humiliabitur.* Hoc dictum est donus Dei, modo contrario quam mandare parari. Si diuitias quæras quæ te paupertatem: si quæres quæ te tribulationem: si exaltari cupias, respiciam humilia. h. 2. n. 32. vsque 37. Vido dicta secundo die Quadrage. ad eadem verba.

## DOMINICA DECIMA SEPTIMA POST PENTECOSTEN.

I. **A**udientes Pharisei quod Iesus silentium misisset Sadduceis. Matth. 22. Contigit historia post ingressum Domini Iesum in Hierusalem die Palmatum, vbi triduo illo qui triduo motam traxit predicando, suam potestatem ostendit: quamuis autem illi morti ad iudicasset idque in pleno Concilio illis tamen permisit suam exequi determinationem, & illos cohibens, non alia potestate quam omnipotentis suæ, vaticinium implens Iacob, & ostendens suam esse voluntariam. h. 41. n. 13. vsque 17.

II. *Audientes Pharisei.* Accesserant Sacerdotes Dominum certa quadam obiectione capturi circa matrimonium, quibus Dominus tale dedit responsum vt os illis obstruxerit. Quo audito Pharisei perisurores insipientes in vnum conuenerunt vt illi interrogationibus laqueos pararent: nam quamvis ab his destiterunt, quantumuis illos Dominus pudore confunderet. Filij erant diaboli, & sic nunquam cessat, sapienter licet repellatur, qua dicitur vocatur Boelzebub, sic & illi h. 19. n. 38. Imo sunt & inuocant nequiores, quia multo fuerunt mollesiores

DOMINICALIS POST PENTECOSTEN.

hæreticæ comm. pernicia. hom. 8. n. 19. v. que 28.

III. *Conueniunt in unum.* Aliqui credunt congregationem illam fuisse Phariseorum & Sadduceorum; alij vero opinantur, tantum fuisse ex Phariseis; etenim inter se variis erant diuisi præfessionibus, sed contra Christum omnes cõueniunt vt Herodes & Pilatos; nam fuerunt capita draconis inter se diuisa & coronata, sed vnita contra filium Dei. h. 35. n. 13. 14.

IV. *Conueniunt in unum.* Inter se diuidebantur, sed contra Christum vniebantur. Hoc namque mundo frequens est, vt mundani viuunt diuisi, quisque suam prosequitur cogitationem alteri contrariam, sed omnes conueniunt in eo quod sic contra Christum molantur, ita vt superbi, avari, inhonesti hæretici, idololatriæ, licet inter se diuisi, tamen in eo conueniant, quod Christo repugnent. O Domine liceat tibi d. cere: *Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores:* Quisq; se suum dirigit aratum; & omnes sulcos ducunt per humeros Christi, nec alius ei succurrit auxilior. hom. 37. n. 20. h. 39. n. 33.

V. *Conueniunt in unum.* Malitia formidolosa est; quia opera eius mala sunt, & bene dicit Salomon: *Timida est nequitia,* reus vocibus suis perterret, quibus eum mala perturbat conscientia; quocirca socios quærit vt vires am numpque conquirat, vnde commaniter conspirant peccatores, de quibus sic David. Contra populum tuum cogueuerunt, consilium cogitauerunt vnanimes. hom. 37. nu. 51. Est mala conscientia accusatrix per seipsa; vnde peccator ab aliis quærit consilium, quo nequitia illius confirmetur. ibid. n. 64.

VI. *Interrogauit eum vnus legis Doctor.* Dixerat quidam Evangelista quod cum Dominus confudit Sadduceos, Pharisei abierunt, se cohibentes, nec ausi sunt eum interrogare, & iam videbatur in illis quasi mortua illa malitia quæ cenabantur illum illaqueare; sed vna paruit; etenim oblata occasione manifestabantur; sapo namque nequitia non est mortua sed modicum abscondita vt humor febris terriaræ. h. 35. num. 6. v. que 11.

VII. *Magister quod est mandatum magnum in lege?* Summus oritur verbus, sed cor adfert hyenæ. hom. 8. n. 31. v. que 39. sed accidit quod ait David: *Dum superbie impio, incenditur pauper:* Hac etenim occasione filij ab arrogantem illo oblata, formosus vt sol apparuit doctrinæ suæ diuinæ radios emittens. h. 23. n. 36.

VIII. *Diliges Dominum Deum tuum, &c. secundum modum simile est huic, &c.* His verbis declarat Dominus diuini substantiam præceptorum primariorum, modum quo adimpleantur. Maximum præceptum est amoris Dei, & proximi, & modus adimplendi diuersus est quia amare Deum oportet sine modo, & sine termino; amare vero proximum cum modo & termino. Est amor in anima, velut calor in corpore

necessarius ad vitæ confirmationem. h. 24. n. 33. 34. sed ordinatus esse debet, vt dixit sponsa; si namque sit inordinatus, febris est & occidit. ibid. n. 55.

IX. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo.* &c. hoc est primum & maximum mandatum. Modus diligendi Deum, est illum diligere sine modo & mensura, vt loquitur D. Bernard. quia ratio amoris est bonitas, & ea quæ Dei est nullum habet terminum; atque ex eadem ratione fides & spes nullum habent medium; etenim hoc proprium est virtutibus Theologicis, vt aiunt Theologi. Deus solus esse desiderat vt præfari sumus Dom. 14. ad illud: *Nemo potest deus.* &c.

X. *Ex toto corde tuo.* Totum vult cor Deus, atque ideo cum illud inordinatè dedicas creaturis illas tibi admittit quales sunt filij, vxor, &c. hom. 28. n. 34. 35. hom. 31. num. 65.

XI. *Ex toto corde tuo.* Cor sibi conquirere studet Deus & in eum finem sua dirigit studia, & tanta contumax est durit e, vt Deum aliquando detineat velut animo suspensum. ho. 15. n. 24. v. que 28. & fatigant cum Ezechiele. ibid. n. 28. v. que 31.

XII. *Ex toto corde tuo.* Totum tuum cor desiderat Deus, quia te diligit. Non illud exorat sibi ad commodum; nec enim Regibus terra conferendus est. h. 41. num. 59. v. que 62. Tantum intendit in eo perfectè commorari; vt ei omnia sua bona communique; cuius thronus est sicut sol; & ideo, mens eius est, vt totum illi consignes, vt in eo plenè requiescat, omnes in illud euacuans & effundens diuitias; vt enim est summum bonum, non quiescat donec omnes effuderit. ibid. n. 60. v. que 65. Nam semper in eo quod à nobis efflagrat nostrum intendit commodum, vt que ex omnibus eius locupletemur diuitiis. h. 17. n. 34. v. que 37.

XIII. *Ex toto corde tuo.* Non totum sibi petit cor, sed tibi, vt bene sit tibi, quod Myli dixit. h. 19. n. 48. ho. 41. n. 65. & quanto magis illi cor tuum tradideris, tanto erit tibi vtilius.

XIV. *Ex omnibus viribus tuis.* Non à te postulat Deus, nisi quæd potes, vnde diuersa amoris opera petit ab his & ab illis, iuxta singulorum virtutem. hom. 17. num. 37. v. que 42.

XV. *Ex omnibus viribus tuis.* Postulat Deus quod pro viribus tuis vales efficere, & quod nullo negotio pro eius amore potes operari, nec tamen facis; & diabolo, qui petit grauissima ultra vires tuas ipse ea ultroque offert. h. 24. n. 63. v. que 67.

XVI. *Ex omni mente tua.* Videtur Christus exigere impossibilia; quandoquidem hoc nihil sit aliud quam illum indefinenter diligere, nec al. is intendet; sed iam tibi respondet D. Ioann. *Mandata eius grauiora non sunt;* qualia sunt diaboli, mundi, & carnis. ho. 3. num. 10. v. que 14. & comprehendit hoc D. Thom.

panis dicens: mandatum hoc impleri potest semper in actu, ut semper actualiter diligas Deum; & habitualiter, quod est habendo charitatis habitum, nempe amorem, nihilque admittendo eius destructivum. In oculis impletur perfecte in actu: sed in hac vita completur in habitu, illum in charitate conservando, & amorem, in anima tua, nec admittendo peccatum mortale: hoc etenim Deum ab illa expellit: unde ipsum gravius tibi damnum infert, quam ipse Deus tibi posset inferre. hom. 13. n. 28. vsque 31. & hoc superposito ipse homo Deum ab anima sua exturbat cum ipse in ea morari concupiscat. ibid. n. 25. 26.

**XVII. Hoc est primum & maximum mandatum.** Sicut ad ornatum cœli Deus varias statuit stellas, majores & minores, & petissimum solem, omnibus illis lucem administrantem. h. 32. n. 2. ita cœlum exornat animarum variis virtutibus, quibusdam maioribus, quibus vero minoribus: præcipue vero sunt Theologicae, & inter omnes *Maior est charitatis* etenim illas habet prærogativas, quas sol super omnes stellas. Primum in nobilitate: etenim ingenuè Deus hominem excipit, nihil ab illo per vim extorqueus, sed ex amore: nam idcirco nos creavit liberos. h. 17. n. 42. h. 18. n. 20. & in tantum a se in quod eius gratia fit, in quantum ex amore fit & voluntate. h. 1. n. 18. & f. 99.

**XVIII. Hoc est primum & maximum mandatum.** Similiter eminentior est in nobilitate: quia Deus nos ut amicos habet & si verus amicus habendus est ut aequalis: proprium enim amori est facere aequalitatem. ho. 25. n. 37. tu iudica ad quantum te Deus euehat nobilitatem: & si amicitia omnia faciat coram unia: ecce qualiter Deus per hoc tibi cuncta quæ possidet, redat emanantia. h. 32. n. 45.

**XIX. Hoc est primum, &c.** Attende mandati tui excellentiam: nam per illud Deo satisfacis, idem illi tribuens, quod ipse tibi largitur. In beneficiis à Deo tibi præstitis hoc illi modo non vales satisfacere: si nam que te creaverit, illum tu nequis creare; & si tibi largitus sit vitam, illam tu ipsi largiri non potes: pro si te diligat, etiam tu illum diligis, & quanto tu illum amore profecutus fueris, tanto & ille te profecuetur: ait enim: *Ego diligentes me diligo*. Vitam hoc expererit alicui & opimates Regum terra! sit de quodam tollatur D. August. h. 25. n. 74. 75.

**XX. Hoc est primum, &c.** Secundo præcellit ut sol in sua causalitate: quia sicut quicquid in hoc mundo producit, per solis producit virtutem & adfirmitatem, scilicet aurum, argentum, fructus, &c. ita quoque amor Dei ipse producit sanctimoniam in Apostolis; fortitudinem in Martyribus; vitium spiritum in Monachis: omnes etenim fieri possunt: *Charitas Christi urget nos*. Insuper in te tam pauca producuntur opera, quia languet in te amor Dei. h. 22. n. 3. & h. 45. n. 4.

**XXI. Hoc est primum.** Tertio: principalis est virtute, sicut sol, cuncta namque vivificat: eam enim D. Ioanne intelleximus: *Qui non diligit mortem in morte*. ho. 24. n. 33. 34. idque eo modo, ut exinde amore maiores stelle obicrentur, nempe fiet spes: ac si sol in cœlo deficeret: hoc etenim ait D. Paulus. *Si linguis hominum loquar & Angelus &c. si habuere prophetiam &c. Charitatem autem non habeam &c.* h. 13. n. 7. h. 58. n. 114.

**XXII. Hoc est primum.** Quarto: est eminentior sicut sol in potentia radiorum suorum: quia charitas est, quæ valorem & meritum præbet bonis operibus: nec eorum in se quantitas attenditur, nisi amoris quantitate ex quo fiunt, in quo Salomon præstram statuit felicitatem: ut quamvis ope, etiam modica sint in se, illa tamen ex amore magna faciunt. h. 1. n. 22. idque taliter ut licet sint necessitate, & bi que etiam inuito contingant, illa tamen faciunt queas voluntaria in ratione meriti. Doctrinæ huius auctor est D. Hieron. h. 9. n. 47. 48. & D. August. h. 27. & seqq. & idcirco dixit Dominus quod magis quæ minus in quantitate dederat, in valore tantum minus dedisse censetur. h. 1. n. 22.

**XXIII. Hoc est primum.** Quinto: dignior est virtute sicut sol: quia virtus est animæ utilitas, quod ipse Dominus exponit: nam idcirco præcipit habere in homine dilectionem: *Ut bene fructus*. h. 19. n. 47. h. 41. n. 65. quia per charitatem quæ cadit animæ: ore esse emolumento, ita ut dicitur Apostolus. *Diligentibus Deum omnia cooperantur bonum*: & in omnibus merito possumus illis cooperari. h. 32. n. 41. vsque 45. & gratiores tribuunt dignas pretio reddit in finem, & acerrimos præmunt sicut adeo dignas ut pluris valeant quam omnia terra regna: & ideo Deus sibi magis amicus illas quam ceteras: im amoris & charitatis manus adeo sunt effectives, ut illis valorem tribuant infinitum. h. 22. n. 3. que 31. Tu iudica num lapis sit aliquis Philosopher huic conferendus: qui omnia quæcumque convertit in aurum: si tibi Deus illum traderet, tu hinc aurum faceres, quam foret ille pretiosus: igitur agit charitas.

**XXIV. Secundum autem simile est huic: diligere proximum tuum sicut teipsum.** Deus contrarius est dilectio: hic etenim hoc præcipit ut quisque seipsum tantummodo diligat: Deus autem ordinat, ut qui seipsum diligit, diligat & proximum suum. *Hoc præceptum habemus à Deo* (sic D. Ioan.) *ut qui diligit Deum, diligat & fratrem suum*. h. 22. n. 3. 4.

**XXV. Sicut teipsum.** Amandus est proximus mensura, sicut teipsum: nam sicut teipsum amantur in ordine ad Deum, & non inordinate: talis debet amor proximi, & hunc ordinem excelsus Deus

DOMINICALIS POST PENTECOSTEN.

zelotes excecatur. hom. 28. num. 54. hom. 32. n. 64.  
 XXVI. *Diligis proximum tuum sicut teipsum.* Duo distinguit D. Bernard in amore affectum & effectum. Quamvis ad affectum, Deus semper est preferendus; sed sicut nostris non indiget operibus praeiis in ratione eorum: decernit ut primo subueniamus proximo tempore necessitatis. Hanc nota doctrinam. hom. 23. num. 58. 59. 60. Et vult Deus ut primo parentum & proximorum necessitati, quam sacrificii satisfiat. ibid. num. 55.

XXVII. *In his duobus mandatis uniuersa lex pendet & Propheta.* q. d. hic finis est legis & Prophetarum, & hoc intendunt, ad hoc rediguntur: sunt enim haec duo mandata, duae lampades cum duabus oleis ad latus candelabri constructae. h. 30. n. 25.

XXVIII. *In his duobus mandatis.* Sunt haec duo illi lapides fundamentales, qui nisi collocentur, seorsum non extolletur aedificium, erique quod Dominus dixit Ezechiel c. 13. ut aliquibus nuntiarent qui modo construebant inuersi lapidibus conglobatis sine calce quae lapides coadunaret, quod certissime structura colleberetur. *Die ad eos qui liniunt sine temperamento, quod casurus est paries:* cui conuenit illud D. Pauli: *Si linguis hominum loquar &c.* h. 38. n. 112.

XXIX. *Congregatis Pharisaeis, interrogauit eos & e. su. Christus cuius filius est.* Comprehendit illos Dominus eodem ipsorum laqueo S. Scripturae, argue per illam ipsam eos erumit; sed in illos retorquens, erat proprio illos gladio quem adferrebant, transfodens. h. 35. nu. 23. Comparandus iuncto militi Balthazari; nam lancea, quam ab Aegypto vi exercebat, eundem transfodit. h. 44. n. 9.

XXX. *Quomodo ergo David vocat eum Dominum?* Nouerat Dominus ipsorum ignorantiam; credebant enim Messiam futurum purum hominem, & pure descendentem ex familia David, qui naturam aliam Dauid non haberet superiorem, unde opinabantur venissent ipsum potestate temporali conpicuum, cuius praedia fierent corporibus militum exercitiis, & qui terrenas solummodo possideret diuitias. hom. 41. n. 71. quos Dominus redarguit, ostendens quod habiturus esset naturam super orem quam David: quod si ex una parte esset eius filius, ex altera esset eius Dominus: sed sicut hoc non intellexerunt, ligati fuerunt & constructi argumento Saluatoris. Ratio fuit, ex sententia D. Augustini serm. 124. de temp. quod terreni essent & voluntatem haberent terrenis aliam, quare capere non poterant haec mysteria. hom. 29. num. 52. Superbia urgebant quare haec illis abscondebantur, & parulis a Deo reuelabantur, ut Chanaanax. hom. 9. numer. 23.

XXXI. *Non sunt amplius ausi eum interrogare.* Accedebant illi ut in igne flammas ignis exstinctur: sed

ipsi comburebantur, & ignis lucidior apparebat, quo nobis infundit lucem qua haec mysteria agnoscamus. hom. 23. num. 23. 36.

DOMINICA DECIMA OCTAUA POST PENTECOSTEN.

I. **A**scendens Iesus in nauiculam transiit. Math. 9. Erat Dominus sol diuinus cursum suum perficiens, & clariores continuo radios eubrans. hom. 31. n. 45. Fons erat hortorum eos perpetuo rigans. ho. 24. n. 23. Descendens de monte intrauit Capharnaum aliaque loca, mira parando miracula: Deinde abiit in terram Gerazenorum: vbi unico verbo ex homine eiecit integram daemnum legionem, constans ad minus sex nullibus, sexcentis sexaginta sex. Ex quo loco nauim transiit in Capharnaum, vbi operatus est miraculum quod nobis refert Euangelista se Deum demonstrans in tribus. In remittendo peccata, in cordis abstrusa penetrando, atque in curandis languoribus solo suae vocis imperio.

II. *Venit in ciuitatem suam.* Vocat ciuitatem suam Capharnaum, sic eam exprimit D. Marcus: quamvis enim concepit in Nazareth & natus in Bethlehem, tamen Capharnaum fuit honoratus exceptis, ut patet in fide Centurionis & Iayri, & casu qui contigit in domo Simonis Petri: non enim estimat Deus quemquam ob naturam vel parentelam dignitatem, sed ex modo agendi cum ipso per viam fidem: vnde non iuste conqueruntur Nazareni, quod in Nazareth non ea faceret quae Capharnaum fecerat. h. 21. n. 27. si velis ut plura Deus tui gratia faciat quam aliorum, tu prior age plura quam alij. ibid. n. 38. vique 42.

III. *Offerebant ei paralyticum.* Vide dicta Dom. 11. ad illud: *Adducunt ei iurdum.*

IV. *Iacentem in lecto.* Figura est haec peccatoris. est crebra peccati pondus adeo graue, ut ipsum Christum in terram praefernat. h. 25. n. 31. 32. 33.

V. *Videns Iesus fidem illorum.* Magna fuit illorum fides, qua credebant Christum posse solo verbo hunc curare paralyticum, vnde summo opere conati sunt illum coram eo collocare; ita ut, dicente alio Euangelista, lectum denudauerint, & per regulas demiserint. Bona fuit haec fidei dispositio, fundamentum est enim insignium prodigiorum, quae Christus operabatur. h. 25. nu. 36. & seqq. & haec ad fidei mensuram operatur. h. 2. n. 53. & h. 27. n. 38. Et vbi illa deficit, nullum operatur miraculum; atque ideo nulla in te operatur, quia languet in te fides, sicut necin patria Nazareth illa patrauit. hom. 21. n. 42. 43.



VI. *Videns fidem illorum.* Hic pater quam diuersa fuerit Capharnatarum & Nazarenorum fides, & quam iniquitas deponeret hi quærimonia dicentes: *Quanta audiuimus facta in Capharnaum: quandoquidem in Iulacenus isti præstabant Christo quod Capharnaïta:* h. 21. n. 30. vsque 42.

VII. *Videns fidem illorum.* Etiam paralyticus habere debebat fidem, sed modica erat, quam aliorum adiunxerat, qui illum proferebant, nam actibus fidei quos exercebant, pro illo intercedebant: vbi notat D. Ambrosius. Primò, quod fides aliena huic profuerit, quanto magis propria auxiliabitur, si viua fuerit? Secundo aduertit D. Chrysostr. quantum tibi referat cum aliis orare: aliorum etenim deuotio tuam promouet tepiditatem: qua de causa magnam habet pro te efficaciam aliorum oratio facta in congregatione: nam etiam D. Paulus illam pro se fieri precabatur. Optimum documentum, h. 24. n. 46. vsque 48.

VIII. *Confide fili.* Congruum principium vt tibi Deus miseretur: tuam excita fiduciam, atque in Deum dirige velut in Patrem, qui te filium vocat: cui namque hæc deficit, nedum illi nullum conferat beneficium, sed insuper castigat illum, vt Ananiam & Moysen. h. 27. n. 8. vsque 12.

IX. *Confide fili.* Hoc tuam animare debet fiduciam, quod Deus te suum vocet filium, vnde illum habere debes vt Patrem. h. 42. n. 83. 84. Et hanc in nobis voluit excitare, dicens vt illi consideremus, cum nos vt filios haberet. *Qui portamini à meo vtero* hom. 27. n. 16. vsque 24.

X. *Remittuntur tibi peccata tua.* Ad morbi radicem Dominus occurrit, hoc etenim meo iudicio declarauit his verbis, sicut aliis, quibus paralyticum apud piscinam allocutus est. Valde frequentes propter peccata veniunt ægitudines. h. 30. n. 29. 30. quocirca remedium illos curandis præscribit primo Salomon animæ purificationem. h. 32. n. 11. quia vero hæc animæ mundities primò non curatur parum corpori proficiunt medicamenta h. 10. n. 25.

XI. *Remittuntur tibi peccata.* Contigerat illa paralyticus in penam peccatorum: valde etenim leuia possent etiam graues incidere languores. h. 10. n. 28. & seqq.

XII. *Remittuntur tibi.* Tibi semper caue ne tribulationes & infirmitates tibi obueniant in scelus tuorum supplicium. h. 30. n. 31. Quamuis tibi non sit idem de aliis ferendum iudicium. Ibid. n. 32. vsque 35. Sed hoc de te fert iudicium: vt irruente calamitate, vel infirmitate, statim ad tuam recurras conscientiam: etenim ob peccata oblita & incognita multa contingunt aduersitates. h. 10. n. 26.

XIII. *Quidam de scribis dicebant: hic blasphemæ.* Hoc cordibus suis proferebant, sed omnia per rimabatur Christus quæ corde agitabant, & illis hæc etiam

manifestabat factis statim interrogatione, quæ se verum ostendebat Deum, cui proprium est penetrare cordis abscondita: h. 26. n. 40. h. 41. n. 13. multo fortiori argumentum quam illo Menandri solem esse Deum affirmabat. h. 33. n. 36. 37.

XIV. *Quid est facilius dicere, Remittuntur tibi peccata, &c.* Non quaerit, vtrum difficile sit remittere peccata, vel curare, paralyticum sed quid sit facilius hoc aut illud dicere: A longe præclarum iudicans mysterium, quo suam confirmat diuinitatem; nam in ipso idem erat dicere ac facere: quod Deo proprium est. h. 2. n. 39. 40. & probatur à D. Ambrosio. hom. 49. numer. 28.

XV. *Quid est facilius, &c.* Intendebat Dominus vt ex quibusdam miraculis ascensus gradusque fieret ad alia, atque ex nonnullis operibus quæ faciebat fieri excitaretur & spes ad vltiora. h. 27. n. 40.

XVI. *Quid est facilius.* Miracula Christi in ordine ad diuinam suam omnipotentiam erant æqualia: sicut virtus eius & omnipotentia in se æqualis est, & tanta ad vnius formicæ quam Seraphim creationem. h. 2. n. 39. & h. 24. n. 28. Porro in ratione operum quæ facit sunt alia aliis maiora, tantumque est remissio peccatorum & animæ iustificatio, vt non solum excelsa curationem alicuius infirmi in corpore, sed etiam ceteræque creationem. h. 25. n. 4. 5.

XVII. *Quid est facilius dicere?* Tantum excelsi animæ, quam corporis curatio, vt præter omnem comparationem, opus sit eminentius eicere ab anima demorem, quam possidebat, quam à corpore; sicut multo peius eum in anima quam in corpore continere. h. 19. n. 20. hom. 20. n. 2. 3.

XVIII. *Vt autem sciatis, quia filius hominis.* Excolit, lentius opus est, vt diximus, remissio peccatorum quam curatio paralyticus: sed respectu oculorum carnalium, qui hoc vident, illud autem non, posterius censent priore eminentius. Vnde Dominus hunc sanans paralyticum in testimonium quod potestatem haberet remittendi peccata, & per consequens quod verus esset Deus: euidentiam præstitit, quam dicunt Theologi attestante. Hoc est quando ad alicuius rei confirmationem fit miraculum omnibus id spectantibus. hom. 32. num. 81.

XIX. *Vt autem sciatis.* In duobus tantum calibus ingenio quod Dominus vsus fuerit hoc modo parædidi miracula: in resurrectione Lazari quo postestus dænem imposuit, quem ad confirmationem suæ diuinitatis instituebat. h. 32. n. 81. & in hoc facinore: etenim nobis maxime conueniebat de hoc articulo remissionis peccatorum securus esse & confirmatos. est etiam vnica peccatorum consolatio. h. 18. n. 12. 13. præcedentiendo per hoc hæresim Nouati. ibid. n. 8.

XX. *Dixit, Paralyticus, surge, & tolle lectum tuum.* Part

DOMINICALIS POST PENTECOSTEN.

Parethe liquido potestas Christi, quodque certa sit curatio ab ipso facta, & quando tua talis censenda sit. hom. 10. n. 43. vsque 46. saepe namque anima videtur curata, & non est: cum vires non habeat, quibus se ex animo & serio erigat, tollatque lectum suum, sed confestim in eadem peccata relabatur. hom. 35. n. 6. vsque 11.

XXI. *Surge tolle.* Hoc idem tibi ad salutem tuam praescribit. hom. 10. n. 46. 47.

XXII. *Videntes turba cœmuerunt, & glorificauerunt Deum.* Sol qui limpidos illuminat oculos, obcecat respersiones: & per hoc ipsum quod viderunt aliqui, & ut alij obtenebrati, atque ex miraculis Christi, quibus non illi illum agnouerunt & adorarunt ut Deum Iudaei obcecati sunt: etenim propter illa motum Dominum addixerunt. h. 39. n. 8. & seqq.

DOMINICA DECIMA NONA  
POST PENTECOSTEN.

*Simile factum est Regnum caelorum homini Regi, qui fecit nuptias filio suo.* Matth. 22. Hæc parabola similis est illi quam proposuit Dominus de homine quodam prædicatori institente cenam magnam, ad quam plurimos conuocauit conuiuias: quamvis illa sit communior, cum possit exponi tam de cœna gloriæ, quam mysteriorum Christi, cuiusque fidei: hæc autem tantum locum habet in mysteriis Incarnationis in qua factæ nuptiæ sunt filij Dei cum humana natura, ad quas primo vocati sunt Iudæi, & illis ob eorum malitiam eiechis Gentiles inuitati sunt. Ceterum propter magnam similitudinem: ad huius explicationem quære de cœna de alia, omnia enim conueniunt, ut diximus Dom. 2. post Pentecosten.

II. *Simile est Regnum caelorum homini Regi.* Vocat Regnum caelorum Ecclesiam suam, atque in illa fieri quod Regi contingit: nuptias filio suo præparanti. Hanc parabolam proposuit post illam de vinea, & ad idem animi propositum: sicut enim per illam commisit Iudæos de pessimo scelere quod rei commiserant: eam præter Prophetarum & ministrorum Dei perfectionem & eadem, ipsum etiam morti deuouerant, & declarat quod ea de causa de vinea essent exturbandi & pleiendi, ut ipsi sententiam tulerant. *Malos male seruet, &c.* Ita Dominus hanc aliam adducit parabolam ad eandem intentionem, illis manifestans, quod à Deo vocati ad præclara Redemptionis mysteria, quæ venerat ipse perfecturus, Dei seruos occidisset: imitatores, ipsumque iam nigro mortis calcidamauerant atque idcirco à Rege punirentur, occi-

derentur, eorumque ciuitas euerteretur; hoc enim est: *Perdidit homicidias illos, & ciuitatem eorum succendit.* Stulti fuerunt qui dixerunt Deum esse crudellem ob supplicia quæ inferebat, imo potius hinc inferitur eius misericordia: cum tot modis præmoneat quatenus supplicia sibi uerfugiant. h. 13. n. 2. 3. 4.

III. *Simile est Regnum caelorum homini Regi.* Hanc parabolam Christus Iudæis proposuit: ut ex illa suam notarent minam, nobis autem illos proponit, quatenus ex illorum perditione nostram videamus si similes illis fuerimus. hom. 17. n. 2. 3.

IV. *Homini Regi qui fecit nuptias filio suo.* Hic Rex Deus est, qui filij sui disposuit nuptias cum humana natura in ventris purissimi thalamo, Spiritu S. coniungente sponsam: hunc cum sponsa hac, cui vnitus prodest, *Tanquam sponsus de thalamo suo.* Nuptiæ factæ sunt ex quibus gigneremur filij Dei, qui ex natura nostra filij eramus Adam, peccatores. Hoc mysterium etiam declarant Dominus similitudine fermenti. hom. 41. numer. 68. vsque 71. Nuptiæ ad quas sponsa conuocabat: *Videte Regem Salomonem, &c. in die desponsationis & lætitiæ.* Hic cœnæ dies illi lux festissimus, quando humane nature desponsatus nostram operatus est Redemptionem: & tunc fuit hic alacrior, quanto plura faciebat & patiebatur. hom. 42. num. 25. 66. 67.

V. *Misit seruos suos.* Misit Prophetas ut Iudæos inuocarent: quidam se hoc modo, alij alio excusarunt: imo tanta n. n. illi temeritate fuerunt impudentes ut seruos trucidarunt: quamobrem iratus Rex eorum & ciuitatis ipsorum decreuit interuentionem. Hic pars parabolæ al solutæ, circa quam vide notata Dom. 2. post Pentecost. Ex quo instituitur, quod sicut Iudæos perdidit, nos quoque sit perditurus, si usdem cum illis sceleribus inuoluamur. h. 17. n. 48. vsque 53.

VI. *Tunc dixit Rex seruis suis: Ite ad exitus viarum.* Hæc secunda pars ad nos spectat: etenim declarat, qualiter exclusis Iudæis uocauerit Gentiles: vide quæ diximus Dom. 2.

VII. *Intrauit Rex ut videret si scumbentes, & vidit hominem non vestitum veste nuptiali:* quem interrogauit quæ temeritate adax illuc intrasset, &c. qui nihil respondens obmutuit, unde & illum puniri mandauit. Regis admirare reprehensionem: si namque vocari uisisset pauere laceris indutos vestibus, quod iure stomachatur, illique indignatur. Et amplius, obstupescere quod interrogatus obmutuerit: cum illi tam facilis videretur. *Offendi tibi, Domine veni talis qualis eram, dum me vocarunt, dicentes, se pauperes vocare, &c.* Absque dubio legitima fuit & congrua reprehensio, adeoque iusta, ut non habuerit vir ille quod obiceret ad sui defensionem: quia Rex non perferat ab eo vestem eius disparatam facultibus, sed ut illam haberet.



haberet mundam & expolitam hoc enim est vestibus indui nuptialibus, honestis mundisque se vestire, & modo quo fieri potest ornatiore: nam hoc flagitat à te Deus, qui te ad supremum non cogit perfectionis apicem sed vt in statu tuo in Dei famulatu mundus viuas & honestus: in omnibus etenim statibus hoc potes efficere etiam exillens miles. ho. 2. n. 4. nam ex militibus tuas Deus excusationes redarguit: ibid. n. 7. & ho. 24. n. 17. vsque 26. Et si vestibus prodire non potes ornatus, quali virgines honestum iudice in statu matrimonij amicum ibid. n. 19. 20.

VIII. *At ille obmutuit.* Ratio secunda & conuenientior hæc est, quod Rex ille iuuitatis ad nuptias staturat quædam ad ingressum qui darent vestes intrantibus nuptiales & cultiores: hoc enim agit Deus: nam intrantibus Ecclesia: suæ palatium, vt his fruuantur nuptiis ad introitum vestimentum tribuit gratia: suæ candidissimum, per illud designatum quod baptizato imponitur: quia vero hoc amitti potest, ministros habet paratos, quales habuit Pater filij prodigi, quibus imperat: *Afferre solam primam*: sunt autem Confessarii itaque tibi ad culpam reputatur quod Deus te veste reperit non indutum nuptiali: & hora adueniente reddendæ rationis, cum tibi dicitur cur vestem non habes nuptialem: non habebis quod respondeas, cum tibi tam abundanter prouiderit, vt nihil tibi defuit h. 17. n. 29. vsque 32.

IX. *At ille obmutuit.* Tam modicam habet rationem peccator quæ Deo non seruiat, vt si quando ab illo quæ siturus est *quomodo*: non sit habiturus quod respondet: est enim peccatum talentum plumbi, quod os obstruit ho. 34. n. 26. & verè tanta est peccati malitia, vt quando Deus illam peccatori detegit, confusione plenus totus obmutescat, vt Caino contigit h. 6. n. 46. ho. 26. n. 54. ho. 38. n. 54. vsque 57. quod autem respondeas à Confessario reprehensus, indicium est te tua non agnoscere crimina, sicut Dauid ibid. nu. 57. vsque 60.

X. *At ille obmutuit.* Reliquit nobis Christus pretiosissimas vestes meritorum suorum, vulnerum & cruciatuum: hæc omnia testes tibi erunt aduersari vt dixit Iob, qui tibi os opprobiant. h. 6. n. 25. vsque 29. Praesertim quod nobis infinitas tradiderit diuitias, si nobis hæc velimus ad salutem assumere, nisi que cooperari. h. 42. n. 16. & sequæ.

XI. *Es dixit ministris.* Ligatis manibus. Vide dicta Do. post Epiphan ad illud: *Alligato in fasciculos mitte in tenebras exteriores etc.* Ibi erit scelus & stridor dentium. Vide ignem inferni ho. 6. n. 6. vsq. 64. & h. 16. n. 40. vsq. 46. Ignis est tenebrosus, quo tantum videbitur quod poenam adferre poterit ibid. n. 46. vsq. 49.

XII. *Multi sunt vocati, &c.* Vide nota ad eandem sententiam Do. Septuagesimæ.

I. *Erat quidam Regulus, cuius filius,* Ioan. 4. Op.

Erat est Dominus hoc miraculum cum esset in Cana Galilææ, post illud patrum ad nuptias nam per hoc diuulgata est fama Christi vsque Capernaum, vbi Regulus hic morabatur. Erat Capernaum vna de decem ciuitatibus illius Prouinciæ quæ dicitur est decapolis, & ex doctrina Plinij colligit Cardanus Baronius in illa ciuitate præsidem fuisse particularem qui dicebatur Tetrarcha, & hic est quem D. Ioan. n. 4. cupat Regulum, ita vt esset quasi Rex illius ciuitatis sed quia lubditus erat Romanis, non erat potestatis Rex, sed tantum vt protegeret. Huius igitur filius iurabatur etiam nec esse Regem aut supremum in mundo Monarcham sufficit, vt non intrent in domum eorum a gritudines: est namque mundus vt Aegyptus & vsque ad aulam Regis mors introgreditur: licet enim nobis expedit. h. 24. n. 25. 26.

II. *Erat quidam Regulus cuius filius, &c.* Potest esse vnicus, in quem totus Parentis amor conuertitur, Deus autem Zelotes non patitur vt aliquod ordinato diligatur amore: licet etiam sint filii h. 33. vsque 36. ho. 31. n. 65.

III. *Cuius filius infirmabatur.* Vult Deus patrem capere ut autem se manibus eius vitro tradat, hinc morbis discernat, vsus astutia praxiq. e Absalom. h. 9. n. 19. quinimo & filios ob parentem peccata castigat. ibid. n. 20. vsque 23.

IV. *Cuius filius infirmabatur.* Ne cogites morti tibi filijque tuis casu contingere: nec enim illos minus sine ratione euenire permittit. ho. 10. n. 29. h. 38. vsq. 41. Et ita hic contigit, quod Deus voluit per filium venari patrem, eo modo quo Onagra capitur. h. 9. n. 10. vsque 14.

V. *Cuius filius infirmabatur.* Intendit Dominus Regulum disponere, vt cum illo agat, eiusque cordi suam infundat: eo sine ad domum illius agendum mittit: etenim quando illa torqueatur, respicit Dei agendi nobiscum h. 36. n. 40.

VI. *Cuius filius.* Quam sollicitus, quam curatius hic Regulus pro filij sui salute ad Christum accedens, eiusque patenter perferens repellicentiam patrem etenim sui sepius obliuiscuntur vt filio qui miniscantur, nec filium inuenies, qui Christum patente rogaturus accesserit. h. 15. n. 29. 30.

VII. *Incipias mori.* Pater valetudine gaudens spera, & filius expirat: frequentius etenim moritur quam patribus est vicinior. Nemo vitam

DOMINICALYS POST PENTECOSTEN

secram. *quam* uis inuenis h. 31. n. 17. vsque 28. & minus aluc infantes. Nota discursum ibid. n. 28. vsque 33.

VIII. *Incepit mori.* Prudenter fecit accedens ad Christum cum enim mors inciperet intrare, solus poterat eam Christus detinere h. 31. n. 71.

XI. *Rogabat eum ut descenderet.* Hoc eius tribuo prudentia quod Christum conueniret, eiusque personam opem efflagitauerit: hoc etenim primum esse oportet in morbis tuis remedium. homil. 32. nu. 7. Et prius ad illum confuge, quam ad medicos ibid. numer. 11.

X. *Rogabat enim.* Medium esse debet oratio. est enim claus. 92. in Dei h. 9. n. 4.

XI. *Ut descenderet.* In hoc errauit: modicam suam prodere fidem quam credebat Christum esse purum hominem, quia in loco non esset quam ubi presentia aderet corporali. Hanc quoque fidei defectum arguit in Mattha h. 23. n. 52.

XII. *Nisi signa et prodigia uideritis.* Durius illi respondit Dominus: Centurioni uero benignitas & layro familiariter idem postulanti, imo quid amplius ut descenderet in domum suam, poneretque manum super filiam suam defunctam. Fecit ita Dominus, docens cum Eliseo uero honorandum quempiam quia deus est, & alterum asperum quia pauper est quo studuit elatam Principum deprimitere superbiam h. 2. n. 20 & seqq.

XIII. *Nisi signa.* Erat etenim Christus optimus medicus & varijs utebatur medicinis: nec enim uia cunctis conuenit h. 2. n. 23 vsque 26.

XIV. *Nisi signa.* Praecipua ratio appetus respondendi iam dicitur: quia cum modica accedebat fides: est etenim haec miraculorum fundamentum h. 27. n. 34. & ad eius mensuram illa operatur ibid. n. 38. eodemque cum illa procedit pede h. 2. n. 27.

XV. *Nisi signa.* Meo iudicio nullam habebat Christus rationem hunc seuerius increpandi: cum iustum non uideretur non praemis signis credere: sunt etenim illa quibus uera fides asseritur: nam idecirco semper sibi comites haec duo processerunt ho. 10. nu. 2. vsque 5. Non indignatur Christus quia signa postulant ab eo, nam illa daturus erat ludæis ut crederent, & ita petiuit illa Abraham h. 8. n. 7. sed quia praemis non nullis nullus sequebatur effectus, nec ab his nouerant ad illa discurrere, & ad singula quaeque postulabant signa: hoc autem animabus proprium est indisciplinatis: nec enim sciunt discurrere in miraculis Dei. n. 21. n. 32. h. 29. n. 20. Et hic tuus est error. quod uiso vno Dei miraculo fidem uelicias excitate ut alia. quoque futura conuidas, ut Rex Asa. h. 27. n. 44. atque hunc in Moysie Deus errorem ponuit ibid. n. 10.

XVI. *Dominus descendit.* Sapienter perseverat in oratione est etenim necessarium ut assequaris quod intendis h. 9. n. 14. Hoc ita Christus id seipso eo uis. h. 4. n. 14.

Usser. Bapt. de Lanuza, Tom. I.

90. 97. & miram habes de hoc D. Ambr. doctrinam dicentis: vim nobis esse Deo inferendam per orationem ibid. n. 92. 93.

XVII. *Vade filius tuus uiuit.* Taliter dat Christus filio vitam, ut etiam illam fidei tribuat patris, illum instruens non opus sibi esse ut eo tendat tanquam purus homo: quandoquidem ubilibet esset ut Deus: uade quauis ibidem esset secundum corpus ut homo in domo tamen eius esset ut Deus, cuius uerbum adeo potens est, ut quidquid dicit operetur: & hic ore prolatum, effectum habet in longe distitis, & uoluit ut crederet illud. quod credebat Centurio dū diceret *Tantum die uerbo.* h. 2. n. 39. Est Dei uerbum gladius in ore eius h. 31. n. 72. 73.

XVIII. *Credidit homo et ibat.* Modo bene proficitur, cum iam gressibus incedat uiae fidei: nam iuxta hoc cito sequitur optatum responsum ut dixit Martha. *Si credideris uidebis* ho. 32. numer. 27. prout uia fide processeris Deo confidens, effectum poteris expectare ho. 27. nu. 38.

XIX. *Iam eo descendente.* Cum iam proximus esset Capharnaum famulus suis occurrit, qui filij eius nuntiarent reparatam salutem, a quibus horam interrogans, audit: *Hæc hora septima reliquit eum febris.* Nota uerbum. *Reliquit.* Plura dixerunt quam intelligerent. nam in rei ueritate, febris erat uelut quidam satelles, a Deo missus ut, pignora caperet in domo huius Reguli, & filium iam pignus acceperat: & indubitanter donec Rex omnium supremus aliud mandaret, illum non soluisset, & ita eadem hora quā Dominus hoc præcepit, *Reliquit illum febris.* Hoc tibi sume documentum. ho. 2. numer. 47. vsque 50. ut etiam fecit Chanaana ho. 9. numer. 23. 34.

XX. *Credidit ipse et domus eius tota.* Ecce finis hic est miraculorum Christi: & eo sine fiebant, quæ faciebat in parentum & filiorum utilitatem. homil. 8. numer. 41. Non qualia mundus magni facit. ibid. numer. 44 vsque 46. Sed nec qualia petebant Pharisæi: ibid. numer. 39. 40.

XXI. *Credidit ipse et domus eius tota.* Hic igitur recta progreditur uia, nec arcus est prauus, ut erant Pharisæi, qui uisus miraculis parum est quod in illum non crederent, insuper & cum occiderunt. h. 37. n. 9. Unde cum Saule reprobantur. ibid. 14.

DOMINICA VIGESIMA PRIMA POST PENTECOSTEN.

I. **S**imile est regnum calorum homini Regi qui uoluit rationem ponere cum seruis suis. Matth. 18. Duo Christus per hanc parabolam indicat. Primum est articulus nostræ fidei. remissio scilicet peccatorum ex Dei misericordia. Secundum est, te te

M m neti

neri remittere iniurias tibi iniustas. Hæc parabolam Dominus proposuit ex occasione quod proposito præcepto de correptione fraterna: *Si peccaverit in te frater tuus D. Petri ab illo percunctatus esset. Quoties peccabis in me frater meus? & remisit ei, usque septies*: Et quamvis Dominus generaliter loqueretur de omnibus peccatis: quia omnia dicuntur in te commissa, ob singulas rationes ho. 22. n. 11. vsq; 21. tamen loquitur potissimum de offensis tibi in particulari irrogatis, quas tenetis remittere, si esse vis filius Dei: & hoc confirmat exemplo Patris cælestis, in parabola quam proponit; quod si tu proximo non ignoscas, nec ipse tibi peccanti ignoscet. h. 3. n. 54.

III. *Simile est regnum caelorum homini Regi qui voluit rationem ponere &c.* Regnum caelorum est Ecclesia. Nemo sibi persuadeat in ea se posse vivere, nulla reddita ratione, vt heretici contendunt: nam omnium est reddenda ratio, verbi etiam otiosi: librumque habet Deus in quo singulas nostrorum bonorum & malorum partes conferbit, ne vnâ quidem omissa; hoc asseruit Hieremias: *Vigilauit iugum iniquitatum.* h. 34. n. 60. 61.

III. *Voluit rationem ponere.* Reddendus est omnium computus. Asseruerunt multi, quod Deus mundum non gubernet, & omnia comparari posse erga stultorum, nulla habita dataque ratione, Est autem hoc adeo certum, reddendam esse rationem, vt in eum sine tantum diem signaueris, quo regimini sui proponat rationes. bonos remuneret malosque puniat. h. 6. n. 29. vsque 32.

IV. *Voluit rationem ponere.* Hoc plurimum inter alia vitæ nostræ congruit emendationi, si consideremus reddendam nobis esse omnium rationem, eamque tantò strictiorem, quantò Deus ipse est, qui eam, est exacturus sine præmissis, siue supplicis. h. 6. n. 4. Atque ideo hoc primum voluit vt mundo innotesceret, venpe dies extremæ distinctionis; atque ad eius confirmationem primum omnium Abel subiit martyrium. ibid. n. 7. vsque 12.

V. *Voluit rationem ponere.* His verbis auditis, nihil fallat, omnes nos reputare debemus vt damnatos, cum probè sciamus à debitis absolutum esse neminem: sed adest Dominus nos consolaturus, asserens remissionem esse peccatorum quantumuis grauium, tantummodo rogando eorum indulgentiam, Res hæc est nostræ consolationi adeo necessaria, vt illam voluerit verbis, documentis, parabolis & exemplis confirmare. h. 18. n. 9. vsque 14.

VI. *Rationem ponere cum seruis suis.* Deus Dominus est, cuius omnes homines serui sunt, quibus talenta sua bonaque commendaui tam corporeis quam animæ, sicut etiam temporalia, ne tibi blandians ô diues diuicias diuitias esse tuas. Vide dicta Dominica octaua ad

illud: *Habebat vulticum &c. bona sua. &c.*

VII. *Es cum coepisset rationem ponere, oblatu est ei vnus.* Primus qui ingressus est, vnus fuit decem millium talentorum debitor. Numquid satius fuisse, si primo prodidisset quid data & accepta proferret æqualia? Nequaquam; talis etenim nullus est, nec esse potest, qui Deo non infiniè debeat, quia inter homines vel fœtus iusti, vel peccatores. De peccatoribus liquido cõditur multis obstrictos esse debitis; cum illud vnus tantum peccati mortalis, ira sit infinitum, vt ad integrum illius satisfactionem, necessario pretium requiratur diuini ipsius sanguinis infinitum. homilia 41. numer. 13. Iusti similiter tanta habent debita quanta sunt Dei dona quæ receperunt. Primò: quantis animis malis opprimitur tantis ipse debitis adstringitur, quia Deus ab his illum eripuit. homilia. 10. numero. 11.

VIII. *Oblatus est ei vnus, qui debebat.* Secundus tantum Deo teneris, quantum pro te fecit in bonis naturalibus & supernaturalibus, quod tibi sua tradiderit Sacramenta & sanguinem; quod Patris suum tibi filium dederit, & filius omnes suas auferat diuitias: nam hæc omnia tua sunt, merita illius, & Passio; nam vt Pater hæc omnia tibi conuenat vt sint tibi ad emolumentum. hom. 42. numero. vsque 19.

IX. *Oblatus est ei vnus &c.* Si peccatis gratiarum tuum hic notas deditum, si non g. eueris, & hoc quoque hic attendas non minus, quod te colubauerit, ne in illa laboreris; ita debitum suum recipiunt Angeli. Hanc doctrinam hausi à D. Bernar. ho. 22. n. 49. 50.

X. *Oblatus est ei vnus qui debebat.* Omnia hæc beneficia, debita sunt, de quibus à te rationem exiges, vt populo Samuel dixit: *Nunc stete vt iudicetis commendam. diuersum vos coram Domino, de omnibus miserandis Dominum, quas feci vobiscum; & cum Patribus vestris.* Vnde sit inferi Diuus Gregor. *Cum crescant rationes etiam crescant donorum.* Tu videris quicquid talentis illis lucratus sis, si namque ille nihil cum illo lucratus est, sed nec perdidit, licet sit condemnatus, tu qui non solum nihil lucratus, sed illud vilipendis & dilapidas, cum præd. go. 17. vnus vnus excipieris. Te ipsum considera misericordiam Domini coramam, sunt hæc graua debita. homilia. 17. numer. 29.

XI. *Debebat ei decem millia talenta* In quibus perperas has omnes obligauisse facultates; in eo quod nullum in domo sua seruauerit ordinem; assumere voluit vitæ viuendi statu suo superiorem, & nemo dubitat quæ res exhaurienda sint, & tanta conquiritenda debita quæ non possunt sustineri. Hoc mundum debita quæ non tolerandis. h. 27. n. 62. vsque 66.

DOMINICALIS POST PENTECOSTEN.

XII. *Iussit vendidari eum, & uxorem & filios.* Moyses erat ut pro debitis venderetur vir, uxor illius, & filij, ut cōstat ex illa muliere in diebus Elisei: nam propter defuncti mariti debita, ipsam eiusque filios vendere voluerunt. Si quid intelligo transire poterat si vir ipse venderetur; sed quā culpā tenetur uxor, & quo debito filij? Magna nimis, cum enim data sit mulier viro in adiutorium, *in adiutorium simile sibi*; serpens illa virum ad grauiora sollicitat debita, turpiorumque perditionem, similiter & filij, ea non viuenter, quā tales decet temperantia: iuxta doctrinam Apostoli. h. 24. n. 19. & seqq. h. 13. n. 9.

XIII. *Procidens seruus ille rogabat eum &c. Patientiam habet in me.* Hoc legitimum est peccatoris remedium, si se pedibus Dei prosteruat culparum suarum veniam deprecans, dūtinā se committens misericordie, atque ad eius confirmationem voluit Deus hominem creare peccabilem, quem etiam permittit in peccata labi; est etenim monile seu gemma in eius corona ceteris eminentior; & nisi peccatores essent, illa non innotesceret. Hoc nota ex D. Hieron. h. 18. num. 23.

XIV. *Patientiam habet in me.* Ad hoc igitur permittit peccata Deus, ut infinita eius pateat potentia & misericordia, ut dixit Apostolus: *Ut in me primum ostenderet omnem patientiam.* h. 38. n. 41. Vere etenim in omni, requiritur quam habet, patientia, quæ est infinita, ut suffleret peccatorem; si namque vel apex vitæ deficeret, non sufficeret secundum grauitatem peccatorum; & cum sit infinitè maior Dei patientia quam melior peccatoris, tamen per Hieronem ait quod aliquando sibi deficiat, hinc pendet quantum sit peccatorum pondus. h. 25. n. 32. quare etiam Christo imposita terram terrore concusserunt, ut dixit D. Hilari. hom. 42. n. 14.

XV. *Patientiam habet in me, & omnia reddam tibi.* Veritatem seruus ille loquebatur, nam Deo illi existente misericordie suæque eum confortante gratia, posset pro omnibus debitis per veram satisfacere patientiam, quæ tantum potest coram Deo, ut vna lacrymana cucurbita possit eradere debita. hom. 38. nu. 77. & melius emundare peccata quam aquæ torrentis Cielon. ibid. num. 80. 81. Quamuis hæc omnia diuine sint dona misericordie.

XVI. *Patientiam habet in me.* Hæc est ordinaria peccatoris cantilena pedibus prostrati Confessarij, vitæ correctionem proponentis, quam tam male custodit vixote peccatis inhiærens: hæc etenim ea est multorum impudentia, quæ cognoscentes Dei patientiam, illum detineant expectantem. hom. 37. num. 18. v. 22.

XVII. *Omne debitum dimisit.* Hæc ingens est Dei misericordia, quæ ad vnicum verbum omnia dimittit

peccata: talis etenim est efficacia veræ penitentiae, & vnus nuntionis pectoris ex corde verè contrito ut ingressus ille ante grauitatis debito, liber egrediatur. Hoc in Magdalena Pharisæus non intellexit. hom. 38. num. 105. vsque 110.

XVIII. *Omne debitum dimisit.* Prægrandem mirantur Dei patientiam ipsi Sancti, ita ut de ipso Deo videantur murmurare quod nimis patiens sit. homil. 18. numer. 4. quinimo particulariter conqueruntur, quod ex eo quod tanta sit, peccatores reddantur inde nequiores, ut patet in hoc seruo, cui cum Dominus cuncta remississet, tantam continuo in conseruam suam commisit & ostendit animi ferocitatem; hoc enim indicauit Iſaias. ibid. numer. 28. & Elias. ibid. num. 58. 59. 60.

XIX. *Egressus autem seruus ille.* Ostendit Dominus Dei miser cordiam in remittendis iniuriis, à nobis illatis; nam transgreditur ut declaret obligationem quæ tenemur proximis nostris ignoscere nos offendentibus. Attende discrimen inter te & Deum, & iniuriam tibi ab alio factam, & illam quam tu Deo irrogasti. Si tibi Deus tanta remittit facilitate decem millia talenta, tu iudica num tenearis illi remittere qui modicum tibi ventum debet, nempe vnicum verbum tibi iniuriosum; & hoc ipsum quotidie postulas. *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus.* Ne conceptum hunc prateras. homil. 3. numer. 48. 49.

XX. *Egressus seruus ille.* Causam hic nota feritatis huius miseri serui, quia erat egressus de conspectu Domini; hoc est quod cito fuit oblitus exhibere sibi à Domino misericordie: & hæc ea ratio est cur contra peccatores indigneris, & quæ offendentes, quia non attendis præstitam tibi à Deo misericordiam, sicut Pharisæi criminatores adulteræ. hom. 26. num. 42. 43. Et Pharisæus despector Magdalena. hom. 38. num. 104.

XXI. *Egressus seruus ille.* Hæc eius fuit ruine ratio, præstita sibi à Domino misericordie oblitio; illam etenim David semper habens præ oculis monebatur ut illam quoque præstaret inimicis; insuper idcirco permisit Deus lapsum D. Petri, ut eadem mensura illis metiretur, quæ sibi mensum fuerat; nam ideo profusit hanc illi parabolam. h. 43. n. 8. vsque 15.

XXII. *Egressus seruus ille.* Magnum fuit hoc serui huius crimen: cum enim eius debitum tantum esset, iudicauit satis esse rogare veniam, sicut reipsa fuit, non tantum ut illam speraret, sed ut illi quoque remitteret. r: censuit autem id quod sibi debebatur maioris esse quantitatis: etenim differenter iniurias appendimus ab aliis nobis illatas, ab iis quas ipse Deo inferimus; dicat modo David: *Mendaces filij hominum in sateris.* hom. 25. nu. 15. O quam merito

tibi os obstrueretur ne tam aspere exciperes eum qui te offendit; si rite perpenderes scelera quibus Deum irritasti; & si quando in alterum acerbius excandesceres, qui tibi verbum obiecit, tibi Echo resonaret; vt olim *Aegyptiis*. ho. 23. n. 41. Et si decideret plumbi talentum in os tuum, quod vidit Zacharias; qualiter tibi os obturaret? hom. 34. n. 26.

XXIII. *Egressus seruus ille*. Non parum præbet hic credendi occasionem, quod parum attenderit exhibitum sibi à Domino beneficium: cum tam cito rursus illum exacerbauerit, iniuste conseruum excipiens: atque per hoc credibile est, animam tuam saepe non esse reparatam quando de pedibus asurgens Confessarij, oblata occasione, statim peruersum tuum produs animum, & diuinam perdis gratiam, imo nunquam illam non recepisti, dum viua remanet in te nequitia. h. 35 n. 6. vsque 10.

XXIV. *Tenens suffocabas eum dicens, Redde quod debes*. Hic crimen illius attende, nec enim hoc erat, debitum exigere, hoc quippe iustum est; sed hoc tanto rigore & inhumanitate persevere: hoc namque grauiter Deum in multis diuitibus exacerbabat, vt ait *Isaias*. *Omnes vestros debitores repetistis*. Omnes eadem tondetis nouacula, & eum qui potest soluere, & qui non potest, illum præfocas & opprimis debitorum sedulis, quas *Isaias* vocat *Fasciculos deprimentes*. Quod si dare tenearis eleemosynam extrema patienti, multo magis tenearis dare dilationem in hoc quod alter tibi debet: & si quia diues negauit Lazaro panem condemnatus fuit, quid actum de illo fuisset, si propter aliquod debitum illum suffocasset? illi us sup; licium fit tibi ad terrorem. hom. 16. num. 7. Et noueris Deum latere sub paupere, & quam pauperi crudelitatem ostendis, eandem Deo te demonstrare. ibid. num. 13.

XXV. *Procidens conseruum eius rogabat eum*. Hoc culpam aggrauat, quod conseruus esset, & ambo in vna eademque domo famuli seruirent; & hoc quoque tuum aggrauat crimen: nam hoc te devincit vt misereris & subvenias, non tantum vt illum non suffoces, sed illum à laqueo coneris expedire. hom. 21. num. 47. vsque 51.

XXVI. *Videntes autem conserui qua fiebant*. Non deest qui coram Deo contra tuam expectulet immanitatem. Vide dicta Dom. octava ad illud. *Hic dissimatus est apud Dominum suum*.

XXVII. *Seruo nequam omne debitum &c.* Bonum argumentum. An non ratio suadet, vt tu vel parum fratri tuo remitteres ex eo quod tibi remisit? sit tibi hoc exploratum: sicut tu cum Deo circa proximum tuum feceris, sic & tibi Deus faciet par pari redditurus: te quippe mensuram fecit in eo quod tu remittes eius quod tibi remissurus est; speculum enim est, & mensura quam vidit Zacharias, in quam Deus suos

coniecit oculos. h. 23. n. 50. vsque 52. Et confirmatur à diuine Epulone & Lazaro. ibid. num. 48.

XXVIII. *Tradidit eum tortoribus; donec redderet uniuersum debitum*. An ergo Domine, debitum tu nequaquam indulsisti? Indulsisti: & quod Deus scire dimisit, nunquam absolute repetit; sed illud affert, vt præfens peccatum exaggeret; quanto namque præclarior est præstita misericordia, tanta grauior est culpa, quâ Deo responderis; vt colligimus in Nabuchodonosor contra Regem Sedeciam. hom. 6. n. 11. & David. hom. 35. num. 17.

XXIX. *Tradidit eum tortoribus*. Incepit Dominus viâ misericordiae: ille vero ad hoc eum compulsi vt viam ingrederetur iustitiæ, & vniuersum debet debitum. hom. 28. n. 48.

XXX. *Sic facies Pater meus*. *Formidolosa sententia*. Ex censura D. Hieron. sed vera, & cuius iustitiam rem debeat incutere. hom. 3. n. 54. Et verè melius efficacissimum, quo Deus nobis debita remittit, hoc esse credimus, si nostra alius relaxemus, vt diximus. ibid. num. 47. vsque 54.

XXXI. *Sic facies Pater meus*. Ardum est hoc preceptum, remissio facienda inimicis, sed commone opòtuit hunc bolum per huius parabola docere, vt illum deglutiamus. hom. 3. n. 2. difficultas est vulgari. ibid. num. 4. Sed facili effici ut. ibid. num. vsque 27. & præbatur honorificum hoc mandatum. ibid. num. 22. vsque 33. Et vtile. ibid. n. 46. vsque 61.

XXXII. *Sic facies Pater meus*. Considera quæ strictè tenearis amouere offensas quæ Deo sunt, si te tuas ita sibi proprias assumas, vt remittens sibi debita, non remittat tamen tibi debita. hom. 22. n. 22. vsque 19.

## DOMINICA VIGESIMA SECVNDA

## POST PENTECOSTEN.

I. **A**beunt *Pharisæi concilium inierunt, ut viderent eum in sermone*. Mach. 22. *Conuictus* historia post ingressum Dominicâ Phariseorum quando Dominus inter inimicos suos conuictus est ob dictas rationes Dominica 17. præcedentibus; sicut grauisimum Phariseorum crimen: cum enim Dominus autum indicasset supplicium illis superbiis, sicut super agricolas, quibus vineam suam commendauerat, & seruos eius imo & filium occiderunt, & super inuitatos, qui ad nuptias filij Regis vocati conuenerunt; de quibus dictum est, Dominica 19. Cum conuicti esse debuissent, & à concejta retrocedi malitia; quia illum morti reum adiudicauerunt, & inde digressi consilia cepimus quibus eum illaqueent, in quo patet id quod ait D. Paulus.

iram Dei venisse super illos: cum eos talia patrare permittat: sicut enim Dei attribuitur misericordiae dum peccatori frowm inicit & à peccando cohibet, ita diuinam agnoscimus iram, quando malitiam eorum non retrahat, suamque illi sedantur vsque dum Christum crucifigant: *Feruenit enim super eos ira Dei usque in finem.* h. 3. n. 28. vsque 36.

II. *Tunc abeunt Pharisaei.* Miseros hosce considerat, cum enim eos Christus reprehendisset, & morte terroret, non tamen respiciunt, imo noua & iniqua aduersus eum moluntur: sunt enim aliqui peccatores flagellis casti, non tamen culpam agnoscetes. ho. 28. num. 61. 62.

III. *Tunc abeunt Pharisaei &c. & mittunt ei discipulos suos cum Herodianis.* Herodiani ex sententia D. Irenaei, Victorini & Terulliani nonnulli erant Iudaei qui in Ierusalem quandam lapsi erant credentes Herodem esse Messiam: videbant enim eius tempore sceptrum ablatum de tribu Iuda, quando uenturus erat Messias, ut dixit Iacob, & quia inter Iudaeos neminem videbant excellentiori quam Herodem potestate praesulgere, eum esse Messiam opinati sunt. Illos aduocarunt ut ipse liberatis Iudaeorum zelosos, quorum una haec erat, quod nemini tenerentur soluere tributum, cum essent populus Dei liberi: & ita legitur Deuterio cap. 23. secundum Septuaginta quorum lectionem sequitur Terullianus lib. de pudicitia cap. 9. *Non erit uel ligal pendens ex filio Israel.* Illos igitur ut ipse liberatis populi Dei zelosos, in socios adducebant, sed non aduertunt, quod illi ipsi quos contra Christum producant, ipsi sunt contrarii, cum illi sint qui confirmant iam tempore adesse Messiam, quem poterant cognoscere, quando eundem eadem tempestate illum ingredientem uiderent, tantaque gloria in Hierusalem conuersari: hinc innotescit illud Dauidis oraculum: *Comprobentur in consiliis suis.* ho. 30. nu. 62. Itaque illis ipsi eues ipsi contra Christum intendunt adducere, Christus eorum confundit contumaciam. h. 3. n. 29.

IV. *Cum Herodianis.* Alij opinantur quod Herodianam essent aliqui milites Herodis, qui eo tendebant quasi Christi propugnatores, ut ablato omni timore responderet, vel alij erant qui comitabantur Herodem, de quo ait Euangelista, quod illis diebus morantur in Hierusalem. *Cum cohorte sua.* Attende primo quod cum omnes inter se dissiderent Sadducei, Pharisaei & Herodiani, tamen contra Christum omnes conueniant. V de qua diximus Dom. XVII. praecedente ad illud: *Conueniant in unum.*

V. *Cum Herodianis.* Secundo constat omnes illos uenisse ea mente ut Christum retibus inueherent. Vide D. Lucas illos inscribit. *Insidiatores qui se iustos simulant.* Conueniebat tota Pharisaeorum & Doctorem Iudaica, qui representabant quod iuxta Scriptu-

ram populus Dei corde liber esset. Accedebant Herodiani magnam praeferebant potestatem: unus omnes erant gladius: ferrum erant potentiores, acies autem sapientiores. hom. 26. n. 2.

VI. *Ut caperent eum in sermone.* Bene de istis dicitur: *Dum superbit impius inconditur pauper.* Quia nihil sic probabat Christi in operibus suis innocentiam, quam quod tot oculis, & per omnes partes consideratus, nihil in eo reprehensione dignum inuenientibus inimicis, & quasi in eo confusus ac superatus, ab illis tentatur: utrum vel uerbulum possint in ipso reidagere. h. 23. n. 35. vsque 41.

VII. *Ut caperent eum in sermone.* Christus iam mortuus erat, etenim infra duos tresque dies mortuus erat, unde uoluit innocentiae uiae suae uerificationem instituire, sicut à Patre suo postulauerat: *Discerne causam meam.* h. 3. n. 21. vsque 26. Ratio suadebat ut ipsi eius inimici uaccam in fam indicarent esse mundam. ibid. n. 14. vsque 17. & lapidem approbarent antequam illum teprobarent. ibid. n. 17. vsque 21. Attende eorum omnium simul approbationem: nam eo ipso quod agunt consentunt nihil in eo se reperi- te reprehensione dignum.

VIII. *Cum Herodianis.* Accedite miseris miseriores: uebis continget quod uelicitia stramine accurrenti ut ignis flammam extinguat. hom. 23. n. 2. & hoc quod in ionibus fumigantibus Isaiæ: ibid. n. 41. & quod serpenti super petram repenti. ho. 26. n. 2. uincemini, licet uenatis ut feroces leones, nempe Herodiani, & astuti dr. cones s. licet Pharisaei. ibid. num. 3. & uos petra absorbebit, ibid. num. 4. cadetque super uos petra. ibid. num. 47.

IX. *Ut caperent eum in sermone.* Quamuis leuis esset uerbi laqueus, si tamen Christus aberraret, actum erat de illo: si namque diceret rethical non esse sol- uendum, offendeat Imperatorem, si solvendum al- sereret, plebis Dei incurrebat indignationem: la- queum illi extenderunt sicut Rehob & Baana. hom. 26. num. 37.

X. *Ut caperent eum in sermone.* Non leuis est lingua laqueus: etenim illum Spiritus S. malum appel- lat, & exemplis probatur. h. 23. n. 29. vsque 35.

XI. *Magister scimus quia uerax es.* Ecce quale pra- ludium, & quam de Christo praedicent: etenim rei ueritate t. ha erant, ut ea negare non possent: & cum illis Echo formatur ab Euangelista, qua illos confundit, coronatque Christum. ho. 29. n. 27. 28. hoc facit ad id quae diximus: quod uidelicet ignorantes quae dicebant, Christi confirmarent innocentiam quem breui erant interfecuri. ibid.

XII. *Magister scimus.* Habes hic speluncam hie- naum: nam hoc simbolo declarat illos Heremias. hom. 8. num. 35.

XIII. *Licet censum dare Casari?* Arctus paratur illi laqueus; vt dixi, sed optime dixit Salomon: *Frustra iacitur rete ante oculos pennatorum* h. 26. n. 1.

XIV. *Cognita autem Iesus nequicia eorum.* O stultos & habetes an Deum cogitatis irretire, qui oculos habet lynce clariore, omniaque reuelat? ho. 15. n. 30. hom. 26. num. 40. Per hoc illis manifeste offendit se Deum esse ho. 41. nu. 12.

XV. *Quid me tentatis hypocrita?* Dexterè tollit operimentum balanzæ. ho. 26. n. 40.

XVI. *Ostendite mihi numisma census.* Poterat equidem Dominus agere cum illis eo modo, quo dum adulteram illi protraxerunt, & in fugam eos compellere peccata eorum manifestans ho. 26. n. 47. 48. Sed abstinet, & apposite respondet, vt sanam nobis proponat doctrinam: etenim peccullus, vt olim petra, vitæ effudit aquas. ho. 23. nu. 1.

XVII. *Reddite quæ sunt Casaris, Casari.* Documentum hic accende plane necessarium ad mundi conseruationem, si intelligas, quod licet Deus nos in natura creauerit æquales, esse tamen debet ordo superiorum & inferiorum. hom. 14. num. 3. vsque 7. Non solum in spiritualibus sed etiam in secularibus est Principibus obediendum, & soluenda sunt eis vestigalia: sunt enim conseruationi Reipublicæ necessaria. Discursus notatu dignus ho. 41. n. 59. vsque 62.

XVIII. *Reddite ergo quæ sunt Casaris, Casari.* Sic hæc igitur conclusio: sed difficultas oritur cur Deo Casarem proposuerit, quam eleganter enodat D. Bern. ho. 23. num. 58. 59. 60.

DOMINICA VIGESIMATERTIA  
POST PENTECOSTEN.

I. **L**oquente Iesu ad turbas, ecce Princeps vnus Matth. 9. Euangelium huius Dominicæ duo complectitur miracula adeo famosa vt illa tres conseribant Euangelistæ: D. Matth. D. Marc. D. Luc. Patruit illa Dominus Capharnaï post sanatum paralyticum, de quo Dom. 18. Cursum solis peticiebat Christus, tanto clariore effundens radios, quanto progrediebatur ulterius. In illa ciuitate seruum curauit Centurionis, deinde reuersus ad paralyticum transgreditur ad celebris miraculum, nempe resuscitationem filie Principis Synagogæ: miraculum tale fuit illud vt fama illius ad carcerem peruenerit D. Ioannis Baptistæ. ho. 31. num. 4.

II. *Loquente Iesu ad turbas ecce Princeps vnus.* Accessit Princeps hic ad Christum, sicut alii accedebant, sorores Lazari non adierunt, sed miserunt: viris etenim conuenit exire foras, mulieribus autem primariis nuntios mittere. ho. 32. nu. 14. vsque 19.

III. *Ecco Princeps vnus.* Rogat nos Euangelista, vt notemus quod Princeps ad illum accesserit, vt confundat id quod Iudæi dicebant, nullum Principem in illum credidisse, sed tantum turbam: & etiam vt effundam aduertamus, quem morbi, tribulationes, & mors efficiunt; cogunt etenim maiores Principes ad Deum confugere, eiusque se pedibus prosternere, ipsos enim vt Onagram caput. ho. 9. n. 10. deinde compellunt vt Naaman Princeps Syriæ se pedibus aduoluerit Elisei. ho. 2. nu. 11.

IV. *Adorabat eum dicens: filia mea modo defuncta est.* Vide notata Dom. XX. præcedenti de Regulo, qui accessit pro salute filij sui deprecans, seruauit enim huic proposito.

V. *Modo defuncta est.* Verè quando Princeps hic domo sua egressus est nondum illa obierat, vt testatur D. Marc. & D. Luc. sed in eo statu illum reliquit infirmam, vt illa iam hora esset moritura, & quando illorum illo detinebantur errore, vt crederent facile esse aliquem iam recepter mortuum ad vitam reuocare. ho. 18. n. 24. & nihilominus lentè processit Dominus, donec esset mortua, & mors eius omnibus patibere inuolueret, vt per hoc suam ostenderet potentiam, vt fecit in Lazaro. ho. 2. n. 48. 49.

VI. *Modo defuncta est.* Erat vnica filia, vt scribit Euangelista Principis cuiusdam eminentioris, & deo-dennis: ad quam non videbatur mors si gressum iactetur; nihilominus inexpectatè moritur, vt intelligit vitam te non habere securam, iunior licet annis adulescas, deliciis & diuitiis ad luxum abundes. hom. 31. nu. 12. Congue te docet tibi que ad oculum, prædicat hæc defuncta. Ibid. num. 8. vsque 12.

VII. *Surgens Iesus sequebatur eum.* Huic succurre nihil obiticiens & libenter: Regulo autem vt medicus diuersas applicat medicinas. hom. 2. numer. 25. vsque 26.

VIII. *Surgens sequebatur eum.* Quando à Chanana rogatur, fugit ab illa, hunc autem confessum sequitur & libenter; ratio est, quia hic modica pollebat fide, & nullo negotio extingueretur: fides autem Chananae constans erat, quæ ad aciores turbines magis accendebatur. hom. 9. nu. 37. 38.

IX. *Surgens sequebatur.* Firmiori valebat virtute Chanana, proinde solidiori fundamento quæ verba asperiora, & ignominia sustineret, ad maius eius meritum, nam Sancti quanto sunt peiores tanto grauiore sufferunt tribulationes, & eos acerbiori Deus excipit seueritate. hom. 32. num. 27. vsque 31.

X. *Surgens sequebatur eum.* Magnum hic quis esse dixerit fauorem, sed maiorem exhibuit Chananae, cui non solum petita concessit, sed eius etiam virtutem exultit, Romil. 9. numer. 30. 31. Similiter de maiora

DOMINICALIS POST PENTECOSTEN.

maiores D. Paulo non statim illi concedens quod peccabat, & hoc ipse supremum censuit esse beneficium. h. 42. n. 96. 97.

XI. *Ece mulier que sanguinis fluxum &c.* Dum pergit ad opus bonum, aliud illi quoque offertur, vnum enim aliud aduocat vt peccata peccatum. hom. 40. num. 6. vsque 9.

XII. *Qua sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis.* D. Marc. & D. Luc. testantur, quod in medicos erogant omnem substantiam suam, & deterius habebat. Ordinem hic veniet diuinum, tantum fidere medicis, eorumque medicinis, & ad eum nequaquam recurre; qui primus est, & grauius indignatur, si aliter fiat. hom. 32. nu. 7. vsque 11. taleque punit vt Regem. Ala. ibid. n. 11. vsque 14.

XIII. *Fluxum sanguinis patiebatur.* Considera nostra calamitatem naturæ: nam absque vlla comparatione plures sunt in illa infirmitates, quam in omnibus, & pauciora remedia, & minus efficacia. hom. 10. num. 22. & confugimus cum hac muliere *Ad auxilium* vnum, omisso Deo, quam obrem nos castigat. ho. 32. nu. 10. & patet quanto minoris animam quam corpus faciamus, quandoquidem ad sanitatem corporis obtinendam duodecim expensimus annis opes expendentes, ad animæ salutem modicum temporis nos fatigat, multumque æstimamus si vel quatuor asses impendamus. ho. 17. num. 24.

XIV. *Accessit retro, diebat intra se. Si tetigero.* Reuerteret accessit, non ausa coram Domino comparere ob mortuum suum execrandum: quanto te maiori oporteret cultu accedere, & rubore ob peccata tua suffundi, cum Magdalena, quæ *Stetit retro secus pedes.* hom. 18. num. 14.

XV. *Si tetigero simbriam.* Nora fidei virtutem, quæ accitens, cum vna sit & condensatam obtinet, & si plura speraret, plura consequeretur. hom. 27. nu. 37. 38. Tu vero quia fides in te languet, pauca consequeris. ibid. nu. 39.

XVI. *Si tetigero.* Tanta erat Christi virtus eiusque SS. carnis vt ex ea vestes illius essent participes, nec hoc ita mireris, cum lutum manibus eius contigit, donec poterat cocco vilum: quidquid enim in illo erat, vna erat. h. 30. n. 43. 44.

XVII. *Si tetigero simbriam.* Si pallium Eliæ tanta viguit virtute, vt notat D. Gregor. Nyss. Quanto maiori vestis Christi, & si vestis eius extierit, quid dicendum de carne eius recepta in SS. Sacramento? ho. 30. num. 46.

XVIII. *Quis me tetigit?* Tangendo Christum hæc mulier curatur, & dicit D. Luc. quod Dominus conuersus qua sit: *Quis me tetigit? Quis tetigit vimentis mea?* Cui responderunt Apostoli: *Vides turbas conuenientem te, & dicit &c.* Innuit Dominus

quod non omnes qui corpore propius accedebant, illum tangerent, nec eius reciperent virtutem, sed qui fide viua & debita accederent dispositione. hom. 2. num. 18. 19.

XIX. *Et cum venisset in domum Principis.* Alius Evangelista refert, quod tendente hoc Principe ad Dominum, familie serui accesserint dicentes, quod frustra Christum adduceret, cum iam filia eius è viuis excessisset, quibus impossibile censebatur remedium, Dominus tamen hoc audito conuersus ad Principem illi dixerit: *Noli timere, sanum crede.* Iudicabant illi opus esse impossibile quod Dominus intendebat facere, nempe resuscitare mortuam, quia pro fidei mensura progreditur; nam hoc etiam Martha faciebat, quando de fratris sui Lazari resurrectione dubitabat. hom. 2. num. 27. Obiiciunt quidem tibi domus tuæ familiares, diabolus, mundus & caro, nihil tibi modo sperandum, iam omnia perditam esse, nec vllum dari posse remedium, nisi sub onere depressum interire, vt Iobo exprobrabat vxor illius. hom. 5. num. 31. ho. 32. num. 28. Sed his respondet Christus, tunc maxime tuam requiri fidem, quam si habueris, certum tibi aderit remedium; stomachatur enim Deus, quod illi minime fides summis arctatus angustiis, hæc namque sunt in quibus glorificatur, vt dixit Moyse & Aaron. ho. 27. nu. 10. 11.

XX. *Cum venisset in domum Principis &c.* D. Marc. & D. Luc. scribunt, *Flebant omnes & plangebant illam.* iam enim adduxerant *Turbas & turbam tumultuantem.* Quibus sic Dominus. *Nolite flere.* O lacrymæ male profusæ, hæc etenim vtilis non sunt, & si precatis tuis impenderentur, opera efficerent admiranda. hom. 38. num. 82. quos omnes potuisset Dominus appositè vocare stultos, vt Estrasillam mulierem. ibid. nu. 85. vsque 88.

XXI. *Nolite flere, non est mortua puella.* Domine, quis magis naturæ congruum, quam in tali occasione lacrymas fundere, quibus cor alieniatur? Primo, monet ne lugeant, quia præsens adstabat illam resuscitatus, & secundo, quamvis iustæ sint lacrymæ moderatæ in hac occasione, superflue tamen sunt redarguendæ. ho. 31. nu. 60. & seq.

XXII. *Nolite flere.* Noli e multum filia mortem lugere corporalem bene quidem spiritalem. hom. 31. nu. 63. vsque 67.

XXIII. *Non est enim mortua puella, sed dormit.* quod respectu potestatis meæ non est mortua, cum mihi facilius sit illam, reuocare ad vitam, quam vobis excitare dormientem. Ratio est hæc efficacissima quæ nos consolemur in morte, credentes defunctos nostros magis dormire quam esse mortuos, & quod eisdem eternus red uiuos. ho. 32. nu. 57.

XXIV. *Eiecit turba.* Introgressas est Dominus turbas.



INDEX CONCIONATORIVS

bus stipatus discipulis, & Patre ac matre puellæ: quia inter illos nulli erant increduli, & incredulitas manus ligabat Saluatoris: ita vs in Nazareth. *Non poterat virtutem illam facere propter incredulitatem eorum.* Et quemadmodum fides eorum qui paralyticum ferebant miraculum promouebat, ita incredulitas, & aliorum peccata illud impediunt. Argumentum lectu dignum. hom. 9. num. 14. vsque 17.

XXV. *Tenuit manum eius. Talita cumi, hoc est puella surge & statim surrexit.* In quo Christus se Deum esse patefecit operando solo suæ voci imperio miracula tota natura superiora. h. 2. n. 39. h. 3. l. u. 72.

XXVI. *Et exiit sama in uniuersam terram.* Hæc prodigia sunt illa, ex quibus euades celebris, quæ feceris ad utilitatem & commodum proximi tui, & non illa quæ feceris in aere, qualia Pharisei à Christo postulabant. hom. 8. u. 41. vsque 47.

DOMINICA VIGESIMA QVARTA  
POST PENTECOSTEN.

I. **C**um uideritis abominationem desolationis, quæ dicta est à Daniele &c. Matth. 24. In hac Dominica eiusque Euangelio concludit Ecclesia anni cursum: est enim eius ultima; & Euangelium proponitur de Iudicio. Per idem Dominicam inchoat primam Aduentus, & per idem finem imponit: est enim consideratio maximi momenti, ac nostris curandis infirmitatibus aptissima. hom. 6. nu. 4. vsque 7. hac consideratione S. Scriptura uetus orditur testamentum. ibid. n. 31. & illa pariter concioni suæ terminum figit Salomon, nec non Saluator noster suæ prædicationi. ibid. num. 10. 11.

II. *Cum uideritis abominat onem.* Incipit Ecclesia annum in Dominica 1. Aduentus terrore nos concutiens ex iudicio, & transacto anni cursu eum eodem absoluit. Ni fallar, non ita conuenit, cum id quod prædicetur, lex sit Euangelica quæ est lex amoris: timor igitur, veteri se uetur legi. Sed prudenter agit Ecclesia Christum imitata; quando namque seipsum tempore prædicationis suæ reuelauit, exordium habuit timoris, è templo prophanatores eliminans, & epilogus quo prædicationi coronidem imposuit, Euangelium fuit de Iudicio, quia ut constans sit, fundari debet in timore; & homo stupidus est, quem si foueas blanditiis, redditur discolor & immorigerus. hom. 28. num. 5. vsque 8. ex quo declaratur admirationis ratio, quare cum flagellis inceperit, cum sit hoc pectore eius adeo pacifico contrarium. ibid. n. 2. vsque 5.

III. *Cum uideritis abominationem* Ordinaria concio nostræ saluti conueniens est de iudicio, docente nos Ecclesia, quod iusti illud semper præ oculis ha-

beant dum uiuunt; peccatores uero è contra semper opera reuoluant misericordiar, atque in hoc mœtuum aberrant. h. 21. n. 29. vsque 33. Israëlita nullum reliquerunt in mari uessigium; Pharao uero eiusque exercitus reliquerunt, nec uacat mysterio quod ibidem exponitur. ibid. n. 33. vsque 36.

IV. *Cum uideritis abominationem.* Primò prædicit Dominus calamitatem huic ciuitati superuenituram, quòd nempe Romani eam essent obsessuri, & funditus eueraturi, & hos appellat. *Abominationem desolationis.* Abominatio, quia Iudæi nihil peius execrabantur, quam Gentiles: illos etenim ut immundos & abominabiles iudicabant. h. 21. n. 39. 60. Desolationis, quia ciuitatem hanc S. erant desolaturi, non relinquunt lapidem super lapidem, iuxta Christi Domini ad illos uaticinium. *Milles exercitibus suis perdidit ueniam illos.* Ostendens quod in seclerum eorum peccatam uenturi essent Romani, & urbem illam perdituri; peccata namque vires administrant inimicis. hom. 17. u. 22. vsque 29.

V. *Stantem in loco sancto.* Prædicit Dominus Aduentum Romanorum, quos Iudæi ut immundos & abominabiles habebant, & qui tamen urbem hanc inclutam funditus essent deualtaturi; quia licet alij aduenissent immunditiam eamque vastassent, non tamen funditus; quia aduentus incolæ illius reuersi sunt, quam à rudertibus erectam modo uerò sic ualida esset ut nunquam ad statum pristinum esset reditura. *Stantem*, ita ut in æternum non esset reuadificanda, nec templum extruendum in penam peccati. quo Christum non solum non ceperunt, sed insuper occiderunt ut expendit D. Hieron. h. 41. num. 95.

VI. *Stantem in loco sancto.* Conati sunt infeliciter Christum occidendo, Romanorum ciuitate Aduentum, & per hanc uiam illos sibi attraxerunt, & ciuitatem munimentis spoliarunt, ut facilis pateret ingressus, ut patuit ipsis Romanis. Hoc illis Iacobus præuocauerat. hom. 39. n. 18. fuitque peccatorum ignis, quem Propheta dixit ciuitatem illam combusturam. ibid. n. 21. vsque 26.

VII. *Stantem in loco sancto.* Nihil ita citius aduersus potentissimæ vires enervauit, & omni præuocato propugnaculo, ac peccata, hoc etenim inimicis rebus addidit inuincibile. hom. 17. n. 33. & h. 39. n. 18.

VIII. *Tunc qui in Iudæa sunt.* De destructione Hierosolymæ, dolendoque eius sine Domino summi argumentum, ut de mundi fine, deque eius calamitate sermonem instituit, quæ particulariter continget Antichristum, qui signa faciet portentosa, maiora quam olim facta sunt inter Romanos infideles. hom. 33. num. 7. Signa etiam fallacia nullius fructus admirationis tantum, operibus Christi conuerti. h. 8. num. 40.

IX. Prosequitur quoque Dominus alia enarrare signa prodigijs que iudicium eiusque aduentum sunt præcelsura. Vide Dom. 1. Aduentus.

## Index Concionarius Fe- storum.

IN FESTO S. ANDRÆ APOSTOLI.

I. **A**mbulans Iesus iuxta Mare Galilæa, vidit duos fratres &c. Matt. 4. Refert Euangelista Matr. secundam vocationem quâ Dominus vocauit duos fratres Petrum & Andream. Prima fuerat quam narrat D. Ioan. cap. 1. quando se Christus manifestauit D. Andræ, qui primus fuit omnium discipulorum eius, & hic indicans fratri suo Petro adiuuauit illum ad Christum & ambo se eius famulatu addixerunt, licet non perpetua assiduita quia tunc nec retia sua, nec nauim, nec patrem, nec domum reliquerunt. sed hodie vocat illos vt suæ perpetuæ societati adhererent, cuncta manu mittentes quæ in mundo possidebant. Adfuit tempus in quo Christus se mundo reuelaret, suum prædicaret Euangelium, & inuocaretque de terra propelleret. Ad hoc modo incipit duces adscribere suis antesignanos exercitibus, illorum fuerunt Apostoli, prædicatorum magistris, quos inter primi fuerunt D. Petrus & D. Andreas. ho. 40. numer. 14.

II. **A**mbulans Iesus iuxta mare. Præclara Deus operatur in aquis: ex illis enim totum hoc eduxit quod habet esse in mundo, sed potissimum aues per aëra volantes, atque ex illis hodie aues educit suos scilicet Apostolos ho. 21. n. 61. 73.

III. **A**mbulans iuxta mare. Domine si mundo quæras magistros, vade ad scholas Atheniensium: si duces robustos, Romam proficiscere, quare ad litus Maris, vbi non nisi piscatores inuenias? Ostendit quod illuminatio mundi opus sit Diuinæ suæ potentia, atque ideo illud læto componit. ho. 30. n. 45. vsque 48.

IV. **A**mbulans iuxta mare Galilæa. Populum eligit rudem & pauperem supremo operum quod in mundo agendum erat. Pecunia est mundi substantia, in qua cetera subsistant accidentia: miraculum intendit facere, quo videamus accidentia sine substantia in suis Apostolis. ho. 16. n. 25. 26.

V. **A**mbulans vidit. Si ambulando talia faciat opera, scilicet Apostolos, quid faciet si sedem in anima tua figat? ho. 30. n. 13. 14.

VI. **V**idit duos fratres. Attende in quos suos conuertat oculos, in duos pauperes piscatores, qui non habent quod illi dent. Hinc patet quod Christus Deus sit, qui oculos conuertit, non in diuite in subiectum de Hieron. Bap. de Lanua, Tom. 1.

quo recipiat, sed egenum cui det non enim sunt oculi eius lucernæ illi, sed nobis lucentes. ho. 30. numer. 15. & seq.

VII. **V**idit duos fratres. Volens eligere magistros & duces oculos non conuertit in sapientes aut potentes, qui subueniant illi sapientiâ suâ & potentia, sed in pauperes omni sapientiâ & potentia destitutos; quia hæc omnia illis erat daturus; non est Regibus terrenis similis, quorum throni sustinentur manibus subditorum. homil. 41. numer. 59. vsque 62: Thronus eius vt sol est; lucem dat enim & potentiam, nec recipit. ibid. nu. 62. & seq.

VIII. **V**idit mittentes rete in mare. Elegit ipsos atque in eos suos firmavit oculos; eligit enim quem vult pro libera sua voluntate, suosque firmat oculos in eum cui placuerit, vt dici non possit illi, quare huic & non illi est etenim gratia suæ Dominus. ho. 10. numer. 29. ho. 28. numer. 27. 28. Vnde oculos suos dirigit in eum à quo non videbatur. h. 30. n. 9. vsque 13. cuius, intuitus viuificat. ibid. n. 18. & seq. ho. 18. n. 52.

IX. **V**idit duos fratres. Christus oculos suos ita modo desit componebat, vt scribere liceret quoties illos eleuauerit, & ita notantur Euang. vt nostros componeremus. ho. 27. n. 6. 7.

X. **M**ittentes rete in mare. Erant enim piscatores. Bene sunt dispositi; quandoquidem vt piscatores suo distendantur officio, nec in manibus eorum quidquam nisi retia reperias; hoc enim mundum perdidit quod manus in quibus esse deberent retia ad piscandum, vel acus ad consuendum, vel colus ad nendum, videantur annulis & chirotecis ornata. ho. 27. n. 62. vsque 66.

XI. **M**ittentes rete. Cum nullum sit vitium magis à natura humana alienum, quam superbia, nullum tamen est frequentius. h. 15. n. 30. vsque 33. & cum manus hominis infirmæ sint & elumbæ, illis tamen attribuitur bonum vel robur quod faciunt, in tantum vt necessario requiratur lux de cælo particularis, quâ cognoscatur homo donum esse Dei bonum illud quod agit. ho. 29. nu. 51. Idcirco eligens Apostolos, illos de nauis vocat & retibus, cum illa inter manus haberent, quatenus dum viderent opera sua præclariora non illa suis adscriberent manibus nec superbirent vt Nabuchodonosor, sed dicerent cum Apost. Non ego sed gratia Dei. ibid. nu. 42. vsque 45.

XII. **M**ittentes rete. Ipsos vocans ad supremam dignitatem, eam capiat occasionem, quâ retia præ manibus habent: quatenus dum illa stipenda patrent opera, quæ per mundum erant patraturi, & arcum erigerent triumphalem victoria contra omnem potentiam Monarcharum & sapientum, & demonum, manum suam non erigerent, cum Saul sed Dei cum Dauid. ho. 29. numer. 46. 47.

XIII. **M**ittentes rete in mare. Bonum symbolum  
N n eius

INDEX CONCIONATORIVS

etis quod futuri sunt. Fratres erant & ambo idem lababant rete, quo designatur vnio, quã procederet Apolloli & fratres & filij eiusdem patris, & omnes idem mittentes rete id est eandem doctrinam. h. 14. n. 1. 6. 21. imo idem idioma. ib. n. 23. eadem sacramenta ibid. n. 25.

XIV. *Venite post me.* Aurea signat Dominus tempora, in quibus Deus venturus esset dux & pastor omnium antesignanus. ho. 38. n. 50. 51.

XV. *Venite post me.* Non minor esse debet nostra quã antiquorum fortitudo, quibus concessit tendentibus ad terram promissionis columnam illam ignis, h. 33. n. 39.

XVI. *Venite post me.* desiderium complet sponse, quo ducem optabat securum absque errore, erat enim necessarius ad tutum iter capiendum. h. 14. n. 7. 8.

XVII. *Venite post me.* Vincere nõ debebat malitia demonis Diuina sapientia bonitate. Illa multos proposuit duces ad infernũ, falsos nempe Deos: hæc autẽ seipsam vt ducem ad cœlum proponit. hom. 33. nu. 42. vsque 46.

XVIII. *Venite post me.* Iam per hoc viam strauit ad cœlum; nos etenim docet illam esse tribulationem & crucem, cum ipse præcedat, nosque moneat, quod seruus esse non debeat melior Domino suo, ne discipulus magistro. h. 15. n. 10. 11. Atque ad hanc viam reduxit Iacobum & Ioannem. ibid. n. 12. 13.

XIX. *Venite post me.* Via ad cœlum angusta est & difficilis vt ostendit Angelus Esdræ h. 33. nu. 40. 41. Quod si Christus gloriae Dominus per viam incedat crucis, alia nobis esse non debet. hinc Sancti se felices æstimant in tribulationibus, quia per illas incedentes, hanc esse viam agnoscunt quã Christus inambulauit. ho. 15. nu. 14. 15.

XX. *Venite post me.* Habet hic quid Christus à suis exigat discipulis, illum sequi eiusque perficere voluntatem non sicut stulti illi qui suam proponebant, quam ipse Christus sequeretur. h. 8. n. 28. vsque 35.

XXI. *Faciam vos fieri piscatores hominum.* Particularem habet Emphasim verbum illud *vos*, vos inquam pauperes & ignorantes facturus sum magistros & duces, vobisque commendaturus mundi piscaturam: hoc etenim Deus agit, in momento temporis hominem de vno extremo ad alterum permutat vt patet in Saule quando elegit illum in Regem, qui prius erat Agaso. h. 11. nu. 5. ho. 30. nu. 58.

XXII. *Faciam vos fieri.* Nouos vos esse oportet atque in vobis opus renouari creationis, in qua de tenebris lux respicendit. Momento temporis efficiemini vt lux; mundum illuminatur. Processit Christus in hæc mundi conquisitione sicut Dauid, cuius prima victoria fuit in lapide & fundã, sed reliquis armis obtinuit fortissimis. Ita quoque prima victoria peracta fuit per Apostolos, eius manu ex integro compositos. Reliquæ vero per populum litteris instructum. ho. 29. nu. 11. vsque 15.

XXIII. *Piscatores hominum.* Illi sunt quos piscari debent, non eorum facultatem: quod enim intendit hoc est, non aliquid recipere, sed habere cui communicent plenam & integram bonorum suorum communicationem, quam Deus facere non potest nisi creaturæ rationabili & sicut hæc ea est quam summopere desiderat, cum proprium sit naturali suæ inclinationi seipsum communicare, piscaturam tantum querit hominum, in quibus sicut in adamantibus operetur. ho. 21. nu. 59. vsque 65.

XXIV. *Piscatores hominum.* Sunt illi quos elegit mundo, sunt etenim ciuitates in quibus regnat, quæ pluris facit quam Rex terrenus regni sui ciuitates. ho. 20. numer. 2. 3.

XXV. *Piscatores hominum.* Tantopere desiderant salutem animarum iuxta nominis sui Iesu etymologiam, vt desideret omnes classis suæ discipulos principale habere hoc intentum, lucrum scilicet animarum. hom. 22. numer. 2. Et huic vult vt duces sui primarij nomine Apostoli intendant: etenim hoc est primum eorum officium quos in regno suo eligit primates, nos enim illi quidquam est pretiosius, quam vnam piscari animam, sicut nec quidquam est illi maius, quam vnam illi adimere, hom. 22. numer. 55. & seq.

XXVI. *Piscatores hominum.* Opponit se Diuina pietatis malitiæ demonis. Diaboli facti sunt piscatores animarum, quas eicã capiunt voluptatis vel lucris temporalis, quod valde dolendum est. Sicut pisces capiuntur hamo, nam te diabolus velut in muscipula capto stulto casei perfumari. hom. 36. numer. 47. Supponit Dominus piscatores eicã gloriae sempiternæ: hæc enim ab eis proponenda: eibus est sufficiens, si consideret illum vt ad illam te duceret. ho. 11. numer. 2. de contentia & efficacia huius eicã. ib. numer. 4. vsque 12. h. n. 7. vsque 15. Hoc est illud vexillum quod Christus mundo erexit ibid. nu. 10.

XXVII. *Piscatores hominum.* Declarauit Dominus hanc piscaturam, quæ fieri debebat, non vt pisces corderentur, sed illis vita tribueretur, vt dictum est. Do. 4. post Pentecost. ad illud. *Eris hominis capiens.* Et responditur. h. 28. n. 110.

XXVIII. *At illi continuo reliquis vestibus.* Hoc adhibium *Continuo* vim habet magnam, qua compellunt declaratur, obediendo. h. 1. n. 47.

XXIX. *Continuo* Iulianus Apostata indicat stultitiam vel Apostolorum lenitatem, vel mendacium: & ratio est quia vt stultus verbi Dei non intellexit efficaciam. h. 1. n. 39. vsque 42.

XXX. *At illi continuo.* Hic patet quod Christus fortitudo, diuina sit: etenim efficaciter corda mouet, vt vult, nullã factã violentia. h. 25. n. 4. 5. Idcirco vocatur magnus Dominus. h. 29. n. 1. 16. & potissimum ibid.

manifestavit circa vite sue finem, operans quod volebat in cordibus eorum omnium Hierusalem. ho. 41. num. 19. vsque 23.

XXXI. *At illi continuo.* Ostenderunt se oves esse Dei, quæ simpliciter eius voci obtemperant; non examinantes aut dicti veritatem, aut præcepti bonitatem. hom. 37. n. 24. vsque 30.

XXXII. *At illi continuo.* In hoc se filios Dei ostendunt eorum voci obediunt, sicut filij diaboli eius obtemperant infonij. h. 37. n. 30. 31.

XXXIII. *At illi continuo.* Non responderunt cum Pharaone, differendo in crastinum: hoc etenim illi ruinam intulit, tibi que infert, nisi continuo accurrens. h. 18. n. 54. 55. h. 38. n. 41. vsque 45.

XXXIV. *At illi continuo.* Imitari sunt David, nam audiens sonitum pyrorum, illico properavit. hom. 10. num. 19. vsque 22.

XXXV. *Relictis retribuis.* Hoc te o peccator, docet, ut audita Dei voce peccatis illis vale dicas, quibus te iratum detinet diabolus, & cane tibi, ne fortis ea stringant, ut monet Hias: etenim irrisores vocat illos, qui inveniunt i reum, nec vacat mysterio. h. 13. n. 54. vsq; 64.

XXXVI. *Continuo relictis retribuis.* Non fuerunt tibi similes, qui Deum exspectantem & quasi suspensum detinent ob cordis tui duritiam. h. 24. n. 24. vsque 28. cum ipse te prætoletur, ut dixit Propheta. h. 37. n. 18. ex eius longanimitate audaciam sumis tuis in hærenti sceleribus. ibid. n. 19. vsque 22.

XXXVII. *Relictis retribuis & patre.* Plura fecerunt quam Elieus: etenim ab Elia vocatus, rogavit ut patris patrem suum amplecteretur. h. 15. n. 23.

XXXVIII. *Salus Crux pretiosa.* Mirare visum peripatrem qui sub Cruce detegit omnes cæli divinitas. h. 14. n. 17. & crucem allocutus: *Qua decorem & pulchritudinem de visceribus Domini suscepisti;* profundam exponit Theologiam quæ postmodum docuit D. Damasc. discipulo notabili. h. 36. n. 9. vsque 12.

XXXIX. *Salus Crux.* Non solum ex conspectu crucis non expaescit, sed & exhilarescit ex illa, sic enim magister eius fecerat Christus, illum ut solum completendo. h. 42. n. 67. Quo sustulit illi amaritudinem, reddiditque adeo dulcem, ut in illa Sanctus deliciaretur. ibid. n. 62. vsque 66.

XL. Accurrit populus illum de cruce liberaturus, sed magno pietatis affectu Deum rogavit: *Domine, ne permittas me de cruce deponi.* Ostendens hoc summum esse Sanctorum gaudium, quod pro Deo patitur. Considerant quod tanto Deus lateat in cunctis, quanto tormenta sustinent acerbiora, columque hoc attendat spectaculum. hom. 4. num. 29. vsque 34. Oculi Dei alas illis superaddunt. ibid. nu. 24. crederetque spes eorum pro qualitate cruciatum, ut illa meccatoris quando in mundinis occasio se offert suas

impedendi peccatas. hom. 72. n. 27. vsque 31. Et hoc est illud *Gentium in tribulationibus.* Nota conceptum. hom. 30. n. 48.

## IN FESTO PURISSIMÆ CONCEPTIONIS VIRGINIS MARIE.

**L**iber generationis Iesu Christi. Matth. 1. Adeo præclara tantæque erant ex quibus Dei instituto vetus illud constructum erat tabernaculum, ut necesse fuerit illud in varias diuidere partes & tradere iis qui hoc per defectum ferre tenebantur. Ita similiter in Virgine tabernaculo illo diuino tot tantæque sunt excellentiæ in diuersis eius actibus, ut cogamur illas diuidere, & vno die de eius agere Natiuitate, altero de eius Præsentatione in templo &c. Hodie purissima eius celebratur Conceptio, quæ cum sit ab omni peccato munda, nulla nobis in eâ occurrunt consideranda. h. 42. n. 1.

**II. Liber generationis.** Hoc Evangelium privilegium quoddam est authenticum nobilitatis beatissimæ Virginis, tam in esse naturæ, quam gratiæ. In esse naturæ, quia ex progenie nata est, quæ mundus non habuit illustriorem & eminentiorem, quatuordecim lud. cum, quatuordecim Regum, quatuordecim Ducum. *Ex semine Abrahæ orta de tribu Iuda, clara ex stirpe David.* Cum adeo nobilis sit ex natura, nobilitatem tamen est ex gratiâ, quandoquidem promotam fuerit ad Matris Dei dignitatem infinitam. hom. 12. nu. 25. et ita sit quod Christus omnium fons sit gratiarum, illas in ipsa comprehendere debebat, de qua oriturus erat: velut de fonte suo. hom. 33. n. 17. 18.

**III. Liber generationis Iesu Christi.** Librum habemus adeo mysticum, ut omni sit reuerentia euoluendus, & nisi ille aperiat qui illum scripsit; clausus est, & septem ob signatus sigillis, nec quidquam in illo legere poterimus sine sanguinis eius & gratiæ subsidio. hom. 21. num. 13. 14.

**IV. Liber generationis.** Liber est qui continet opus Dei maximum, bonitati illius, & nostræ admodum conforme necessitati, quo se Deus humane communicavit naturæ atque in eam effudit, quatenus per hoc nobis omnia sua bona communicaret. homil. 45. num. ex. 2.

**V. Liber generationis.** Postulatâ nobis Deus gratitudinem in donorum suorum recognitionem. hom. 17. n. 9. 20. Ad hoc requiritur eorum memoria, eoque sine liber hic scribitur, in quo nobis singulis diebus proponitur ab oculis liber memorialis multo melior quam fuit ille Regum Perfidis. h. 42. n. 24.

**VI. Liber generationis.** Liber hic à te sapius esset reuoluendus: nam Ioseph inspicies librum comput-

his & donorum quæ à Domino suo receperat. ho. 5. nu. 15. se quasi ligatum iudicavit ne Dominum offenderet: unde hanc ille rationem obiecit: *Dominum meum omnibus mihi tradidit etc.* Quomodo ergo possum etc. hom. 17. n. 32. h. 41. n. 33.

VII. *Liber generationis.* Liber est in quo Deus testimonia scripsit amoris sui erga te, & eorum quæ tui gratiâ fecit: illum relege, si namque hoc non feceris, ipse faciet in die iudicij, complens illud quod ait Iob: *Instauras contra me testes tuos.* Et hic liber ille erit quem dixit D. Ioann. apertendum ut ex eo Deus nos iudicet. hom. 6. num. 25. quem cum D. Paul. & D. Ephr. vel parum aperuissent, confusione turbati sunt. ibid. num. 27. 28. 29. ex illo tibi compone florilegium, quod cum sponsa inter vbera tua colloques. h. 15. n. 2. hom. 42. n. 15. 16.

VIII. *Liber generationis.* Liber hic est generationis Christi & nostræ quoque instructionis; quia ex eo quod in illo legimus Christum fecisse & mandasse, nouimus viam quam ingredi nos oportet, atque ex illa sicut Iob nobis facere coronam. hom. 3. n. 38. vsque 41. prototypon est vitæ à nobis instituendæ, & imago gloriæ ad quam tendamus; etenim necessarius nobis erat Dux in vno & in altero, & hic Christum inuenimus ut Columnam nos ad cælum ducentem multo securius quam antiqua illa præluxit filiis Israël ad terram promissionis. hom. 33. n. 39.

IX. *Liber generationis.* Liber hic est qui nobis viam ostendit quam Christus ingressus est, & nos ingredi oportet si ad cælum velimus pertingere. hom. 15. nu. 20. vsque 17.

X. *Liber generationis Iesu Christi.* Requirebatur de necessitate noua nobis generatio, ob rationem à Christo dictam Nicodemo: quia in quantum per generationem Adam nati sumus, terreni, filij iræ, in tantum oportet nos nasci denovo noua Dei natiuitate, ut sumus filij Dei & regnorum eius heredes. Hoc factum est dum Deus factus est homo: nam hoc ipse declarauit insigni similitudine. hom. 41. nu. 68. vsque 71. & sicut liber quidam fuit generationis Adam sic inscriptus. *Liber generationis Adam,* conueniens est ut sit etiam liber generationis Iesu Christi. Debes desinere primum esse filius Adam, ut nouum accipias esse filij Dei, nouaque sis creatura, sicut dictum est, D. Petro in linteo animalium. hom. 38. n. 110.

XI. *Liber generationis.* Creantur Deus mundum cætos, terram, &c. De hoc conscriptus est liber, veni nouum creaturus mundum, novos homines, noua luminaria, nouam vitam, nouas diuitias, igitur nouus requiritur liber in quo hæc nobis declararentur, nobisque pateat, quod Deus nos non creauerit; ad res adeo viles, quales sunt mundi huius terreni, sed nos creauerit cæli candidatos. hom. 21. n. 6. & quod nobis

bona proponantur, quæ D. Paul. declarat gradibus quodam oculorum, aurium, & cordis. hom. 12. nu. 27. & viam nobis aperiat ad æterna hæc regna, nempe tribulationes. h. 15. n. 27. & illas habeamus ut pignora amicitie Dei, ex opposito illi quo mundus letetur. h. 32. n. 23. vsque 31. nec non duces videamus seculi scilicet Christum qui ut talis nobis offertur, effundat destruens diaboli vites, qui duces propoluerat filices. hom. 33. n. 42. vsque 46.

XII. *Liber generationis Iesu Christi.* Duas habet Christus naturas, & per consequens duas generationes diuinam viam, à Patre generatam ab æternitate teram temporalem in visceribus sanctillimæ Virginis quod diuinis symbolis Vates Abacuc explicauit. hom. nu. 4. D. Ioann. æternam scripsit generationem à principio eras Verbum. D. Math. temporalem, & mystica illa conflatur scala per quam ascendunt & descendunt Angeli. h. 36. n. 3. 4.

XIII. *Liber generationis Iesu Christi.* Generationem Christi temporalem literis tradunt duo Evangelistæ D. Math. & D. Lucas: ille descendit ab Abraham vsque ad Virginem quæ peperit illum & ducauit: alter ascendit donec perueniat ad Adam & ipsum Deum eius Creatorem: possumus interire illos esse Angelos qui ascendunt & descendunt scalam mysticam quam prædiximus. h. 36. n. 3. 4.

XIV. *Filij David, filij Abraham.* Stant in porta ista ante templum hoc mysticum generationis Christi duas columnas multo præclariore quam illæ sunt quas Salomon stauit ante portam templi quod significauit: erant enim illæ quæ magis omnium exponebantur: nam quotquot agebant de Messia, de illo fatebantur quod nasciturus esset filius David & Abraham: & si columnæ illæ prætulerint temperantiam, hi deo securitatem aduentus Messie detabant: quia illis potissimum Deus hunc cum nomeno promiserat, quibus conspectis mundi hæc exortabant: nam hoc lilia super columnas stabant. hom. 43. n. 67.

XV. *Filij David, filij Abraham.* David peccator fuit, sed Abraham iustus: notum sit ignis Christi venire propter iustos & peccatores, quia omnes illo dependent: iusti quia per gratiam Christi, peccatores quia per misericordiam eius. itaque quidquid ex gratia & donis participant, ab illo descendit, sic audio D. Ioann. *Gratiam per gratiam.* hom. 33. num. 17. idque eo modo ut citat Bernard. hoc extendit ad ipsos Angelos. hom. 12. nu. 50. Peccatores, quia per ipsum remissionem facientium scelerum assequuntur, nempe per sanguinem eius morte quæ taliter applicatur in iustificatione eorumque peccatoris ac si pro ipso solo peracta fuisset. & hoc modo te oportet illam considerare. hom. 12. nu. 50.

num. 2. 1. 4. & D. Ambros. ex occisione vituli declaratur. ibid. num. 7. 8.

XVI. *Filij David, filij Abraham.* Stantur hi duo in capite libri; quia his ambobus singulariter fuit facta promissio propter gratitudinem quâ Deo responderunt, illi tradentes quod ab illis postulabat, est etenim Deus speculum, & quâ ratione cum illo egeris, ager ipse tecum. hom. 25. n. 50. 51.

XVII. *Filij David.* Singulariter promisit Deus Davidi quod illum filij sui Patrem crearet in gratiam obsequij ab illo præstiti Deo, quo Deo domum volebat extruere; etenim evidens est quod Deus illi responderet, sicut ipse Deo responderat. Nota conceptum. hom. 25. n. 56. vsque 61.

XVIII. *Filij David, filij Abraham.* Abraham promisit singulariter Deus pro filio suum filium, nam idcirco filium ab eo poposcit in sacrificium; nam ea semper mente rogat Deus ut largiamur. hom. 25. num. 43. 44. & nominatim rem postulavit illi adeo pretiosam, nempe filium suum Isaac quatenus eo modo quo Abraham Deo suum offerret, ipse Deus suum similiter offerret, sicut & obtulit; circa hæc subtiliter discitur D. Chrysof. supremam etenim gratiam, quæ erat dare filium suum, voluit facere quasi debitum ex iustitia ad honorem Abraham; nam hoc modo Deus suos honorat sanctos, quo se probat perfecte liberalem. Insignis conceptus. ho. 25. n. 45. vsque 50. & iisdem cum Abraham gressibus processit, quibus Abraham cum illo, discursus notam dignus. ibid. n. 52. vsque 56. qui tibi declarat quod qualis tu fueris Deo talis ipse tibi sit futurus. ibid. n. 56. vsque 61.

XIX. *Filij David.* Quare; reponit David cum esset Abraham senior & qui semper iustus fuit & nunquam peccator sicut David? imo hanc ob causam, quia venit ut medicus peccata curaturus & peccatores, & ostendere vult quod illos non repudiet; est enim Iesus qui quærit mulcetque animas impudicas. h. 2. n. 1. usque se coronat. ibid. n. 15.

XX. *Filij David.* Misericordia in Deo caput attollit nam ut manifestior fieret, hominem creatur peccabilem, quatenus in illo eam ostenderet. h. 18. n. 2. 3. sicut autem hæc misericordia exercenda erat per Advencum suum in mundum, vult ut ad primum ingressum peccator statuatur adeo flagitiosus qualis fuit David; nec non ut ille esset quem Iesus in ore haberemus, & cuius Psalmis illum frequentius laudaremus, ut per hoc peccatorum fiducia animaretur. hom. 43. num. 1. 3. 14.

XXI. *Filij David.* Similiter illum primo loco nominat ut cautos nos reddat; nam cum David esset vir iustus sanctus ut Deus illi promissum adeo singulare sponderit, nempe filij sui donum, ad vel vnam capitis reflectionem, & oculi distractionem, casu corrumpit ita

lamentabili ut totius fuerit populi scandalum, quatenus ex illo discas vitare occasiones, nec beneficiis tibi à Deo præstitis fidere. hom. 43. numer. 12. 13. 14. circa quæ præclara vide documenta. hom. 36. nu. 16. vsque 29.

XXII. *Filij David.* Intendit ut pateat omnibus virtus penitentiae, quæ tanta est ut hominem promoveat ad eam dignitatem quâ prius fulgebat, imo super ad altiore, sicut aquæ quæ arcam supra montes extulerunt; ita elevari penitentia Magdalenam; etenim credens Pharisæus illam absorptam in peccatis, audit à Christo illam exalratam super Cherubim ad statum Seraphinorum. hom. 38. nu. 115. timuit David quando peccavit, ne forte Deus promissum revoicaret quo promiserat illi dare filium suum in filium; unde post peccatum suum sic precabatur: *Redde mihi letitiam salutari tui.* Porro per penitentiam hoc illi promissum confirmatur: si quoque tu illam ex animo feceris, te Deus ad statum gratiæ restituet, quem obtinebas, iuxta insigne D. Ambros. sententiam: Deus mutatur si tu mutaveris. hom. 37. num. 15. 16.

XXIII. *Filij David.* David peccator nominatur antesignamus, quo ostendatur Christum etenim summissile à peccatoribus quamvis à peccato liberam, & eorum se fratrem effecisse nam hoc ipsum inclinat ut eorum prospiciat remedio & honori consulat; etenim naturale est etiam in animalibus ut eiusdem speciei sibi mutuo subueniant. hom. 22. n. 17. 48.

XXIV. *Filij David.* Voluit se Deus peccatorum efficerere cognatum, quatenus hæc ipsa natura illum moveret ad illos reparandos & animandos; etenim gratia non destruit naturam; unde & sancti particulariter rogant pro illis qui sunt eiusdem cum illis carnis & sanguinis, sicut Abraham, Moyses Hieremias; & gratia unionis hypostaticæ non destruebat naturam, sed eam eiusque inclinationes naturales ad summam euehebat perfectionem. h. 2. 4. n. 38.

XXV. *Filij David, filij Abraham.* Poterat equidem filius Dei hominem redimere non factus homo: sed honori illius expediebat infirmam nostram assumere naturam, atque per illam vincere diabolum. h. 36. n. 5. etiam conueniebat honori nostro: cum enim homo esset debitor, ratio suadebat ut homo esset qui solueret, unde conueniebat ut filius Dei homo fieret naturam assumens peccatorum. ibid. n. 8.

XXVI. *Filij David, filij Abraham.* Sumpsit humanam naturam ex horum familia, factus homo, ut Legem impleteret de serui redemptione, qui redimi non poterat nisi per aliquem & cognatum & dñitem. Vides hic Dei filium hominibus peccatoribus consanguineum ex assumpta eorum natura. h. 39. n. 39.

XXVII. *Filij David, filij Abraham.* Deus prærogatiuas habiturus erat Christus in gradu superlativo.

Regis illustrissimi & supremi Sacerdotis. Rex erat legitimus & eo sine venio in mundum vt diabolus exterminaret, regni sui iniustum occupatorem; animas intelligo. hom. 20. numer. 2. 3. Quas creauit vt perpetuo in illis regnaret; non eo modo quo Reges terræ, sumendo ab illis quibus se reddant præclaros. hom. 41. num. 39. sed communicans seipsum illis, cunctaque sua bona distribuens. ibid. numer. 62. Etiam futurus erat mundissimus Sacerdos ex sanguine adeo puro & declarat D. Paul. hom. 34. numer. 8. & seqq. nam idcirco nomen habuit Christi, vt notat D. August. significat enim vñctum, quod Regibus & Sacerdotibus proprium est. hom. 37. numer. 32. Idcirco licet absolute fuerit de tribu regia Iuda, & non de Sacerdotali Aaron, vt probat D. Paul. nihilominus aliquid habere voluit de sanguine tribus sacerdotalis, vt colligit D. August. lib. 2. de consensu Euangelistarum. cap. 2. ex eo quod Virgo Maria cognata esset S. Elizabeth oræ de tribu sacerdotali Aaron: aliquis etenim de familia David, ex qua originem trahebat D. Virgo, sibi in vxorem assumpsit aliquam de tribu sacerdotali: de quo Doctores agunt. Itaque in Christo iungendæ duæ istæ dignitates Regia & Sacerdotalis; nam illæ nobis conueniebant, vt Christus esset summus Sacerdos; qui nos purissimo suo sacrificio vt cruore redimeret; Rex etiam illustrissimus qui perfectè regnans in nobis nos Reges crearet, nobisque sua bona communicaret, imo & seipsum per gratiam & gloriam, eo animo in capite familiae suæ hi duo viri parentes eius statouitur: David qui Rex fuit adeo præclarus vt mundus similem non agnouerit (etenim ea de causa ipse solus ab Euangelista Rex intitulatur. *Iesse genuit David Regem, David autem Rex etc.*) & Abraham qui Sacerdos fuit Deo gratissimus, à quo filium poposcit sibi in sacrificium, cuius Sacramenta notantur. hom. 34. numer. 10. 11. Christus has duas dignitates combinatas, demptis imperfectionibus quas David habuit in dignitate sua regia, non omnia valens efficere quæ desiderabat: & Abraham in dignitate sua Sacerdotali, etenim non potuit offerre sacrificium totius mundi redemptioni sufficiens, & ita fuit sicut sol, qui in se coniunctas omnes habet perfectiones quæ in creaturis sunt diuisæ, seclusis earum imperfectionibus. homil. 33. numer. 14. & seqq.

**XXXVIII. Abraham genuit Isaac.** iam orditur Euangelista texere catenam progenitorum Christi, & statuit Isaac vt primum anulum: quia teste D. Paulo Christum expressè figurauit: nam eodem modo & ordine quo Abraham illum Deo sacrificabat, etiam Deus Abraham filium suum offerebat; quocirca dixit Apollolus. *Accipit eum in parabolam.* In-

signe mysterium. homil. 25. numer. 54.

**XXXIX. Abraham genuit Isaac.** Sicut hic nonnulli sancti in hac naturali generatione, illam redecentes ad aliam mysticam, etenim Abraham figura est fidei vnde dicitur *Pater fidei*: Isaac symbolum est cordis lætitiæ: significat enim *Risum*, quia ex viua fide quæ operatur per charitatem, oritur animi lætitia propter spem præmij, & bonæ conscientie testimonium. hom. 37. numer. 61. ex illa procedit consolatio quæ sancti grauioribus attriti tribulationibus fruebantur, dum enim mundus credebat eos præ tristitia macerare, & pleni gaudio tripudiabant. hom. 32. numer. 21. vsque 31. & ita hoc declarat D. Paul. de illis qui credebant eum eructum esse & suspensum. homil. 37. numer. 63. & ita hoc exposuit Ioh. amicis suis. hom. 15. numer. 15. & ita experias hoc est S. Monachus Anulphus factum notabile. hom. 30. nu. 38. & seqq. eodem modo ex fide quam quis habet existens in lætitia, nascitur iniquitas spei celestis, quæ se factum latatur, illis regni candidatum. homil. 11. numer. 9. 10. & translatur ad regnum Dei. homil. 17. numer. 14. 15. & hoc ipsum recreabat S. Theresiam, cuiusque ei adferbat alacritatem dicere, filia tua es celestis.

**XXX. Abraham genuit Isaac.** Eodem modo prosequimur conceptum intelligendo viam fidem eam esse, quæ spem generat securam quæ eor delectatur, quia ad mensuram eius Deus nobis confert beneficia, & postulata concedit. hom. 27. numer. 73. vsque 40. & per illam obtinere potest integram alacritatem quæ viam hanc habet fidem; quia subuenit tibi Deus in omnibus necessitatibus: ita vt grauius hoc paratur si quis fide viam instructus tanta sollicitudine vacietur, ac si Deus illi deficeret; vt patuit in Anna & Moyse. ibid. numer. 8. vsque 12. hæc viua fides viam producit spem quæ recreat animam. ibid. numer. 12. vsque 24.

**XXXI. Isaac genuit Iacob.** In hac generatione habet mysterium ad nostram vtilitatem: cum enim sit quod Isaac expressum haberet Dei promissum de filiorum multiplicatione, & Deus patri eius dixit Abraham: *In Isaac vocabitur tibi semen.* Nihilominus viginti annis illos non genuit ob sterilitatem vxoris suæ Rebecæ, totoque illo tempore ferens ad Deum fudit preces vt illi filios concedere dignaretur, ac si tale nullum audiuisset promissum, sed Deus illud decreuisset, in quo duo nobis demonstrantur: Primum nobis non esse attendendum in negotio nostræ salutis ad æterna Dei decreta, nec ad id quod ipse in æterna sua determinauit prædestinatione, sed nostram studeamus promouere saluationem, ac si nullus fuisset in Deo actus prædestinationis, nec bene dicitur; si prædestinatus sum, non habeo quod

agam; certo namque saluabor hom. 37. numer. 14. vique 17. quod variis argumentis deducimus circa concordiam predestinationis Dei & nostri liberi arbitrii. ibid. n. 7. 14.

XXXII. *Isaac genuit Iacob.* Secundum instruit nos vt perseueremus in oratione petentes à Deo quod nobis conuenit; nam licet Deus Isaac promississet filiorum procreationem, viginti tamen annis pro illis intercessit ac si tale promissum non habuisset quid agendam illi qui nullum habet? h. 9. n. 34.

XXXIII. *Isaac genuit Iacob.* Duos filios genuit Isaac Esau & Iacob, & quamuis Esau fuerit primogenitus, primogenitura tamen concessa fuit Iacob; & quamuis hæc dispositio ex meta Dei processerit voluntate, non tamen primatum suum Esau perdidit nisi propter peccata sua, nec illum Iacob assecutus est nisi ex sua diligentia, de quo D. August. documentum e-hic insigne. ho. 37. nu. 12. 13. & in duobus illis geminis figuratus fuit populus ille antiquus Iudaicus, & tempore prior, nec non populus Christianus minor & posterior. h. 45. n. 18.

XXXIV. *Iacob genuit Iudam & fratres eius.* Duodecim genuit Iacob filios, nec fuit Iudas primogenitus sed Ruben cui ablati maioratus ob rebellionem in patrem suum, vnam ex vxoribus illius nouercam videlicet suam violando; quocirca Iacob Pater ei malitiam non crederet quia ascendisti cubile patris tui. Nam forsitan hoc inter alia crimina pessimum quod Ioseph Patri suo Iacob reuelauit, egerim filios adeo rebelles punit Deus illis diminuens & auferens incrementa, sicut Abalon qui similem in Patrem suum Dauid rebellionem machinatus est. homil. 26. nu. 19. qua de causa punitus fuit circumstantiis valde admittendis ho. 23. num. 149. 150. itaque decreuit Deus vt auferretur à Ruben primogenitura, & daretur Iudæ.

XXXV. *Iacob genuit Iudam & fratres eius.* Iudas electus fuit inter filios Iacob, vt ex illo descenderet Messias; vnde in benedictionibus quas illi Iacob Pater impertit, quamuis Iudam filium suum haberet præsentem, verius tamen Christo loquebatur, prærogatiua eius exprimitur & excellentia. h. 41. n. 13. & seq.

XXXVI. *Iudas genuit Phares & Zaram de Thamar.* Iudas Patriarcha tres genuit filios; Her, Onan, & Sela, primogenitus eius Her vxorem duxit Thamar, qui obiit sine filiis, vnde statim viduam accepit vxorem naturæ secundus filius Onan, & hic statim sine filiis mortuus est, rationem eius indicat Spiritus Sanctus eo quod ambo nequam supra modum fuerint; etenim peccatum commiserunt mollitiei, quâ de causâ illos Deus occidit priuauitque filiis, etenim valde frequenter occidit Deus aliquos propter peccata, & ideo nec iuuenes moriuntur. ho. 31. num. 31. & auferit Deus

à præcipuis familiis propter peccata, successionem; h. 26. n. 21. 22.

XXXVII. *Iudas genuit Phares & Zaram de Thamar.* Mortuus sine filiis his duobus Iudæ Patriarchæ natis, tenebatur Iudas tertium filium dare virum viduæ superstiti Thamar, iuxta temporis illius à Deo decretum, quod postmodum in lege scripta confirmatur; quem cum tradere nolisset particularibus motivationibus, ipsa vero filios operaret ex familia Iudæ, forte quia intellexerat ex Iudæ familia nasciturum Messiam, hoc aggressa est litragema, quamuis enim D. Chrysof. hom. 62. in Gen. tam excuset ob bonam illius intentionem nempe prædictam; tamen absque dubio culpa fuit grauissima, & dolus reprehensibilis, vt sentiunt D. Hieron. & D. August. cum enim ipsa ex duobus maritis filios Patriarchæ Iudæ viduæ superuicere, proposuit se transfigurare lauamque assumere, depositis viduitatis vestimentis, & cultioribus assumptis pallioque recta transparente procedere in publicum. Quod particulariter notatur. hom. 38. num. 22. & aduertitur habitum hunc propriè conuenire meretricibus. Illam vt vidit Patriarcha Iudas, credensque talem esse, nec eam agnoscentes, copulam cum illâ habuit; & licet quando iam prægnans iterum gerebat illam voluerit punire, tamen ipsa Iudam de grauiori conuicit crimine, etenim non partu stultitia est credere vitium libidinis in solis mulieribus & non in viris esse damnum. h. 26. n. 33. & seq. nec est quod sic os obstruat illi qui alterum condemnat, ac proprium illi peccatum æquale vel grauius in faciem obicere. hom. 22. num. 51. 54. hom. 23. num. 42. hom. 34. nu. 26. sic Christus egit contra accusatores adulteræ. hom. 26. num. 47.

XXXVIII. *Iudas genuit Phares & Zaram de Thamar.* Negari non potest quin peruersum fuerit hoc Iudæ Patriarchæ cum Thamar negotium; saltem fornicatio communis si non adulterium; quale fuit si vivebat adhuc vxor Patriarchæ Iudæ; quomodo ergo Domine tales eligis tuæ natiuitati parentes & vsque modo omnes tui progenitores fuerunt legitimi: quomodo nunc permittis in hoc ordine familiarum talem illegitimitatem, atque vt Phares Patertus spiritus sit? D. Hieron. ordinarium profert responsum; quod Dominus per hoc ostenderit Natiuitatem suam in mundo prodesse peccatoribus, & quod idcirco ex illis carnem assumpserit: rationem hanc supra notauimus. numer. 18. & seq. D. August. lib. 2. contra Faust. cap. 64. dicit Dominum declarasse, peccata parentum filiis non nocere, nec eorum propter illa coram Deo ignominiam incurresse, si filij boni sint nec parentibus in peccatis comparatos; quod D. Augustinus alio loco declarat. homil. 37. numer. 13. sicut nec virtutes parentum filiis proficiunt, nisi

filij



Illis sint similes per ipsas. ibid. numer. 42.

XXXVIII. *Iudas genuit Phares & Zaram de Thamar.* Ecce hic quod declarauit D. Petr. Simoni Maggo: quod Deus sit adeo bonus vt nulla permitteret mala nisi ad magna bona: hæc enim eius est omnipotentia vt de malis eliciat bona, & de actu illo incestuoso Thamar filium eduxit, per quem Christi familia texeretur. ho. 43. n. 2. & seqq. est enim Deus cogitationum Dominus, & quantumvis malæ sint & aliquando lasciuæ, quales erant Iudæ & Thamar, & aliorum qui similes habent, per eas tamen educit & ad finem producit completque diuina sua decreta. ho. 23. nu. 35. hom. 30. num. 59. h. 49. nu. 23.

XXXIX. *Salmon genuit Booz de Rahab.* Erat Rahab Chananæa ex ciuitate Iericho, prima ad ingressum terræ promissionis, quam occupabant Chananæi: & præter hoc descendebar ex peruerso filio Noë scilicet Cham, & per consequens erat maledicta. ho. 9. n. 3. & 19. erat meretrix, quamuis enim nomen meretricis illi à sacra Scriptura attributum, credant aliqui significari hospitam, tamen D. Paul. absolute illam vocat in originali, fornicariam. Hebr. 11. quomodo ergo potuit Salmon Princeps eximius de Tribu Iuda populi Dei illam ducere in vxorem, quandoquidem prohibitum esset Israelitis Chananæas ducere in vxores, & videbatur indecens tali principi coniungi meretrici? Respondet Abulens. quod illud præceptum Israelitis de non assumendo Chananæas in vxores, intelligatur de idololatriis atque in idololatria contumacibus: porro Rahab excipiens exploratores ita à Deo illuminata fuit vt fidem habuerit perfectiorem, ex auditu tantum mirabilem quæ Deus operatus fuerat populum suum educens de Ægypto, quam ipsi Israelitæ illorum spectatores: ita D. Chrysol. homil. 7. numer. 16. vnde coram Deo ad tantam ascendit sanctitatem, vt illam hoc honore dignatus sit; etenim hæc ea est veræ penitentis virtus, vt meretricem reddat castam, & abiectam efficiat nobilem, & maledicta benedicat. Sic lego apud D. Chrysol. homil. 38. numer. 106. vsque 112. Est penitentia rota Hieremiæ, quæ circumagitatata vas ita transmutat, vt iam sit alterum. ibid. numer. 111. & ita quando Pharisæus Magdalenam deprimebat in abyssum peccatorum, Christus illam ad altitudinem euehebat Seraphinorum. ibid. num. 114.

X L. *Salmon genuit Booz de Rahab.* Rahab mulierem Chananæam & meretricem Deus familie suæ inscribit, vt pateat quod non fastidiat peccatores nec peccata; atque ita particulariter hoc indicauit apud Oseam, illi præcipiens vt mulierem fornicationum sibi sociaret in vxorem. hom. 25. n. 23.

X L I. *Salmon genuit Booz de Rahab.* Ne miteris, inquit D. Paul. tantum beneficium Rahab à Deo con-

cessum, illam eligente vt carnem ex eius progere absumeret: etenim viua fide elemosynam erogauit, accipiens & defendens exploratores populi eius, in illis ipsum Deum considerans. O quam efficax est elemosyna viua fide impetrata! O qualia à Deo impetranda! Ita est, ac si illi ipsi fieret, & illi ipsi subueniretur. hom. 16. n. 14. ho. 30. n. 24. Grande præfuit illi Deus beneficium, illi mittens exploratores, etenim per hoc fuit ipsa, domus eius & parentela conseruata fuitque Christi auia senior. Hoc quoque tibi præfuit mittens tibi pauperes vt illos in domum tuam salua petes. h. 10. n. 13. ho. 25. n. 70.

XLII. *Booz genuit Obed ex Ruth.* Nemo dubit quin Ruth fuerit gentilis de terra Moab, & crebro Lyranus fuisse filiam Eglon Regis Moabitarum. Ad illam provinciam Moab accessit quidam Israelita nomine Mahalon filius Ebimelech & Nohemi cum parvulis suis, & fratre, oriundis de Bethleem: etenim famis inopiam profecti sunt de terra sua in alteram. Mortuus est in illa Mahalon maritus Ruth, illa vero secuta socrum suam Nohemi, venit circa Bethleem ibi virum accepit Booz optus & genere clarissimum, de quo natus est Obed, atque ex illo Iesse, & de Booz Dauid, vsque ad generationem Christi: de Ruth intelligitur prophetia Isaie patetis à Deo agnum quæ ille mitteret de petra deserti; hoc est de Ruth, quæ nonnulli opinantur oriundam ex vrbe Prouincie Moab dicta Petra. Insigne mysterium quod ex nouo vult Deum gentilis in suam adscribi generationem, vt dicitur post Prophetam. *Gauda & Iasare Iacob: quia de medio gentium Saluator tuus veniet.* Erat templum Salomonis symbolum corporis Christi sicut ipse declarat dicens: *Soluite templum hoc.* Illud autem templum edificatum fuit per manus Iudæorum & Gentilium quos Hyram misit Salomoni, ostendens Christianorum venturum non solum ad salutem Iudæorum sed etiam Gentilium, atque corpus suum futurum, & quod offerret, in sacrificium & redemptionem Iudæorum & Gentilium: nam idcirco seipsum vocauit Iacob mundi. h. 33. nu. 11. vsque 14.

XLIII. *Iesse genuit Dauid Regem.* Quando deducendus est fons ad quandam ciuitatem, colligitur aqua in sua scaturigine in arca quadam lapidea, & deinde per secretos canales consequenter deducitur: prout vt huius habeatur noticia, atque ad eius commisionem decursum, sunt in canalibus respiracula quæ manifestatur. Fit viuum in primo scaturigine suæ tubo seu canali, & inde reuertitur ad primum cursum de tubo in tubum latenter procedens in eodem suo, & postmodum sic aliud circa medium in eodem canali, donec ad vltimum perveniat, ex quo procedit in ciuitatem. Fons vitæ est filius Dei; etiam virus erat vt salubriter mundum irrigaret, in quo

manifestans: eo sine arca illa componitur de Abraham & Sara coniugibus, arca ex petra firmissima ita illam appellat Isaias. *Attendite ad petram*, eratque Sara ut caetera unde aqua cepit colligi: nam ita quoque ab eodem Propheta describitur. h. 39. numer. 35. Hinc etiam pons fluere per parentum & filiorum canales; ac tam latenter fluebat ut ignorarentur tubi particulares; quia plures erant descendentes de familia Abraham, & multi filij nepotis sui Iacob; ad hoc statuit Deus spiraculum quoddam patens in aliquo canali, hoc est Patriarcham Iudam, inter duodecim fratres electum signatum & cognitum pro tali. Exinde profluit rursus, fons per secretos canales, erant etenim multi descendentes de Iuda, & iam nemo sciebat per quem fons dehaeret: hinc aliud Deus statuit spiraculum in alio canali quasi in medio, nempe David, manifestans & gurgitem per ipsum fontis decursum, noua illi & manifesta addiceus promissa, quod per illum velut canallem procedentem de Abraham & Iuda, fons esset magnus, fuitque hoc ita manifestum ut omnes intellexerint Messiam fore filium David: fons hic figurabatur in fonte Siloe ex praclaris conspicuo proprietatibus: quoniam enim in al quibus partibus nulla esset illius notitia & latenter fluere, in aliis tamen erat fluxus cui manifestus: hoc ut credo significat quod de illo dicitur quod in certis partibus cum silentio curreret, atque in aliis locis inter petras videretur currete designatus. homil. 30. numer. 53.

XLIV. *Dauid autem Rex genuit Salomonem ex ea qua fuit Vria.* Miramur primo, quod cum Dauid multas haberet uxores quae contra pudicitiam non peccauerant. Quibus luxuriae, quales fuerunt Abigail, Achisocam &c. voluerit Deus eligere Bethsabae, mulierem adulterij & scandali ream, ex qua nasceretur. Secundo, quod relictus Spiritus S. dirigenz calamus Euangelistae, memoriam inferre mariti illius Vriae, cui ipsa facta fuerat. *Ex ea qua fuit Vria.* Et credere possumus quod ipsa quoque eius neci consenserit, ex eo quod, quam primam se pregnantem fecerit, de hoc Dauid praemonuerit, ut honori suo consuleret. Idem dicit D Hieron. nam loquens de Thamar ait, quod Spiritus S. notare voluerit peccata progenitorum Christi, quatenus intelligamus, quod in mundum non venire, attractus bonis operibus meritisque sanctorum, sed malorum peccatis. ex quibus carnem sumere dignatus est quatenus sanguis hic ab illis acceptus, ipsum inclinaret ut tanto diligentius eorum studeret redemptioni, sicut supra notauimus ad illud, *Filij Dauid*, numer. 22. 23. 24.

XLV. *Genuit Salomonem ex ea qua fuit Vria.* Ostendit Deus quod non sit similis nobis: si namque mulier in crimen lapsa sit, semper illam ut peccatricem inuenimus: & ita ipsa Bethsabae filio suo auerit Salomonem. *Bapt. de Lanza, Tom. 1.*

ni. ho. 38. nu. 112. potro non hoc modo agit Deus, etenim per poenitentiam omnium obliuiscitur peccatorum, in quantum adferre possunt ignominiam. ibidem num. 106. vsque 112.

XLVI. *Salomon genuit Roboam.* Coniunctum erat regnum ex omni populo Dei & Duodecim tribubus in Dauid, ita coniunctum tradidit filio suo Salomoni: potro propter huius peccata diuisit illud Deus, maiorem tribuum partem, & quasi omnes tradens Iero-boam seruo qui seruierat Salomoni, familiae Dauid duas tantum relinquens tribus: & quamuis supplicium fuerit hoc peccatorum Salomonis, noluit tamen Deus ut in diebus illius sed filij illius haec fieret regni diuisio, ob rationem quam ipse Deus assignauit in legatione missa Salomoni 3. Reg. 11. *Scindam regnum tuum, & dabo illud seruo tuo verumtamen non faciam in diebus tuis propter Dauid Patrem tuum. De mansueto tui scindam illud, nec totum regnum auferam. &c.* Optime dicitur de sapientia diuina quod in omnem partem oculos coniciat, *Omnia prospiciens*: Accurrit iusto seruans reuerentiam ut Dauidi, & malum castigans ut Salomonem. Ob merita Dauidis seruatum fuit in filio Salomone, regnum, & propter peccata Salomonis diuisum fuit in filio Roboam: hoc est: *Omnia prospiciens*, homilia 29. numero 5 & hoc noueris, quod si opera habeas bona & mala, Deus utraque considerabit, ita ut nec bonum suo priuet praemia, nec malum suo supplicio. homil. 16. numer. 57. vsque 54. Et intelligunt Patres quod propter sua crimina Deus eorum puniat filios. ho. 9. numer. 19. Et quod principale patrimonium quatenus se conferunt securos in bonis suis & dignitatibus, hoc sit, virtutes illis relinquere & merita, sicut Dauid Salomoni, & procurare ut boni sint, si namque illis crimina relinquunt, ut Salomon, filio Roboam, euerterentur. h. 15. n. 29. 30.

XLVII. *Ioram genuit Oziam.* Omittit Euangelista tres Reges intermedios: quia Ozias non fuit filius Ioram sed abnepos: quia Ioram genuit Ochoziam & per nepotem Ioa, & per pronepotem Amasiam & per abnepotem Oziam. Dubitant Sanctissimi Patres cur Euangelista tres illos Reges omiserit, cum tamen essent in recta linea & descendentiâ huius genealogiae. Communis est responsio, quam indicat Diuus Hieronymus, & sequitur D. Hilar, quod Deus punire voluerit duos illos mala fama celebres & sacrilegos reges Achab & Iezabel idololatrias, Prophetarum Dei homicidas, & idolotum sacerdotum venatores, Prophetae Eliae persecutores, ira diuina omnigenis idololatriis, & potissimum morte sacrilega Naboth, ut vineam illi fures adimerent prouocatores. Ex his orta filia est Athalia impia, sacrilega, crudelis & parentibus per omnia similis homil. 41. nu. 71. 72. haec nupta est Regi Ioram, ex quibus natus est Ochozias, atque ex hoc

Joas, & ex hoc Amasias, & ex hoc Ozias. Puniebat Deus parentes in filiis vsque ad quartam generationem (ita D. Hilar.) ad vsque hanc punire voluit filios Regis Ioram propter peccata matris quæ descendebat ex Achab & Iezabel, nec vult vt dicantur Reges in catalogo suæ generationis, nec quidem in illam admittantur vsque ad quartam descendentem nempe Oziam; filios castigans & tanto priuans honore ne inter parentes Christi annumerentur, solet enim Deus filios punire in iis quæ spectant honorem ob peccata parentum, sicut modo facit S. Officium, vt enim parentes in filiis representantur, illos in his Deus castigat: homilia 9. numer. 19. 20.

XLIX. *Ozias genitio Iothan.* Fuit Ozias in principio Rex pius & iustus atque à Spiritu S. laudatus, sed illum peruertit superbia, etenim se Regem considerans etiam usurpare voluit officium Summi Sacerdotis, vestes assumens pontificales, Deo thus oblaturus, & egregia sunt sane Spiritus S. verba, 2 Paralip. 14. *Cum roboratus esset, eleuatum est cor eius in interitum suum, & neglexit Dominum Deum suum ingressusque templum Domini, adolere voluit incensum super altare Thymiamatis.* Omnes admiramur dici quod Deum neglexerit, si namque textum attendamus, videtur potius Deum voluisse honorare, etenim considerans se à Deo promotum, multisque adactum victoriis, non satis illi fuit mediatis sacerdotibus incensum offerre, sed hoc voluit propria manu adolere, vestibus indutus Sacerdotalibus vt tradit Iosephus. Noueris ergo quod in hoc quo videbatur velle Deum honorare, illum contempserit, quandoquidem Dei despexit sacerdotes, & id quod Deus Regibus iniunxerat, vt sacerdotes suos honorarent, nec eorum officium sibi assumere præsumerent. Hoc ita grauius accepit Deus, vt multi arbitrentur eo tempore terribile illum contigisse terræmotum, de quo loquuntur Amos c. 1. & Zachar. c. 14. & hoc certum est quod illum lepra percussit potissimum in fronte; ad arrogantis superbie supplicium: imo credit D. Hieron. quod error hic etiam Prophetam Isaiam tetigerit, eo quod illum non correxerit: hom. 21. numer. 6. etenim Reges non tantum officium non debent sibi arrogare Sacerdotum, sed illis esse subditi, & eorum eis itare, sicut Iosue eorum Sacerdote Eleazaro, ho. 14. nu. 27. 28.

L. *Ozias genitio Iechoniam in transmigrationse Babylonis.* Sicut hæc generatio procedebat vterius; ita & eorum augebantur peccata & idololatriæ; & Deus vt misericors pater populum clementer plegebatur, donec illum captiuum seruumque tradidit Regi Nabuchodonosor, quem vt talem transtulit in Babyloniam. Hæc transmigrationse, seu captiuitates, fuerunt tres, vna strictior altera, & omnes in diebus Iechoniam, qui in

SS. litteris variis nominibus appellatur. Prima hæc anno 3. regni eius in Iudæa, & primo Nabuchodonosor in Babylonia, qui irruens super Hierusalem plures traxit in captiuitatem nominatim autem Dancielem eiusque socios; secunda fuit octo post annum nam reuersus Nabuchodonosor captiuum addidit ipsum Iechoniam, matrem eius, omnesque regni eius primarios, qui peccata sua agnoscentes patienter viderunt illam captiuitatem, qua de causa illos Dancielem primi sortis appellat. homilia 9. numero 40. Reliquit Nabuchodonosor tunc temporis in Regno Hierusalem Sedeciam patrum Iechoniam, qui cum impius esset & sacrilegus, cum omni populo suo diuinam prouocauit iram; ita vt in supplicium peccatorum Deus permiserit vt vltimato reuertente Nabuchodonosor, qui omnes traxit in captiuitatem, templum succendit; & ciuitatem funditus euerit. In quo primò nos docet Deus qualiter captiuitates, ciuitates ruinæ, populi & regnorum transmigrationse, multorum sint supplicia peccatorum. homilia 17. numero 24. Proinde vt regna in libertate conferuentur, debeant Reges cuncta regni exturbare peccata, homilia 28. numero 8. & confirmatur exemplo Iosue Patris Iechoniam, & Moysi ibid. numero 11. Et hinc potissimum aduigilem Principes honoris diuini protectores ibid. numer. 58.

LI. *In transmigrationse Babylonis.* Parec fecerit quod nos ipsi sceleribus nostris Dei manibus tribuimus flagellum, quodque ipse ex se non habet quod iniat, sed inde deducendo à Babylonia Nabuchodonosor, quem vocat virgam indignationis suæ. hom. 14. nu. 46. vsque 52.

LII. *In transmigrationse Babylonis.* Tertio dicitur quam inuoluntariè nos puniat, cum motam iram ita paulatim procedat vt quasi suas videatur terræ conclusiones, non vnicò ictu nos volens perdere, vixit Thecuris. Sic loquuntur D. Ambr. & D. Hieron. 37. num. 24.

LIII. *In transmigrationse Babylonis.* Suam Deus potissimum facit misericordiam peccatores puniendi, sed potissimum applicat vt modicus remedia minus fortia, minus prius supplicia, deinde grauiora & grauiora donec peccatorem consumat. Ita Pharaonem & Agrippam multauit & eodem modo processerat cum Cananæis. Ita neruose ponderat hoc Salomon. hom. 22. numer. 54.

LIV. *Es post transmigrationse Babylonis.* Multum populus captiuus in Babylonia annis septuaginta & sex ta Prophetiam Hieremiam, manente inuoluntariè ita vaga, vt teste D. Hieronimi quasi toto illo tempore vix aues in illa viderentur, quo Deus suum populum ostendit indignationem, volens illos aduersariis suis flagis cohibere sed malum hoc fuit, quod

Profecti sint peiores, quo fieri debuissent meliores; etenim in Babylonia non tantum veteribus inhaerent peccatis sed alia superaddiderunt noua idolatria, regionis illius idola adorando; quocirca Deus quae suspensus habet quidam cum maledictis his ageret peccatoribus; etenim beneficiis iniquitates eorum augetur: supplicii peiores euadebant; quamobrem Deus illos per ollam designat fordidam quam Propheta Ezechiel & ipse ibidem captiuus mundare non potuit, nec igne nec aqua, unde & illam ut perentem reuert. hom. 25. numer. 10. & Vates Hieremias eodem modo sub simbolo argenti scoria repleti quod formati iniectum a scoria non potuit emundari. hom. 13. numer. 49. hom. 37. numer. 69. & tales ut reiectos reputat Ozeas, peccatores male generationis, qui nec beneficiis emolliuntur, nec verberibus emendantur. hom. 8. n. 17. 18.

LVI. *Post transmigracionem Babyloniis.* Constituti, trahati, & captiui Israelitae in Babylonia ad vitam et relictionem, illam non sunt egressi, imo potius terram illam ingressi, captiuitatem ut requiem sumplerunt, imitari progenitores suos in terra Aegypti. hom. 13. numer. 47. hoc autem ita illis placuit, ut iam inde nolent egressi, quocirca in statum lapsi sunt adeo tristis & miserabilem, ut ipsi Angeli eis compassi a Deo sollicitari, (ut deserbit Propheta Daniel) quantum illos de terra illa educeret; quando namque ad hunc statum venit peccator ut in captiuitate dura Sataeque complectat, iam illum habet ut extra omnem spem salutis. hom. 37. n. 56.

LVI. *Post transmigracionem Babyloniis.* Profecti filij Israel captiui in Babyloniā, inuictum in nonnullis fecerunt Babyloniis, veram illos docentes fidem; quapropter Angelus custos illius prouinciae, laborabat ne populus inue egredere, porro Israelitarum Angelus instabat quod Deum ut illum educeret; quia licet ex illo nonnulli ad fidem veri Dei quosdam conuerterent Babyloniis; magis tamen frequens erat ut plures ex illis à Babyloniis peruerterentur; facilius quippe est bonis à malis peruertere quam malis à bonis conuertere, fueruntque Israelitae ita peruersi & idolatriae dediti, ut intelligentes quod Deus iam illorum cogitaret educationem, dicerent se nolle extridique taliter; ut Deus illis per Ezechielem nuntiauerit, quod etiam inuitos ipsos ad nominis sui gloriam educeret. Quis hoc non miretur? Praeclaram hic Deum suam ostendit misericordiam non sinens ut peruersos suos implerent affectus: haec etenim insignis est Dei misericordia, quando peccator suis vult inherere criminibus, quod illum etiam inuitum cohibeat. hom. 35. n. 23. vique 36.

LVII. *Post transmigracionem Babyloniis.* Inter Iudaeos captiuos in Babylonia erant multi Ioni qui opta-

bant reuerti Hierosolymam, instaurare templum & seruire Deo suo: verum cum suo iudicio negotium crederent extra spem omnem, & nullis se pollere viribus ad effectum quem optabant, animo ceperunt despondere, dicentes: *Abscissi sumus, periti spes nostra.* Conquererentur, se iam esse ut hominem sepultum, in sepulchro consumptum, corrosum, viribusque destitutum. Ut illos in spem erigeret multoties Deus illis per Ezechielem, nuntiavit promittens: *Ego educam vos de tumulis vestris etc.* Quamuis vobis videatur iam vos mortuos esse & velut sepultos, ego brachij mei patefaciam fortitudinem, inde vos viuos fortisque educens; huic appositè monstravit Ezechiel campum illum ossibus plenum mortuorum, quae ad vocis vnius imperium surrexerunt in viros fortes magnamque exercitum. hom. 27. numer. 45. atque in hoc potissimum Deus suam prodidit potentiam; quando enim videbantur iam omnia esse consumpta, effecit ut pampinus germinaret de familia David nempe Christus, reducens Israelitas in Iudaeam, ut continuaretur familia eius, ex qua erat nasciturus. Et hoc Deus ostendit eidem Nabuchodonosor quod futurum erat in lapide illo quem vidit, qui statim imperans, illum in puluerem redegit. ho. 41. numer. 42. vique 55.

LVIII. *Et post transmigracionem Babyloniis.* Egressi Iudaei de captiuitate Babylonica reuerti sunt in Iudaeam, & reaedificata est ciuitas Hierusalem ac templum; porro deinceps non tanta fuit regum gloria imo potius variis expositis casibus summorum sacerdotum gubernationi lubrici fuerunt; & in his eorumque praedecessoribus parua gloriae mundi constantia innotescit, & hodie regnat hic, cras alter, hodie liber exultat, cras gemit captiuus: hodie exaltatur, cras humiliatur, hodie viuus, cras mortuus. Ita declarauit Solon Philosophus. hom. 4. numer. 27. 28. Patet etiam nullum esse gaudium nec statum honorificum, in mundo constantem. hom. 11. numer. 29. & seqq. hom. 41. numer. 6. vique 9.

LIX. *Iacob genuit Ioseph virum Mariae, de qua natus est Iesus.* Complectum hic est (ita D. Greg.) anigma illud Iob à Deo propositum, quod extraheret hamo Leviathan. Haec Ieremias primogenitorum est velut arundo, tor constans nodis quos antecessoribus: Virgo purissima linea est pendens ex hac arundine: Christus hamus est ferreus; quia Deus est esca nostrae mortalitatis obvolutus. *Generatio Christi quasi longa piscantis linea est cui hamus subligatus carne operitur.* Ita Rupert. in c. 1. Matth. & similiter D. Isidor. l. 1. de summo bono c. 16. hom. 39. n. 29.

LX. *De qua natus est Iesus.* Euangelista principium statuit nomen Iesu, dicens: *Liber generatio eius Iesu Christi, & etiam finis nomen est Iesu, De qua*

*qua natus est Iesus qui vocatur Christus:* Ipse enim est de quo D. Ioann. *Primus & nouissimus.* hom. 21. n. 17. Et ipse est de quo testatur Apostolus qui bono principium dat & vltimam perfectionem. *Qui dat velle & perficere:* dedit principium humane nature quod eam assumpturus esset in Abraham, & vltimam illi dedit in sanctissima Virgine perfectionem; & discrimen quod notamus in opere boni sui principij ad vltimam perfectionem, idem est natura humane quam Deus assumpturus erat in Abraham, & in Virgine Maria, quod si in suo principio natura fuerit in viro tot meritis insigni nempe Abraham, vt eius testantur opera Dei gratia exhibita, & fauores quibus illum Deus cumulauit, ob quos habitus fuit vt Princeps de celo descendens. hom. 31. nu. 44. qualis esse debebat natura in Virgine illibata, vbi vltimam suam nata est perfectionem, vt illam ex ipsa Dei filius assumeret? hom. 30. n. 63. & seqq.

*LXI. De qua natus est Iesus.* Christus verus est Moyses quem diuina sapientia fluxui fluminis labentis iniecit, de vno ad alterum deuolutum, & fiscella cooperitum nature peccatorum, donec hæc fiscella ad manus deueniret caelestis Principis de qua natus est. hom. 21. n. 17. 18.

*LXII. De qua natus est Iesus.* Christus in celo Patrem habet, non autem Matrem; in terra Matrem, non autem Patrem. Quocirca illum ponunt Euangelista in diuersis scilicet: D. Ioann. generationem eius describit secundum diuinitatem, & proximum statuit Patri suo: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum.* D. Matth. generationem eius tradens secundum humanitatem, statuit illum Matri suæ vicinum; hic enim ritus fonti suo vtrobique vicinus est, & oraculum impletur Abacuc: *Deus ab Austro veniet, & sanctus de monte Pharan.* h. 35. n. 4.

*LXIII. De qua natus est Iesus.* Declarant Abacuc Verbis prædictis hanc natiuitatem, quæ sanctus de monte Pharan erat oriturus. Sanctus nomen est Christo proprium: ita enim Angelus. *Quod ex se nascetur sanctum &c.* hom. 34. n. 7. vique 12. ho. 42. n. 31. Virgo SS. optime dicitur mons Pharan, quod Septuaginta legunt, vmbrosum & condensum: vide dicta ho. 35. num. 4. Sed bene illam significat mons celebris, Pharan, qui nomen hoc sumpsit: Pharan etenim significat diuisionem, & hæc ea est quam in Virgine operatus est; cum enim pari pede natura cum peccato procederet, in ipsa mirabilem hanc fecit diuisionem, vt integra maneret natura, sed omni seclusa culpâ. h. 6. n. 34. h. 28. n. 49.

*LXIV. De qua natus est Iesus.* His solis verbis plura dicit Euangelista quam omnia possent verba dicere sapientia supremorum Seraphim; etenim nouum

est; quod tantam debeat habere in annulo tantæ magnitudinem, quanta est lapidis illi inferendi. Et videris vtum possit Arithmetica magnitudinem præfios lapidis Christi metiri, atque ita infinita est matris illius dignitas, vt ait D. Thom. ad modum gloria. h. 12. n. 25. & sicut magnitudo gloria tanta est, vt eam nec oculi viderint, nec aures audierint, nec poterit imaginari tanta quoque est huius Virginitatis eminentia. hom. 12. n. 17. & seqq.

*LXV. De qua natus est Iesus.* Si quid scio notat Euangelista Christi puritatem vocans illum filium David, Abraham & B. Virginis. Ait D. Paul. prætere uenire quod Christus tria haberet, vt officio suoungeretur Redemptoris; vt esset sanctus, innocens, & impollutus. *Talis decebat vt nobis esset Pontifex sanctus innocens & impollutus.* Mira est hæc gradatio: potest etenim quis esse sanctus, licet peccatum habeat, sed non erit innocens; & aliquis potest innocens esse, sed ne peccato mortali, imo etiam veniali; casus huius rarissimus, quem aliqui attribunt D. Ioann. Bapt. uorum non erit impollutus, quia pollutus illum peccatum originale. His conformiter Christus non tantum sanctus quia vera præluxit sanctitate, sed innocens quia peccatum non habuit actuale; & non solum innocens, sed impollutus, quia nullo fuit peccato originali infectus. Vnde de hoc singulariter dicitur quod sit filius David ex eo quod hic sanctus fuit, licet innocens; filius Abraham, quia hic innocens fuit, quia non impollutus; filius Virginis, eo quod ipsa fuit sancta, innocens, & impolluta. h. 34. n. 8.

*LXVI. De qua natus est Iesus.* Duplicem mirabilem in Christo perpexit D. Ambros. vnam de ventre virginali, ex quo mortalis prodijt, alteram de pulchro, de quo natus est immortalis. Huic ea mirabile tantum quod corpus suum reciperet de fructu mortuum nihil ab illo recipiens, decreuit æternam prædeterminatione, vt omnes haberet excellentiarum quarum esset capax, potissimum puritatem, vt ad illam non accessisset corporis mortui corruptio, quare magis ad hoc de ventre virginali disponere conueniens erat, ex quo realiter & verè carnem sumpsit, & vitam, quæ veltus prodijt in mundum? h. 48. n. 10.

*LXVII. De qua natus est Iesus.* Hoc inter alia tendit filius Dei in mundum veniens, vt breuiter mulieribus restitueret, quem per primam amissionem quæ vltus est diabolus vt virum falleret & naturam inquinaret; & illas ordinariè sibi sumit quibus vix perueniat. hom. 25. n. 7. 8. 9. Tantum in eo profectus Saranas vt de ceterum euulgari fecerit, quod nulla mulier ceteri posset sapiens & prudens. h. 32. n. 19. Et Denimus per feminam diaboli & aliam conuincere, complens illud quod dixerat in principio mundi quod per ipsam caput illi confringeret; si auerteret

per primam illam nostra lapsa est natura, per hanc à  
calo reparatur. h. 25. n. 15.

LXVIII. *De qua natus est Iesus.* De sapientia diuina  
dicitur; omnia conueniens, *Omnia proficiens.* Quod  
si hoc in omnibus operibus faciat, multo magis in o-  
peribus eminentissimis suæ Incarnationis, etenim ad  
redemptionem hominis necessaria est humana natura  
absque omni peccato, etenim cum peccato non pote-  
rat perfecta fieri redemptio. h. 34. n. 8. Proinde par-  
tem vnã assumpsit quam indueret, in qua verè foret  
membra humana, sed sine culpa vel defectu, per quam  
omnibus subueniret. h. 29. n. 5.

LXIX. *De qua natus est Iesus.* Dixit Salomon de  
Deo quod omnium fines intueatur; & certum est,  
quod, si proprium sit sapienti finem cuiusque operis  
attendere, multo magis conueniat hoc Deo; si igitur  
ad primi Adam creationem, primo parauit illi Para-  
disum adeo præclarum, vt nulla, deesset arbor frugi-  
fera nullusque flos pulchritudine gratus: *In quo posuit  
omne lignum pulchrum visu, & suauem ad uersandum.*

Quid ageret pro secundo Adam? Cernum est quod a-  
lium illi præparauerit paradisiū illi conuenientem:  
vt cum esset celestis, non desiceret illi aut flos aut  
arbor vlla earum omnium quas Deus creauit in mun-  
do spiritali: proinde statuit hic fidem Prophetarum,  
semper Patriarcharum, claritatem Apostolorum &c  
nec decebat vt illa desiceret illi perfectio nec graui-  
ta excellentia Angelis concessa; & si commune sit  
omnibus illis naturam habere mundam à peccato, nec  
hæc desiceret in virgine alioquin desiceret illi hoc  
hoc quod est commune Angelis in sua creatione, & si  
propter bonos Deus creauit hos cælos omni tantis sy-  
deribus, & mundum hunc tantis ornatu floribus;  
quid acutus erat pro filio? h. 27. n. 19.

LXX. *De qua natus est Iesus.* Admiror sententiam  
Iuliani, cum Deo loquentis, quod ple sua admirabili  
faceret ordine. *Tu fecisti priora, & illa post illa cogita-  
sti.* Hæc nulla intelligenda est successio ex parte intel-  
lectus Dei; quia in suo intellectu Diuino nihil prius  
est aut posterius; nec est similis nostro, qui procedi-  
mus discursiue de vno ad aliud; sed ex parte rerum;  
nam secundum sapientissimam proponens providen-  
tiam aliquid facere, pariter disponit omnia huic con-  
grua iuxta naturæ eius qualitates; mundo visibili pri-  
mo statim creare solem, ex quo pender tota vita, natu-  
ra, perfectio, & omne bonum quod in illo commu-  
natur. h. 33. n. 14. Quia vero ipse purus est, mundus,  
& à terrenis imperfectionibus alienus, decreuit illi  
creare, sedem locumque purum, & mundum illi con-  
gruum, hic autem cælum est in quo illum collocaret,  
vbi locum non habent terrenæ imperfectiones, & nec  
minima quidem terrarum; syderibus ornatum, vt po-  
tius in illo sol tanta, quanta videmus, pulchritudine

refulgeat. Hoc David indicauit his verbis: *Cæli enar-  
rant gloriam Dei.* Nam statim adiungit: *In sole posuit  
tabernaculum suum:* quod alij legunt: *Soli posuit taber-  
naculum in eo.* Et eodem modo Deus prædestinans fi-  
lium suum vnigenitum vt solem eminentissimum  
mundo spiritali remedium de quo cuncta bona pro-  
fluere spiritalia. h. 33. n. 17. Preparauit illi sedem,  
thronum, & locum illo condignum in eo quod est ipsa  
puritas & mundities & liberum ab omnibus terrenis  
vapouribus de nostra carne surgentibus, atque ab om-  
nibus peccati mortalis, venialis, & originalis impurita-  
tibus. Insuper hinc D. Ioann. Damascen. (orat. 2. de  
dorm. B. Mariæ) vocat illum cælum cælum animatum, & quis  
decret, existente in hac sole, syderum eius splendo-  
res, virtutes, gratias, glorias: hinc concludit beatissimæ  
Virginis puritatem. Verba Iudith exponuntur. hom.  
32. num. 39.

LXXI. *De qua natus est Iesus.* Si verbis inhærea-  
mus præfatis Iudith, alius aperitur discursus egregius  
fundatus in doctrina D. Thom. quem subtiliter decla-  
rat de prædestinatione. Hoc primum Deus in sua de-  
terminauit æternitate, creare scilicet prædestinatos,  
quibus bona sua & seipsum communicaret, quia sum-  
mum est bonum cui proprium est seipsum summè  
communicare; quia vero hi prædestinati viuere de-  
bebant diuinæ eius gratiæ suam operando salutem, de-  
creuit hunc mundum creare, sic enim testatur Esdras.  
*Propter nos fecisti sæculum.* Et simul cum hoc talem  
proposuit creare mundum, qualis conueniens erat vt  
illi prædestinati Dei gloriam cum eius gratia mereri  
possent: itaque quidquid in hoc mundo est, disposi-  
tum est in ordine ad prædestinatos: & causa princi-  
palis propter quam instituendum est iudicium, ea est,  
vt Deus reddat rationem regiminis huius mundi, &  
hoc suum demonstrat decretum, omnia creata esse in  
ordine ad prædestinatos. hom. 6. nu. 29. vsque 35. Si  
igitur creandus hunc mundum propter prædestinatos,  
illum eo modo disposuit, vt quidquid in eo est, in or-  
dine ad illos disponatur, cum Christus sit primus  
prædestinatus & causa omnium prædestinatorum: de-  
cebat præuenire, nouumque illi mundum preparare,  
nempe purissimam Virg. idque eo modo vt nihil in  
illa esset quod non Christo corresponderet. Et certum  
est nihil illi minus conuenire, quam peccatum cuius-  
cumque generis sit, vnde ratio suadebat vt illa ab om-  
ni genere peccati crearetur immunis. Discursus hic de  
prædestinatione disputatur. h. 27. n. 20. 21.

LXXII. *De qua natus est Iesus.* Adeo necessaria  
est puritas & munditia Christi, & in sanguine eius  
& carne, vt propter hoc noluerit antiquitas admitte-  
re, ne quidem in eius figura, sanguinem aut carnem  
humanam, licet etiam Isaac. etenim magis voluit  
sanguinem animalium quam peccatis non poterant in-  
quinari.

quinari, quam hominum, qui habere poterant peccatum. Quam ergo puritatem parare decebat in ipsa carne & sanguine de quo suum erat sanguinem carnemque allumpitur? conceptus hic mereatur notari ex sacrificio Abrahæ: h. 34 n. 10. 11.

LXXIII. *De qua natus est Iesus.* Deus honoris sui est summopere zelosus ita ut non patiar in illo vel minimum ledi: proinde Moyses difficillima quæque à Deo impetraturus, suum illi proponit honorem, & Iosue similiter. Facta sunt hæc egregia hom. 3. num. 41. hom. 32. num. 37. estque ita honoris avidus & amicus ut nunquam inuenias ab illo præceptum electis suis ut honori renuntient, & eius incurrant facturam; cum ita sit quod voluerit ut opibus, domibus & cæteris valedicerent. hom. 3. num. 27. vsque 31. & videbatur in dedecus non leue cessurum, si in sedem primariam e ligeret mulierem, in qua prius habitasset diabolus; etenim dum in diebus Machabæorum irruerunt Gentiles & altare Dei profanauerunt, scia in illo statuentes idola; quando postmodum his à populo Dei superatis & fugatis, iudicauerunt Sacerdotes sufficere ut altare illud purificarent hæserunt, & multo loquebantur contra rationem esse illud ita erigere: *Ne fortasse esset illis in opprobrium apud gentes.* Indicauerunt Deo non leuem inuendam ignominiam, si Gentiles possunt obicere quod in altari eorum primario, illi prius sua collocassent idola, quocirca dicit textus Deum hanc approbasse rationem, illisque inspirasse ut destructo illo altari prius profanato, aliud erigerent nomum & mundum, in quo nec locum nec partem, nec aliquid sui idola habuissent. 1. Mach. 4.

LXXIV. *De qua natus est Iesus.* Illa quæ Deus operatus est in Virgine, alia non sunt mensuranda regula quam omnipotentia Dei; ipsa hoc indicante; *Ecce tibi magna qui potens est.* Tantum diligit Deus sanctos suos ut eorum gratia infinita faciat opera, naturæ potentiam & intellectum superantia Seraphinorum. Et præclara fuerunt illa verba quæ Christus dixit, sponsam suam demulcens S. Theresiam, filia si cælum non creassem tu gratiā crearem. Qualia igitur erunt mirabilia quæ faciet in Virgine Matre sua ita cursum omnem naturæ prætergredientia, & omnem creatum intellectum longe superantia? Dubitans Moyses utrum Deus quidquam faceret in gratiam populi sui, quod illi videbatur supra omnem cursum naturæ, deprecatur eum, ut oculos coniciat hinc in amorem, quo populum suum prosequeretur ex quo natus erat; & inde in manum suam omnipotentem; etenim hæc attendenda est, quando agitur de eo quod præstabit Deus propter illos quos amat & eligit. Quid ergo dicemus de Virgine? *Numquid manus Domini inualida est?* hom. 27. n. 42. 43.

LXXV. *De qua natus est Iesus.* Si Christus tangen-

do crucem flagra, spinas, & ipsam mortem, hæc omnia ipse Deificauit, naturam illis dans sanctificationis qualem exponit Diuus Damascenus. hom. 15. num. 9. vsque 12. Quid facturus erat Matri suæ? Quam supra omnem modum illam creaturus erat sanctam & impollutam?

LXXVI. *De qua natus est Iesus.* Maxime proxima Iesu, maxime participare debebat de eius salute & redemptione; non illam redimendo iam captiuam, sed antequam fuisset. Doctrina hæc est D. Bern. qui et hæc declarat qualiter Christus dici possit Redemptor Angelorum. hom. 12. n. 50.

LXXVII. *De qua natus est Iesus.* Vide duo argumenta valde ad rem ad confirmandam Virginitatem in festo Purificationis. n. 21. 30. 31. 32. 33.

## IN FESTO S. THOMÆ APOST.

**T**homas vnus ex duodecim, qui dicitur Dydimus non erat cum eis &c. Ioann. 20. Non videtur hoc Euangelium huic festo conuenire, illustrato ad honorem huius Apostoli; quandoquidem in illo nobis referatur incredulitas eius obstinata, videtur enim hoc vltimum esse perditionis, ad quod quis labi potest; sed proposito optime conuenit cum non proponitur, hærendo in eo quod Apostolus sit à peccato victus fuit infidelitatis, sed in eo quod hoc Apostolus in ipsum irruit, vicit, & triumphauit, ob quam rationem in die Iudicij peccata à sanctis commissa illis cedent ad maiorem gloriæ cumulum. hom. 6. numer. 47. 48.

II. Hodie in publicum producit peccatum illud enorme Apostoli Thomæ; quia hic primo præceditur gloria Dei, & quanto peccatum eius grauius fuit, tanto gloria redditur illustrior, qui conuictus eum, & peccatum ei remisit. hom. 38. numer. 24. Nec non cedit ad maiorem sancti gloriam: quanto namque maior videbatur magnitudo Goliath, tanto uidebat Davidis maior gloria illum vincens. Hoc loquitur apud D. Chrysostr. ibid. num. 25. vide inferius in festo conuersionis D. Pauli circa Euangelium. Vide quod diximus Dominica in Albis.

IN FESTO S. STEPHANI  
PROTOMART.

**E**cce ego misso ad vos Prophetas & sapientes, &c. Scribas &c. Matth. 23. Erat commune Pharisæorum idioma de parentibus suis conuictus quasi de Prophetarum homicidijs, dicebantque, quod si temporibus illis uiuissent, non eos ipsi trucidassent.

in cuius confirmationem præclara erigebant illis sepulchra: probat autem Dominus eorum malitiam non esse malitia parentum eorum infociorem: quia sicut illi hi quoque succiderent Prophetas & ministros a se mittendos, imo eorum ipsi malitiam excederent, in eo quod non solum ministros occiderent, sed ipsum quoque qui filius erat Dei: & si Patres eorum inchoarent implere mensuram iniquitatum, ipsi eam perficerent: ita ut propter eorum peccata ciuitas illa subuerteretur. h. 39. n. 20.

II. *Eccē ego mitto ad vos:* Considera hic retributiones misericordie Dei: cum enim ipse patiatur iniuriam, & ad ipsum deberent recurrere veniam rogantes, ipse ad illos mittit quasi præposere incedens. hom. 41. n. 41. 42.

III. *Eccē ego mitto ad vos:* Perpende misericordiam cum enim videretur missuros diluuium quo deleteretur, ut in diebus Noe, vel ignem de celo sicut Sodoma: non mittit illis nisi pacis ministros ad illam eos exhortantes h. 41. n. 37. vique 41.

IV. *Et ex illis occideris & crucifigeris.* Domine si nos illos ab ipsis occidendos, quate illos mittis, videris enim ipsos occidere. Hic patet quantum tuum quæritur commodum, ut etiam illius gratia vitam amicorum tibi maxime familiarium, discernunt exponat. h. 17. n. 42. 43 & quid hoc mira res cum eandem ob causam Pater æternus suum mittat filium: præcisus illam ab eis occidendum. id. n. 44.

V. *Et ex illis occideris &c.* Enorme scelus, talibus criminibus tanta rependere beneficia: David contra illud exigit iustitiam. h. 35. n. 11. diuersæ sunt Dei retributiones ab illis, quibus tu illi respondes hom. 41. numero 41. 42.

VI. *Et ex illis occideris.* Extra dubium est o Domine, quod eo modo sint illos interfecisti, cum pergant illi veritatem annuntiatum. Quia verò tu hoc fecisti, ut crucifigerent, & eo ipso quo veritatem illis denunciasti, et tibi tibi præparasti: ita namque veritas odio habetur, ut qui illam dixerit, gratiam passurus sit persecutionem. h. 22. n. 28. Nullus illam in domo sua vult, omnesque excipiunt illam ut uxorem Leuitæ in Gaba. hom. 34. n. 41. 42. Et sicut ut videri omnes si collingantur, ut Herodes. ibid. n. 33 & meo quidem iudicio nos ministri moderni per illam non coarctamus, quando quidem nos non interficiant. ho. 36. n. 49. vique 52.

VII. *Et veniat super vos omnis sanguis iustus.* A vobis exigetur ratio omnis huius sanguinis omniumque beneficiorum quæ vobis Deus consulit. Eiput illi etiam iuste vestre testes damnationis, ad quam idcirco illos Deus proferet ad iudicium. h. 6. n. 35. vique 38. Exorunt omnes quod quanto crescant beneficia, tanto crescat & supplicii securitas. ibi. num. 22. 23.

VIII. *Hierusalem quoties volui congregare.* Ostendit se Dominus quasi suspensum & anxium, velut is qui nescit quod medium sit assumpturus ut rem aliquam assequatur; etenim multis ad habitus, nullus sequitur effectus. h. 2. n. 24. vique 27.

IX. *Quoties volui.* Meo iudicio Christus se prodit fatigatum cum Ezechiele, ollam conante emundare hom. 25. numero 28. vique 31. & sicut Hieremias dum argentum laborat purificare: nam illud reiecit ut reprobum. h. 13. n. 49. h. 37. n. 69.

X. *Quoties volui.* Quoties Christus illis prædicauit, & quoties vocauit: quod si diabolus nunquam cesset ut sub alas suas te capiat, idcirco namque dicitur Beelzebub. hom. 19. num. 38. minus cessaret Christus ut sub alas suas te colligat: atque idcirco iterum & iterum reuertitur, novit etenim homines esse obliuiosos. hom. 33. n. 2. 26.

XI. *Quoties volui congregare filios tuos sub alas.* Claret patet ipsos filios esse Satanae, cum statim ad eius vocem consolarent. & quantumvis Christus voceretur nunquam accurrerent, quod Hieremias explicauit similitudine perdicum. homilia 37. numero 30. 31.

XII. *Quoties volui congregare.* Indicium ouium Dei hoc est, ad vocem eius accurrere, credendo quod dicit, & faciendo quod præcipit, sine contradictione. hom. 37. numero 24. vique 30. atque in hoc Magdalena ostendit se ovem Dei, sicut illi, se de grege esse Satanae, non accurrendo ad vocem Dei, sed procrastinando. h. 38. n. 41. vique 45.

XIII. *Quomodo modum gallina congregat pullos.* Nulla sic avis (vicedo D. August.) amorem suum testatur erga pullos ut gallina, quæ quotidie glouicat, apparet debilis, infirma, fatigata, & negligens comedere, ut pulli vescantur. Nullus pater, nec omnes simul patres tanto filiis afficiuntur amore, ac Deus singulis peccatoribus, & confirmatur ex operibus, cum omnes simul patres non fecerint id quod solus Christus pro nobis singulis. h. 17. n. 13. 19. n. 14. h. 27. n. 23. h. 42. n. 16.

XIV. *Et nolui.* Vide Dominum secundam post Pentecostem ad illud *Caperant se excusare.* Nec ego dubito quin possit hoc Dominus dicere, cum omnia sua bona nobis gratis offerat, nos autem non solum illa nolumus sed etiam contemnimus: ex quo Deus iuxta Isaiam apostatur. h. 28. n. 28.

XV. *Eccē relinquetur vobis domus vestra deserta.* In supplicium criminum vestrorum perdetur hæc ciuitas & euertetur: hæc etenim portas aperient inimicis. vide Dominum. 24. post Pentecostem.

XVI. *Stephanus plenus gratia & fortitudine.* Conspicue sunt prærogatiue quas in D. Stephano laudat Spiritus S. Præsertim quod inter homines appareret.



ut Angelus. Videbant vultum eius tanquam vultum  
Angeli stantis inter illos. Mirabilis descriptio, illi ve-  
lut suspensi torquebantur, quia hinc illos decinebat  
intellectus veritatis Divinae a D. Stephano propo-  
sita, inde trahebat pondus malitiae voluntatis eorum;  
unde quasi suspensi torquebantur. ho. 37. nu. 47. vsque  
51. iam tormenta participabant inferni ex propria  
illis infecta conscientia ibid. n. 53. Porro S. Step-  
hanus apparebat ut Angelus principis repletus gaudii  
vitae caelestis, quia plenus erat gratia, per quam iam  
hoc idem possidebat quod sancti in gloria. ibi. num.  
57. 58. gaudebat latitia gloriae cordis, nam illud ha-  
bebat gratia plenum ibi. n. 59. vsque 64. 17.

XVII. *Ecco video caelos apertos.* Non est quod mi-  
remur si oblato spectaculo ita singulari aperiantur  
caeli, & Deus omnesque eius Angeli adsint specta-  
tores; talia namque sunt, quibus Deus recreatur. No-  
ta conceptum h. 2. n. 29. vsque 34.

XVIII. *Ecco video caelos apertos.* Non miror quod  
fortitudine plenus sit qui caelos videt apertos & Chri-  
stum Regem supremum spectantem: hic etenim oculi  
alas ministrant efficaces. hom. 4. n. 14. proinde tu sa-  
cere deberes sicut Moyses qui semper Deum sibi praesentem  
habebat quasi de sede gloriae suae spectatorem  
hom. 1. num. 32.

XIX. *Ecco video caelos apertos.* Non est hoc adeo  
magnum quod S. Stephanus plenus sit fortitudine,  
quandoquidem videat caelos apertos: si namque tu il-  
los cerneres, nulli te lapides, nullae vincerent adver-  
sitates. h. 21. n. 3. vsque 12. h. 12. n. 7. vsque 15. & id-  
em vincere, quia nunquam caelos intueris apertos  
ho. 11. n. 39. & conueniret ut piscis esses alatus sicut  
expedit D. Gregor., homilia 11. numero. 13. per hoc  
lapides tibi forent portae spei, sicut vallis Achor. h.  
32. numero 23.

XX. *Ecco video caelos.* Si Ioseph ex viso in fomis  
regno tantam adeptus est contra aduersa fortitudinem,  
quid miramur Stephani fortitudinem caelos  
considerantis apertos h. 11. n. 3.

XXI. *Et filium hominis stantem a dextris.* Omnia  
haec vires addebant D. Stephano, nam quamvis Chri-  
stus sedeat ad dexteram Patris, itans tamen apparuit,  
paratus se ostendens ut saueat pro amore suo cer-  
rantibus; nam adiuuus illos stat erectus, nec sedet il-  
los intuitus. h. 4. n. 42. & ita declarauit D. Anton., &  
D. Cat. Serens. h. 32. n. 54. 55. 56.

XXII. *Domine Iesu suscipe spiritum meum, & ne  
statuas tibi.* Facile fuit D. Stephano amare & rogare  
pro inimicis, dum oculos coniecit in Christum qui  
Dominus est absolutus, & praecipit inimicos diligere  
& per hoc tibi facile erit idem facere, & caute ne  
te rabies ut canem occidat. Conceptus notatu dig-  
nus. h. 3. n. 16. vsque 22.

XXIII. *Domine Iesu.* Nullo negotio dilexit in-  
micos considerans quod Deus consignationem fecerit  
partis amoris sui in illos, nam hoc declarant di-  
cens, *Domine Iesu* h. 3. n. 14. *Suscipe spiritum meum, &  
ne statuas tibi hoc peccatum.* Perfectus Christi imi-  
tor, quandoquidem duo petat eadem in hora mortis  
suae quae Christus moriens petierat. Ita D. Ambr.  
hom. 37. numero 77.

XXV. *Lapidabant Stephanum.* Pretiosi fuerunt illi  
hi lapides, quandoquidem quanto molestior erat ho-  
rum turbo, tanto gratior spes eius crescebat ut vallis  
Achor. h. 32. n. 23. vsque 31.

## IN FESTO S. IO AN. EVANGELISTAE.

I. *Dixit Iesus Petro: sequere me.* Ioan. 21. In festo  
S. Ioan. Evangelistae sciendum nobis est quia  
ille sit, & ipse hoc dicit in suo Evangelio. In  
principio cuius nobis dixit quis Christus esset verum  
nam eius scribens generationem. In principio erat ver-  
bum. Et quis secundum temporalem dicens. Verbum  
caro factum est. In fine Evangelii sui nobis dicit de  
seipso quis sit, nam tantum hoc potest dicere, quia  
illud potuit dicere nec fudit Spiritus S. calamo reddere  
dicere quis sit D. Ioan quam quis sit Christus, quia di-  
lum Christus reddidit quasi sibi aequalem quamuis in-  
finita interesseret distantia. h. 2. n. 41.

II. *Dixit Iesus Petro: sequere me.* Vide dicta in festo  
S. Andreae ad illud. *Venite post me.*

III. *Dixit Iesus Petro: sequere me.* Quamuis Chri-  
stus dux sit omnium, omnique eius se qui reneant  
vestigia, iuxta D. Petri admonitionem, potissimum tu-  
men dux fuit praetorum quos duces ouium creauit,  
qui in seipsis referre debent Christum & dicere cum  
Apostolo. *Imitatores mei estote sicut & ego Christi* il-  
lico monuit illos Christus, esse eos debere, ceteris  
hominibus superiores. h. 43. n. 39.

IV. *Dixit Iesus Petro: sequere me.* Supina igno-  
rantia credere Praelatos debere sedere, nam non ea in-  
terpretatione illos Christus instituit, sed ut perpetuo ad eum  
exemplum discerant. h. 15. n. 33. atque idcirco vni  
santi tanto pere fugerunt praelaturas, scientes quam  
temporis illis per ipsas superesset quo scirent  
possent & requiescere. ib. n. 37. v. 43.

V. *Conuersus Petrus, vidit discipulum tibi.* Demus  
hic autem quid. Signare aliquem in singulari hoc pro-  
nomine hic communiter contemptum indicat, sicut  
dicebant de Christo. *Quis est hic* h. 7. uenerunt  
Petro alias dicitur ut inexplicabilis significetur mag-  
nitudine, eo modo quo dixit Deus Abrahae. *Quis  
estis rem hunc.* h. 2. nu. 52. & de manna. *Quid est hoc*  
Et dixit Salomon de mundo. *Hoc quod conuenit  
magna.* Vocat etiam hoc quia dari illi non potest nisi  
largi

Angulare quod totum continet; talis est D. Ioan. E-  
vangeli. Manna est omnis saporis; mundus est boni  
totius epitome quod Deus in Ecclesia sua constituit;  
Apostolus est, Martyr, Doctor, virgo, Propheta &c.  
tandem tabernaculum est amoris Christi: cum enim  
amor fit datus & vbi totus vester concluditur, totum  
ibi eum recludis thesaurum, vbi amor est diuinus, in-  
tellege tabernaculum ibi esse thesaurorum bonorum  
que omnium Dei. hom. 45. num. 4.

VI. *Hic est discipulus quem diligebat Iesus.* Proprium  
amori est omnia facere communia. Dum Christus  
singulariter diligit D. Ioan. illi omnia bona sua reddit  
communis. h. 32. n. 45.

VII. *Quem diligebat Iesus.* Amor facit 12 qualita-  
tem. hom. 25. n. 37. & amor Christi illam fecit aliquo  
modo in D. Ioa. quandoquidem illi pectus suum con-  
cessit in reclinatorium. Quis imaginetur quod tan-  
tam se dimittat Dei pectus, vt seruiat pro puluinarum  
paupetri piscatori, & quis tantum caput hoc extulit ve  
super tale posset pectus recumbere: hanc fuit amoris  
opera. ibid.

VIII. *Quem diligebat Iesus.* Si ex operibus in-  
dicetur amor, perpende quantus ille fuerit quo Chris-  
tus Ioannem prosequatur: quandoquidem illi de-  
dit gemmam qua non habuit in serinio suo pretio-  
sissimam nemp: Matrem suam. Hoc titulo matris quam  
ille diligebat vere & realiter creauit ipsum Matris  
sue filium, idque verbi sui potentia. homilia 2. nu-  
mero 41. & seq.

IX. *Hic est discipulus ille qui testimonium perhibet.*  
Habes hic Angelum qui ascendit & descendit per  
salam caelestem. h. 36. n. 3. & 4.

## IN FESTO SS. INNOCENTIVM.

I. **A**ngelus Domini apparuit in somnis Ioseph:  
Math. 2. Explicatam habemus hic difficul-  
tatem a Simone Mago propositam: quare si  
Deus mundum gubernet tanta permittat mala? Cuius  
ea ratio dicitur vt inde maiora colligat bona, sicut ea  
collegit ex Herodis crudelitate, de qua ortum est, vt  
Christus cum Matre sua & Ioseph tenderet in Aegy-  
ptum ad non modica beneficia, quae operatus est in il-  
la regione, idola destruens deinde ad gloriosam tan-  
torum infantium coronam, quos Herodis gladius oc-  
cidit, sed maiori eorum commodo quam si singulos  
regnum suorum heredes instituisset, vt dicere ve-  
rum sit cum Psalmista. *Dum superbit impius incenditur  
pauis.* h. 23. n. 36. Nec non vt hac occasione per to-  
tum vndeque mundum noui Regis tot a saeculis  
promissi natiuitas diuulgaretur. homilia 43. numero  
25. vsque 5.

II. *Angelus Domini &c. accipe puerum.* Primo sub-  
Heron. Bap. de Lanza, Tom. 1.

uenit haeresis postmodum oritur, decentes Chris-  
tum veram non assumpsisse humanitatem. Haec au-  
tem demonstrat, puer, vt pueri, pericula deuotans.  
hom. 36. numero 12.

III. *Fuge in Aegyptum.* Si Christus veniat mori-  
turus pro hominibus, & eo momento quo conceptus  
fuit seipsum vitamque suam pro ipsis in Virgini Mat-  
riae vero sacrificauerit: cur mortem fugit, quando-  
quidem statim possit per ipsam opus efficere redemp-  
tionis? Ratio haec est: quia hanc debebat mortem per-  
ficere iuxta Patris sui aeterni decretum: nam talia  
debet tua esse opera, quatenus bona sint, & nondum  
venerat hora ab ipso designata h. 36. n. 29. vs. 33.

IV. *Accipe puerum & fuge.* Nemo dubitat quin  
Christus potestate valuerit quae se de manibus eripe-  
ret Herodis, quamuis fuisset in Hierusalem in ipso  
conspetu Herodis, & in rei veritate non expediebat  
Deum permittere vt puer occideretur, iuxta illud di-  
uinae legis statutum *Non coques haidam in lacte ma-  
tris sua.* h. 36. n. 12. Nihilominus fugam arripit & sece-  
dit non quia vecors animi, sed quia magister, osten-  
dens primo licitam esse tempore persecutionis fugam,  
& secundo oportere te pericula vitare ne ani-  
mae tuae vitam amittas. ibid. num. 16.

V. *Fuge in Aegyptum.* Qui securus est in pericu-  
lo, fugit, tu quoque fuge, nec te decipiat incerta vitae  
fiducia. hom. 36. n. 19.

VI. *Fuge in Aegyptum.* Fugit ille qui ex fortitudi-  
ne suauis est: tu quoque fuge: non enim solum non  
tutes, sed magis certus es de casu tuo quod si non  
feceris, Deum tentas, nec es absoluendus h. 36. n. 21.  
vsque 26. Confirmatur exemplis SS. Anachoretarum.  
ibid. n. 26. & potissimum D. Petri. h. 43. n. 12. vsque 21.  
eritque fuga maxima tua fortitudo. ibid. n. 25. tanto-  
que fortior eris quanto timidior. ibid. numero 28.

VII. *Fuge in Aegyptum.* Omnes consentiunt a Deo  
decretum fuisse ne Christus ab He. ode occideretur,  
eo tamen non obstante ipse Deus iniurgit vt sibi ca-  
ueat, atque tanta adhibeat eius conseruationi di-  
ligentia, ac si nullum tale fuisset decretum; etenim  
etiam in negotio tuae praedestinationis vel saluatio-  
nis, quamuis decretum interueniat diuinum, non hoc  
tibi considerandum est. Sunt etenim capilli nigri cae-  
lestis sponsi. ho. 37. n. 7. vsque 12. hoc tibi tantum in-  
cumbit, ita tua disponere ac si tale nullum praecessit  
decretum, etenim certum est quod tibi Deus sub-  
ueniet tecumque ager iuxta opera tua. ib. n. 12. vsq. 17.

VIII. *Fuge in Aegyptum.* Apparuit Christus in  
mundo velut fluuius Nilus: etenim torrenti illius  
se opponeret Herodiana malitia, ad terram desiecit  
Aegypti. h. 25. n. 16.

IX. *Esse tibi vsque dum dicam tibi.* Ne sis sollicitus  
rec interroges quamdiu: qui namque te tollit in  
Aegyptum

*Egyptum inde te educet, dicitque tempus opportunum, nec te deseret sicut diabolus, mundus & caro. h. 4. numero 46.*

X. *Esse tibi usque dum dicam tibi.* Ne te torqueas: ego namque qui te misi in *Egyptum* meos perpetuo desigam oculos, ea quæ concernit disponens: non enim ego talis amicus qui premente necessitate deficiam homil. 32. n. 53. 54.

XI. *Usque dum dicam tibi.* Confide, aderit enim vt te de *Egypto* reducat dum hora venerit opportuna. vt declarauit Abacuc. h. 32. n. 50. 51.

XII. *Tunc Herodes videns quoniam illusus est.* Vah ambitionem feram pessimam! Quem impetis: cui te hostem opponis? Etiam ipsi Deo. h. 41. n. 73.

XIII. *Iraus est valde.* & mittens etc. Quid sperandum de corde malitia, cupiditate, & ambitione pleno, nisi fraudes & machinæ adeo crudeles, quales hic detegimus. h. 40. n. 4.

XIV. *Iraus est valde.* Scipsum consulit in se reuersus quid sibi in hac sit agendum occasione, eiusque consiliarij fuerant ambitio, inuidia, & auaritia: quam arbitraris inde orituram conclusionem, talem, qualis tua est. Aduoca in concilium cum Davide iustificaciones Domini. h. 39. n. 16. 17.

XV. *Iraus est valde.* Deus te præseruet a iudicibus & Principibus & uelilibus, quorum pectora malitia possidet. etenim per hoc decreta emanatura, erunt crudelissimo hinc patebit talia esse diaboli decreta, Dei vero benigna & suauia. h. 3. n. 10. vsque 14.

XVI. *Occidit omnes pueros.* O perversum Principem qui cum accepisset a Deo regimen & potestatem, qua statueret debebat, vt Iudæi Christum reciperent, sicut ipse significauerat in concilio. inito cum Scribis, eam tamen conuertit vt illum occidat. hom. 35. numero 13. 14.

XVII. *Occidit omnes pueros.* Ecce Regem iniquum cum enim eius munetis esset Christum innocentem defendere si quis alius illi se opposuisset, eius tamen necem machinatur tanta puerorum lanicua. Scelus est hoc non vulgare, quod ille opprimit iustitiam cui incumbit ipsam protegere. ho. 35. nu. 15.

XVIII. *Occidit omnes pueros.* Vah Regem proditorem, tibi Deus tradidit gladium ad eius protectionem tu vero tam am edis stragem innocentium vt illum interficias. h. 35. n. 16. vsque 19.

XIX. *Occidit omnes pueros.* Deus tibi consulat, quando potentiores ita obsecrantur vt sint velut Samson erotis oculis; templum enim suum litus evertunt. Hi sunt qui grauiora committunt scelera; si namque vir de plebe puerulum occiderit illico capite plectitur, hic autem ex his quatuordecim millibus in throno regni sui residet multo secutior, quam si illis vitam infundisset, quam ob rem illos vidit Ezechiel in medio

inferni. homilia. 35. numero 19. vsque 22.

XX. *Occidit omnes pueros.* Faucat tibi Deus quando vehemens fortisque passio ambitionis vel luxurie vel auaritiæ cor inualerit Principis: nam & ipsum Deum conabitur evertere. Herodes, cuius filius a luxuria occupatus, ausus est manum mittere in Ioan. Baptistam eumque capite truncare; hic autem ab auaritia & ambitione possessus, ipsum querit Christum interficere: expedit vt Reges terræ ad honores sui consecrationem opera vtantur subditorum. h. 41. n. 9. vsque 61. potro nisi passionem suam cohibeant, procedunt vt rati turbulenti feræque animalia. ibid. n. 84.

XXI. *Mittens occidit omnes pueros.* Liqueet hinc tyranni huius delirium, quod realiter credat Christum esse Messiam; vt patet ex eo quod licet accedentibus Magis, coegit enim concilium & tandem confusus est malo licet animo, quod eum adorare vellet: & nihilominus illi aufere vitam machinatur, o malitiam inauditam! si Regum prædecessorum crimen hoc fuerit occidere volu. se Prophetas & ministros Dei, quare erit ipsum velle Deum interimere? h. 39. n. 4. 5.

XXII. *Mittens occidit omnes pueros.* Vt quid heu proditor scripturas scrutatus es? Si namque illis credas, illæ tibi dicent Regem hunc a magis annuntiatum, regnaturum. Vel fidem illis adhibes, vel negas, si neges, quid tua refert quid illæ dicant? Si fidem illis adhibes, an non vides quidquid aggressus fueris in aras euaniturum? Protergat te Deus a corde passionibus obfuso: etenim oculos habens apertos illud ipsum non videt quod videt, & considerans hinc quod sua opponitur voluptati, aliud non videt: quod cum polles obtinere: & hic patet talium modus agendi, nec eum attendant quod agunt nec circa illum discurrunt: & que possunt eos nescire quo pergant, ductos velle cæcos eum filio prodigo suarum vehementia passionum. h. 18. n. 25. vsque 28. Ducantur velut vas Zachariæ. h. 38. n. 37.

XXIII. *Occidit omnes pueros.* O stultum te an non attendis inanes omnes tuas fore diligentiæ, quod quidem Deum impugnent? Te ipse credis, Deum esse qui infantis huius decreuit natiuitatem, & quidquam contra eum agere nihil esse aliud quam in eum expuere. Hoc multis contingit qui sua formata argumenta non attendentes certa principia ex quibus inferatur conclusio; qua de causa Salomon ipsos arguit animas indisciplinatas hom. 21. nume. 30. hom. 29. numero 21. 22.

XXIV. *Misit & occidit omnes pueros.* Quamuis possimus admirari quod eousque a ceciderit ambitio Herodis malitia, vt iam execrabile edere decreuit magis tamen est quod admitemur, quod tales dixerunt ministros tamque paratos ad decreti huius executionem; hoc enim ordinarium est; talibus Principibus

FESTORVM!

ibus non deesse ministros ad scelera executionem licet a deo crudelium, conuersis e iustitia ministris in ministris iniquitatis solemnem hi faciunt ingressum in infernum vt describit Ezechiel. hom. 35. nume. 21. 22. vsque 25.

X. V. *Occidit omnes pueros.* Occisurus Christum, omnes illos occidit innocentes: imo potius hinc illis vera corrigi vita; quia per hoc ipsum veri fuerunt martyres & per hanc mortem vitam adepti sunt aeternam, qua perpetuo gaudebunt. Habes hic cur Deus tam pernitiosa permittat zizania, Herodis nempe malitiam, in fructum tritici Ecclesiae suae: si namque Deus haec non permitteret zizania. hoc triticum non colligeretur. h. 27. n. 21.

XXVI. *Occidit omnes pueros.* Sapienter dixit S. Augustinus quod cogitationes praeparantur etiam iniquitatem: cum enim ita peruersae essent Herodis cogitationes, Dei tamen proposito seruiuerunt. Primo; quatenus nihil ingressus Patris suo aeterno tot offerret flores, quot fuerunt vitae israhelorum innocentium eius gratia occisorum. secundo; vt tanto illustrior mundoque notior esset eius ingressus in mundum vt verum sit; *dam superbum impius incenditur pauper.* homilia. 23. num. 35. vsque 41.

XXVII. *Occidit omnes pueros.* Ecce quomodo nesciente Herode quod ageret illo eius sacrilego facinore Deus glorificetur, principium suis laudibus institutus per hos infantes morientes, quibus perfectio nem erat daturus, aliis pueris enim collaudantibus in Dominica Palmatum. Conceptus notabilis. hom. 41. n. 100. 101. 102.

XXVIII. *Tunc adimpletum est.* Diligenter studuit admodum D. Evang. Matth. in similibus occasionibus ostendere completas Prophetias: quia illas Deus singulariter ad hoc disposuerat, & scribi ac custoditi praeciperat. h. 41. n. 34. vsque 37.

INFESTO CONVERSIONIS

S. PAULI APOST.

I. *Saulus adhuc spirans.* Act. 9. Magnum hodie festum celebrat Ecclesia, quia truculentissimum persecutorem Christum mutauit in sui maximum defensorem, qui in sermone eius ceteris emicat illustrior. Prius erat vas diaboli, hoc est belli instrumentum per quem diabolus credum Ecclesiae movebat bellum; hoc etenim significat in SS. Litteris, Vas. Mudo vas est electum a Christo in Ecclesiae defensionem, cuius opera bellum inulit inimicis suis & aduersariis atrocissimum & impletur hic illud Dauidis;

*Ponens in thesauris suis abyssos* hom. 25 numero 3.

II. *Saulus adhuc spirans.* Oditur Evangelista referens & extollens Sauli peccatum, quanta fuerit eius durities, quam profunde inuisceratum odium contra Christum, quamque flagrans illum perdendi desiderium. Quis forte dixerit haec in eius festo fore subitenda: Imo potius haec primo sunt expendenda, ad Dei & eiusdem Apostoli gloriam, atque ad nostram & totius Ecclesiae consolationem: etenim ob eandem causam idem Evangel. Lucas describens Magdalenam, primo proponit peccatorum eius grauitatem breuibus verbis illam representans abyssum impietatis. h. 38 n. 26. vsque 32.

III. *Saulus adhuc spirans.* Gratitatem expendit infirmitatis Sauli, non minoris quam odii in Christum & discipulos quo desiderabat vt omnes illi non nisi vnum haberent collum, quo cunctos vno posset ictu transuerberare. Primo hoc agit Evangelista ad honorem Dei; hic enim principaliter est intendendus. Et ob quem Deus Sanctos iustitiae: quia in hoc potissimum Deus gloriatur quod suam demonstret misericordiam: etenim eo sine hominem creauit peccabilem hom. 18. numero 23. Quocirca quanto grauior est & impenditior malitia ac peccatum alicuius, tanto euidetior patet Dei erga illum misericordia, & tanto magis patebit indulgentia ac scientia medici, quanto magis extollitur grauitas languoris infirmi & prosequitur hoc D. Paulus eo modo vt ipse proponat obiectionem: quod hoc supposito, videantur a nobis graua committenda esse peccata, quatenus tanto magis de Dei constet misericordia, cui ipse responderet. hom. 38. n. 24.

IV. *Saulus adhuc Spirans.* In hoc Deus suam maxime prodit potentiam, quod in cordibus operetur liberis. quod vult modo, quando, & quolibet modo, quae de causa dicitur magnus Dominus. homil. 29. numero 15. 16. Si hoc igitur maxime par faciat Dei omnipotentiam, quod in corde operetur libero, nulla illi facta violentia, quanto magis patebit in corde peccatoris vtilissimo? Opus hoc est maioris potentiae quam create caelos, terram & ipsos Angelos. homilia 25. numero 45. Et quid erit operari in corde refractario, & actuali pernicacia, & maximo rapto furore, atque in suprema contrapositione, nulla facta illi violentia, aut laxa libertate, imo potius illa seruata & perfecta reddita? Opus hoc igitur est omnino excellens, & infinitis praecedens parafangis, prodigium in petra perfectum. homilia. 38. numero 60. 61.

V. *Saulus adhuc spirans.* Patriarcha Iacob vidit in spiritu opus illud prodigiosum a Christo faciendum Dominica Palmatum, quando matrem suam omnipotentem collocaret super cervicem inimicorum suorum.

rum. Insigne fuit illud opus, sed hoc præclarior: quia ibi satis illi fuit liberare illas cobibere voluntates, non tamen illas mutavit. Hic autem sic. Etenim eo modo manus intecit super ceruices huius inimici, ut illum mutauerit in amicum sibi charissimum. ho. 41. n. 23. vsque 17.

VI. *Saulus adhuc spirans.* Quanto clarius ad lucem profert Evangelista spirantem Sauli malitiam, tanto lucidius diuinam prædicat potentiam quasi alludens ad illam victoriam quam ipse conscripsit, & Christus asseruit se relaturum de forti armato, arma illi auferendo fortia & limata in domus suæ, id est Ecclesie, ornamentum. h. 38. n. 100. 101.

VII. *Saulus autem.* Audis insignem hic Christi victoriam contra diabolum nam hic Saulum assumens ut lanceam qua Christum transfoderet, dum toto Sathanas fertur impetu illum vibrans, ecce Christus illum ipsi exto. que eaque illum transfodit, multo præclarior quam Banaias Ægyptium. h. 44. n. 9. & sicut Banaias propriis viribus vi extorsit hastam Ægyptio, ita in hoc opere voluit Christus suæ patientiæ vires contra diabolum ostendere: ipsomet Apostolo restante: *Vsque primum ostenderit omnem patientiam.* h. 38. num. 41.

VIII. Hæc est Christi victoria quam cecinit David his verbis: *Dixit Dominus ex Basan conuertam.* ibid. numero 68. 69.

IX. *Saulus adhuc spirans.* Tandem in gloriam cecidit Dei; est etenim corona inter alias gloriosior: qua se Christus coronat, melius quam David cum corona Melchon. h. 25. n. 15. Omnibus peccatoribus conuersis se coronat Christus, ut Iesus filius, Iosedech cum coronis aureis & argenteis Babiloniae inimicorum. h. 29. n. 27. sed potissimum cum Saulo: est etenim corona facta de capite trucidum inimicorum, dormonum & Phariseorum: hi namque contra Christum Iesum Saulo operabantur. ibid. n. 28.

X. *Saulus adhuc spirans.* Etiam ad laudem eius exaggerat Evangelista Sauli peccatum: quanto namque magis prædicat Spiritus sanctus vires gigantis, tanto magis David extollitur qui diuino fretus auxilio illum prostrauit: peccata Sanctorum describuntur, non sicut horum victores, sed ut deuicta ab ipsis per Dei subsidium. h. 38. n. 25. atque idcirco in die iudicii eorum toto mundi confesum peccata Sanctorum, absit ut aliquam illis inuriant infamiam, imo summum patiantur triumphum & gloriam. h. 6. n. 47. 48.

XI. *Saulus adhuc spirans.* Tandem Evangelista Sauli peccatum extollit in bonum Ecclesie, & omnium filiorum eius consolationem: etenim per hoc confirmatur articulus tantæ momenti remissionis nempe peccatorum. h. 18. n. 8. vsque 14. atque idcirco illum Deus statuit in Ecclesia D. Petro collateralē, ut quas illas columnas quas Salomon crexit ad introi-

tum templi. Nota discursum. homilia. 45. numero 5. & seqq.

XII. *Saulus adhuc spirans.* Insuper nobis exemplar proponit penitentiae: ut enim iusti sunt in Ecclesia, ut iustos doceant, sic sunt peccatores conuersi, ut conuertentes se doceant, & impleant illud Pfalterii: *Dies iusti.* &c. h. 38. n. 5. 6. 7.

XIII. *Saulus adhuc spirans.* Denique opus hoc magnum adfert Ecclesie solamen, quo perfidiam conuertit Iudeorum; nec enim arma sunt potiora quam quæ ab ipsis sumuntur inimicis: velut gladius Goliath. Ecce Saulus; erat hic gladius Iudaismi contra Christum præcipuus: sed modo in Ecclesia non est contra ipsum Iudaismum atrocior. ho. 34. n. 17.

XIV. *Saulus adhuc spirans.* Igitur primo representat Evangelista huius infirmi languentem, & quanto cor eius veneno turgere odii formalis contra Christum eiusque assecras ut illum ore euoment instar rugientis leonis tantique mugientis: deinde ostendit quam pernicax esset eius in corde malicia: aduerbio: *Adhuc.* *Adhuc spirans:* etenim ea pharisaicitate qua David declaraturus quam extra se penitentem essent illi pessimi infirmi dicendo: *In emoluo in peccauerunt adhuc.* Nam quanto maiora Deus illi spectantibus prodigia faciebat, quibus illos admodum suam fidemque permoueret, tanto se mouebant pernicaciores & infideliores, talis erat Saulus etenim quanto signa, parabat Apostoli insignem, & clarius fidei veritatem confirmabat ex Scripturis nec non maior indies numerus accresceret fidelium: hæc omnia oleum fuisse dixeris quibus odium eius furor contra Christum eiusque discipulos acriter accendebatur. hom. 35. nu. 37. vnde videbatur ut reprobis haberi posse: sicut eandem ob causam propheta Osée ut tales reiecit Phariseos. h. 8. numero 17. & ipse Christus ipso deseruit ut omnis incapaces reprobos. dii. homil. 13. n. 1.

XV. *Saulus adhuc spirans.* Proponit illum Evangelista furentem & passionibus obcaecatum. Dicit valde promouent ruinam alicuius, si magnis pallidibus viribus & cæcis sit: nam per hæc euerit Saulus templum. Erat Paulus vas emulationis pro lege Moyse, & quanto magis Christus prædicabatur tanto zelus illius amplius accendebatur: ita ut ex nomine Christi noncupatione, in corde illius ignis inflammaretur, sic ut factus esset velut vas peritum tormentarii, eo modo ut ex vna parte zelus legis, & nimum illi tribueret feruentissimum: odium vero contra Christum quasi calcas erat acutissimum: quæ eor illius excitabatur magis quam si quis calcas vigeret equus: vnde proficisciebatur flammis excedens quæ si diligenter auerteris, videbitur tibi velut vas prophetæ Zachariæ quod duæ mulieres alis misit in

Et per aëra deferebant: ita Saulum duæ illæ passiones deferebant, zelus legis & odium Christi quibus obsecans toto rapiebat impetu Quis illum cohibebit, quis le ponet illi aduersarium? hom. 18. num. 17. ho. 38. num. 31.

XVI. *Saulus adhuc spirans.* Toto furore flammeus rapiebat ut tigris Danielis. hom. 38. n. 32. Animos illi tartarea contra Christum insania replebatur quam prædicatorio & Apostolorum miracula augebant, & eodem passu quo Christi gloria clarius effulgebat, ipse luore tabescebat. Hinc in caput ascendebant technæ, & cogitationes contra Christum eiusque Ecclesiam. Sicut multæ erant sublimatorij herbe, ita multi vapores ex illo in altum ascendebant, unde præcholeta spumæ ex ore prodibant: cum enim cor habebat odio & malitia plenum, tales esse debebant eius cogitationes. h. 40. n. 4. 5.

XVII. *Dum iter faceret contigit, &c.* Hoc inter alia excellit Dei mirabilia, quæ ab initio mundi fecit, quia solet ad convertendos peccatores ten pus attendere & opportunitatem. h. 36. n. 40. 47. Imò ipsi Daniel tempus præparauit per parabolam illi à Propheta propositam, & communiter procedit ut venatores omani, tempus expectando. h. 9. n. 11. 12. 13. h. c. autem in Saulo nullam nedum spectat dispositionem sed potius dissent vsque d. m. ad summum ascenderet rabies eius diabolica & maledictum in Christum odium, & tunc accurrit: & meo iudicio sicut ad supremi miraculi in resurrectione Lazari parrationem, expectauit donec mors ad summum perueniret, ut suam super illum testaretur potentiam: unde & maximum fuit miraculum quod Christus operatus est resuscitando mortuos corporaliter. ho. 32. n. 48. 49. ita hic permisit viotis in & iniquitas quæ contra Christum feruebat ad summum vsque ascenderet, & ipso sic disposito, accurrit supremam suam ostensurus potentiam, animas resuscitans, & in voluntariis liberis operans, nulla facta illi violentia: unde supremum hoc fuisse videtur miraculum in hac materia: & ni fallat vnio nem renouat, de quâ Daniel, summa malitiæ cum summa misericordia ad peccatoris iustificationem. h. 39. num. 2. & si conuersio cuiusque peccatoris opus sit excellentius ipsa cæli & terræ imò Angelorum omnium creatione, quale dicitur hoc fuisse prodigium: h. 29. n. 4. 5. h. 38. n. 60.

XVIII. *Subito circumfulsit eum lux.* O diuinissime venator quam egregie tuo sengeris officio: dixit enim Dauid: *Illuminans in mirabiliter à montibus præd.* Procurrebat Saulus ageratus calcariibus ex vnâ parte: zeli legis Mosaicæ, atque ex alterâ odij contra Christum. Accedit ad summum præcipitum, nec id videt, illumque diuinus subito illuminat Apollo: & qualem se tunc esse conspexit? h. 38. n. 32.

XIX. *Lux de celo.* Non sufficiebat tota terra lux, unde Pater luminum lucem illi de celo mittit, velut lucem fulguris de quâ Vates Ezechiel, quæ hinc illuminat, & inde perterret, atque vnus sequitur ex altero: quia ex eo quod illuminatus fuit in suis delictis, miserumque cognouit statum in quo hærebat, totus animo perterretur. h. 13. n. 1.

XX. *Circumfulsit eum lux de celo.* Lux hæc celestis fuit, quâ Saulus suam cognouit perditionem, quam velut anhelus instabatur, quodque quidquid ageret, Deum ipsum impugnaret, & quos passibus progrediretur tot ad profundissima properaret inferni. Illuminavit eum Dominus ut immensas gratiæ & gloriæ eius cognosceret diuitias, quas perdebat, & poenarum acerbitatem quam sibi lucrabatur: etenim ad horum cognitionem requiritur lux de celo: nam & ipsi Dauidi singularis data lux est ad illa duo intelligenda. hom. 16. num. 42.

XXI. *Circumfulsit eum lux de celo.* Non solum exterius illum illuminans sed interius ut adamantem. ho. 2. n. 2. vitam tibi Deus vel modicum huius lucis infunderet, quâ diuitiarum illius cognosceres excellentiam, Deo sequentibus præparatarum, & poenarum aternitatem peccatoribus destinatarum: hoc enim nobis optabat Paulus Apoll. hom. 11. n. 8. Quam nos serio excitaret horum consideratio bonorum. ibid. n. 4. vsque 12. hom. 12. n. 7. vsque 13. Et quam grauer nos percelleret harum consideratio poenarum. hom. 16. n. 38. vsque 46.

XXII. *Circumfulsit eum lux de celo.* Insigne Saulo præstitit beneficium quale promisit Dauid: *Milebrum tibi dabo.* hom. 11. n. 7.

XXIII. *Circumfulsit eum lux de celo.* Christus & diabolus sibi opponuntur. Diabolus extorquere conatur Deo ciuitates, illis excæcans: Deus autem illas recuperare lucem infundens illis celestem. hom. 19. n. 28. 40. h. 20. n. 23.

XXIV. *Dum iter faceret.* Quantum beneficium Saulo concessum, quo tante viam incurrens perditionis, cohibetur. Pegebat ipse sibi persuadens in hoc suam consistere beatitudinem, in quo non nisi eius ruina consistebat: hæc etenim est prægrandis Dei misericordia, qua nonnullos præuenit peccatores, ut illos detineat ne ultra progrediantur suæque compleant mala propolita: & quamuis censeat libidinofus, auarus, & ambitiosus suum in hoc esse commodum si eo accedat quo tendet, suam tamen in hoc non cognoscit ruinam: & sicut iræ diuinæ signum est si liberè progrediantur, ita misericordiæ eius est indicium si coercentur: congruum est hoc argumentum. h. 35. n. 28. vsque 33. & omnino singulare exemplum est misericordiæ Dei erga populum suum quod reuertit Vates Ezechiel. ibid. n. 33. 34. 35.

XXV. *Et cadens in terram audivit vocem dicentem sibi: Saul Saul.* Vt divinam perciperet vocem in terram deiicit: nam idcirco te quoque in lectum deiicit vt in templum reuerteris & loquentem illum audias, sicut prostravit Antiochum. h. 35. n. 8. h. 38. n. 46. multique facit peccatoribus: quos non infirmitas sed Deus prostermit, ne in itinere suo progrediantur, eiusque vt voces audiant quibus surdas praebebant aures. hom. 24. n. 28. vsque 33.

XXVI. *Saul Saul quid me persequeris.* Domine quomodo hic te persequitur in caelo residentem? Quia Deus iniurias servis suis illatas quasi proprias aestimat. hom. 22. n. 17. 18.

XXVII. *Quid me persequeris?* Sunt Christo serui sui velut pupilla oculi, substantia facultatum, & gloria: quocirca quicumque illos tangit velut in capillo, tangit illum in pupillis oculi sui. h. 38. n. 118. 119.

XXVIII. *Quid me persequeris?* Est Deus in suis & cum suis afflictus pressulque angustis, captiuus cum captiuis, perfectionem patiens cum perfectionem patientibus. hom. 27. nu. 45. vsque 50. Vnde aberravit Martha quando afflictioni exposita querebatur: *Domine si fuisses hic:* idcirco qui discipulos eius persequitur, ipsum persequitur. h. 32. n. 53. vsque 57.

XXIX. *Quis es Domine.* Vocem audivit Christi, quo se ostendit ouem Christi, statim ad illam accurrens, sicut pulli perdicum ad Patrem. h. 37. n. 30. sicut in hoc quoque Magdalena se probavit ouem esse Dei. h. 38. n. 38. vsque 45.

XXX. *Quis es Domine?* Vocem audivit Domini, quia ex Deo erat illis contrarius quibus dixit Dominus quod idcirco vocem eius non audirent quia ex Deo non erant: etenim in filiis diaboli non operatur verbum Dei: sunt namque arbores contrariae, in quibus verbum Dei non potest inseri. h. 34. n. 47. Et per hoc se monstrabant filias esse diaboli quia vocem eius audientes ad illam non accurrebant. hom. 34. num. 47. hom. 37. n. 30. & seqq.

XXXI. *Ego sum Iesus Nazarenus quem tu persequeris.* Dicens haec verba Christus seipsum Saulo manifestavit, ita vt divinam eius personam agnosceret, & mysterium quod operatus fuerat nostrae redemptionis; nec non quantum malum esset tantum Dominum tantumque persequi benefactorem: & si verbis his seipsum aperuit Samaritanæ, quam vt solem illuminavit, & de intimis ad summa promouit, stupendis sane effectibus. hom. 25. n. 91. & caecum illuminavit, vt procidens adoraret eum. hom. 30. num. 63. qualem Saulo insudit nuntiam, quem elegit ad multo sublimius, quam illos, ministerium?

XXXII. *Ego sum Iesus quem tu persequeris.* Mirabilem continent haec verba emblematicum, & confer hoc Ego, cum illo Tu, hoc Iesus, cum illo persequeris. Ego

Deus sum aeternus spirituum creator beatorum, in quo ipse conspectu sublimissimi tremunt Seraphini: me ipsum pro salute tua Iesum effeci: nam te saluatum factus sum homo, pertuli mortem, &c. tibi carum meam, sanguinem meum & me ipsum tradidi. Tu viliissimus vermiculus, qui coram me in dilectione meae liquefcere debes. Ego tibi Iesus, & tu mihi persequor: vt opinor Christus Saulo hoc obiicit: Tu mihi quod D. Petrus Christo. h. 45. n. 5. 6.

XXXIII. *Ego sum Iesus quem tu.* Dicitur haec sunt à meis retributiones: tu beneficia mea respondes perfectionibus, ego tuas contra me perfectionibus misericordiis erga te compenso. Admiretur haec David. hom. 40. n. 41.

XXXIV. *Ego sum Iesus.* Meum cognosce Spiritum, & sicut nascente me timere poterat mundus ne venirem eius peccata puniretur, veni illi misericordiam praestiturus; nunc in particulari pro te solo venio, quamuis venire possem vt Iudex te condemnatum venio vt Iesus te saluatum, vt esse possis fidelis prodicator gratiae meae spiritusque suauissimi. hom. 42. n. 37. vsque 41.

XXXV. *Ego sum Iesus.* Quem tu, &c. & tremens ac tremens. De quo times Saulo meo quae conterritis? Insudit illi Christus altissimam personae suae misericordiarum cognitionem, nec non peccatorum eius & culpatum intellectum, quo sic illum conterritis vt non haberet quod abiceret; sed seipsum conterritis confusione oppletum, pudore totus erubescit sicut & reprobi in die iudicij confundentur cum Christus illis sua monstrabit vulnera, & quid in eorum gratiam fecerit. h. 6. n. 25. vsque 29.

XXXVI. *Ego sum Iesus quem tu.* & tremens ac tremens. Diminam suam illi Christus manifestavit magnitudinem, quamque enormis sit malitia peccatorum minis abiecti & vilis, qui Deum audeat offendere fuitque gratia Dei particularis quod Saulo spe confusione mortuus non sit, sicut Avianias & Sagaritae non desperauerit cum Cain. Notandi sunt haec etiam hom. 38. n. 54. vsque 57. Quod autem de peccatorum non confundaris. ratio est quod illa non cogitatio ahoquin cum David toto corpore contremiscit. ibid. n. 57. vsque 60.

XXXVII. *Ego sum Iesus quem tu.* & tremens ac tremens. Exposuit illi et minus quod committitur puritatem, tantumque sensit Paulus pondus & veritatem, vt optaret mentes in eum inuenerat. hom. 41. num. 33. Dum Phariseis vel leuem tantum peccatorum suorum insudit Christus nuntiam, illos à se perculj abegit, qui prius vt leones accesserant. hom. 41. num. 47. 48.

XXXVIII. *Ego sum Iesus.* Eo ipso quo se Saulo uelat, & opus quod fecerat in remedium peccatorum

tegentium abstulit; quo Saulus hæsit: *Stupens ac tremens*. hom. 42. n. 11.

XXXIX. *Ego sum Iesus*. Ex interrogatioe Sauli liquidò constat quod Christum non cognosceret, unde ait: *Ignoranti feci*. Tanta nihilominus fuit eius culpa, ut ipse fateatur se peccatorum omnium esse primum: qualis tua futura est, qui cognoscens illum, tamen ipsum eiusque seruos persequeris; tibi que dicat et reprobrans: *Quid me persequeris?* ut verè si graue fuerit peccatum persecutorum Christi, illum non cognoscentium: quia malitia ipsos excæcauerat: graue tum futurum est quo ipsum persequeris quem tamen opinamè nosti. Hoc retine documentum h. 34. n. 43. vsque 47. Tu videris quid illi respondeas causam rogans in die iudicij tibi que dicent: *Ego sum Iesus quem tu persequeris fuisse*. h. 6. n. 25. vsque 29.

XL. *Stupens ac tremens dixit: Domine quid me vis facere*. Ecce quam perfecta resignatio, q. d. Domine si me velis castigare, omnes inferni cruciatus in quos me delicias, habeo ut misericordiam. Si mei placet mulctari tuis me traho manibus, ut me nouum reddas hominem, tunc que quod sum transmutes: quando quidem vsque modo quidquid sum tibi fuit contrarium & vas tui iniquitatis: amodo omnia tuo consecratur obsequio, & vas sum misericordie, atque in me perficiatur opus figuli quod ostendisti Ieremie. hom. 38. n. 111.

XLI. *Domine, quid me vis facere*. Ecce horologium quod in omnibus rotis suis era. deordinatum: ut autem ritè disponatur, horologio conformatur naturali diuine voluntatis h. 8. n. 18. vsque 35.

XLII. *Domine, quid me vis facere?* Hic vti que bonus fuit peccator indolis: etenim remedium illi profecerat: non sicut illi peruersæ generationis peccatores quos Christus reprehendit, & quales multos in mundo reperimus. h. 8. n. 16. 17. 18.

XLIII. *Domine*. Primò illum cognoscit ut Deum atque ut tali nomen illi adserbit Deo proprium, nempe Dominum absolutum. h. 2. n. 28.

XLIV. *Domine, quid me vis facere?* Ostendit se non esse ex Pharisæis: erant enim ut hyenæ: etenim ore eum vocantes, Domine & magister, cor tamen illi non submurmurabant. h. 8. n. 35. vsque 39. sed ore Saulus eum vocans Dominum cor illi suum ut decet, consignat. ib. n. 34.

XLV. *Domine, quid me vis facere?* Ut erat Paulus Apollolus, ingenio & scientia clarus ex ipso actu quem in se experiebat, cognoscebat quod Christus ut Deus supremum haberet Dominium, nempe cordis liberi nullà factà illi violentià, sensit quod suum esse subito miratum opus hoc soli Deo refermatum. hom. 35. n. 4. hom. 29. n. 15. hom. 41. n. 13. sicut etiam D. Petrus notanter ex eodem actu Christum agnouit. hom. 4. n. 50.

XLVI. *Domine, quid me vis facere?* Ut fundamentum statuit totalem resignationem voluntatis suæ diuinæ voluntati, quæ crederet quidquid illi Deus diceret, & faceret, quidquid illi præciperet, sine replicâ: hoc quippe Dei omnibus proprium est. h. 37. n. 24. vsque 30. Valde differenter tu procedis, etc. nim ore illum confitens, non solum illi cor non tradis, sed ipsa eius durities detinet illum quasi suspensum. h. 25. n. 24. vsque 28. eum que fatigat sicut olla Ezechielem. ibid. n. 28. vsque 31. & sicut argentum immundum Hieremiam. h. 13. n. 49. h. 37. n. 60.

XLVII. *Domine, quid me vis facere?* Mandatum non distulit, sed continuo obediuit ut verè dixerit: *Continuo non acquiesci carni*. Vide in Festo D. Andreæ ubi notatur illud: *Continuo*.

XLVIII. *Ingredere civitatem, & dicitur tibi*. Domine an hic non poteras eum tu instruere, aut Angelum illi destinare præceptorem? Primum quod ab ipso petit, subiectio est Ecclesiæ suæ & Cathedræ, cui præcipit velut primo principio ut subiciatur: id que suauissimâ providentiâ, ut tutissimâ & ab omni fraude liberi: hunc veneror conceptum. ho. 14. n. 9. vsque 15. & ita ostendit in Eunuchò & Centurione, & nunc in Saulo. ibid. n. 15. 16.

XLIX. *Erat Damasci discipulus nomine Ananias*. Mirare suauem Dei providentiâ: sicut enim paritura reginæ nutrix preparatur quæ puero nascituro lac porrigat: ita Dominus Saulo qui iam nascitur Dei filius nouâ patuitate, præparauit Ananiam. Creaturus Adam illi primo condidit paradysum: quando Moyses flumini erat in sciendus puellam principem, quæ illum reciperet ante destinauit, & ibidem itatim propriam matrem quæ puerum enutrirer: nec enim non vigilans est erga suos Dei providentiâ, nec vllus erit ex eius parte defectus in quibuscumque necessariis: ita namque Iudith proloquitur: *Ille post illa cogitasti*. hom. 32. n. 38. vsque 41.

L. *Quere Saulum nomine Tharsensem*. Ecce quomodo Saulum adiuuet, & iam velit ut sui subueniant illi discipuli. Hæc etenim est Dei conditio, ut tantum animarum desideret saluationem, ut velit quatenus illi qui se gloriantur esse Dei amicos, manus animarum saluti adhibeant auxiliares. h. 22. n. 2.

LI. *Domine audiui de viro hoc quanta mala &c. Van electionis est mihi*. Mea quidem sententia Ananiam comparo Tobie: hic enim à pisce terrefactus quem illi Angelus monstrabat, fugit, timens ab illo deuorari. Ne fugeris, inquit Angelus, quidquid enim in illo est, bonum est. homilia 3. numero 46. homilia 4. numero 45.

LII. *Vade, ecce quom eras*. Iam mutatus est, iam cholera, iam furor, iam contra me rabies deseruit, atque in humilem mutata sunt orationem. Hæc igitur est vit-



tus orationis, quam si haberes in virum mutareris alterum. hom. 11. n. 14.

LIII. *Vade Anania.* Iam enim Saulus non Saulus est cecidit & desit esse persecutor, surrexit & factus est fidelissimus amicus: iam enim per orationem mihi loquitur: hæc etenim sunt opera omnipotentis Dei, & effectus veræ penitentis, occidere peccatores in quantum peccatores, & vitam illis iustorum infundere. hom. 38. n. 110. 111.

LIV. *Vade.* Iam Saulus à summo vsque deorsum muratus est: si namque Saul per vinctorem Samuelis Prophete novus assumpsit cogitationes prioribus perfecte contrarias, quanto maiorem effectum in Saulo feci per vinctorem gratiæ mex. hom. 15. n. 44. hom. 30. n. m. 58.

LV. *Vas electionis est mihi isto.* Vides hic vas confractum & reparatum Vatis Hieremias. hom. 1. 38. numer. 111.

LVI. *Ego ostendam illi, quanta oporteat eum pati.* Eo ipso quo Saulum inter primos adscribit amicos, molestas illi denotat aduersitates: etenim amanti Deum tribuantur, & feruentius amanti grauiores. ho. 32. num. 23.

LVII. *Quanta oporteat eum pati.* Christus magnus Dominus huic magno seruo suo, magna tradit talenta, vt copiosius negotietur, sunt autem tribulationes. hom. 32. n. 27. vsque 31.

LVIII. *Ego ostendam illi.* Eodem animo mea prosequitur negotia, imò feruentiori, quam quo me grauius offenderat, mutans fortitudinem vt dixit Iaias. hom. 38. n. 47. vsque 50.

LIX. *Ad manus introduxerunt.* Trideo in extasim raptus fuit, & hæc fuit illa occasio in qua raptus iuit in tertium cœlum, vbi spiritus eius vidit & audiuit arcana verba quæ non licet homini loqui, vt ipse postmodum confessus est. Quod si Moyse ostensa fuit diuina essentia quatenus efficeretur populi Iudaici Prædicator, etiam illam Deus ostendere voluit Saulo quem creabat populi gentilis præceptorem. Iam non meminit litterarum Principis Sacerdotum, nec eorum quibus ante delectabatur: sicut Samaritana quæ minori multò adiuta gratiâ reliquit hydriam; & tu quoque relinqueres si vel parum gustares Dei suauitatem. hom. 25. n. m. 92.

LX. *Saulus autem conualecebat & confundebar in daos.* Ecce Christum qui contra milites pugnat Apollonij eodem ipso gladio quem illi abstulit, sursum illum quem communiter toto viæ suæ tempore exemit. Opus hoc est diuinæ misericordis quod nos exhilarat, licet etiam perterreat, si Saulum hunc alteri conferamus cognomini; qui ex terminatione Hebraica dicitur Saul, sicut hic terminis Latinis dicitur Saulus: Nam sicut ille prius electus, factus est Dei persecu-

tor & male perit: ita hic est contra prius persecutor finem habuit bonum. Time ne Deus manum suam habet, & fortes mutantur. ho. 37. n. 4.

## IN FESTO PURIFICATIONIS B. VIRGINIS.

I. *Postquam impleti sunt dies purgationis Mariae.* Luc. 2. Præclara continet hoc opus Beate Virginis mysteria. Quæ particulare Festum merito postulant. Vide quæ diximus in eius Conceptione. num. 1.

II. *Postquam impleti sunt.* Sicut Deus semper per oculos habuit redemptionem à Christo perfectam, ita disponebat ea quæ huic expediebant, & partum edificari voluit illustrem illam vrbem Hierusalem: quia in ea principaliter se mundo erat reuelaturus. hom. 10. n. 2 3.

III. Primam hodie Christus veniens in mundum manifestationem facit in templo suo, iuxta Malactiam: sicut etiam in illo vltimam fecit Dominica Palmatum, iam de mundo migiaturus, & ad Patrem suum reuertens. h. 7. n. 29.

IV. *Postquam impleti sunt dies purgationis Mariae iuxta legem Moysi.* Duo præcepta lego in lege Moysi, primum quoad mulierem, quæ quocumque pareret filium vel filiam haberet in mundum quadraginta diebus, si pareret masculum; & octiduum si filia: quibus euolutis adire tenebatur templum, cum designatum vt purificaret se, nonnulla offerens iuxta suam qualitatem. Secundum tangebatur filium primogenitum, siue hominis siue animalis: omnes enim erant Deo offerendi in gratitudinem benefici populo suo præstiti, quando illum de seruitute liberatum Ægypti, omnes occidit hominum primogeniti nominatum Regis Pharaonis, imò & primogeniti animalium; quatenus per hoc perpetua beneficium memoriâ recoleretur: etenim sicut Deus requirit gratitudinem, sic etiam memoriam. h. 17. n. 14.

V. *Postquam impleti sunt dies.* Primum mandatum in ordine ad mulierem parientem hoc erat vt tanquam immunda locum sacrum non ingrederetur, sanctum quid tangeret: videtur optimè conuenire ostendatur immunditas illas corporales reddere mulieres indignas vt accedant ad domum Dei, vbi Deus qui purissimus est, cum suis moratur Angelis purissimis, atque inde videas quâ tenentis mundum Dei templum accedere, vbi ipse modo quodam singulari inhabitat, opera sua diuina exequendo. ho. 18. n. 21. vsque 24. vbi assistunt eius Angeli. h. 18. numero 20. Hinc collige quanta sit malitia templum hoc immunditatis pollere carnalibus, &

nos inibi aliis parare. ibid. num. 14. vsque 18.

VI. *Postquam impleti sunt.* Felix faustumque sit quod mulier quæ in partu suo contraxit immunditiam, nec diebus subiaceat interdicto, & seipsam purificari pergat: etenim ratio suadet vt immunda purificetur: verum cum Virgo sicut nec in concipiendo Christum immunda fuit, sic nec in pariendo, vnde Spiritus sanctus specificè, legem proponens, illam ab ea exemit. hom. 38. numer. 103. Non polluebat Christus nandos quos tangebatur, sed immundos emundabat, vnde non peccabat contra legem tangens leprosum. hom. 31. num. 67. quanto ergo magis non solum matrem suam, cum esset purissima, non reddidit immundam, imò potius illam pariens notam accecit ipsa munditiem, & puritatem: sicut Sol radium à se emittens claritatis: nec namque Symbolo vitæ Apostolus. hom. 33. n. 3. 4.

VII. *Postquam impleti sunt.* Verum est quod Virgo hinc non esset obstricta legi, cum nulla egeret purificatione: sed sancti non solum ea faciunt ad quæ per legem præcisè tenentur, sed multa etiam opera supererogationis: hæc etenim Deus maximi facit. hom. 3. n. 50.

VIII. *Postquam impleti sunt.* Actus fuit hic Virginitatis, non obligationis, sed supererogationis, exercens humilitatem ad eò fundatæ in anima eius, quæ se, vt Mater Dei fieret, præparauerat, magis facit Deus opera non debita, vtque oleum infundat vas ab obligatione vacuis. h. 3. n. 52. 53.

IX. *Postquam impleti sunt dies.* Virtus humilitatis fundamentum est ædificij spiritualis, sicut superbia ea est quæ omnia subuertit: & dolendum est quod cum sit vitia ita à nostrâ natura aliena, sicut à campanis alæ, & quod Deo nauseam pronocat. hom. 15. numero 30. vsque 33. Tamen illi ita irradiatur velut hereditas parentum nostrorum spiritus superbia, vt ille nos frequentius perdat, dum nolimus Deo eiusque legi esse subiecti. Quocirca vocatur omnis peccati principium. homil. 39. numero 15. Ad hoc singulariter venit Dei Filius humilem assumens naturam, vt humilitatem doceret: nam de illa singulariter dixit: *Dixit à me, &c.* Et hanc nobis voluit potissimum in morte sua demonstrare: *Ad imitandum humilitatis exemplum carnem sumere, & crucem subire fecisti:* sic legit Ecclesia: eò sine profundum illum exercit actum humilitatis in Cœnâ. homilia 45. numero 9. vsque 11. & 22. 27. Vt etiam hanc virtutem Virgo doceret, hos actus elegit humilitatis, & quasi vulgaris fuisse mulier & immunda, facit quod tales faciunt, cum tamen esset ipsa puritas.

X. *Postquam impleti sunt dies.* Non tenebatur Virgo lege Purificationis, cum non esset immunda: *Barren, Capt. de Lanuza, Tom. I.*

sed alia tenebatur lege; præcipiente Deo ne proximum scandalizemus: & fuisset forte aliquod mundo scandalum si Virgo legem non videretur obseruare purificationis, cum eius non constaret publicè puritas: etenim taliter in te tua teneris opera disponere ne proximo sis offendiculo, nec sufficit dicere non esse peccatum quod agis, si apparentiæ possint offendere. hom. 14. n. 2. 3.

XI. *Tulerunt Iesum in Hierusalem.* Impleuit Christus hanc legem de offerendis Deo primogenitis. Non erat illi subiectus, quia Dominus erat legis absolutus. hom. 26. num. 55. Nihilominus voluntariè illi se subiecit, nos instructurus qui sub lege viuimus; quantum illi teneamur esse subiecti, & quâ diligentia illam obseruare, cuius obseruatio via est ad cœlum, vt ipse Christus asseuerat. hom. 37. nu. 29. nobisque eam despondere debemus, sicut David Abisag, quatenus spei nostræ calorem infundat. hom. 43. numer. 22. quam & amare debemus vt sponsam charissimam. hom. 37. num. 29.

XII. *Tulerunt Iesum in Hierusalem.* Hæc diligentia seruandi legem ad quam non tenetur, diligentiam excitat quâ illam seruemus qui ad illam obligamur: etenim Deus suam nobis diuinam tradidit legem siquæ Ecclesia sancita, velut aduersarium, qui nostris contradicat recalcitrationibus: nam hic ille est cum quo conuenire debes dum visis, sic suadente Christo. hom. 34. num. 31. 32.

XIII. *Vt sifterent cum Domino.* Libenter Christus impleuit hoc mandatum, quo ductus fuit vt offerretur & præsentaretur Patri cœlesti: finis etenim Aduentus eius hic erat, vt se pro peccatis offerret, cuius oblatione eorum debita soluebantur, & Deus cum hominibus reconciliabatur: vnde hoc in Ecclesia sua instituit diligentius, vt se nobis taliter relinquere, vt quotidie imò singulis horis possemus illum offerre Patri pro nobis, sicut de facto offerre possumus corpus eius & sanguinem in Missis quæ leguntur in Ecclesia. Actus hic, quem si debite feceris, meriti est infiniti: quinimò ad perfectiorem nostrum beneficium nobis suam reliquit passionem, quàm velut thymiana offeramus Patri, quo peccatus eius mitigemus. Hunc reuole conceptum. h. 42. n. 19. vsque 24.

XIV. *Et vt darent hostiam secundum legem, pariturum aut duos pullos columbarum.* Mandabat Deus vt in hac occasione mulier offerret agnum, si diues esset; si autem pariturum aut duos pullos columbarum, quod munus etiam diuites offerre tenebantur; pullum columbæ vel turtorem in holocaustum, totum comburendum in honorem Dei, alium autem offerendo in sacrificium pro peccato: *Unum in holocaustum, alterum in sacrificium pro peccato:* & per hoc munda reddebatur mulier & purificata. Dis-

INDEX CONCIONATORIVS

fructus proponitur, quale fuerit hoc peccatum, quandoquidem in actu matrimonij nullum sit: vocatur enim ab Apostolo: *Thorus immaculatus*. Nonnulli dicunt quod vocet peccata immunditias illas sanguinis & aquae parientis: quae quamuis peccata non sint, effectus tamen sunt peccati eiusque symbolum, quod non minus animam inquinat quam illae corpore: respondent alij quod quamuis actus matrimonij ex se non sit peccatum, & esse sine illo potest: raro tamen non illi interuenit aliqua inordinata delectatio ad minus venialis & aliquando tam effraenis intermiscet se concupiscentia, vt coniuges diabolus occupet, vt docet Angelus Tobiam: casum hunc ne praetoreas. hom. 18. num. 44. hom. 26. num. 26. ac proinde ea cautione viuant coniugari ad quam illos hortantur D. Petrus & D. Paulus. hom. 24. num. 19. 20. hom. 26. num. 27. vsque 31.

XV. *Vt darent hostiam secundum legem.* Non accipiat Deus sacrificia nisi secundum diuinam suam legem: nam idcirco Iudaei tam odio habebat sacrificia qui volebant vt filij in sacrificium offerrent ea quae dare tenebantur parentibus. hom. 23. num. 45. haec sunt illa sacrificia quae dicit Dauid esse ordinata super testamentum Dei. ibid. num. 53. & nullatenus illa vult Deus cum damno tertij. num. 55. & statuit & quando id quod offert, alteri necessarium est, ornitas sacrificium. ibid. num. 58. vsque 61.

XVI. *Vt darent hostiam secundum legem.* Snauis fuit haec legis dispositio, vt mulier iuxta vires suas offerret; haec etenim est Dei benignitas quia non petit a te, nisi quod illi facile potes dare & legendum est quod nec hoc illi des, & a diabolo molesta petenti sponte illa offeras. hom. 25. n. 63. 64.

XVII. *Vt darent hostiam secundum legem.* Decernebat lex vt mulier dit or ditorem dedicaret oblationem: nam petit a singulis Deus iuxta virtutem illorum, nec illi dices modico satisfacit. hom. 17. num. 37. vsque 42.

XVIII. *Par tururum aut Amos pullos.* Sit oblatio conformis facultatibus: nec enim paritur Deus vt vltra vires illarum expendas, secundum status tui rationem, nec est sicut mundus qui te ad extrema adigit vt status tuus augeatur; nam ad hoc te vult obligare: quocirca te multosq; te alios perpetua affligit fame; quia cum omnibus non sufficias sed tantum adferre possis velut pauperes, par turturum, vis agnum offerre cum digitibus. h. 27. n. 62. vsque 66.

XIX. *Par tururum.* Vna offerri debebat Deo in holocaustum, gratias agendo pro felici puerperij successu, in quo tot occurrunt pericula & pro prole concessa, in qua Deus maiorem quam Mater habet partem: etenim in similibus casibus semper Deo te rededere oportet gratias, vt hoc tibi proficiat beneficium

quod contulit, nec te puniat sicut Adamum & Phobos. hom. 17. n. 16.

XX. *Par tururum.* Alia turtur seu columba offerenda erat pro peccato, vt diximus, & potissimum vt credo pro peccato communi Matrum, & etiam Patrum, eo quod inordinare filios diligant. propter illud Dei oblit: nam hoc saepe in causa est quod illos ipsa Deus auferat. h. 28. n. 34. h. 31. n. 66.

XXI. *Et ecce homo erat in Hierusalem.* Monet nos Euangelista vt notemus Deum habuisse virum in Hierusalem huic data opera destinatum occidendum: nam casu non accidit virum hunc tunc adfuisse eoque tempore ad templum conuenisse, sed diuina adhibendum est hoc providentia: si namque in alio disponit secundu illam, vt diximus in Felto Conceptus nis S. Pauli ad illud: *Erat discipulus Damasci nomine Ananias*: quando magis illa disponeret quae tegerent receptionem Christi eius in manibus, vt iocrent velut altare vt Deo consecrarentur. Hinc est quod omnia quae Christum spectant praedisponta fuerint: locus natiuitatis eius, ciuitas in qua operatum erat redemptionem, templum in quo praedicaret, discipuli quos eligeret: idcirco namque dixit de illis: *Quos dedisti mihi, tuerant, &c.* Crux in qua mortuus: nam de ligno illo multa dicuntur singularia: mens vbi crucifigendus erat: sepulchrum in quo sepeliendus: etenim a Deo singulariter fuit praedestinatum. hom. 48. num. 10. hom. 49. num. 12. Hinc colligitur quae prouidentia disponeret ea quae matrem suam concernebant, de quibus diximus in Felto Conceptus nis, & quadrat his illud Iudaei: *h. 18a post illa scripta*. hom. 32. num. 39.

XXII. *Ecce homo erat in Hierusalem.* Optate nos possunt Sancti meliorem laudum suarum praecorari ipso Deo qui se primum iactat eorum euerorasten. hom. 2. n. 52 & conuenit eius conditio vt gratia faciat quidquid eius tu gratia feceris, & sine primaria sanctorum cura in eo est, vt Dei laudes & magnalia perfouent, ita & illius est Sanctorum beneficia publicare. hom. 25. num. 50. vsque 56. & parat Dauid ibid. n. 56. vsque 61.

XXIII. *Ecce homo erat in Hierusalem.* Primo laudat illum quod homo sit. Fortè non magna haec eius laus videbitur, cum milia millium videantur tibi fuisse in Hierusalem; imò ferres acerbis si quis dixerit te hominem non esse: noueris igitur quod Hieronimas in tota illa ciuitate vnum non inuenit qui vir esset. hom. 28. n. 35. hom. 34. n. 42. atque in ore Dei pauci viri sunt: & non exigua laus est si Deus quodam pi. m. vt virum approbet. h. 37. n. 43. 44.

XXIV. *Et homo iste iustus & iueratus.* Super illud esse naturale hominis, quo viuit ex ratione optime congruit gemma virtutum, quarum solas homines

habendum est capax: vnde illum non habes vt sanctum & iustum, de quo primo non pateat quod homo sit qui vivit secundum rationem eiusque leges. homil. 37. numero 44.

XXV. *Iustus & timoratus.* Primo dicit quod iustus est, id est quod illi nec minimum desit in materia virtutis & sanctitatis, quod omnia servaret Dei mandata: nam sufficit vel vnus transgressio vt perdat iustitiam & sanctimoniam, imo vt tempus perdas, est creatura Dei lex velut sepes quæ quamvis non nisi vnus habeat ingressum, per illum tamen patet depraedationem, & vna contracta tabula in nau sufficit ad eius demerfionem. h. 17. n. 25.

XXVI. *Timoratus.* Vnum sequitur ex altero, nam quanto quis sanctior est, eo est & timidior: primo quia nouit quod eum possit velut nauem demergere manus ventus. h. 4. n. 17. 18. secundo quia non ignorat quod contra sanctiorem diabolus accendatur. h. 5. n. 1. Tertio quia considerat successus in pluribus sanctis qui ceciderunt. h. 4. n. 12. 13.

XXVII. Quarto quia perseverantia est donum misericordie Dei gratuitum & timoratus ne ex secretis suis iudicis manus suam subrahat. ib. n. 15. vsque 21.

XXVIII. *Timoratus.* Excellentissimum plane donum habet hic homo iustus quo virtutes animæ suæ conservat: etenim nulla talis virtutibus custodia qualis in ore Dei. h. 6. n. 1. 2.

XXIX. *Iustus & timoratus,* q. d. iustitiam & sanctitatem habebat fundatam & solidam, etenim talis non est nisi quem timor confirmat: nam idcirco cecidit columna illa Ecclesie Petrus quia non timuit, & licet a Christo præmonitus, sibi tamen plus iusto confidit. hom. 1. 43. n. 25. *Ece columna firmissima ad vniuersum mundum tota contremuit.* Sic D. August. Quid tu factus es omnis viuens timoris expertus. ibid. num. 37. sic in timore Christus suum fundavit Evangelium. Hoc commenda memoria. ho. 28. numero 5. vsque 8.

XXX. *Timoratus.* Tantum est huius timoris donum, vt cum Spiritus sanctus, vocet beatum qui illum habet, & necesse est timidum esse scrupulosum, cauendum tamen ne stultus fias. ho. 23. n. 17. 18.

XXXI. *Et Spiritus S. erat in eo.* Per hoc comprehendit Evangelista quidquid omnes dicere poterant Seraphim: quia Deus bonum est vniuersale quod omnia bona complectitur, & ita dicendo Deus est in anima, tantum est ac si dicat possidet quidquid dici potest & exollit. Vide dicta in Festo Pentecostes ad illud: *Mansorem apud eum faciemus,* & conueniunt hic omnes discursus quibus probatur & declaratur quod sicut supra ea est calamitas qua anima in se non habet Deum, ita supra felicitas est illum habere se. h. 1. n. 5. vl. 28.

XXXII. *Et Spiritus sanctus erat in eo.* Non tantum indicat quod Deum haberet secum, sed quod haberet in anima sua velut Spiritum viuificantem sine quo mortua est ho. 13. n. 7. & quod hic idem Spiritus sanctus hominem illum gubernaret in verbis eius, operibus & actionibus: vnde idem Spiritus dicit quod ab ipso ductus sit in templum. O felicem nauim quam talis ducit ventus, cuius actiones dirigit Spiritus sanctus per dona sua particularia: sicut enim luxuriosum Spiritus mouet impudicitia, & ambitiosum honoris, & avarum concupiscentia tuæ, velut vas Zacharia: a mulieribus delatum alatis, spiritu vehementi commotis: sic hunc impetu feruido ad omne bonum mouebat Spiritus S. hom. 18. num. 17. hom. 36. num. 31. ho. 42. numero 36.

XXXIII. *Et Spiritus sanctus erat in eo.* Nota tria nomina ab Evangelista signata, homo, & iustus iustitia solida quia formidolosus, & quod habitaculum esset Spiritus sancti in quibus profundam denotat Theologiam quod tria haberet principia a Theologis statuta ad qualibet generis operum heroicorum. Rationem per quam dicitur homo, viuam fidem, & per hanc dicitur cum timore iustus: & impulsus Spiritus sancti per eius dona. Quia de causa dicitur quod habitaret in illo. h. 5. numero 11. 12. 13.

XXXIV. *Et Spiritus S. erat in eo.* Si talibus virtutibus Deus hominem diraverit, quia eius brachiis recipiendus erat Christus in templo, Deoque offerendus: quales erunt illi quibus te debes preparare vt illum recipias non hic foris brachiis tuis sed intra pectus tuam in SS. Sacramento. h. 24. num. 5. 6. Hinc collige qua puritate se Virgo disposuerit vt illum suo peccatoe reciperet, imo de sanguine suo corpus eius formaret purissimum.

XXXV. *Et uenit in Spiritu in templum.* Spiritus S. habitans in eo induxit illum in templum, vbi seruida eius complerentur desideria, quibus tot annis optauerat videre Deum hominem factum. Hic vtique bonus est ad templum ingressus ex desiderio recipiendi illum, videndi & gratias illi pro tanto beneficio referendi. Væ illi quem ducit ad templum non Spiritus Dei, sed sæpe desiderium agendi ibi & contrectandi quod alio loco fieri non potest & cum animo tendendi laqueos: in quos merito David excidit. hom. 28. numero 14. vsque 18. *Venit in Spiritu in templum.* Bene recurrit ad templum Deum inuenturus, quia in eo est modo quodam singulari velut in domo sua. ho. 28. num. 18. vsque 24.

XXXVI. *Acceptis enim in vlnas suas & benedixit Deum.* Vt sanctus qui nouerat Dei benedictum statim quod potest deponit, nempe gratiarum actionem, quod quia non facis, te priuat Deus concessis. h. 27. numero 16.

XXXVII. *Nunc dimittite seruum tuum Domino.* Cum Deum habeas, iam cane lætus *nunc dimittis*: cum non habeas quid ultra in hac vita sperandum: imò cum hoc ipsum habes bonum, quo firmatur in celo, nec maius habere potes nisi tantum rogare ut velum huius vite mortalis tollatur, quo perfectè hoc bono fruaris. h. 37. n. 58.

XXXVIII. *Quia viderunt oculi mei salutarem tuum.* Completis omnibus viri de sideris non habet quid amplius exoptet. Videndo filium Dei factum hominem, omnia videbat completa mundi desideria ab eius initio. hom. 41. num. 46. vsque 49. & ita testabantur Sancti se morti in dispositione suorum sepulchrorum. ibid. n. 49. vsque 52.

XXXIX. *Quod parasti ante faciem, &c.* Verba tangit Isaia: *Parasti Dominus brachium suum.* hom. 31. num. 4.

XI. *Lumen ad revelationem gentium.* Nomen Christi lux est quæ æterna eius declaratur generatio. hom. 33. num. 3. Lux in aliqua materia posita, vocatur lumen, sicut lumen candelæ, & per hoc lumen declarat æternum in humanitate positum cuius primus effectus sit illuminare gentes: quia illæ profundioribus mergebantur tenebris & prophetiam spectat David: *Ortus est sol*, quod latè doctèque profequimur. hom. 33. n. 5. vsque 11.

XLI. *Lumen ad revelationem gentium, & gloriam plebis tuæ.* Allud ad vaticinium Isaia: *Parum est vsus mihi seruus, &c. Dedi se in lucem gentium.* hom. 33. num. 11. vsque 14.

IN FESTO S. MATTHIÆ  
APOSTOLI.

**C**onfiteor tibi Pater, Domine cali & terra, &c. Math. 11. Miserat Dominus discipulos suos ad disseminandum Dei verbum, plenam illis concedens potestatem faciendi miracula, curandi infirmos, mandandi leprosos, sanandi cæcurnos. Abierunt, & præclara gesserunt opera nominatum hoc vltimum, ex quo non modicè lætati sunt, & reuerfi ad Dominum, rationem eorum quæ insigniter egerant, reddentes, postulatum de hoc sibi congratulantur. Domine, in nomine tuo etiam demonia subiciuntur nobis. Et quamvis Dominus eorum aliquantum factum represserit, quo ex his tumescerent, monens illos, ne inaniter super se effertentur: cum insignia etiam dona supremus receperit Angelus qui tamen cecidit, sed ut sibi applauderent, quod sua nomina scripta sicut in caelis: ex hoc tamen Dominus iubilum simul in se excitavit mentisque alacritatem. *Exultavit in spiritu*, effectum capiens quem pau-

peres illi operati erant tam ad Dei gloriam, quam mundi beneficium: & conversus ad Patrem suum, tertium, pro tanto dono gratias illi retulit immensè quia mundi sapientes tenebris reliquerat intolentiam superbiæ eorum, & mysteria sua eximia pariter illis, & humilibus reuelauerat: *Revelasti ea parvulis*. Tanto namq; nos amore profequimur, ut ex bonis nostris exultet, quasi propriis. ho. 10. n. 7. & h. 42. n. 49.

II. *Confiteor tibi Pater.* Duos habuit Christus affectus in hac occasione: primus erat doloris & tristitiae ob cæcitate[m] populi illius, cuius perditio & peritiam mortalem illi tristitia[m] attulerunt, ex mente D. Hieron. & D. Ambrosii. quam in horto passus est. Hæc tamen ruminare. h. 42. n. 43. vsque 49. & absque dolo nostræ torqueat illum molestia ac si eas ipse sustineret sic lego apud D. Bern. ho. 32. n. 64. & hoc indicat in eo quod dixit Saulo: *Quid me persequeris?* Vide facta in festo eius Converteritis ad hæc verba. Ita nostris prosperitatibus, delectatur: *Lætabitur Dominus benefaciens vobis*. Dixit Moyses. h. 10. n. 7.

III. *Confiteor tibi Pater.* Venit Christus Dominus noster nostros uppleturus defectus, atque pro nobis satisfactus debitis. Et sicut hoc maximum erat ut homo obstringeretur, quo pro tantis beneficiis gratias ageret, nec reddere poterat æquales, adesse in nostro nomine illas referens, sicut & in aliis scilicet occasionibus. hom. 42. n. 26.

IV. *Abcondisti hæc à sapientibus & prudentibus.* Fert hoc grauius Deus si quis ex donis eius superbiat, nec ut Dei esse cognoscat, quapropter Nabuchodonosor indignatus est. hom. 29. n. 44. Hoc sapientes & prudentes huius mundi faciebant, ut patet in phariseis. hom. 17. num. 21.

V. *Abcondisti hæc.* Superbiam Deus maxime odistatur, quam nec in Angelo ferre potest; & potissimum in homine, cum sit ab eius natura ita aliena, ut ipsi Deo fastidium pariat. h. 15. n. 30. vsque 33.

VI. *Abcondisti hæc à sapientibus, &c.* Superbia singulariter diuinæ opponit inclinationi. Est tumens bonum, & totum inclinat ut communicet se, nihil se bonis adimpleat: vnde regnare ipsum in nobis non est aliquid à nobis bonum accipere: hoc etiam ad Reges spectat terrenos, qui ex se miseri sunt. h. 41. n. 59. vsque 62. sed quod nos suis repleat: qui vtrò hic impedimentum ponit superbus est; hic etiam ex seipso innumescit, quocirca ubi regnat superbia ipse se subducit. ibid. n. 62. vsque 65.

VII. *Abcondisti hæc à sapientibus.* Superbus velle contrariam habet dispositionem, ut diuina capiat gloria: quia ad hæc intelligenda singulariter intellectus tanta voluntatis resignatione, velle peruenit ad voluntate duci capivum, ut dixit Aristoteles, cui directè opponitur superbia. hom. 29. n. 9. 10. Arist.

isto nominat D. August. superbiam dispositionem ad haerem: vt patet in Philosophis; nam in hoc ipso, & per hoc ipsum, quo se sapientes esse conati sunt demonstrare, stulti cœcique facti sunt. Notatu digna sunt verba Apostoli. h. 37. n. 26. Et per hoc cecidit Hy-menæus in blasphemias. h. 29. n. 59.

VIII. *Abfondisti hac a sapientibus. Tantopere Deus superbos exacerat, quia donis eius sese extollunt, illaque tanquam sua considerant, vt idcirco Saulem concessis priauerit, quando is erigens arcum triumphalem manum suam illi superpōluit, h. 29. n. 45. 46. Melius egit David, qui non suam sed Dei manum eleuauit. ibid. n. 47. humilia te confitens tua tantum esse peccata & omne bonum esse Dei, vt ipse David faciebat. ibid. n. 41. vsque 51.*

IX. *Abfondisti hac a sapientibus. Et reuelasti ea pauperibus. Complet vaticinium Habacuc: Operuit oculos gloria eius, & c. h. 7. nu. 2. & Isaie n. 25. & h. 30. nu. 10.*

X. *Abfondisti hac a sapientibus. Et reuelasti ea pauperibus. Ecce hic brachiorum transpositionem; nam sapientes exœcat, & cœcos illuminat. Opus admirabile, quod te reddidit sollicitum h. 33. n. 37. vl. 36.*

XI. *Abfondisti hac a sapientibus. Et reuelasti ea pauperibus. Propter superbiam sapientes stulti facti sunt, & propter humilitatem stulti sapientes facti sunt, in quibus significatur id quod Dominus dixit de Virginitibus quod stultæ factæ sunt ex defectu olei, & prudentes alia propter eiusdem abundantiam quam sibi comparauerant; etenim gratitudo animam Deo humilia. h. 29. numero 51.*

XII. *Abfondisti hac a sapientibus. Et reuelasti ea pauperibus. Ibi sunt gressus Dei colles humilitatis homil. 10. numero 32. & montes Gelboe prouiantis pluuia: illam autem ualibus communicantis. homil. 30. numero 9. vsque 13.*

XIII. *Ite Pater quoniam sic placitum fuit. Duo sunt hic. Primum iustitia, excœcando superbos, qui Deum impulerunt vt ipsos in pœnam superbiæ luce sua & gratia priuaret. Secundum, misericordia, per quam horum illuminat. alijs multis his similibus derelictis. Quoad primum, causa est in peccatoribus, nimirum peccata eorum, nam propter illa tale merentur supplicium, & nemo dubitat quin Deus nunquam te sit puniturus nisi propter peccata tua, & iuxta eorum gravitatemque in hoc ne dixeris quod Deus hoc agat pro suo beneplacito, sed quia operatur ex iustitia. homil. 37. num. 12. vsque 17. Tu ipse funes adfers & præparas quibus te Deus flagellat, & punit. h. 28. nu. 46. vsque 51.*

XIV. *Quia sic placitum fuit ante te. Quod hoc Deus eligit, & alios relinquit illis similes, adscribendum est teræ gratiæ, & præcise procedit ex Dei uoluntate; quocirca in hoc maxime debes illum agnos-*

cere illique gratias agere quod hanc tibi fecerit misericordiam, omisis alijs tam multis, quos poterat ad Ecclesiam suam adducere, suaque luce illuminare. Vtilis est hic conceptus hom. 17. n. 14. vsq. 20.

XV. *Ite Pater quoniam sic placitum fuit. Habes hic quod ait Christus; Spiritus ubi uult spirat ho. 3. nu. 13. & hæc tibi in hac materia primo faciendum est, vt sollicitus ambules, timens utrum Deo beneplacitas. h. 37. num. 2. vsque 7. Secundo ne, curiosus perscrutatoris actus diuinæ uoluntatis & beneplaciti: alioquin peribis. ib. n. 7. vsque 12. Tandem intellige quod talis tibi Deus futurus sit, qualis illi fueris: nec uilatus tibi faciet ipse iniuriam aut iniustitiam. ibid. nu. 14. vsque 17.*

XVI. *Ite Pater quem am sic placitum fuit. Quamuis prima ratio misericordiarum Dei sit diuinum beneplacitum, tibi que Deus respondere posset quod tibi illas non det, quia non uult, quia non tenetur. h. 21. n. 27. nihilominus intrat in iudicium ad tuam consolationem, cum illis quibus has denegat misericordias: quod nunquam illas omittat communicate, nisi propter nostra peccata: Idcirco Nazarenis miracula peccatoribus, licet respondere posset, quod ea facere sibi non placeat: uoluit tamen cum eis rationem ponere, sicut cum Cain, ac probare culpam illis adscribendam. ib. n. 36. 37. Sicut etiam uobiscum iuit rationem. ib. n. 38. vsque 42.*

XVII. *Omnia mihi tradita sunt à Patre meo. Hæc utriusque congrua est confessio, & sua quoque foret, confitendo tua tantum esse peccata: bonum autem donum esse Dei. h. 29. n. 45. vsque 51. tibi que magnam parece utilitatem. ibi. nu. 51.*

XVIII. *Venite ad me omnes. Quam bene progreditur ab vno ad aliud. Mihi Pater omnia tradidit bona que possidet, igitur venite ad me vt ex illis participetis: omnia namque uobis communicabo. Ecce fides mysterii Incarnationis, per quam Deus omnia sua bona Christo consignauit, vt ipso nobis tradito omnium cum illo habeamus. h. 45. n. 2. 3. 4.*

XIX. *Venite ad me. Id quod Pater egit cum filio, omnia illi tradens, quæ possidet, agit filius nobiscum, omnium faciens signationem, nullo excepto, nec quidem carne sua, nec sanguine, nec anima; nec sua diuinitate: nam idcirco potissimum instituit S. S. Sacramentum, in quo Christus tibi donat quidquid a Patre sibi traditum accepit. ho. 45. n. 16. & secundum hoc ortu tuo conuenient quam maxime uerba illa Ioseph, Dominus meus omnia tradidit mihi, quomodo ergo possumus. h. 17. n. 32. h. 41. n. 33.*

XX. *Venite ad me omnes. Attende o diues & potens, dicendum tibi est: Omnia tradita sunt mihi. Et per consequens conuocandi sunt a te pauperes & indigentes.*

XXI. *Venite ad me* Nec enim tibi tradita sunt hæc, vt tibi remaneant. Vidi Dom. 8. post Pentec. ad illud: *Habebat millicum.*

XXII. *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis.* Duobus laborabant homines laboribus quoad corporalia: vt enim aquas de mundi puteis hauriant, multo debent sudore laborare hom. 25. num. 74. & aquæ sunt quæ obtentæ non satiant, nec sitim extinguunt. *Ibid.* nume. 76. Et secundo premebantur peccatis in anima, quorum pondus maius est quam illud totius vincisti. *Ibid.* num. 31. Ad vtriusque remedium vocat primo laborantes: *Qui laboratis*, illisque offert aquas refectiois faciles, absque labore, gratis datas, quæ faciant & recreant. *Ibid.* num. 84. vsque 88. Et secundo vocat oneratos: *Qui onerati estis.* Vt sua in illum onera exonerent, ipsi vero alleuiantur. *Ibid.* enim camelus, qui nostra venit onera portaturus. *ho.* 26. n. 45. Ideo Magdalena recurrit ad humeros retro stans onus suorum peccatorum. *homil.* 38. numero 52. 53.

XXIII. *Venite ad me omnes qui laboratis, & ego reficiam vos.* Christus se reddidit receptaculum malorum nostrorum, peccatorum & culpatorum, illasque assumpsit, vt nos alleuiamur, & quiescerent us, ostendens se vnicornem de quo Dauid. *h.* 42. n. 59. vsque 62. Vnde sui ita sunt animosi vt illis nulla grauet penitentia, nullus timor mortis, vt patet in D. Andrea. *ibid.* num. 62 vsque 66.

XXIV. *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis.* Hoc *Laboratis*, tangit corpus quo laboramus pænam querentes in sudore: *Illud onerati estis* dirigitur ad animam, quæ peccato prægrauatur: est enim pondus infinitum. *hom.* 42. numero 13. 14. Instruere nos vult, contra diaboli persuasionem dicentis, siquidem qui Deo seruit alleuietur anima, non tamen corporis subuenitur laboribus, sed potius illud Deus patitur fame languescere; hoc autem ipsi Christo proposuit. *hom.* 5. num. 31. & per hoc multos circumuenit *hom.* 27. num. 2. Venite ad me, inquit Christus, vt bis etenim in vno subueniam: *Qui laboratis*, & in altero, *qui onerati estis*, nam idcirco se mirabilem ostendit in monte Thabor & Hermon. *ibid.*

XXV. *Venite ad me omnes qui laboratis, & ego reficiam vos.* Securi estote quod, si Christum accesseritis atque sub vexillo illius refeceritis: nec sanam vobis exhibebit refectioem: & ob dissidentiam Ananias punitus fuit, & Moyses similiter. *hom.* 27. n. 8. vsque 12. Atribuit manus suos fouet, non sic, vt diabolus, mundus & caro, qui sibi seruientes fame sument emori. *ibid.* num. 12. & se notatum infamia Deus arbitrat ab eo qui illi non confidit. *ibid.* nume. 16. vsque 24.

XXV. *Venite ad me omnes.* Ecce qualiter illum pro-

ponat Isaias. *Expositæ vos Dominus.* *hom.* 37. num. 17. Ne sis tam impudens, vt illum detineas expectantem. *ibid.* 19. 20. 21.

XXVI. *Venite ad me omnes.* In hoc Deus dicit quod te vocet vt ab illo tanta venias bona recepturus, quanta illi Pater tradidit, quæ tibi gratis offert: & hoc illo quidem modo ea accepturus desideras: de quo meo iudicio sic Isaias: *Aporiatus est, &c.* *hom.* 28. num. 28. & hoc compellit eum ad clamores: *Si quis sitis*, etenim ipse te ad aquas suas inuitante, tu illas reculas, sicut anhelas post mundi amaras. *h.* 25. n. 73. 74. & *long.* vsque 88.

XXVII. *Venite ad me.* Vt nobis refectioem gradium conferat & letitiam, ait, vt ad ipsum accedamus, vt autem al quem castiger, mandat ab aliis in vultu detrudi: ipse namque in se non nisi bona omnia complectitur & qui illis fruiturus est, accedat oportet ad illam pœnas autem & aduersitates extra & despectus habet, & per manus infert alienas. *h.* 28. n. 46 vsque 49.

XXVIII. *Venite ad me omnes.* Omnes nempe cepto vocat, nullum designans statum: etenim nullatenus vult: vt in suorum bonorum communione sit aliqua personarum acceptio: & hoc simul est incumbit. Spirat conceptus hic vultatem. *h.* 20. 21. 22.

XXIX. *Venite ad me omnes.* Hoc esse debet saltem pauperum: quod quamuis inæqualis sit tenentur possessio, atamen in bonis Christi, tantum pauper pauper ac diues, & subditus ac Dominus. *ho.* 31. n. 23. Quinimo propter hoc in gloria Resurrectum mulieris Apostolos præcellerunt. *h.* 48. n. 18.

XXX. *Venite ad me omnes.* Nullus est in Ecclesia status, in quo nequeas ad Christum accedere, nec magis vel minus iuxta qualitatem vniuersi vsque sed omnes illo potestis frui: quocirca ne culpam adhibere staret: etenim conjugatus potest Christo gratia. *hom.* 24. num. 19. *h.* 26. num. 26. Quinimo & ipsi multo tibus hoc D. Io. in. asseruit. *h.* 2. n. 4 & seqq.

XXXI. *Ego reficiam vos.* Non diceret hoc et veritate diabolus, quandoquidem Nilus prodigus patet quam illi seruierat, ingenuerit: hic fame percos. *hom.* 18. num. 47. vsque 51. nec hoc ego mitior: eum & ipse diabolus fame percat, nec habeat nisi cruciatus. *hom.* 25. numero 24.

XXXII. *Tollis iugum meum super vos.* Mystica sunt hæc verba. Ostendit Christus se solum cuius est labores sustinet, & sui famulatus obsequia: nam idcirco dicitur iugum, quod altero adiuncto loco ubi ferendum est, & hic ipse est. Itaque si te ipsam Deo consecras, & occurrant tribulationes, non es solus qui illas tolles, sed se tibi Deus abiangit. *hom.* 27. numero 45. vsque 49.

Quocirca dum premeris aduersitatibus, ne dixeris cum Mattha: *Domine, si fuisset hoc.* Quia nimo eo ipso adest hic, cecum iugum hoc perferens: *Cum ipso sum in tribulatione* h. 32. n. 53. Argumentum hoc mirum in modum vobis debet omnem adimere timorem, vestramque animare fiduciam: unde a Deo petendum vobis est, ut suam vobis mittat sapientiam, nempe filium suum, *Vi tecum sit & tecum labores.* h. 5. num. 19. hae verba considerantes, inuenietis quod primariam ipse oneris partem sustineat, ac per hoc dicere possitis: *Omnia possum in eo qui me confortat Iesu Christo.* h. 29. n. 43.

XXXIII. *Et inuenietis requiem animabus vestris.* Certum est, quod tantum poteris veram obtinere requiem & tranquillitatem in anima, tollendo iugum illud, Deoque seruiendo: qui namque extra illud sunt, insequuntur ut suspensio. hom. 37. n. 47. Iam poenas inferni experientur a propria infirmitate conscientia. ibid. numero 53. vsque 55. & eiusdem pariuntur inordinatibus. ibid. n. 55.

XXXIV. *Inuenietis requiem.* Ne frustra speraueris tibi a mundo & carne dandam requiem: nec enim illum possum imperari quibuscuque bonis quae possidentur. hom. 4. n. 73. Et declarauit Nobilis ille etiam meminit D. August. ibid. numero. 74. vsque 79. Quod diabolus, certo scias, quod nullam tibi concedet requiem, quantumuis idem cum illo trahas iugum eorum iugum eius ferreum est: *Ponet iugum ferreum super traxerit tuam, donec te conterat.* hom. 12. numero 50.

XXXV. *Et inuenietis requiem.* Veram solummodo requiem & gaudium obtinebis iugum sustinens famularus Dei. Christo tibi comite: iam etenim omnes eius requie gaudet vitae aeternae. h. 37. num. 57. & vitae in conditate ibid. 59. secti usque d. serunt caelum portante ex testimonio bonae conscientiae. ibid. num. 61. vsque 67. & ideoque licet aliqui sentiant, Apostolum crucifixum esse, ipse contrariam tenebat sententiam, ipsos nimirum esse crucifixos: eamque poenam sustulere. Nota ibid. n. 63.

XXXVI. *Iugum enim meum suauis est.* O utinam mandus intelligeret, iugum graue, esse illud diaboli, mundi & carnis: Christi vero suauis, pro ut probatur argumentis lectu dignissimis. h. 3. n. 10. v. 14. & praef. num. 21. n. 63. vsque 67.

XXXVII. *Cecidit fors super Matthiam.* O in praesens Deus duas fieri tubas a gentes, quibus indicere- tur annus Iubilaei, & si quae diffunderetur altera sub- stitueretur. Ad tam angustum Iubileum duae sufficie- bant tubae: ad Iubileum plenissimum legis. Evangelii- cae Christus duodecim efformauit, nempe duodecim Apostolos. Vna diffusa est scilicet Iudas, requiri- tur ut altera locum eius suppleat, & haec fuit D.

Matthias: & credo quod licet Iudas sua peruersitate posuerit obstaculum torrenti fluminis Nili, non tamen ideoque debebant eius aquae aliis non communi- cari: nam hoc ita docet Evangelium quod superbis hu- ius mundi, ponentibus obicem cruci Dei, non tamen Deus illam sibi retinuit, sed eam humilibus commu- nicauit. h. 2. n. 4. 5.

XXXVIII. Pro electione Matthiae concurrunt ad orationem: quin & ipse Christus electurus Aposto- los, ad illam confugit, docens, quod in electionibus ve- stris idem sit vobis faciendum. homilia. 15. numero. 33. Cur Christus Iudam elegit, quem prauidetur suam fore proditorem? Vide infra in Festo S. Bar- tholomaei.

IN FESTO S. IOSEPH.

I. *Cum esset desponsata Mater Iesu Maria Ioseph.* *Ev. Matth. 2.* Inchoans D. Matth. enarrare historiam Christi Domini nostri, statuit ut principium generationem eius, procedendo a Patri- bus ad filios vsque ad matrem eius genitricem, scili- cet Mariam, & cum in omnibus eius progenitoribus, singulorum descripsit genealogiam, dicens ex quo Pa- tre geniti essent Abraham genuit Isaac, Isaac genuit Iacob: quare veniens ad Christum non illi patrem, sed matrem assignat, dicens: *Iacob genuit Ioseph virum Mariae, de qua natus est Iesus:* quia nos aduertit suspon- sos, & quali inextogatos: qualis fuit generatio Chri- sti. nam illi nullum assignat patrem sicut reliquis praedecessoribus. ne forsitan intelligeremus hanc genera- tionem aliam esse similem, & ideoque addit *Christi au- tem generatio sic erat.* Illud autem aduerbium est ad- uerlatiuum, quod indicat ne capiamus hanc genera- tionem fuisse similem aliis: quorum liberi geniti fue- runt opera maritali: sed multum dissimilem: hic etenim a Maria Virgine natus fuit operante Spiritu S. Accurrit Evangelista scandalum amoturus ex praedi- ctis oriundum C. sternam aperuerat, in quam possemus prorueret, eam conatur operare h. 14. n. 2.

II. *Cum esset desponsata* Cur voluit Christus ma- trem viro desponsari fabro lignatio, quod in suam vi- debatur cedere ignominiam, quem nominari erant Iudaei, sicut de facto nominantur, fabri filium? Pri- mo, ut honori prospiceret & incolumitati B. Virginis: dum ne videtur filium genuisse nulli viro commu- nita, haberetur ut fornicaria, & lapidibus obtueretur. Nihil vult Deus ad honorem suum cum detrimento tertii, h. 23. n. 53. vsque 58. Imo potius licet se quo ad affectum velit praeferrere, tamen quoad effectum & opera, desiderat ut primo proximo subuenias, ibid. nu- mero. 58. & se 59.



III. *Cum esset desponsata.* Secundam rationem proferit D. Hieronymus, eam ascribens S. Ignatio: ut par- tus eius celaretur diabolo: dum enim cum cerni vi- detur desponsatam, Conceptionis eius non capit myste- rium. Cum illo egit Deus sicut Samul cum Rege Saul: ut enim hic ignoraret, quod pergeret inustus David in Regem, vitulum secum tulit, quasi qui per- geret immolaturus. Si diabolus hoc intellexisset mys- terium, sibi de Christo caussisset: ut nostrae Redemptio- nis opus non perficeretur, quocirca se Christus dia- bolo semper abscondit incognitum. h. 3. n. 28.

IV. *Cum esset desponsata.* Tertia pro dicitur ratio: ut per hoc status matrimonii consecraretur: nonerat enim Deus futuros haereticos eius aduersarios: est ete- nim status sanctus, atque in noua lege inter septem Sacramenta annumeratur vnum. hom. 24. numero. 19. 20. & h. 26. num. 26 & seqq. & nescim est status san- ctus, sed possunt etiam coniugati in eo esse sancti ho. 24. numero 17.

V. *Dum esset desponsata.* Non dicit Evangelista quis eam desponsasset, quia proprie ipsa non est des- ponsata libidine, ut multae leuiiores, etiam iniuuis pa- rentibus: nec eam illi desponsarunt: quia saepe nescien- tes humores coniugum, multa infelicitate combinant matrimonia quibus contingit quod filiis Prophetarum h. 22. numero 43.

VI. *Cum esset desponsata.* Qui illius igitur sponsa- lia disposuit, non homo fuit terrenus, sed Spiritus S. ipso namque eam sibi adoptabat in filiam: nam pa- rentibus incumbit magna diligentia filiarum agitare matrimonia, viros illis inquitendo maxime oportu- nos, iuxta illud: *Trade filiam tuam viro sapienti. & rem grandem fecisti.* Et sicut Spiritus S. spiritus est sapientia, qui cognoscit omnia, omnia perpendit, *Omnia prospiciens,* & matrimonium contrahendum est inter aequales: quia coniuges vnum tantum sunt, & eiusdem eos esse oportet qualitates & conditionis. *Qui habitare facit unanimis in domo.* Conclude qualem illi spon- sum traderet, si ipsius, corporis ac animae conuenire debebat puritati & sanctitati. Maritus caput est vxoris, ut dixit Apostolus. hom. 26. numero 34. homil. 31. num. 9. Ipse est in quem mulier suos debet oculos re- flectere, ut illi in necessitatibus subueniat. ho. 9. numero 4. Est vas operculosum, in quo Spiritus S. pleni radi- nem diuinitatis erat comprehensus. Operculum est arca tantae dignitatis, tantaeque industriae, quantam ipsa arca fabrica requirebat.

VII. *Cum esset desponsata.* Complectitur D. Hie- ronymus tractatum Theophrasti disputans: utrum sa- pientis conueniat inire matrimonium. Argumentum hoc curiosum est, & absolute nemine contradicente status hic multas inuoluit occasiones distractionum, tunc Apostolo, quo: utca illum Deus Hieronime inter-

dixit: sed felix Ioseph si enim alii matrimonium ne- cessionem suggerit distractionum, haec desponsatio sa- turata sunt illi sanctitatis & perfectionis occasio: h. 24. nu. 9. & ique 13.

VIII. *Cum esset desponsata.* Matrimonia commu- niter aliquo modo diuertunt cor a Deo, illudque di- dant, sic opinatur Apostolus, inter filios & vxores, quia se mutuo inordinate diligunt, quo amor eorum Deum languescit, unde in Deo zelus exoritur filiae: his sponsalibus oritur, non eius id est Ioseph, sed Dei & B. Virginis futurus erat, & eius dilectio, nisi erat a Dei dilectione auersio, quia filius erat Dei, & B. Virgo tanto merebatur amoris coli, quanta erat perfectione venerabilis homilia 28. numero 34. hom. 31. numero 65.

IX. *Cum esset desponsata.* Qui matrimonium hoc composuit & decreuit, fuit, ut diximus, Spiritus S. cuius sapientia dicitur: *Omnia prospiciens.* In Virgine huius matrimonio multa erant prospicienda: quae sponsus eius vocandus erat Dei ipsius Patris, capiteque Virginis, qui nutrire debebat talem matrem talemque filium, qui debebat illis esse ut propugnaculum, in quem conuersus Dei filius aliquando dicitur: *Inter panem da nobis hodie.* Iudica, qualis hic debebat esse hom. 29. num. 5.

X. *Antequam conuenirent.* Significare non intendit quod postmodum conuenirent, ut blaphemus calu- niabatur Iovinianus: nam illud *Antequam,* non indicat quod postmodum opus peractum sit quod speras non fuerat, sed quandoquidem ante non fuerit, quae praesumi poterat futurum, multo minus postmodum fuerit: sicut dum ais. Non possum Regi loqui: ar- quam discedam ex aula: & idem intelligendum de de- verbo illo: *Donec* quo idem Evangelista videtur, *donec*; *Non cognouit eam, donec peperit.* homilia 31. numero 34.

XI. *Inuenta est in viro.* Hic modus loquendi sig- nificat, quam longe Ioseph abesset nec hoc parum tem- poris aliquam habere h. 28. n. 44.

XII. *Ioseph autem vir eius cum resset iustus.* In quo nomine Iosephum honoret; *vir eius:* vir talis uiraginis, qua Deus in creaturis omnibus non habet ex- celsores. Etiam eum infer b t iustum, q. d. nulla eius virtus deficiebat: sicut de Simeone dicitur in Ioseph Purificationis.

XIII. *Vir eius cum esset iustus, & nollet eam traducere.* Traducere significat in famam. publico opprobrio, & contumeliam eius peccatum exponere. hom. 26. numero 14.

XIV. *Cum esset iustus, & nollet eam traducere.* utique vere iustus erat, qui timens peccatum, non se indignatur & stendet, sed conpatitur, quod est equitate iustitiae ut ait D. Gregor. homil. 26. numero 44.

fidens seipsum hære, seque contrahit in eo quod  
sibi videtur esse peccatum alienum. homilia. 38. nu-  
mero 104.

XV. *Noluit eam tradere.* Hic igitur verus est  
Iesus, qui sanguinem operit passercis manantem iux-  
ta legis decretum. h. 22 n. 43.

XVI. *Noluit eam tradere.* Id est notare infamia,  
peccatum eius foras producat: hoc etenim delirio la-  
borat mandus, adulteriam in muliere reprehendens  
ignominiosum, de quo vin gloriatur. hom. 26. num.  
33. vsque 37.

XVII. *Noluit eam dimittere eam.* Non solum iu-  
stus erat, sed etiam timoratus, vnde, caute se getebar:  
si namque distimulabat, alieno consentiebat crimini;  
nam hic vere iusti nomen meretur, qui pariter pru-  
dens est & timoratus, vt dixit Spiritus S. de Simeone in  
Festo Purificationis: *Iustus & timoratus.* Vide locum.

XVIII. *Hæc cogitante.* Quis explicet quam gra-  
uiter commoratus fuerit cor Iosephi, velur mare con-  
tigit, vnde venit conturbatum. Ex vna parte sponsæ  
se non quærat sagittinoniam, ex altera prægnantem  
considerat, ipse retum gnarus. Dicere potest, *Mira-  
bilis elatus maris*: sed *mirabilis in altis Dominus*,  
quomodoquidem momento temporis tam anxiam sedet  
tempellare, & hic bene profertur illud Iob: *Qui  
grauiter super fluctus maris*: etenim eius hoc opus est  
inlitas cohibere vndas corda perturbantes. homil. 4.  
numero 39.

XIX. *Hæc cogitante.* Domine, vt qui virum tot  
in te angustias suspendis, quem matri tuæ sponsum  
elegisti, quique Pater tuus est appellandus? Nobis ad  
salutem & totius Ecclesiæ commodum, quo securam  
illam reddat, Christum non fuisse filium Iosephi, nec  
in terra Patrem habuisse, sicut nec matrem in cælo:  
nam idcirco permittit Deus electos suos concuti tri-  
bulationibus. h. 43. n. 2. & seqq.

XX. *Hæc autem cogitante.* Non brevis fuit hæc  
in Iosephi angustia, sed pluribus diebus illam susti-  
nit, quibus sponam suam conspexit donec de sætu  
securus ellet, & quo pede venter intumesceret Virgi-  
nis, eo cruciatus illi augebatur, eiusque cor quasi invec-  
dus molares constructum angebatur. Cur ergo Do-  
minus non ab initio illum de hoc certiorum reddidit?  
hæcenas permittit eius dubitationi, ut eo vsque accre-  
scent quo poterat, vt in illa omnes comprehendere-  
tur ontura in Ecclesia, & hæc resoluta, omnes in illa  
reboluerentur: vnde dubiam passus est agere quantum  
poterat. hom. 32. n. 48. Itaque toto illo tempore Iose-  
ph omnes instruit quas potuit confirmationes, cir-  
ca virginis vterum prægnantem, vt nobis liquido  
constaret, opus non fuisse matitale, sed Spiritus  
S. ibid.

XXI. *Ecc Angelus Domini in semnis.* Quamuis  
Hieron. *Expt. de Lanza, Tom. 1.*

Deus moram trahere videatur, tamen bene dixit, quod  
non tardaret, cum semper tempore veniat opportuno  
ad gloriam Dei, bonum nostrum, & Ecclesiæ suæ veri-  
tatem: ita subuenit pueris in Babylonia, cum moram  
traxisset, donec in fornacem iniecti fuissent vt tanto  
clarius suam testaretur virtutem, sicut & Regi de-  
monstrauit, vidit enim inter ipsos velur Angelum. Si-  
militer & Danieli subuenit postquam diebus aliquot  
inter leones confidisset deorandus vt Rex in opinio-  
ne sanctitatis, quam de illo conceperat, solidaretur. h.  
32. nu. 50. Et in sacrificio Abrahæ sustinuit ad vlti-  
mum vsque p. ctum, vt liquido patet cordis A-  
brahæ constantia. h. 23. n. 72.

XXII. *Ecc Angelus Domini Erecta iam mystica*  
sca'a Christi Dei & hominis, ratio suadebat vt incipe-  
ret iam Angeli ascendere & descendere, ad hominum  
consolationem. h. 36. n. 3.

XXIII. *Ioseph fili David noli timere.* Omnes eius  
parentes transgreditur vsque ad Dav. cui nominatum  
de Christo fuerat facta promissio, dicente Deo illi filiū  
dandum ipsum Deum ex filia sua, hoc enim significat  
*De fructu ventris tui.* Filius etenim non dicitur fru-  
ctus ventris Patris sui, sed *de lumbis eius*: sed fructus  
est ventris matris: nam idcirco voluit Deus tanta  
diligentia seruari Scripturas S. quatenus opportuna  
magnum esset veritatis argumentum: videte has om-  
nes esse completas: quocirca subiungit Evangelista  
*Vi impleatur, &c. Ecce virgo in vtero habebit.* homil.  
41. numero 34.

XXIV. *Quod enim in ea natum est, de Spiritu S. est.*  
Vterum gerere viri non est in ea corpus sed Spi ritus S.  
Impletur hic illud vatis Abacuc, Deus ab Austro ve-  
niet & sanctus de monte vmbroso & condensio, hom.  
35 n. 4. Vide notata in Festo Annuntiationis ad illud:  
*Spiritus S. superueniet in te, &c. Et quod nascetur ex  
te sanctum.*

XXV. *Quod enim in ea natum est, de Spiritu S. est.*  
Duos confirmat fidei nostre articulos: quod Chritus  
conceptus fuerit de Spiritu S. & matre sua virgine  
perpetua. Vide festo sequenti Annuntiationis ad illud,  
*Ad Virginem desponsatam viru.*

IN FESIO ANNUNTIATIONIS

B. VIRGINIS.

I. *Missus est Angelus Gabriel a Deo.* Luc. 1. Cele-  
bramus hodie profundissimum nostræ fidei  
mysterium: etenim consistendo illud & dicen-  
do: *Propter nos homines, &c. Et homo factus est,* in ter-  
ram prosterimur tanti Sacramenti reuerenti celsitudi-  
nem: nec mirum, cum nec ipsi Angeli illud com-  
p

prehendant. hom. 11. num. 15. & hom. 36. num. 2.

II. *Missus est Angelus.* Recollimus hodie supremam Dei misericordiam, quam ipse Christus exposuit, dicens: Nouissime misit filium suum quia per hunc maximum quod poterat impertit. ho. 17. nu. 4. 45. & huius gratia dicitur, quod concessio hoc munere, spiritus eius requieuerit. ho. 35. nu. 44.

III. *Missus est Angelus Gabriel à Deo.* Ni fallor auctis his verbis timendum nobis erat, ne contra mundum veniret, vt Angelus ille missus à Deo copias Sennacherib deleteretur, quia plura quam mundus propter peccata sua merebatur, sed potius nobis gaudendum: nō enim misit, nisi vt de nostre salutis agat remedio. quando namque timere debueramus meritum nostris sceleribus supplicium, fontem nobis mitit misericordiae suae, quae videtur contra iuris ordinem, h. 41. nu. 47.

IV. *Missus est Angelus à Deo.* Venit Angelus vt Dei legatus, & eo ipso nos posset metu percellere, quasi veniret minis terribilis, vt antiqui legati; sed non adest, nisi diuini redaudans misericordiam. homil. 41. numer. 44.

V. *Missus est Angelus à Deo.* Hodie summæ dies est lætitiæ: nunc enim aggreditur Deus desideriis votisque satisfacere, quibus Sancti aetheli languerant ab initio mundi; atque ad eius effectum mitit Angelum suum. ho. 41. nu. 46. vsque 51.

VI. *Missus est Angelus Gabriel.* Quantum noui proposito non congruit hic legatus: adest enim tractaturus mysterium quo Deus naturam induat humanam, quae ipsa est firmitas, nec huic videtur conuenire Gabriel, quod significat fortitudo Dei, sed valde conueniens est, quia per hoc potius suam Deus fortitudinem demonstrat, Imperans & euincens nimirum ipsa infirmitate: hoc enim gloriae illius nostroque honori conueniebat. hom. 36. num. 5. vsque 9. Tantumque suam ostendit fortitudinem, vt nostrae infirmitati diuinam tribuerit fortitudinem. ibidem numer. 9. vsque 11.

VII. *Angelus Gabriel.* Gabriel, fortitudo Dei venit appositè hoc mysterium tractaturus, in quo Deus infirmitatem assumpsit, vt in illa suam testaretur fortitudinem: quia ratio suadebat vt Dei filius veniret mansuetus, non sicut terrarum Monarchæ, sed qualem Propheta prædixerat: *Veni tibi mansuetus.* hom. 41. num. 84. vsque 88. atque per hoc victurus erat suam ostendens fortitudinem sicut ligni vermiculus. ibid. numer. 88. 89. 90.

VIII. *Angelus Gabriel.* Ad rem optimè Gabriel fortitudo Dei mysterium est hoc nuntiaturus quo Deus carnem nostram languidam assumpsit: hæc enim futura erat medium, quo de peccato triumpharet. hom. 41. n. 72. & seqq.

IX. *Angelus Gabriel.* Venit Angelus Gabriel for-

titudo Dei: quia mysterium cuius hic nūmōs erat, tendebat, vt Dei fortitudo disponderetur, nempe Deo filius, vt opus suum faceret, infirmitatem induens vtque fortis hamus, qui debili coniegitur esca. hom. 36. num. 29. vt enim balneam extraheret, opus erat vt se ipsam ocleret, si namque manifestus veniret, nostram uoluerat redemptiōnem: vt dixit Moysi ho. 41. nu. 75. & talem eum sancti desiderauerant: *Desiderium & uisissimum visorum*, vt opus suum efficaciter impeteret. ibid. num. 71. 72.

X. *Missus est Angelus ad Virginem.* Congruè ad Angelum Virginem, inquit D. Ambros. euenit esse Angelo uirginitas. Ad uidiuam missus est. Eius propheta, sed ad Angelorum primiceriam. Angeli mititatur omnium primicerium. homil. 32. numero. 18. Probata est uirginitatis eminentia, & sicut Angelus uita ita demonibus inimica, vt probatur in casu aliquo particulari. h. 18. n. 44.

XI. *Ad Virginem Angelus à Deo.* Deus cui illa est iniuria, ipse prior incipit disponere remedium ostendens passibus incedens retrogradis h. 41. n. 41.

XII. *Ad Virginem desponsatam.* In Felto S. Iosephi notatum est, cur Christus uoluerit matrem suam desponsatam: sed uoluit etiam vt esset Virgo: in illa coniungeretur uirginitas & materitas quae eleganter expendit D. Bernard. Serm. 4. de Alluip. Etenim in aliis miraberis humilitatem, & modestiam & gratiam: *Unum est in quo nec primam uisum uisa est, nec habere sequentem gaudia maris habent uirginitatis honore.* Mariæ privilegium est singulariter indicibile. In Christo miramur unione cum humanitate, & in matre eius uirginitatis eum tenuitate ita oblitpendā, ac fuit illa ubi uisus. h. 41. n. 41.

XIII. *Ad Virginem desponsatam.* Ecce hic illud Libani data est ei, & dicitur Carmeli Libani arbore proferit, sed sine floribus, quales sunt Cedi: & conjugatas significat: quæ filios generant de prole uirginitatis: Carmelus producit flores, sed non fructus, quibus significantur uirgines: hæc autem coniunguntur in Maria sicut duo extrema terra, in quibus Dominus ad Iob, quæ huic proposito potius conformiter explicari. ho. 26. nu. 50. Sic Deus terra coniungit, opus omnipotentia suæ proprium Iob. num. 31.

XIV. *Ad Virginem desponsatam uir, cui nomen Ioseph, & nomen Virginis Maria.* Quod spectat ad uolos laudatiuos Ioseph dictum est in eius festo, sed notandum quod specialiter exprimat nomen Ioseph & uirginis: etenim in celo optimè nuntiabant. ubi celebre erat nomen uiriusque. Signum est amoris non vulgaris aliquem ex proprio nomine cognoscere, vt Deus Moysi indicauit. homil. 16. numero. 28. Cognitum non erat nomen Ioseph, & uirginis

quando quia accidentia erant, & deficiebat ipsis mundici sollicitia, nempe diuitiarum, quocirca celebre esse non poterat in mundo nomen eius qui caret diuitiis, quia datur accidens sine subiecto. ibidem. numero. 28. & homilia 36. numero. 38. 39. Cum autem substantia cæli sit gratia: ubi hæc est, nomen enim est celebre, magnæ dignitatis & auctoritatis. ho. 16. n. 17.

XV. *Ingressus Angelus.* Conuenit apprimè feminis solitudo. h. 52. n. 14. & artificiosè compedes illis Deus iniecit. ibid. n. 27. & potissimum puellarum salus constituit in secessu & solitudine. ho. 38. n. 35.

XVI. *Ingressus Angelus.* Quare mittit Deus Angelum, ut de hoc mysterio agat cum puella desponsata conuenim eius ita tangat potentiam, videntur magis et recte ut illud Deus suæ referret omnipotentia: sicut creauit stellas in cælo, & margaritas in conchis, & aurum in venis terræ nullo ab aliquo petito consensu, an non poterat idem efficere operando in ventre B. Virginis? Poterat vtrique sed non semper agit Deus ea omnia quæ potest, sed quæ conueniunt. Poterat equidem facere quod diabolus ab illo faciendum in deserto postulabat, & miracula qua fieri querebant Pharisei: sed non vult, quia non sic expedit ho. 8. n. 41. vsque 47. & quamuis tu intrare possis in cubilem domus tuæ dirupto pariete, non tamen facis: sed clauem adhibes.

XVII. *Ingressus Angelus.* Multæ concurrunt conuenientia: cor fuerit nullus Angelus ad Virginem. Primo: erat etiam hoc matrimonium. Dei cum humana natura cuius locum supplebat Virgo, in cuius alio formandum erat fermentum illud de quo D. Petr. Chrysolostomus. et. n. 68. & in matrimonio requiritur voluntas desponsata, quia natura humana libera est, nec illi Deus vix vult inferre, sed cum illa agere conformiter cui nature. ho. 17. n. 42. homilia 18. numero. 20. 21. Quocirca dixerunt tres diuini personæ, quod patres & fratres in matrimonio Rebecca: *Quaramus voluntatem puella.*

XVIII. *Ingressus Angelus.* Similiter expediebat, ut in illo adu. adeo conspicuo Virgo mereretur suum dædico consensum & voluntatem: ut enim opus aliud sit meritum, oportet ut sit voluntatum, & in quantum fuerit voluntatum in tantum erit meritum: Deus quippe cor intuetur. homil. 1. numero 18. Cognoscebat Virgo beneficii dignitatem quod illi Deus concedebat, atque eminentiæ gradum ad quem illam extollebat. ut autem Deo placeret iuxta possibilitatis suæ obligationem, diuinæ Maiestatem totalem voluntatis suæ dedicat consensum: etenim in nullo alio sic homo suam erga Deum prodiit gratitudinem, à quo habet quidquid ut suum possidet, & quod illi ut Domino consecrat. quam si Deo

cor suum, voluntatem suam, suumque offerat consensum homilia 1. numero. 19. Hoc etenim primum munus est quod Deus reposcit ab hominibus, ut Moyse declarauit, quatenus hoc Israelitis indicaret, ibidem. numero. 20. atque pro mensura huius oblationis suam daret benedictionem & præmium ibid. numera 20. 21. 23. homil. 41. numero. 20. Deditque Virgo suum consensum cum tanta voluntatis suæ resignatione, ut Abraham longè præcelleret: vnde ab Ecclesia vocatur meritum singulare: *Tuo singulari merito mundo succurristi perditio:* quia de seipsa munus obtulit tantum diuinæ voluntati idque tantà voluntatis suæ resignatione, ut omnium hominum merita præteriret, contraque vota à sanctissimis expressa Monachis, eminentissimam faciens oculorum intentionem, de qua Salomon homilia 1. numero. 22. 23.

XIX. *Ingressus Angelus.* Cum igitur Angelus à deo sublimis, Virginem accedat adeo illustrem, mysterium cum ea tracturus adeo cælesti, habemus quod audiamus & consideremus: delicta etenim & solatur quam maxime viros audire sapientes de rebus grauissimis discurrentes, vtpote de cælis, stellis, eorum motibus & influxibus: & quis hoc sapientior? Angelus enim erat sapientissimus triplici genere sapientiæ. Primo: naturalis, ut eius intuitu Salomon minus esset quam formica. Secundo: supernaturalis ob lucem gloriæ: nam Deum videns, omnia videt: *Quid non videns qui videntem omnia visentem?* Tertia: particularis instructionis: cum enim illum elegerit Deus in Legatum, insigniorum illi notitiam infudit de hoc mysterio. Similiter & Virgo sapientissima erat, alio triplici genere sapientiæ. Primo: naturalis: etenim illi Deus intellectum concessit illuminatum qualem nulli hominum, & hæc ipsa excolebat, lectione, studiis SS. librorum, & cælestibus meditat. omnibus. Secundo: lucis, quamvis non gloriæ, sed gratiæ singularis, quæ clariorem habuit notitiam rerum fidei, quam omnes Patriarchæ & Prophetæ & omnes denique Sancti, qui luce gratiæ collustrati cælestia comprehenderunt mysteria. homil. 29. numero. 52. vsque 59. Tertio: singularis instructionis: cum enim illa tantam in hoc mysterio partem esset habitura illam Spiritus Sælaris instruxit, quam ipsos Angelos, etenim efficitur suo erga illam sanctus est, fuitque illi magister, vobis Mar dochaus nepti suæ Esther. Hoc igitur colloquium attentè mēpendamus, maioris longè momenti & dulcedinis quam illud Hiareæ de motibus cælorum & cursibus stellarum. h. 29. n. 6.

XX. *Ingressus Angelus.* Tria fecit Angelus ut ait D. Augustinus legato propriè faciendâ. Primo: attentum reddere eum qui loquitur, & legationem pro-

Ponit. Secundo: eum docilem efficere, eum plenius instruens de commissis sibi iniuriis. Tertio: illi efficaciter persuadere, auferendo & applanans omnes difficultates, & rationes ostendendo convenientes eius quod proponit. Ut primum efficiat, scilicet ut attentam reddat B. Virginem, ingreditur eius cubiculum, & quamvis magna maiestate venerabilis, profundam tamen illi exhibuit reverentiam. Actus hic est sufficiens, ingressus nimirum talis Angeli ut magnam conciliet attentionem, sicut de se Daniel testatur. hom. 6. n. 12. & potissimum ut illam faceret attentam, ipsam salutatione salutavit qua mundus non audit: at eminentiorem, quæ eam ut vere humilem reddidit attentissimam, ut postea dicemus.

XXI. *Aus gratia plena.* Rogabat David Deum, ut descensurus cælos suos secum inclinaret, eo modo quo solent Reges qui dum, ex aula ad pagum ducunt, omnem secum deferunt cubiculi sui suppellectilem ut exortetur: *Domine, inclina cælos tuos & descende,* & certum erat, quod si creatus Adam terrenum, primo præparavit illi paradisum: *In quo erat omne lignum pulchrum visu, & ad descendendum suavitatis* illique hos præparavit cælos quibus tegetur, & hanc tellurem ita omnibus fecundam & qua sustentaretur, quam ob causam dicit. *Quando preparabis cælos aheram, &c.* etenim hæc omnia disposuit divina Sapiencia respectu Adam, quem creatus erat: quanto magis sibi ipsi, qui secundus erat Adam, cum esset de quo dicitur: *Omnia prospiciens?* hom. 29. numero 5. & cum ita sit quod Deus ordinare procedat, iuxta illud Iudith: *illa post illa cogitasti.* h. 32. n. 39.

XXII. *Aus gratia plena.* Componenda erat in hoc mysterio humanitas filii Dei, & potissimum corpus illius, & illud formans Spiritus S. quia operaturus erat redemptionem pariendo, illud ita componit, ut esset ad patendum maxime despositum inter omnia creata corpora hom. 25. n. 21. hom. 42. 49. Ita ut efformando corpus ad tolerandum, disponat ut sit ad hoc maxime aptum, effingeret illud ex substantia Virginis, hinc nemo dubitat quin faceret eam maxime aptam per gratiam suam, quatenus ex illa se posset vestire auctor ipse gratiæ, qui ex illa sumpsit fermentum quo totam massam nostræ naturæ fermentate: spirat hinc conceptum ingenium D. Petr. Chrysost. homi. 41. numero 68. & sequentibus.

XXIII. *Aus gratia plena.* Vates Abacuc duas indicat Christi generationes æternam qua ex Patre nascitur, de ventre intellectus illius, plenus essentia gloriæ: & temporalem ex ventre matris; iam eodem plane modo futurus erat plenus gratia: nam ideo dicitur Mous vmbrosus & condensus. homilia 35. numero 4.

XXIV. *Gratia plena.* Quomodo dicitur gratia

plena si in ipsa profecerit. Exponit hoc D. Bern. hom. 30. numero 64.

XXV. *Dominus tecum.* Si charissime Deum habueris, omne bonum possides, & sicut omnes anime calamitatis comprehenduntur in hoc verbo; Deum non est cum illa; ita cuncta norantur bona totaque felicitas dum illum secum habet. Documentum hoc latius, & utilius exponitur. h. 13. n. 5. vsque 25. & extenditur in Festo Pentecostes ad illud: *Ad eum venimus, &c.*

XXVI. *Turbata est in sermone eius.* & cogitata. Ecce hic primus effectus illius celestis legati, attentam reddere Virginem: cum esset coelestibus suspensa contemplationibus, talia requirebantur verba, quibus efficere tur attentam. Præclarum quid est: *Mulier sancta & pudorata* ho. 38. n. 29. Sicut nihil est credebilius, quam mulier temeraria omnis experta per deum perficitur que frontis, in tantum ut supremum sacrificium quod diabolo a feminis offerretur impeditur, esset reconditiæ sacrificium ibid. n. 37. Mirare Virginis pudorem, turbatur tubensque color faciem cogit, ut illis dicere quis posset: *Sicut fragmen malpignici sic gena tua.* ib. nu. 2.

XXVII. *Turbata est & cogitabat.* Eva se stultia oblecta quod intra se hærens cogitaret, dum illi diabolus loqueretur: *Cogitare* (ex mente D. Augustini) est multa mente agitare. Non contulit vnum eum alio; qua ratione hoc fieri posset, quod vnius pomi comestio crearetur sibi esse turberet? Illa quæ paulo ante nihil fuerat, ita dea fieret? Se isti leam reitata est, & quia Deus diabolus imitatus est per aliam mulierem sed impotentem, studuit ille efficere, ut omnes mulieres haberentur insipientes & fatuæ, illa oculorum illusionem quam Athenis extravit: sed ipso licet reclamante, & ce mulier hæc sapiens in eo quod turbetur & ca. Ne conceptum, hunc facile prætercas. homi. 32. numero 19. 20.

XXVIII. *Turbata est & cogitabat.* Habes turbarionem ex qua te perdat diabolus: quia dum aliquis tibi proponit, in cogitatione tua vnum de coelestibus cum altero, qua ratione hoc tibi possit expedire, quam hoc involvat perditionem: quod si hoc vel modicum animo sculveres, non tam cito proveres: hoc enim est tibi capillos d. fieri Samsonis. hom. 31. numero 4. & animam esse indisciplinatam ut dixit Salomon. hom. 21. numero 32. hom. 29. numero 21. quocirca te sepe diabolus velut in mulcipula comprehendit, modicum casco perfumato. hom. 36. n. 47.

XXIX. *Turbata est in sermone eius.* Non sit, turbata est ex conspectu Angelis: quamvis enim narrata sit in homine mortali turbatio ex intuitu Angelis, etiam in multis sanctis, quia infrequens est. homilia. 6. n. 16. verumtamen adeo frequens erat, ut

via colloquium Angelorum, vt ex hoc minime turbaretur, sed ex verbis quibus eum salutauit: erat enim verè humilis, & ei qui verè talis est nihil maiorem infert turbanonem, quam præclaras illi laudes addicere: nam etiam Rex Saul ex parua humilitate quæ tunc illi inerat turbabatur quado à Samuele auditur se à Deo in Regem vngendū, quocirca dū talis ab ipso Propheta salutaretur, ludum sibi fieri credens illi respondit: *Numquid non filius leuini ego sum, de minima tribu Israel, & cognatio mea nouissima inter omnes familias de tribu Benjamin: quare ergo locutus es mihi sermone istum?* Et necessarium fuit vt illi cor Deus immutaret. h. 11. n. 9. 10.

XXX. *Ne timeas Maria.* Timuit Virgo, non timuit Eua: iam enim in ipsa cognouerat diabolus viciam superbia: paulatim excrefcenem, eò quod beneficium non cognouisset sibi à Deo præstitum, sui hoc ruinæ illius & Adæ Principium. hom. 17. n. 21. A. per hoc non solum non timuit, quando diabolus illi prærogatas illas pro, osuit quas ex estu vterit fructus possit adipsi: sed potius in illis sibi cepit complacere. h. 3. n. 48. Et hoc acta est in ruinam: ceterum Virgo sanctissima timuit, & seipfam ad verba contraxit Angelicæ: quod si tu similitur faceres, & stream imitare, non te toties irriteret. h. 5. n. 33.

XXXI. *Ne timeas Maria.* Timet Virgo Angelum, & quidem bene cognitum: nam realiter eum cognoscere, nec illi fidem negavit: sed seipfam considerans, hanc sibi salutacionem non quadrare iudicabat: & ne Dominam vitum non times impudicum, cuius agrotis, vel potes cognoscere peruerias mentis intentiones? Non timere, & se securam arbitrari, te cogit in damnationem: sed è namque contingit, vt quam o se suspicam credit uisorem, tantò sit calosi suo prouisor, vt vidimus in D. Petro, & Dauid. hom. 43. numer. 12. 23. vsque 28. & non quam eris securior, quam dum de tua magis timueris infirmitate. ibid. num. 2. 19.

XXXII. *Ne timeas Maria.* Sibi timet cauetque Virgo à Angelo, & tu vir n. n. tibi cauebis à feminâ, & tu femina à viro? hom. 36. num. 16. vsque 19. Teneo timere & vitare pericula. ibid. num. 19. 20. & nisi fueris non es absolendus. ibid. n. 21. vt clarè testari sunt duo sancti Anacher. ibid. n. 26. 27.

XXXIII. *Ne timeas Maria.* Vt illum sedaret, nomine compellat proprio, q. d. si te vocem gratiâ plenam, & gratiosam, non venit ex tui nominis ignorantia, illud quippe optimè nouimus in cælo, tibi que dicit Deus melius quam Moyse: *Noni te ex nomine.* hom. 16. n. 17. Atq. e idcirco te nomine Maria compello, dicoque ne timeas uiam considerans exiguitatem: nec enim spiritus suum sui, erbit, qui te velim ad anagnoniam prouocare, sed humilitatis: vnde fateer

& protestor hæc omnia donum esse Dei: *Inuenisti enim gratiam apud Deum:* ab ipso quippe est omnè bonum quod possides, & nequaquam tuum: *Qui das velle & perseuere.* Et hæc erat Virginis consideratio quâ perpetuam sibi conseruauit humilitatem. hom. 30. num. 6. 4.

XXXIV. *Eccc concipies in utero.* Transit Angelus ad secundum, agere namque debet vt expetitus nuntius, reddere nimirum Virginem docilem, exponens illi nuntium quod ferebat, vnde cum illam securam reddidisset, incipit declarare, dicens: *Eccc concipies in utero.* Explicat autem mysterium perficiendum verbis adeo præclaris vt omnes euertat hæreses postmodum oritur: dicens etenim: *Concipies in utero & paries,* destituit hæresim Manichæorum & aliorum, qui negant Christum veram habuisse humanitatem. hom. 25. numer. 21. & aliorum quoque qui dixerunt, Virginem non fuisse veram Dei matrem: si namque illum in utero concepit atque ex eo peperit, indubiè mater eius erat futura.

XXXV. *Hic erit magnus, & filius Altissimi vocabitur.* Duo complectitur, esse paruum & esse magnum: quia filius tuus erit, & filius Dei, & ipse qui natus est Deus ab æterno, nascetur de te homo: itaque . lius erit Patris sine matre & matris absque Patre. hom. 11. n. 18. 19.

XXXVI. *Filius Altissimi vocabitur.* Fiet mysterium illud de quo Iob: *Qui commouet terram de loco suo.* hom. 11. num. 16.

XXXVII. *Filius Altissimi vocabitur.* Perficietur vno illa obstupenda infirmitatis humanae & naturæ diuinæ in vnâ persona, quâ de causâ vocabitur *Admirabilis.* hom. 2. n. 21. Cuius figura fuit rubus Moyse non paruo cum stupore. h. 36. n. 2.

XXXVIII. *Et regnabit in domo Iacob, &c. & regnabit non erit finis.* Regnabit in domo Iacob, in est Ecclesiâ suâ, non sicut Reges terræ, quorum regnum consistit in facultatibus acceptis à subditis suis, in quibus suam fundant Maiestatem. hom. 41. num. 59. vsque 62. sed in illa regnabit vt sol in adamantibus. ibid. num. 62. vsque 65.

XXXIX. *Regni eius non erit finis.* Erit Regnum eius æternum: quia Rex est de quo dictum est, quod regnatus sit cum iustitia: hæc etenim regna conseruat, quæ propter peccata destruntur. hom. 17. n. 23. 24. Et sic patet in Moyse & Iosia. ho. 28. n. 12. & vidimus in Republicâ Indæorum: vnde namque sibi regnum stabilire conati sunt æternum, illud inde perdidierunt. h. 39. n. 18. vsque 26.

XL. *Quomodo fiet istud?* Iam est Virgo purissima summe atenta, & etiam edocta circa id quod Angelus intendebat, & facere poterat: quocirca loquitur Virgo nouens difficultatem: *Quomodo fiet istud?*

Etenim tota huius mysterij difficultas consistebat in illo *Quomodo fiat istud*. hom. 36. n. 2. 3.

XLII. *Quomodo fiat istud: quoniam virum. &c.* Emiserat Virgo castissima votum virginittatis & hoc non permitttere videbatur conceptum in utero: quocirca sic obiicit: *Quomodo fiat istud sine offensa Dei* cui meam obtuli virginittatem? Ut video iam Virgo verbasumit; quæ filius suus dicturus erat ipso momento suæ conceptionis, voto se obligans obedientiæ æternæ suo Patri: *In capite libri scriptum est de me, ut faciam voluntatem tuam*. Hoc statuendum est: *In capite libri*: quod voto virginittatis emisso non debeam derogare: nihil tenim acceptum Deo quod legi suæ diuinae refragatur: quocirca teneor seruare promissum. hom. 23. num. 53. 54.

XLIII. *Quomodo fiat istud: quoniam virum. &c.* Expendit mellissimus Bernardus. quod virgo cœlestis tan- toperò gemmam illam pretiosam diligeret virginittatis: ut meo iudicio eligeret potius non esse se matrem Dei, quam non esse virginem. Virginittas virtus est Angelica, & quæ homini magis communicat naturam Angelicam: ynde ab Angelis tantum amatur quantum à dæmonibus odio habetur. h. 18. n. 44. vide Indicem verbo *Virginittas*.

XLIII. *Spiritus S. superueniet in te*. Conatur illi Angelus persuadere mysterium, aueruens difficultatem. q. d. Domina, nihil vult Deus in tuæ virginittatis castissimæ detrimentum, sicut nec vnquam aliquid voluit cum iniuria & damno tertij. hom. 23. num. 55. quocirca non fiet cum iactura illibata: tuæ virginittatis: hanc potius in te Deus sanctam rectamque vult conseruari: hæc etenim ea est, quæ maximè conuenit corporis & sanguinis puritati, quem ex te suscipiet, ut mundum purum quæ offerat sacrificium. ho. 24. num. 5. & seqq.

XLIV. *Spiritus S. superueniet in te*. Opus hoc iam perficiendum signatum est per illud Ezechielis de porta clausa nec enim vili hic interueniet opera. h. 15. n. 6. 7. hom. 41. n. 10.

XLV. *Spiritus S. superueniet in te*. Opus hoc est amoris diuini: & quia tale est, Spiritus S. hoc operabitur, ut nulla alia manus accedat: quasi gnis faciendo ex are tuo purissimi sanguinis serpente in aneum, ut in remedium erigatur eorum quos serpentes morderunt. hom. 15. num. 10.

XLVI. *Spiritus S. &c. Obumbrabit tibi*. Primò, obumbrabit, hoc est ne appropinquet ardor carnalis concupiscentiæ. Secundo, obumbrabit, vmbra extendet, id est humanitatem, quæ sol hic contegatur, insigniori mysterio, quam Sancta Sanctærum velo. hom. 11. num. 17.

XLVII. *Quod enim in te nascetur sanctum*. Verba sunt hæc valde præclara, quibus exponitur sanctitas

puritasque Christi. hom. 14. num. 7. & 12. hom. 39. num. 4. ho. 42. n. 14. Eius symbolum fuit massa à Daniele vate composita, quæ draco ditamparatur. hom. 41. num. 15. Et sicut fermentum cui se Christus comparat. hom. 41. num. 68.

XLVIII. *Quod nascetur ex te sanctum vocatur filius Dei*. Torus sanctus, vique qui fundaturus est in Rempublicam Sanctorum. hom. 34. num. 14. & liberrimè se posset inscribere filium Dei, & per consequens furus erat impecabilis. ibid. n. 16. 7.

XLIX. *Et ecce Elizabeth cognata tua*. Non attigit hoc Angelus, quasi in virgine fidelissima quædam fuisset incredulitas: quinimo fidei fuit integritas, de quâ potissimum illum deprecatur cognata eius Elizabeth. Fides in ea erat tanta, ut super illam fuerat potuerit summum hoc miraculum. h. 27. n. 36. sed hoc addit ad particularem virginis consolationem, & creationem, quæ demulceretur intelligens cœlestis suæ optatæ fecunditatis felicitatem: & indubie miracula ad miracula disponunt viamque sternunt. ibid. num. 79. Et ita Christus processit, gradus faciendo et minoribus ad alia maiora. ibid. num. 80.

L. *Ecce ancilla Domini*. Nulla creatura humilior de se ipsa sensit quam virgo sacratissima in hac occasione: tanta eius humilitas, ut omnium simul creaturarum humilitatem anteverteret: quia in domino Dei, pari passu procedunt, Deus te exaltat & tu te humiliat: & quandoquædem illam Deus ad superueniendum euerit altitudinem nempe matris suæ dignitatem, intelligendum est quod ipsa se ad infimam deprecabitur humilitatem quam quis sibi posset imaginari: namque ipsa confessæ est S. Elizabeth Regine Hungaricæ. hom. 21. n. 40. Vide Dom. 16. post Pentecost. illa verba: *Qui se humiliat, exaltabitur*.

LI. *Ecce ancilla Domini*. Ne tibi persisteret hæc verba simplicita tantum fuisse consentum Virginis ad actum planè heroicum tanti meriti ut omnium Sanctorum merita præcesserit, dum Deo suam sacrificium voluntatem animam, corpus & personam, ut de qua quodcumque vellent, disponderet, multo perfectius contra omnem comparationem quam vnquam Abrahamus, quando filium suum obtulit, quod Deus tanti fecerit illo tam excellenti facinore. ho. 21. n. 72. Fugit hoc voluntatis sacrificium, quo se Deo Virgo consecravit, adeo excellens, ut post filij sui in geniti sacrificium fuerit eminentissimum & gratissimum: quia tunc de illa tolerandum decerneret, licet fuisset in eis adeo præclaris, qualia præcepit Abrahamus, & in eis omnibus, quæ postmodum omnes passi sunt Mariæ: es tunc tam insigni & heroico affectu, ut tantum, imò quæ meruerit hæc solâ suæ voluntatis resignatione, quam illi operibus & exercitiis. Quod si Abrahamus illo alio

mererit, vt Deus suum illi ex familiâ eius filium offerret, & diceretur esseque filius Abraham; multo magis meruit Virgo videlicet, vt ex ipsâ carnem sumeret, eo plane modo quo cantat Ecclesia: *Domnum unicum meruisti portare.* Et iterum: *que digna meruisti concipere &c.* Ecce nuncquare Deus Virginis postulauerit consensum, nempe vt daret illi filium suum eodem modo & mensurâ, quâ ipsa Deo cor suum resignaret: per quod, cum esset hoc opus summæ misericordiz, quantum scio, dare huic voluit velamen iustitiæ, hoc meritis adscribens Virginis: in quo se Deus ostendit perfectè liberalem summo Virgine honore asserens, totum illud cœlestis Incarnationis suæ mysterium eius imputans meritis. Sapit hic discursus ingenium D. Chrysol. h. 25. n. 45. vsq; 50. Itaque sicut Rebecca suum dante consensum, dixerunt ei parentes: *Crista in mille millia, & semen tuum, &c.* Ita quia suum Virgo Deo consecrauit, exaltata fuit super omnes choros Angelorum, qui sunt hæc *milia millium* Danielis, dum illi filius datur idem qui Dei filius est.

IN FESTO S. MARCI  
EVANGELISTÆ.

**I.** *Post hæc designauit Dominus & alios septuaginta duos.* Luc. 10. Vt Christus venit animas lucraturus, cuiusque exercitus essent; radicatores. h. 40. n. 14. Ad hoc elegit vt Principes & duces ipsos Apostolos: vt autem essent aliqui adiutores eorum, præterea elegit septuaginta duos discipulos: erant etenim multa lapides elaborandi, vnde plures requirerant lapidarios, sicut ad templum Salomons. hom. 1. n. 2.

**II.** *Designauit Dominus.* Vocat illum Euangelista hæc epipheto Dominus, quo raro vaide vitur, nam in hocse Christus verè esse Dominum ostendit, dum eligit ad se in se min Reetium populam adeo vilem, ignorantem & stupidam, ipsos efficiens doctos adeo & potentes, vt totam vicerint mundi sapientiam & potentiam, sicut fuit victoria David, prima in fundâ & lapide: quamvis postmodum velit sint ministri sui sapientes, sed nunquam tantâ pollebunt scientiâ vt ad illam accesserant, quâ primis illis infudit. h. 29. n. 12. 13.

**III.** *Designauit Dominus.* Clarè demonstrat se Dominus omnium potentem, quandoquidem ad illuminationem mundi inuicem hoc de terra factum colligat ex maris munitis sordibus, saluam illi salutem suam ac gratis apponens. h. 30. n. 43. vsque 48.

**IV.** *Designauit Dominus.* Iple illos designauit, vt essent legati sui: primo, vt per hoc in honore haberetur. Secundo: vt verbum eius prædicarent, & non proprias inuentiones. hom. 29. num. 40. 41. Tertio: vt effectum notantes quem operabantur, non sibi eum

adscriberent, non suis manibus cum Saul, sed Dei cura Dauid. ibid. n. 46. 47.

**V.** *Designauit Dominus.* Venit in mundum animas saluaturus, vulgoque vt in hoc ministerio omnes ei Regni sui subditi cooperentur. hom. 22. n. 2. Nec hoc illi satis est, sed insuper iubet, vt sui primates & amici, ipsi sint qui datâ operâ huic incumbant officio: quia sicut illis in gloria locum daturus est primum, ita munus illis inungit quod dignius meretur præmium nempe animarum lucrum. hom. 22. n. 53. Minimam enim earum pluris facit, quàm Rex principalem Regni sui ciuitatem. hom. 20. n. 2. 3.

**VI.** *Missi illos binos.* An illi facilius non fuisset Angelos destinare: sufficeret enim vnus: nam vnicus vnica sub nocte centum octoginta quinque millia milium occidit de exercitu Regis Sennacherib: Non nisi homines vult; vt illi sint magistri visibiles, & omnis deceptionis expertes. ho. 14. n. 13. Vide dicta in festo Ascens. ad illud: *Euntes, prædicate Euangelium.* Et Dom. SS. Trinitatis ad illud: *Docete omnes gentes.*

**VII.** *Dicebat illis: messis quidem multa, operarij autem pauci.* Rogate ergo Dominum messis, &c. Quis vidit vnquam vt Dominus messis rogetur, quatenus messores mittat? Ipse sollicitam eius suscipit curam, quandoquidem eius sit proventus. Signare hoc Dominus voluit, quod in omnibus, quæ bene facimus, atque in illuminatione & saluatione, ipse nullum referat lucrum, nec utilitatem, sed totum spectet ad ipsam messem. ho. 17. n. 34.

**VIII.** *Rogate Dominum messis.* Non est Deus qualis tu qui messem metis & colligis tibi ad proventum, ipse namque nihil lucratur quantumuis bonus sis, nec perdit, quantumuis malus sis, hoc etenim in dicitur Apofel. recensit peccatoribus mundi nequissimis: *Qui est benedictus in sacula.* hom. 42. numer. 45. Nec Regnum eius subditorum sulcitur facultatibus, sicut Regum terrenorum. h. 41. n. 39. sed est Thronus eius sicut sol totus in tuum commodum. ibid. n. 62. Quocirca illum teneris rogare vt suas tibi tribuat gratias, dona largiantur, & mittat operarios in messem tuam; intelligendo in hoc messis consistere beatitudinem, sicut & tua est quod tibi miserit operarios, qui te vocent & stant in Ecclesia. ho. 17. n. 14. 15.

**IX.** *Vt mittat operarios.* Quam congruum imponit nomen ministris: *operarios*, qui viribus polleant, nec sint effeminati, vt dixit apud Ezechielem. hom. 10. numer. 41.

**X.** *Mittat operarios.* Et non sabulatores vult Deus; vt facete dicit D. F. Egidius. hom. 14. numer. 6. Et hoc à discipulo suo Paulus exposcit: *Exhibens se ipsum operarium inconsultabilem,* hom. 10. numer. 33. hom. 29. numer. 12.

**XI.** *Mittat operarios.* Ecce in quem finem eligat Prælatos,



INDEX CONCIONATORIUS

Prælatos, non vt otiosi sedeant, sed vt laborent stritam reddituri rationem. hom. 15. numer. 33. Atque idem Prælaturas prudentiores fugiunt. ibid. numer. 37. vique 43.

XII. *Eccc ego mitto vos.* Domine, numquid expediret Angelos mitti, vel saltem sapientes, vel potentes? Vide dicta in Festo Ascens. ad illud: *Euntes in mundum vniuersum &c.* Et in Festo SS. Trinitatis ad illud: *Euntes docete, &c.*

XIII. *Mitto vos sicut agnos inter lupos.* Domine, quod hoc aliud est, quam illos occidere, sicut qui ouem tradit lupis. Honoro mysterium. Indicare vult opus conuictionis mundi per prædicationem Euangelij: ait illis Christus: *Sicut misit me Pater, & ego mitto vos.* Misit illum Pater vt mundum occuparet, quem tyrannicè diabolus possidebat, & eius manibus extorqueret. Quibus illum armis instruxit: illis quæ per Dauidem reperiuntur: *Corpus apasti mihi.* Non illum munuit æneo & imperio thorace; sed corpore particulariter eo sine forma o, vt in illo pateretur: hic etenim sensus est huius: *Corpus apasti mihi.* hom. 25. n. 21. ho. 42. n. 49. Venit vt agnus nec aperuit os suum ori luporum iniectus. Per hoc diabolus de mundo eiecit, illumque Deo lucratus est: hoc etenim indicatur in illo tenerissimo ligni vermiculo: nam in maxima sua infirmitate & man. uetudine summam abscondit Dei fortitudinem. h. 41. n. 88. & seqq. Eodem modo ego vos mitto, perliens illud de septem pastoribus & octo Christi, quibus mundus erat euincendus. ibid. n. 91. 92. h. 22. n. 31.

XIV. *Eccc ego mitto vos, sicut agnos.* Hæc est diuina sapientia potentia, moriendo triumphare, & per infirmam infirmitatem & mortis tolerantiam maximam mundi fortitudinem saltumque superare: sic enim pro more habet Deus, vt brachij sui prodat fortitudinem. h. 25. n. 14.

XV. *Eccc ego mitto vos, sicut agnos inter lupos.* Instituit Deus caelo soloque munda spectacula: vnde ex parte sua bellatores inducit flaccidos, & infirmitatem; referentes vt tanto clariùs pateat diuina potentia fortitudinis. h. 4. n. 29. h. 36. n. 5. & seqq.

XVI. *Eccc ego mitto vos.* Hortatur ipsos vt animo reuoluant quod ipse sit qui mittat illos, vt omnem eis ad mat. formidinem: certum etenim est, quod illos tribulationibus exponens, non desereret, vt facit mundus caro & diabolus. h. 4. n. 46. & seqq.

XVII. *Eccc ego mitto vos, sicut agnos.* Ne timueritis quia iudicatis vos ire merces: cum enim vos ego mittam, vobis. um. congradier, sicut quando mittit Moysen, non illum inhdus deseruit, sed illi asseueranter ait: *Ego ero tecum.* Vide dicta in festo SS. Trinitatis ad illud: *Eccc ego vobiscum sum,* & in festo S. Martini ad illud: *Tollite iugum uestrum.*

XVIII. *Eccc ego mitto vos sicut oues.* Domine, sicut oues excipis amicos, tam flocci pendens eorum vitam? Imò idcirco; quia quos diligit, premit aduertatibus, & hoc est amois iudicium. hom. 31. numer. 21. Et amicis inimicioribus tribulationes mittit acerbiore. ibid. numer. 23. hæc etenim sunt talenta opulentiora ad lucrandum. ibid. n. 27.

XIX. *Eccc ego mitto vos.* Ite omnemque procul morem abiicite; & hoc seruum Dei decet, qui dum secum habet auxilium: nam sicut illi, qui caret, sufficit mulca à qua occidatur, sic qui hoc facit tantas comparat sibi vites, vt de diatonibus triumphet. hom. 5. n. 18.

XX. *Eccc ego mitto vos.* Domine, nonne multos nos mouisti, vt vitæ pericula? Sic est, & tenet illa declinare. hom. 36. n. 14. vique 29. Verum cum Deus illis exponit, non est quod timeas, ipse namque te liberabit. hom. 5. n. 14. 15.

XXI. *Eccc ego mitto vos.* Hæc Dei est erga homines misericordia. Excellens longe o, ut est, maiore ratio quam eius lem creatid. ho. 25. n. 4. In hoc nullus operam voluit: ad illam autem hominum primum admittit volu que adiutricem, sic etenim lupus ter ordinant: *In gloriam nostram,* testante D. Pauli vt dicere nobis liceat: *Dei adiutores sumus.* Hoc enim adhibemus liberalitati, nam vt honorem assequemur, ille ipse nobis media tribuit, & vult vt sumus illi, qui hoc facimus; vt non solum totum in nos dundet commodum. hom. 17. numer. 35. sed magnam etiam honoris partem assequamur; vt fecit Adama. hom. 25. n. 45. & seqq.

XXII. *Eccc ego mitto vos, sicut agnos inter lupos.* Domine, mortem videris tuorum optare. Vide etiam in festo S. Stephani ad illud: *Eccc ego mitto ad vos.*

XXIII. *Nolite portare sacculum.* Vult Dominus huic tantum incumbant, ceterorum omnium. An ergo Domine solliciti esse non possunt, vt fecerit panis frustum in pera deferant? Nihil oram. ubi bitanter enim, cum illos ego mittam, in hunc se uuant, illis de necessariis providebo; nam hoc agitur serio Deus, vt peram ferentem puniat, qui se cum sequio consecrauerat, vt Ananiam & Moysen. ho. 25. n. 8. & seqq. Seruientibus Deo non deficit aliquid; nec enim eos vt diabolus, mundus, & caro, deserit desituros. ibid. n. 12. vique 16.

XXIV. *Nolite portare sacculum.* Ad diuinam spectant providentiam; illis quos mittit ad obsequium. ministrare necessaria, & sibi vertit ignominiam in qua illi diffidat. h. 27. n. 16. vique 24.

XXV. *Nolite portare sacculum.* Hæc est illa flatorum tabula, quæ sequi tenentur illi quos mittit. adeo conspicua potestate faciendi miracula vt ea non mediam sibi conciliant auctoritatem. Non

esse est ista temperant in Prælati & Dei ministri. hom. 16. numero. 25. vsque 28. Sicut etiam ipsi in iunxit. ne de studiis essent solliciti, quod ipse illis sapientiam esset infusus & modò studia recedantur, & Prælati ac Prædicatores tenentur se præparare. h. 29. n. 12. vsq. 15.

XXVI. *Neminem per viam salutaveritis.* Nihil illis permittit, quò vel momento temporis retrahantur à cogitatione salutis animarum: & sæpius distrahunt sal. rationes & superflua vrbantates: quos deceret omittere quando in Ecclesia de salute animarum tux incipit tractare. h. 31. n. 60.

XXVII. *In quacumque domum intraveritis, primam dicite: Pax huic Domini.* Vbi cumque ingressi fueritis, & gratia Evangelij pacem promittite: nam ibi verum vera est: etenim vbi peccatum est poena toleratur suscipi. h. 37. n. 47. vsque 51. Et peccatores tormenta sustinent inferni bello & perpetuis rixis prave conscientie. ibid. n. 55. vsq. 56.

XXVIII. *Dicite pax huic domui.* Hæc igitur vera pax est quæ gaudet oves Dei. h. 37. n. 57. vsque 67.

XXIX. *Dicite pax huic domui.* Hic utique verà quis pace fruitur: cum enim lex Evangelij crucem comprehendat consolationem adfert ad eò pacificam, qualem testatur est Ananias, & exposuit D. Bern. h. 30. n. 48. Vnde D. Paulus ridebat illos qui credebant eum crucis tormenta sustinere, cum oppositum esset verum Discursus nitibilis h. 37. n. 63.

XXX. *Curate infirmos qui in illa sunt.* Ecce qualem illi tribuit potestatem: etenim vult Deus ministros suos honorari. h. 41. n. 44, 45. Sic enim commodo conuenit ipsorum hominum atque idcirco non illis pecuniam tradidit, quæ est huius mundi substantia, sed potestatem signa faciendi prodigiosa. h. 16. n. 27. Et hæc miracula, ea erant quæ prædicationi conducebant. Evangelij, non qualia petebant Pharisei tantum in aere apparentia. h. 8. n. 39. Sed illa corporibus & animabus proficiebant, qualia Christus Dominus noster faciebat. ibid. n. 41. Et talia esse debent tua ibid. n. 44. vsque 47.

XXXI. *Edentes & bibentes quæ apud illos sunt.* Dig- nitas enim &c. Teneris, inquit Apostolus, subsidia accurrere corporalibus, cum ipsi spiritualia offerant, eosque laetare excipere. hom. 38. n. 8.

XXXII. *Edentes & bibentes quæ apud illos sunt.* Sufficiant tibi esus & potus, quibus ipsi vescuntur, nec epulas dapesque exigas op paras: nec has quidem oportet te acceptare, ut per hoc maiorem tibi comparas auctoritatem. h. 38. n. 10. 11.

XXXIII. *Dicite: appropinquans regnum celo- rum.* Hæc læta mundo renuntiate. Veniebat Dei filius desiderans in eo nouum publicare testamentum, quod in se legatum continet regni celorum, quod nunquam mundus audierat. ho. 41. n. 77. Tantum-  
Hieron., Bapt. de Lanna, Tom. 1.

que erat eius desiderium, ut ad eius confirmationem dicatur: *Eructabat abscondita à constitutione mundi:* quamuis enim videatur verbum esse indecorum, & ructare, appositè tamen rem significat: vnde non illi satis fuit illud publicare, sed etiam alios misit qui pariter plenis buccis illud publicarent. ibidem innumeris, 80. vsque 84.

## IN FESTO SS. APOSTOLORVM

PHILIPPI ET IACOBI.

I. *Non turbetur cor vestrum neque formidet.* Ion. 14. Est hoc Evangelium pars quædam illius conuersionis quam habuit Dominus in cæna mortique proximus, Apostolos suos adhortatus, quibus aduersitates prædicationis, quas eius gratia essent toleraturi, & pro prædicatione Evangelij quod illis commendauerat: erant etenim exercitus illius duces antesignani: talibus autem nihil sic opus est ac fortitudine animique robore, quo timorem cordis expellant: nam tales quærit milites Deus, qui præcipit neformidosos sub vexillo suo admittant: timor etenim multorum est causa & origo malorum. ho. 43. n. 33.

II. *Non turbetur cor vestrum, neque formidet.* Vult Deus cor impavidum ad ea quæ spectant eius obsequium non minus quam mundani habent ad ea quæ mundi sunt & carnis hic etenim vocatur à Propheta: *Spiritus robustorum*, quem non perterreat iacturæ temporales. ho. 38. n. 48. 49. Et dolendum est videre quam cor tuum parum timeat ad ardua mundi, & quantum formidet ad Dei famulatum. ho. 1. n. 17.

III. *Non turbetur cor vestrum.* Non hæret hic Christus illa simpliciter dicendo sed rationes addit efficacissimas, quibus corcorum & animum corroboret, omnem mundanam procul abigens formidinem. Prima sit. *Creditis in Deum & in me credite* quibus verbis primo indicat se verum esse Deum, ipsamque Dei habere potentiam, quia alius verum non esset: si Deo fidei- ditis, & mihi fidei: quod ei conuenit rationi, quæ suam in læis prodidit diuinitatem, dicens quod oves si æ quandoquidem essent securæ in manu. Patris sui, etiam in suis essent manibus. ho. 37. n. 76.

IV. *Creditis in Deum & in me credite.* Ecce non leue securitatis fundamentum, in me fiduciam vestram prouocando qui Deus sum, mihi crede, sicut iustum est Deo vos credere qui suis de omnibus prouidet necessariis, sic ut strom achetur, quod seruientes illi. diffident nimis anxii, ut ostendit in Anania & Moyse. h. 27. n. 8. & sequentibus.

V. *In me credite.* Cum Deus sim, & videam ac visurus sim vestras tribulationes, mihi fidei, quod

ego vos non derelinquam. Vide dicta in Festo Sancto Matthiae ad illud *Tolle iugum meum.*

VI. *In domo Patris mei mansiones multae sunt.* Secunda ratio profertur, adhortationis. Oculos vestros in regnum meum conuertite, ad quod elegi vos; quod si namque regnum in somnis exhibitum potuit animare Ioseph, quanto magis vos Regnum ita verum: hom. 21. num. 3.

VII. *In domo Patris mei.* Nihil sic in periculis timorem expellit, & animat ad eorum tolerantiam ut spes praemij, & ciuitatis vnus acquirenda possessio: quanto magis excitabit aeterni praemij consideratio: hom. 11. num. 4. vsque 14. & hom. 12. num. 7. vsque 13. Et consulerem ut etiam tu mundi negotiis immerfus aliquoties oculos ad mansiones illas attolleret caelestes, te piscem esse ostendens alatum h. 11. n. 13.

VIII. *In domo Patris mei mansiones multae sunt.* Status erunt gloriae maiores & miuores: quidam enim alios praecellent conormiter tribulationibus grauioribus vel leuioribus quas passi fuerint: atque idcirco Sancti molestius vexari trucidioribus alacriores excitantur. homil. 15. no. 14. 15. Et quando poena sunt acerbiores quos patiuntur, maioris gloriae spes crescit emuentior. hom. 32. num. 23. Vade in aduersitatibus grauioribus robur tibi fumendum maius & alacritas: sunt etenim haec talenta ad lucrandum aptissima. ibid. num. 27.

IX. *Vado parare vobis locum.* Tertia ratio sit: ut vos de absentia sua consoletur, & ostendat, quod quidquid agit in eorum fiat salutem si conceptus fuerit, si natus si mortuus, si resurrexerit, si ad caelos tendat totum nobis proficit: nam idcirco horatur Propheta Hierusalem, ut gaudio tripudiet: *Quia veniet tibi.* hom. 41. num. 59.

X. *Vbi ego sum & vos scitis.* Quartam cape rationem qua discipulos demulcet & exhortatur: nimirum quod per has tribulationes eo ventus sit vbi ego sum, id est ad statum gloriae, quo Christus iam in anima fruebatur. Insignis praerogativa, cum Christo esse, quod ipse testatur. *Vbi edatis & bibatis super mensam meam & sedatis,* &c. h. 12. n. 39. & dum cum illo fueris eris etiam cum Regina caelorum, & virorum illorum eminentium societate. ibid. n. 41.

XI. *Quo ego vado scitis, & vitam scitis.* Audi quantam levamus rationem. Iam scitis quo tendamus, & qua via, & hoc vos taborare debet: cum non oporteat ut seruus meliori gaudeat fortuna, quam Dominus, & propterea Christus toties haec verba repetit ut ea capias tuoque concludas intellectu. h. 15. n. 10. vsque 14. & circinum applices. Episcopi Sancti Rudolphi. ibidem num. 24.

XII. *Et vitam scitis.* Hoc te quoque solati debet, si tibi persuaseris quod per illam ad portum tendas

securum, valde differenter a mundanis, si namque non sciunt quo vadant, sed se moveri sicut cum Prodigio a suis passionibus. hom. 18. num. 25. vsque 28.

XIII. *Ego sum via.* O quantum beneficium: quod cum tanta sint pericula evitandi, ipse veniat, & nobis viam statuat iuxta sponse suae desiderium. hom. 14. num. 7. Quo possemus tunc ad vrbem proficisci quam Angelus ostendit Ebrae, cuius iter est argutum. Perpende an non Christus in cruce conuersatus hom. 33. num. 40.

XIV. *Ego sum via.* Ecce cur dicat Apostolus via ad caelum esse viuentem: *Viam viuentem,* quia Christus est, qui est via viuentis. Quanta tu requie gauderes, si ea ipsa via per quam ingrederis, non tibi molesteret, sibi que totum pondus imponeret, & illud eodem moleltum & intolerabile: Tantum est enim tuorum pondus, ut illud omnis creatura non possit tolerare. h. 25. n. 31. vsque 34. Ad hoc via ipsum sibi imponit, quia Christus tua in se suscepit peccata: nam idcirco per camelum significatur. h. 26. n. 49. Et hoc ostendit Magdalena retro stans ad humeros illius. h. 38. n. 52. 53. h. 42. n. 14. Et hinc processit eius agonia mortalis. ibid. num. 103. vsque 107.

XV. *Ego sum via.* Est via viuentis: etenim non tantum onus tuum tollit, sed etiam te corroborat sua gratia: tantum namque est bonum ipsa gloria, ut ad illam non posses accedere, nec quidem eam capere, si ille sua te virtute minimè sustinet, ita ut nihil de illo dici possit, quam de Elia, quod curru si auriga; curru qui tollit onera, & auriga qui ducit. hom. 33. num. 39. & seqq.

XVI. *Veritas.* Audis hic nomen altius, quo se Christus appellat, indicans: quod cum via sit, & finiter veritas per eam oporteat ut ad caelum perueniat directe oppositus his qui ad infernum deducuntur: aut ei fraudum & mendaciorum. h. 37. n. 34.

XVII. *Veritas.* Si Christus via est & veritas, & tantum ad caelum peruenit illam aditendo, & imitare potes te aberraturum, cum tam parum tu dominum tuum admittas veritatem ut illam praeteras in platea prostratam. hom. 34. num. 41. Et conuertaris versus in eum qui illam tibi predicat sincere & caritate: & multo magis timendum est de peccatoribus qui adhuc minus illam admittunt. ibid. num. 43. Veritas admodum aliena est a palatiis aulisque Principum. hom. 43. num. 36.

XVIII. *Et vita.* Addece quod Deus sit tibi, & anima tua, unde sine illa, mortua est. h. 13. n. 7. 8. Vnde dicta Dom. 12. post Pentad illud: *Seminis relinque.*

XIX. *Et vita.* Christus vita est, absque illo namque omnia mors sunt, & hinc concludes optatum animae sortem eam esse, si Deum habeat secum, quatenus vivat; sicut summa eiusdem est calamus. h. 12. n. 10.

Domini ille verus Deus illi deficiat: & ita iudicantur hae Israelitae. h. 13. n. 17. Huius aliquid nos docuerunt Gentiles, eo quod de Diis suis censuerunt. ibid. n. 17. & Jacob lacrymis suis ibid. n. 20. vsque 25.

XX. Nemo venit ad Patrem nisi per me. Nemo poterat celos sine scala conscendere: hanc autem Christus est: per hanc ascendunt Angeli ad Deum illi inuicem: quia omnium ascensus eius meritis innititur. hom. 6. num. 3.

XXI. Nemo venit ad Patrem nisi per me. Ipse mediator est qui pacem omnium cum Patre componit, à Iob desideratus h. 16. n. 5. vsque 8. Et quotquot vires exeruntur ut ad Patrem, atque ad gloriam accedamus, ab illo oriuntur. De cuius plenitudine omnes accepimus gratiam pro gratia. hom. 33. num. 17. & 47.

XXII. Nemo venit ad Patrem nisi per me. Nullum est medium quo ad Patrem perueniamus, nisi quatenus ad illum perueniamus, nobis reliquit Thijmiana compositionem efficacissimam, quatenus Deus nos ad eum accedentes recusat. hom. 42. num. 19. vsque 24.

XXIII. Si cognouissetis me, & Patrem meum visistis cognouissetis. Duas complectitur Christus figuras, ynam Patris, & matris alteram. Si cognouissetis in me figuram Patris mei cognouissetis per eam & ipsum Patrem, quia expressa est eius figura. h. 11. n. 18. 19.

XXIV. Si cognouissetis me. Filij sunt velut facies patrum, per quos cognoscuntur, vnde viso filio, patrem cognoscit h. 23. n. 7. 8. & ratione singulari dicitur Christus vultus Patris; vnde vocatur: Facies Dei vultus Dei. h. 12. n. 11. & particulariter à D. Paulo vocatur: Splendor gloriae Patris & figura. hom. 33. num. 3. 4.

XXV. Philippe qui videt me videt & Patrem. Hoc et precedat requiritur si namque sit figura eius vna, & propria facies, quicumque illam videt, videt & Patrem. Vnum sunt, vna vita, vna substantia, vna potestas, & dicere potest: Ego & Pater vnum sumus. Verba haec praedicta continent mysteria. hom. 37. nu. 76. vsque 78.

XXVI. Ego in Patre & Pater in me est. Hoc loquendo modo significat aequalitatem filij cum Patre secundum diuinitatem, quod bene declarauit D. Amphiloctus Episcopus. h. 34. nu. 62. Et si hic sit in Patre, Pater est in ipso, sicut etiam expressit David: quod si filius resideat ad dexteram Patris, etiam Pater est ad dexteram filij. hom. 37. num. 77.

XXVII. Amen dico vobis, qui credit in me, opera quae ego facio, & ipse faciet. Fides fundamentum est & basis miraculorum, & tantum efficit, quantum sua vnitatem securam est excitatae fiduciam. h. 27. nu. 32. vsque 40. Et quia in nobis infirmatur, ideo tam pauca operantur mirabilia. ibid. num. 40. vsque 45.

XXVIII. Si quis petierit Patrem, Audi nunc vltimum quo Apollolos exhortetur omnemque expellat

metum: orationem in illis relinquit velut clauem thesaurorum Dei ad quaelibet occurrentia pericula, & necessitates: & quasi scedulam candidam tradit manu sua sub signatam: In nomine meo. h. 9. n. 4. vsque 8. Vnde dicta Dom. 5. post Pascha ad eadem verba: Si quis petierit Patrem, &c. & Feria 2. Rogationum: illa namque omnia hic conueniunt.

IN FESTO INVENTIONIS S. CRVCIS PRÆTER HOM. L.

I. **E**rat homo ex Pharisaeis Nicodemus nomine. Ioa. 3. Est crucis mysterium, maxime profundum diuinae sapientiae Sacramentum atque adeo arduum persuasum mundo, sicut hoc iudicantur Isaias & D. Paulus. h. 34. num. 2. & 20. h. 42. n. 27. h. 44. n. 25. Voluit hoc Christus indicare Nicodemo Principi Synagoga sub figure serpentis credi in Ithipite. Hac in Euangelio legimus, & disponit Dominus ad hoc alia referens oblitenda, quatenus iis inter se collatis, reddantur creditu faciliora.

II. **E**rat homo ex Pharisaeis, &c. Leute procedit Euangelista, ostendens primò Crucis potentiam: etenim hic Princeps, antequam huius mysterium celebraretur, timidus non audebat confiteri Christum, vnde veniebat ad eum latenter, vmbri noctis contextus sed quam primùm celebratum est crucis mysterium, & Audacter introiit ad Pilatum: etenim erecto hoc vultu tantas acquisiuit vires animique robur ut milites quando ducis eorum labarum expanditur: de quo liceat illud interpretari: Eleua super nos vexillum Crucis tuae. hom. 12. num. 11. hom. 34. num. 1.

III. **S**timus quis à Deo venisti Magister. Nemo enim potest, &c. Secundo: supponit D. Ioan. confessionem huius Principis admirandam, qui se conuictum fateatur ex signis quae norauerat in Christo: non sicut alij Pharisaei: qui ex illis quae videbant, imò maioribus quam quae haecenus Nicodemus viderat, inferebant eum esse Dei inimicum, ut patet in historia Caeci, & iudicabant, propter illa expedire ut occideretur: quocirca David contra ipsos coram Deo expostulat. h. 35. n. 11. 12. vocatque eos arcum prauum, & cum Iacob vasa iniquitatis bellantia. h. 39. n. 8. vsque 13.

IV. **N**emo potest haec signa facere. Construxerat Deus Hierusalem, ut in ea se manifestaret: vnde ibi prodigia non parua operatus est, iuxta illud Psalterij: Deus in domibus eius cognoscetur. hom. 10. num. 2. 3. 4. Et ipsi Iudaei illa cognouerunt, atque ut talia confessi sunt. hom. 29. num. 2. 3. & ad ipsa remissi illos, quando percellati sunt, ut diceret, an ipse esset Christus, & remittens illos ad opera sua: hanc namque sunt quae absque omni fraude restantur arboris, & quamuis

Ioannes de illo testimonium perhibuisset, opera tamen dederunt multo splendidius. h. 33 n. 46. 47.

V. *Nemo potest hac signa facere.* Eadem miracula videbant Pharisæi, non tamen credebant: quia fides bonam requirit in voluntate dispositionem, quam illi non habebant, Nicodemus autem sic; & malicia voluntatis obcecabat eorum intellectum: vnde necesse est vt ipsa ad fidei conseruationem emundetnr. hom. 29. n. 52. vsque 59.

VI. *Scimus, quia à Deo uenisti Magister.* Venit Dei filius sed latenter, & opus erat vt seipsum per miracula reuelaret: sunt etenim illa, per quæ fides assecuratur homilia 10. numero 3. 4. Ea dedit adeo manifesta vt multi illuminarentur, qui cæci erant: probæ generationis talis fuit Nicodemus. Porro alij iustri manserunt obcecati, tam perueritæ naturæ, vt ex ipsa luce caliginem magis obuoluerentur: Tales à Domino vocantur *Generatio mala & peruersa.* hom. 8. numero 16. 17. & Olesas illos vt reprobos repellit. ibid. numero 18. Imò & ipse Christus ostendens frustra cum illis se laborare h. 37. n. 40.

VII. *Amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit denuo.* Instruit Dominus hunc Principem, & vt primum statuit principium, quod ad hominis salutem necessaria est mutatio in nouam creaturam, & nasci cum noua essentia in mundo nouo, nouo aere. Ratio est, quia per primam natiuitatem nascimur filij Adam terreni, terreni, terrenis occupati curis, distracti cogitationibus, terræque miseriarum heredes. Si heredes oportet esse Regni Dei, renasci oportet ex Deo, & cum essentia filiorum Dei. Hoc Christus indicat, illud Nicodemus exponens: *Quid natum est ex carne caro est; & quid natum est ex spiritu, spiritus est.* h. 2. n. 42.

VIII. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu. S.* Admiratur Nicodemus & interrogat: *Quomodo potest homo nasci cum sis senex?* Explicatius loquitur Dominus, docens doctrinam baptismatis, ex quo nascitur homo Filius Dei per gratiam: quæ est participatio quædam diuinæ naturæ in nouo mundo, nempe Ecclesia, cum nouo spiritu, & noua respiratione, scilicet Spiritu S. Mirum est quænam Deus per aquas operetur prodigia homilia 25. numero 61. Atque ex illis aues eduxit per aera volantes in figura baptismi. Ex singulari Dei hoc processit consilio, cum enim nota illi esset nostra locordia, ea quæ necessaria sunt & maximi momenti rebus alligauit valde communibus, & quæ nullo negotio quisque potest inuenire in mundo: sicut corpus suum & sanguinem speciebus panis & vini: rebus ad eum familiaribus: & remissionem peccatorum tuorum verbis oris tui. hom. 19. n. 60. vsque 64. Porta cæli patet in aquis baptismatis, & absolute alligat bona sua tuæ voluntati: nam ea tibi tradit solo tuæ voluntatis ac desiderij pretio. ho. 10.

numero. 37. & optime dixit D. Paul. *Propè est uerbum in ore tuo.* homil. 10. numero 38. homilia 44. no. 41. Merito plangendum, quod etiam ita gratis datur, & rebus affixata facilibus, illa nolint homines; quæ de causa Isaias Deum proponit velut apertum. h. 11. n. 28. Et cum diabolus, mundus, & caro bona sua rebus alligent difficilissimis, illa tamen anheli quærimus. h. 11. n. 73. Bona, quæ sitim non extinguunt. ibid. n. 76. Christi uero vt aqua, adeo sunt obtentu facilia. ibid. n. 77. & bona sunt toto ore talia. ibid. n. 84.

IX. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu.* Venit Christus erecturus Rempub. Sanctam inuanditam in mundo: in qua homines qui uiuunt, esse debent noui homines, cælestes, nouas fouentes cogitationes, intentiones supra mundum & carnem. h. 34. n. 35. Et portam ad hoc instituit baptismum, in quo nascitur homo Filius Dei, & per consequens candidus cæli: hoc enim significat tunc candida hom. 11. n. 60. vsque 14. Er enim hinc disceris o baptizati quales esse debeant cogitationes ueltræ, & quam excellentes intentiones. ibid.

X. *Quomodo possunt hac fieri?* Oblopesce phar. Nicodemus: quamuis enim doctrina fides plena contineat in moribus, tamen etiam necessarium est, vt uolentiora quoque te & admittam doceamus, quæ postea etiam Scraphinos rapere in admirationem. h. 29. n. 11.

XI. *Si terrena dixi uobis, &c.* Hæc hic responsum ad interrogationem: *Quomodo possunt hac fieri?* hoc frequens admodum erat Iudæis: *Quomodo potest caro carnem suam?* Quomodo hic litteras scit? & redolentur insipientes: quia hanc Domini lectionem non capiunt: etenim res fidei hic non possunt comprehendere, nisi namque ea quæ manibus terimus, non capiunt, & cum uemus sit quid adeo commune ut nihil sit in mundo communius; illum tamen sentiens necesse uide ueniat, aut quo uadat nec potes illum comprehendere: quanto minus ea capies quæ totum transolant naturam: per quod arguitur blasphemia. Hypocritæ: & notanda uenit ad rem admirabilis doctrina Augusti ho. 29. n. 59. 60.

XII. *Si terrena dixi uobis.* Hæc sunt noui mundi documenta, hoc superiora, in quo natura operatur. Hæc doctrina separata à communi cursu intellectus. h. 29. n. 6. vsque 10. & requiritur ut intellectus capiat nec uolunt. Ioseph. h. 19. n. 9. 10.

XIII. *Si terrena dixi uobis.* Sunt capilli sponsæ ueluti veluti coruus, illos non licet tibi perscrutari, sed ostendo illos oculis intueri: alioquin excecaberis, nec tibi mandatur ea intelligere, sed credere. ho. 29. n. 34. & homilia 37. numero 7. 8. & ho. 45. n. 7. Atque consilium Spiritus sancti. *Altera te no qualiter* ho. 9. n. 9. vsque 12.

XIV. *Si terrena dixi uobis.* Acquiesce consilio.

*S. Custodi pedem tuum ingrediens domum Domini, & appropinqua ut audias.* Non tibi dicitur ut visum accedat, sed crediturus. hom. 14. n. 10. 11. Idcirco vult Christus ut sui conditiones habeant cuius, quibus Patris vox sufficit. h. 37. n. 24.

*XV. Nemo ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo.* Vtopinor, omnem nobis spem aufert ascensus in caelum, cum inde non descenderimus. Significat, quod descendit de caelo ut eo nos perduceret, & nemo potest ascendere nisi illi adhaerit, ut membra corporis capiti, hom. 15. num. 13. & certo nouimus, nullam aliam futuram viam nobis quam illi. ibid. num. 10. vsque 14.

*XVI. Filius hominis qui est caelo.* Dicit quod iam esset in caelo, quia amodo anima eius erat beata. h. 11. n. 20. Fiebat in eo mysterium aquarum Iordanis ibid. & hom. 42. num. 51. & sublimi declaratur Theologia. ibid. num. 9. vsque 101.

*XVII. Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto.* Habes hic expositum. Cunctis mysterium sub figura serpentis aenei. Serpentes qui mordebant dieb. nuntur dyptales. hom. 19. n. 7. Remedium in eo consistebat quod percussis serpentem aspicerent, atque in eo Crucis mysterium; quod declaratur. hom. 15. num. 10. hom. 30. num. 42.

*XVIII. Sicut Moyses exaltauit Sacramentum Crucis profundissimum est,* eod quod cum crux esset quae nihil in mundo detestabilius, medium sit supremæ Christi exaltationis. Attende illud declaratum in illo serpente, suam etenim exaltationem fundat in ligno. ho. 15. nu. 10. 11. Non hoc intellexerunt quidam Christi cognati, sed exposuit hoc ipsis eleganter. h. 36. n. 18. & ostendit qualiter ex hoc Christus suam probauit omnij. otenant. h. 30. n. 40. 41. 42.

*XIX. Ita exaltari oportet.* Vocat exaltationem suam, suam in cruce suspensionem: quia hæc medium fuit eius exaltationis, & hoc ait D. Bernard. intellexit luto, quando Christum in illa videns credidit quod per illam tenderet ad Regnum suum. h. 44. n. 33.

*XX. Ita exaltari oportet filium hominis.* Non ait, necessarium fuit, sed conueniens: sicut etiam sententia de caelo per os Caiphæ pronuntiata, hoc idem asseruit: *Expedit ut moriatur.* h. 39. n. 33. Et sicut in illa sententia vsus est Spiritus S. verbo passiuo: *Expedit ut moriatur:* sic etiam in eodem vsus est: *Oportet exaltari:* quia exaltatio Christi nostraque salus non consistebat in actione occidendi Christum, sed in voluntate illam patiente, Conceptus hic spirat Theologiam. ibid. num. 34.

*XXI. Oportet exaltari.* Ecce Crucis mysterium quod expedit ut Christus in illa moretur, nobis vitam largiturus & futurus ut granum tritici: *Ut omnis qui credis in ipsum non pereat.* h. 39. n. 35. 36.

*XXII. Oportet exaltari.* Siquidem certum sit quod Deo alia non deessent media ad redemptionem nostram, ita quoque est, hoc fuisse omnium ad hoc artificium: de quo fuse tractatur. h. 39. n. 37. vsque 43. & grauitur expenditur; notatis sexto die Veneris Quadrag. ad illud: *Expedit ut unus, Ore.*

*XXIII. Oportet exaltari.* Vides hic quod ait D. Ioann. *Quod factum est in ipso, vita erat.* Sicut hoc appositè declarat D. Ambros. h. 30. n. 44. Erat Christus vita per essentiam, & Deus per essentiam: vnde ea quæ tangebatur, & illa per quæ talia operabatur deificabat, & instrumenta reddebat vitæ, quamuis fuisset mortis: ut explicat D. Ioann. Damascen. ho. 36. n. 9. vsque 12. Et nominatim Crucem, quæ erat instrumentum mortis, fecit vitæ remedium, vnde in ordine ad eam illa vitur, atque talem illam D. Andreas contemplabatur. Ex D. Bern. prodit hic conceptus. h. 42. n. 62 vsque 66. Illa tu vttere: nam puella, quia illa se non signauit strepitum audiens à diabolis excitatum, ab illis possessa laborauit. h. 19. n. 21.

## IN FESTO S. IOANNIS

BAPTISTÆ.

*I. Elisabeth impletum est tempus pariendi.* Luc. 1. Dixit D. Thom. quod Deus eod modo processit in reparati. ne mundi, quo in creatione: nam sicut in hac creans, solem quo mundus illuminaretur, illi Luciferum statuit, qui prior illo oriretur, mundo solem annuntians: ita similiter cum in mundo nasciturus esset sol iustitiæ Christus; ex industria Luciferum creauit, nempe D. Ioann. Baptistam, qui prior illo nasceretur solis antenuntius & præcursor. hom. 33. n. 47. fuitque prodromus ita promptus, ut non solum iustitialis nascens, sed etiam moriens: quamobrem Christus eius celebravit exequias. h. 27. n. 4.

*II. Elisabeth impletum est tempus.* Non fuit natus hic filius an e debeat tempus: tales etenim non sunt vitæ filij: & hæc in tuis operibus conditio requiritur, quæ sunt velut filij tui; nec enim nasci debent, nec illa te facere oportet, nisi suo tempore, ne tibi illud Saul. xpr. breitor: *Suile nimis egisti.* h. 36. n. 29. 30.

*III. Oportum est os Zacharia.* Obmutuit Zacharias, quando illi Angelus ex parte Dei nuntiavit, quod filium gigneret, &c. Circa quod ipse dubitauit: mouitque questionem non quoad Angelum quem talem esse probè callebat, sed quod iudicaret hoc impossibile: quod cum grandævus esset & vxor illius sterilitatis vitio laborare posset habere filium: hæc namque est humana infirmitas, etiam in aliquibus Sanctis, quæ deficiunt in fide, quæque modum non capiunt eius quod illis à Deo promittitur: nam etiam Abraham

aliquantulum in hoc titubant iuxta quorundam opinionem. hom. 27. nu. 40. Et hic error frequentissimus fuit in Iudæis. ibid. n. 42. 43. & etiam tibi valde familiaris est, vt oborta nonnulla rei difficultate diffidas. ibid. num. 44.

IV. *Aperum est os eius.* Eius Deus puniuit incredulitatem: quia hanc maxime in suis execratur, quod in dubium vertunt quod illis spondit, quod scilicet faueret & sustentaret illi seruientes: eam ob causam castigauit Ananiam, Moysen & Aaron. hom. 27. num. 8. vsque 12.

V. *Aperum est os Zachariae.* Dubietas Zachariae non fuit peccatum mortale, sed veniale tantum: nihilominus in eius penam nouem mensibus obmutuit: tantum enim malum est peccatum etiam veniale, vt hoc non sit nimis graue supplicium. hom. 10. numer. 28. vsque 31.

## IN FESTO SS. APOSTOLORVM PETRI ET PAULI.

I. *Venit Iesus in partes Casarea Philippi.* Math. 16. Recolimus hodie duos Sanctos ceteris eminentiores, quibus Christus suam exornauit Ecclesiam, melius, quam Salomon templum duabus columnis Iachim & Booz spei Iulii coronatis, quam nobis excitant: tam suis exemplis, quam intercessionibus. hom. 43. n. 5. vsque 8.

II. *Venit Iesus in partes Casarea Philippi.* Ad fundamentum Ecclesiae suae, & basis eius fundamentum, quae est fidei confessio, educit Apostolos de Iudæa, per quam Christus communiter ambulabat, in regionem separatam: etenim doctrina, quam in Ecclesia erat fundaturus, doctrina est separata, iuxta Davidis oraculum. hom. 29. n. 6. vsque 9. atque ad eius intelligentiam, educi debet intellectus de terra sua, captiuus velut Ioseph. ibid. n. 9. 10.

III. *Venit in partes.* Discipulos suos eripit de populi tumultu, mytheria sua declaraturus illis altissima: etenim ad eorum intellectum & fruitionem expedit vt pauper egrediatur ab ordinariis quae in mundo patetis, tumultibus. hom. 11. n. 12. & seqq.

IV. *Venit in partes Casarea Philippi.* Terminis egrediatur Iudæa, tenditque versus regionem, & nullam ingrediens, sed in aperto consistens campo, nullis portis, nullis sepibus circumdato, fundamentum suae tractat Ecclesiae: nec enim fides eius & cognitio vllis iam coarctabitur terminis intra Iudæa conclusa limites, sed per totum extendetur mundum. hom. 13. num. 11. & seqq.

V. *Venit in partes Casarea Philippi.* Relicta Iudæa terra ad Gentiles proficitur, vt pro fundamento

Ecclesiae suae claram statuat D. Petri confessionem, praedicans hanc Iudæis de futuram, atque in Gentibus fundandam. hom. 33. n. 33. & seqq.

VI. *Interrogabat discipulos suos: quem dicunt homines, &c.* Insignem nobis praestigie lectonem Magister ille coelestis, vt aliquando inquiramus quid de nobis alij sentiant: quoniam conueniens esset, vt in à se ipso inquireret: quid dicant de te oculi tui, manus tuae, sumpto iudicio & censura (vt ait Christus) à tuo ipso aduersario. hom. 34. nu. 31. 32. Tribunal ascendendo vtilissimum. ibid. num. 29.

VII. *Quem dicunt homines?* Domine, an celestem postulas hominum de quibus tuus testatur Prophetas: *Dicunt malum bonum,* qui tot tanque variis reguntur opinionibus, quot sunt capita, quot facies? Insuper idecirco tot sunt sententiae, tanque sibi oppositae in cognitione Dei: vt sponsa se lugeret in tantam nescia quam sequeretur: idcirco sponsam suam deprecatur, eam doceret, quae via pergeret tamen. hom. 14. n. 7. 8. Et hoc ipsum assumpsit Christus vt fundamentam, vt agat quod modo intendit conformari valde diuinae suae prouidentiae, ne vos variae commovent hominum opiniones, cathedram nempe stabilis se visibilem, per quam absque vllis erroris periculis clarus institueretur. ibid. n. 9.

VIII. *Alij Ioannem Baptistam, &c.* Quam homines aberrant in cognitione Christi, eisque sibi, suis adherentes mordicis opinionibus erroribus inuoluitis. Nonnulli censebant esse Eliam in paradiiso consistentem, alij Ieremiam, iam mortuum: alij Ioannem Baptistam ab Herode decollatum: et quibus patet quod intellectus hominum sibi relictis, in rebus fidei mille parturirent ineptias, suis ducti imaginationibus, mortuos vel visiones consulentes. Et significat hoc Christus vt ostendat necessitatem huius operandi remedium, & hanc habet in hoc actu intentionem, cathedram fundare visibilem, in qua praesentia visibiles & cogniti magistri, non ad singulorum electi voluntatem, fingentium Eliam vel Ieremiam. Argumentum mirabile. hom. 14. nu. 13. 14. & postea num. 22. Cathedra haec est omni securitate certissima, in qua principalis Doctor Cathedrae eius sit ipse Christus, in eius persona loquente illo, qui in illa lecto. ibid. num. 10. 11.

IX. *Vos autem quem me esse dicitis?* Domine, fallat ex inopinato tuos ignorantia affectis Apostoli cum enim eos interrogasset, quid homines de te pronarentur, verbum ad unguis aduersarium *Auam,* significans illos non esse homines? Et ita verum est, in iste D. Hieronymo quod electi in Praesentibus operantur quid amplius sint quam homines. hora. 41. num. 10. Et quid hoc tantum: cum etiam Christiani in cogitationibus & desiderijs conueniant vt sunt magis

quam homines: cum se gerere debeant ut filij Dei regni que celestis candidati. hom. 11. num. 6. vnde eis dicit Christus: *Operetur vos nasci deus.* Ut diximus in Festo Sancte Crucis.

X. *Vos autem quem me esse dicitis?* Maiorem habere cognitionem debent de Deo Christiani quam Gentiles, & clariorem quam habuerunt olim Iudaei, perfectam nempe cognitionem, ut ait D. Paul. hom. 33. num. 3. in qua conari debemus ut proficiamus, sic nos exhortante D. Petro. ibid. num. 2.

XI. *Vos autem quem me esse dicitis?* Intendebat Christus ex Apostolis suis vnum eligere in Vicarium suum, & spiritum visibile in Ecclesia: & quia etiam tunc Apostoli erant imperfecti, & quadam laborabant vitiosa emulatione, quando Dominus Petro precepit ut didagma solueret, pensum impositum capiti eius famularum ab Imperatore illique ait: *Solue pro me & c.* quo videbatur illum erigere quasi in familiarum caput: ex qua ratione: *Facta est consensus inter discipulos, qui eorum & c.* Conatus est illos sedare, agitare quod Moyse preceperat, quando orta est emulatio inter tribus Israel de summo Sacerdotio, nimirum ut duodecim sumeret Virgas, & illa quae florisset designaret tribum, cui summum obueniret Sacerdotium. hom. 48. num. 6.

XII. *Respondens Petrus dixit: Ego dico tibi, quia tu es Christus.* Licet verum sit quod omnes Apostoli idem sentierint, porro singulariter in hac occasione loquens est D. Petrus in persona propria: hoc enim est. *Ego dico tibi.* Et ipse est qui in hac occasione reuelat eum habuit singularem, quae confessionem edidit ita perfectam, ut collocetur velut fidei & Ecclesiae fundamentum, quae sita est in confessione clara & distincta, quod Christus sit verus Dei filius per naturam, à Patre genitus ab aeterno, & verus homo natus in tempore ex vtero Virginis illibatae: confessio adeo perfecta atque integra ut vnum sine altero non proficit ad saluandum. hom. 36. n. 2. 3. 4.

XIII. *Tu es Christus.* Confitetur illum explicitè Dei filium naturalem: nam hoc est *Filius Dei veri.* Et considerat illum verum hominem, vocando illum Christum, quod non solum significat hominem, sed hominem unctum oleo Spiritus S. copiosissimo. ho. 28. num. 17. Ex quo ita repletus est, sicut declarat Angelus illis verbis: *Quod enim ex te nascetur sanctorum, quae praeclaris latent mysteriis.* hom. 34. num. 7. & 11. hom. 35. num. 4. hom. 42. num. 31. & postillimum. hom. 48. num. 15.

XIV. *Tu es Christus.* Incipit confitendo, quod sit Messias expectatus, cuius nomen absolute erat Christus. hom. 37. num. 32. hunc Christum expectabant Iudaei, credentes eum solum hominem futurum ex familia David: quocirca non potuerunt Pharisei re-

spondere argumento sibi à Christo circa hoc proposito. hom. 9. nu. 23. Porro D. Petrus declarat veritatem dicens: quod taliter esset Christus homo unctus, ut etiam esset verus Dei filius: nam huius unionis confessio adeo necessaria est, ut quicumque illam dissoluere praesumpserit, sit futurus Anti-Christus: ut dixit D. Ioan. h. 28. n. 64. h. 32. n. 67. h. 36. n. 8.

XV. *Ego dico tibi, quia tu es Petrus.* Ecce in quem finem petierit, ut dicerent quisnam esset, ut Petro respondente: *Ego dico tibi, quia tu es Christus,* alio simili responso Christus responderet: *Ego dico tibi, quia tu es Petrus:* nam idcirco postulat Christus, ut largiamur. h. 25. n. 45. & quae mentura tribueris, quando te rogar, eadem tibi retribuet: cor etenim tuum mensuram statuit quam vidit Zacharias, eius quod tibi daturus est. ibid. n. 50. 51. & patet in Abraham, Lot, David & aliis. ibid. n. 52. vsque 61.

XVI. *Ego dico tibi, quia tu es Petrus:* Pater hic profundissimus agendi Dei modus, quem expendit D. Chrysostr. nam dare vult pallum iustitiae operibus tuis, quae sunt meræ misericordiae eius effectus. Nemo dubitat quin cognitio, quae D. Petrus, fuerit ex misericordiae reuelatione Spiritus Dei, & etiam eiusdem confessionis enuntiatio: nam ut ait D. Paulus: nec nomen Iesu qui perfecte pronuntiare potest absque Dei gratia, & nihilominus hoc petit quasi vtiualium faciat iustitiae, ad honorem D. Petri incomparabilem, ut aliquo modo dicere liceat, quod in cruce sit hanc dignitatem adeo praeclaram, sibi concessam, per quod etiam se Deus ostendit ex integro liberalem. Nota conceptum. hom. 23. num. 45. vsque 50. Et hic pariter notamus Dei liberalitatem: nam quicquid illo addit, & quicquid ex eius gratia facimus, totum hoc nobis relinquit. hom. 17. n. 36.

XVII. *Ego dico tibi, quia tu es Petrus.* Eandem cum Petro confessionem daemones elocuti sunt, quos tamen Christus reprehendit, D. vero Petrum laudat, ob diuersam intentionem nam & voluntatem. hom. 23. nu. 72. Nam seclusa bona voluntate, nullum Deo gratum est obsequium, licet fiat id quod Deus iniungit, ut fecit Nabuchodonosor. hom. 1. num. 18. vsque 22. & etiam princeps paliter: quia fidei eorum standum non est, quae cum diaboli profertur, qui sunt spiritus mendaces: sicut enim mendacium illi proprium est, etiam omnibus eius filiis proprium est; & si vnam proloquantur veritatem, centum haec est obvoluta mendacis: imò saepe centum fatebuntur veritates, ut vnum perfradeant mendacium. hom. 34. n. 47. vsque 53.

XVIII. *Super hanc Petram aedificabo Ecclesiam meam.* Haec magna fuit Dei misericordia: cum enim in caelo domum haberet suam Patris sui, voluit tamen aedificare alteram in hoc mundi deserto: ut etiam fecit Salomon: in qua fuit in figura, sed ex illa migra-



curus erat, vnde primo aliam extruit, in qua semper esset manurus vsque ad finem mundi, & hæc ea est quam nomina: *Ecclesiam meam*. h. 21 n. 21. 22.

XIX. *Super hanc Petram*. Hoc est super Petrum eiusque confessionem. Habes hic Cathedram visibilem quam fundat in terra, vt diximus, ad securitatem nostram & consolationem, nobis tradens Cathedram & Magistros visibiles, hæc est illa D. Petri. Domine, numquid poteras nobis Angelos destinare? Non expediebat: multa namque potuissent fraudes irrepere: sed præceptores statim visibiles & optimè notos: nam hoc iam in Samuele, Eunuchò, Centurione, & D. Paulo ostendit. h. 14 n. 14. vsque 16. Et primus Doctor Cathedraicus quem ordinat, est D. Petrus: Cathedraicus, quem indice digito designes, sicut illum Angelus Cornelio demonstrauit: *Hic dicit tibi, quid te oportet facere*: nam intelligitur non tantum de S. Petro, sed etiam de eius in cathedra successoribus. h. 14. num. 15, 16.

XX. *Super hanc Petram*. Tal' ter hic suam plantat fidem & Ecclesiam, vt nihil habere debeas tanquam secum, nisi quod tibi dixerit Petrus: est etenim mysterium non leue; cum enim sit adeo verum quod Christus sit Filius Dei viui, vt tamen de hoc nullatenus dubitemus decernit vt hoc Petrus ore proprio confiteatur, atque ab eo dictum: sit velut securissimum fundamentum. hom. 14. n. 14. vsque 16. Et merito miramur hoc quod D. Hieron. scripsit D. Damaso Pontifici, ibid. n. 16. 17. sed petissimum. n. 28. & alludit vir S. ad dictum in signo D. Iustini Martyris quod rei optimè quadrat. ibid.

XXI. *Super hanc Petram edificabo*. Hæc est cathedra visibilis, cui subditi sic esse debent etiam potentissimi Principes vt coram illa stent, vt Iosue, & declarat S. Leontius Episcopus. h. 14. n. 27. 28.

XXII. *Ec portæ inferi non præualebunt*. Domus est ædificata supra Petram, quam, asserente Christo, nec turbines, nec tempestates valeant euertere: & hoc ita, vt D. Chrysost. conetur probare, quod Christus Deus sit, ex veritate verborum eius: *Vrat. 2. contra Iudæos*. Quod confirmat duobus ex illis, quæ Dominus prædixit, & certissimè impleta. Primum fuit de vñctione Magdalena, quod per totum esset mundum celebranda: obliuioni traditis & sepultis maxime heroicis Reginarum facinoribus. Alteri quod dixit D. Petro: *Portæ inferi non præualebunt*. h. 33. n. 67. ram ad oculum conspicimus, nullam earum Monarchiam quas mundus vidit erectas perpetuas perseverasse sed corruisse, dum Monarcha Monarcham impugnat, velut venit turbulenti, & bestia ferocissima: sola hæc domus, quam Christus ædificauit pauper, super pau' erent piscatorem stetit immobilis, quamuis ab omni b' impugnat nationibus. Ingens est hoc nobis leuamentum.

h. 41. n. 84. Idcirco columna dicitur & firmamentum veritatis. h. 14. n. 10. alludendo ad nauim & columnam sepulchri Machabeorum, quod describitur. h. 31. n. 17. & applicatur. hom. 37. n. 73.

XXIII. *Tibi dabo clauis*. Binae sunt clauis: alia scientiæ, altera potestatis. Scientiæ, quæ res fidei cognoscantur, & veræ doctrinæ: potestatis, quæ peccata remittentur, & per censuras ligantur, conformiter duobus Christi officiis, Magistri scilicet & Redemptoris. hom. 30. n. 37.

XXIV. *Tibi dabo clauis*. Ecce quam excellentem misericordiam, quæ nobis in terra reliquit has duas clauis homini commendatas, videlicet Petro, cuique successoribus: vt tantam habeamus securitatem in eo quod nobis se erigendum est, cum eo quod ipse nobis dixerit, sic vt quamuis sit Caiphas, non exprimet determinationem, quæ n. n. sit in celo determinata; & habeamus qui nos à nostris absoluat debitas; quæ sunt iudicium nam eorum vel minimum solui non possent: omnino creaturis: itaque perficit Deus quod Iob indicauerat, nempe se tribunal in terra erecturum vt si se condemneret ordo seruaretur in caelis. Pape, quale mysterium! ho. 18. n. 13. h. 37. n. 16.

XXV. *Quicumque solueris super terram*. Vnde his plenè ostendit potentiam quam largitur in quibus illa fundantur, quæ ipse prolocutus est: *Quicumque dixeris* hom. 14. n. 34.

XXVI. *Quicumque solueris*. Aggressus est Republicam ædificare Sanctorum. h. 34. n. 43. Quia vero hæc non conseruaretur, nisi esset remissio peccatorum, in quæ labimur quotidie, necessitas v' g'at' plena traderetur potestas, & hæc ea est quam tribuit. Quamuis notandum sit verbum *solueris* quo figurat nullam esse potestatem ad rescindendum, bene quidem ad dissoluendum. h. 13. n. 61.

XXVII. *Quicumque solueris*. Expendit D. Augustinus insignem Dei misericordiam: non enim nobis Angelos reliquit, qui nobis peccata laxarent, sed Sacrosanctos: *Infirmiorem habentes*: vt nobis comparerentur, propter hoc singulariter Petri lapsus permisit, vt scilicet eius temperaret, alioque metiretur, sicut illi mensuratum fuerat. Nota conceptum. h. 43. n. 8. vsque 10.

XXVIII. *Quicumque solueris*. Tuum hic est remedium, inquit D. Chrysost. si quotidie se ligat illaquees, quotidie ad eum recurre qui te soluat. h. 43. n. 70. Operatus est Christus in Petro cuiusque oratione id quod in se suaque mortalitate: nam hoc Christus resurgens iam non moritur: ita similes D. Petrus. ibid. num. 71. 72.

XXIX. *Quicumque solueris*. Vide plures conuictus supra Dominicam in A. bis ad illud: *Quoniam miseriam peccata*.

## IN FESTO VISITATIONIS

B. MARIE VIRGINIS.

I. *Exergens Maria abiit in montana cum festinatione.*

Luc. 2. Quam primùm Filius Dei conceptus fuit in utero SS. Virginis, mouit illam spiritu suo diuino, vt abiiret in montana ludææ, visitatura cognatam suam Elisabeth, & sanctificatura præcursorem eius, qui præcursus erat, mundoque Auentus eius nuntia læta delaturus. Christus nomini satisfacit sibi à Patre imposito: *Accelera, festina, prædare* Quocirca tantâ properat diligentia prædam, D. scilicet Ioannem, à diabolo erepturus, quem ille per peccatum originale possidebat. hom. 29. n. 4.

II. *Cum festinatione.* Christus conceptus fuit ex opere Spiritus S. qui amor est, eique ita fuit immersus ut igni electum quod vidit Ezechiel. hom. 15. n. 22. h. 1. n. 24. vnde vocatur: *Viso discurrens*, & per hoc ita festinauit: erat etenim flumen vehemens, de quo Propheta. h. 15. n. 17. vsque 20. & paucis horis omnes in plebem prophetias de se conscriptas, vt fossas Elisei in torrente. ibid. n. 19. vsque 22.

III. *Saluauit Elisabeth, & factum est.* Perpende, quis esse detuerit saluatio: cum per illam Baptista in utero matris suæ fuerit sanctificatus. Tales non sunt veltæ: Quinimo sepius tuæ impediunt animæ saluationem. hom. 32. n. 60.

IV. *Factum est vt audiuistis.* Sumpsit Christus instrumentum, quo Baptistam sanctificaret, Verba B. Virginis, quæ in illo operata sunt, sicut modò operantur ac & baptisimi in pueris: etenim hic illis pueros sanctificat. Et quid hoc tanti, si quia Christus mortuus est in Cruce, reddiderit illam redemptionis instrumentum, & mundi sanctificationis organum, quam & deificauit, sicut & clauos, spinas & tormenta? Conceptus hic tribuitur D. Damasceno, sed à Caietano explicatur. hom. 36. n. 9. vsque 12.

V. *Exultauit infans.* Quo tempore D. Ioann. sanctificatus fuit, & recepit gratiam, accelerante illi Deo rationis vsam, vt intelligeret quod in eo effecerat, gaudij salus edidit existens in utero matris: hoc etenim est quod in anima veram producit lætitiã, scilicet gratia, per quam Deus in illa moratur, iamque quoddam principium gloriæ possidet. ho. 37. n. 38. vsque 61. Et quam non lætitiã sensit D. Ioann. dum se cogitat de vno extremo ad aliud transisse: factumque ex filio Adam filium Dei, omnium Regnorum eius heredem? Quanto tu quoque gaudio perunde-  
reus, si subieo mancipium factus crudelissimi Turcæ, in filium potentissimi Regis, cuiusque heredem assumereis: & hoc multo præclarus: quia non solum  
Hieron. Bap. de Lanza, Tom. 1.

factus est filius Dei nomine tenus, sed in veritate: quia per gratiam realiter natura participatur diuina vt testatur D. Ioann. hom. 2. num. 42. hom. 37. num. 38. hom. 41. n. 80. h. 41. n. 28.

VI. *Exultauit infans, &c.* Quam primùm illi Deus oculos aperuit, lætatur per gratiam se sanctificatum: vnde gratias illi reddidit infinitas; tu quoque reddere deberes, quando apertis tibi oculis, te gauderis illuminatum, & in Ecclesia constitutum. hom. 17. num. 16. & sequentibus.

VII. *Vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me?* Hæreses prosternt oritur, Virginem non esse Dei matrem, sed tantum Christi hominis. Dicit S. Elisabeth plena Spiritu S. liberrimè: *Mater Domini mei.* Cognouit etenim vnionem Dei & hominis: atque in illa coniunctionem Virginitatis & Maternitatis: vnde magis obstupescit, quàm Moyses ex conspectu tubi igne ardentis. hom. 36. n. 2.

VIII. *Vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei & Stupore percussit S. Elisabeth, & ascendit ac descendit, cum D. Petro quando dixit: Tu mihi?* hom. 45. numer. 5. 6.

IX. *Vnde hoc mihi.* O quam bona verba, dum ad S. accedis Synaxim: nec enim venit Mater Domini, sed ipse Dominus ad te: nam per hoc te iudicans indignum, dignum efficies. hom. 2. n. 32. vsque 37. Et idem effari liceret de reliquis Dei donis, per quæ te Deus filium suum effecit, teque ad gloriã suam heredem vnxit, melius quam Saulem ad regnum: qui ad hoc se stupens electum, exclamauit: *Vnde hoc mihi?* h. 11. n. 9. 10. Vide notata in festo Annuntiationis B. Virginis ad illa verba: *Turbata est in sermone eius.*

X. *Beata qua credidisti.* Omnes actus Virginis fuerunt heroici & excellentes, potissimum autem actus fidei; quorum comparatione, actus fidei Abraham valde fuit: qui licet tantoperè laudatus, aliquam tamen habuit defectum, iuxta quorundam opinionem propter dubium quo laborabat circa promissionem Angeli. hom. 27. num. 41. Fides tamen Virginis adeo præclara fuit & cõstans, vt in ea Deus supremum fundauerit miraculorum, quæ Deus operatur iuxta fidei quantitatem. ibid. num. 31. vsque 40. atque idcirco tam modica in re operatur, ob fidei tuæ languorem. ibid. num. 45. & seqq.

XI. *Vt facta est vox saluationis tuæ.* Si vnica B. Virginis vox momento temporis operari potuit tam præclaros in matre & filio effectus, quid operatur erat toto trimeltri, quo ibidem moram traxit: cum Christus fons sit, & D. Virgo canalus, quas non effunderet aquas gratiarum. hom. 30. num. 13. 14. Hic impletur illud Caietani circa verba Christi: *Quamdiu sum in mundo, &c.* ibid. num. 39.

XII. *Magnificat quæna mea Dominum.* Vera humilitatis

T

gratis magistra, quæ non negat quas in se miratur supermas prerogativas, sed illas illic Deo attribuit, non manum suam cum Saule extollens, sed Dei cum Dauide. ho. 29. n. 46. vsque 48. & idem faciens quod Dauid. ibid. n. 48. quinimò quod Christus: qui iam vt Magister virgineo eius vreo conclusus, illam edocebat, dicendo Deo: *Didisti mihi*. ibid. n. 48. 49.

XIII. *Mansit apud eam quasi tribus mensibus.* Notat hoc eleganter D. Ambrosius & causas attribuit: Primo: vt cognata seruiret vt verè humilis, in partus sui tempore. Secundo: quia D. Virgo pudore detinebatur, si toties per plateas & extra domum vaga discurreret: quo mulieres docet primarias, potissimum iuniores, quam seculo diligere debeant solitudinem: & si forte prodeant in publicum, moneat illas Dei spiritus, ad opus aliquod charitatis, seruiendi egrotanti, vel in xenodochio decumbentes lauitius excipiendi: discutiant autem quis illas spiritus in plateas expellat: nunc S. Christi spiritus, vel proprius spiritus, id est v. mus. hom. 32. n. 14. vsque 19.

XIV. *In Festo Mariæ Magdalene.* Legatur. hom. 38. quod supra notauimus sexto die Veneris Quadragesima.

IN FESTO S. IACOBI

APOSTOLI.

I. **A** *Cessit mater filiorum Zebedæ.* Math. 20. Hoc Euangelium exponitur. hom. 1. 5. & vide notata tertio die Mercurij Quadragesimæ. Et quia in hoc eius Festo cantatur Euangelium, in quo eius detegitur defectus: legatur quod dictum est in Festo D. Thomæ; & Conversionis D. Pauli.

IN FESTO S. LAURENTII

MARTYRIS.

I. **N** *stratum frumenti cadens in terram mortuum fuerit.* Ioan. 12. Vide hoc Euangelium notatum inferius in Communi vnius Martyris.

II. Præclara fuerunt D. Laurentij prerogative: docet enim virtutem eleemosynæ; declarans pauperes esse ditium vectores à Deo constitutos, vt eorum bona in cælum deferant. hom. 1. n. 40.

III. Dicere licet flammis; quibus eum Tyrannus exutere conabatur; illustriorem euasisse, iuxta illud Psalmographi: *Dum superbis impius incenditur pauper.* hom. 23. num. 30.

IV. Eius Deus aptius probauit fidelitatem quam mulierum honestatum, harum etenim fidelitas æquis, licet amaris, probabatur: ho. 30. num. 6. illius autem ar-

dentibus flammis: & dicere potuit. Gaudere placet quia hostia Christi effici merui. Et meo quidem iudicio hunc expressit vir ille quem vidit Ezechiel igne circumfusus, atque ex altera parte maximo gaudentem refrigerio. hom. 30. n. 48. 49.

V. Quanto crudelius tormenta cruciabatur, tanto latiore se iactabat: spes etenim amplius sumeretur incrementum. hom. 32. n. 23. vsque 27. Intellexit in domino Dei cruciatus & aduersitates esse talenta præcliora. ibid. n. 27. vsque 31.

VI. Vt insigne Dei beneficium proposuit D. Simus Pontifex D. Laurentio quod acerbiore tolerauerit infermentum, quam ipse: quia cum Sancti honoraret, secundum eorum amaritudinem feruari præmittit, quanto sunt hi cruciatus atrociores, tanto se fecerunt à Deo beneficio cumulati ampliori. h. 13. n. 14. 15. Et quanto sunt hi grauiores tanto illos gaudio recipiunt abundantiori. ibid. & h. 32. n. 27. & seqq.

IN FESTO ASSUMPTIONIS

PVRISSIMÆ VIRGINIS.

I. **I** *stravit Iesus in quoddam Castellum.* Luc. 10. Multa celebramus festa de ipsa Virgine consecrata: est enim tabernaculum quod per ætes est deferendum, vt supra notauimus in Festo Conceptionis eiusdem: sed hæc pars est præcipua, ad quam reliquæ omnes ordinantur: atque hic coronam accipit omnium, quæ in aliis digna pro eam. Bona mors ea est quæ totius vitæ bona coronat: eam si desiderat, nunci cetera, facienda sunt. h. 13. n. 40. Totum huiusmodi festum gloriam spirat, sic vt nihil pariter interueniat, sicut in ceteris, vnde & magis est ineffabile: quocirca dicit D. Bernardus. *Nihil est quod magis terreat, &c.* propter eius eminentiam. Vt aliquod se ipsa præponamus & intelligamus, tale legatur Euangelium, in quo Martha recipit hospitium Saluatorum cum sorore sua Magdalena: sub quarum symbolo celebratur qualiter D. Virgo in domo purissimi sui ventris receperit Dei filium: vt hinc addiscamus, quod licet illa ipsum recepit à cælo ad terram descendente, & sic ipse hodie susceptus de terra in cælum ascendente; & sicut ineffabilis est etiam ipsi Angelus modus quo Virgo concepit in visceribus suis castissimum filium Dei; & quod in ipsa operatus est: ita pariter modus est inexplicabilis, quo filius illius in cælo suscepit, nec non gloria incomprehensibilis, quam illi contulit. h. 11. n. 16. h. 36. n. 2.

II. *Istravit, Iesus.* Primo consideremus iuxta veteram documenta nonnulla salutis nostræ profectum abgressus est Iesus, & recepit illum Martha in domum suam; hæc etenim grata sunt obsequia, quæ de deo

ves nois & facultatibus exhibes; quam ea que de alienis sunt, Deo sunt execranda. h. 23. n. 55. & sic diligit, ut rebi, te prius satis facere iis que proximo debes, quam sibi. ibid. num. 18 & seqq.

III. *Intrauit, & mulier quidam Martha, nomine excipit illum.* Optime faciunt hæ domicellæ Christum re spientes gratæque illi deferendo feruitia: quocirca agularum tempore, tanto postulat illum maiori accedere & rogare fiducia, sicut reipsa rogarunt Lazarum iherosolymite. hom. 32. num. 37. 38.

IV. *Intrauit Iesus.* Felix illa domus, quam Deus ingreditur; nam illo suscepto, non est quod exoptet amplius: etenim cum illo bonum omne possideatur; sicut supremum hæc est animæ calamitas, si Deus ab illa distat. h. 13. n. 5. vsque 17. & horum aliquid Gentiles intelligebant, dum in ædibus suis Deos suos catenis diuineque constringebant. ibid. n. 17. vsque 20. Et eâ ratione lucta sunt & lachrymæ Jacob, ne Deus à se discederet. ibid. n. 20. vsque 23. Quod malo suo didicit Synagoga Deo ab illa abeunte. ibid. n. 23. 24.

V. *Hæc erat soror nomine Maria.* Erant hæc femina primitiæ, & quamuis feruenter Christum diligebant, illum tamen domi suæ præstolabantur; decet etenim maxime tales solitudo & recessus. hom. 32. num. 14. vsque 17. Atque ex inani mulierum cogitatione compedes Deus elicit, quibus earum moderantur diuagationes. ibid. n. 17. 18.

VI. *Hæc erat soror nomine Maria, qua sedens secus pedes Domini, &c. Martha autem satagebat.* Videtur Martha prudentius agere tota occupata ut cibos præparet et mensamque sternat Domino quam Maria, quæ recipiendis eius verbis, consolationibus & fauoribus intendebat; veram iam exposuit Christus, Mariam meliorem elegisse partem; etenim non ingreditur Deus animarum nostrarum habitaculum, ut illi quidem erogemus, sed ut ipse nobis infundat, atque ab illo nos recipiamus. Non est eius regnum simile regno Regum terrestrium, qui esse suum & alimentum a subditis accipiunt. h. 41. n. 59. sed sicut thronus solis, omnia enim ab illo participant, nec ipse quidquam accipit. Eo sine desiderat ut tu illum in animam tuam recipias, ut illam dices; & hoc et ipsum in ea regnare in gloria. Nota discursum; ibid. n. 62 & seqq.

VII. *Hæc erat soror.* Ambæ illæ Germanæ recurrunt ad Christum. Martha significat opera corporalia, Maria spiritalia: utriusque tibi est Deo seruientium cum ab illo receptoris nedium animam sed etiam corpus. hom. 23. n. 63.

VIII. *Sedens, &c. audiebat verbum illius.* Hæc utique contentemter audit verbum Dei; totam etenim illi audiendo se impendit, animam & corpus: non quemadmodum multi; cui corpus tantum adferunt, & ad summum, adstant intellectu: potèr cor alio re-

positum habent loco, ut diues ille de quo D. Antonius Paduanus. h. 29. n. 23. 24. Quocirca multi cum Pharisæis admirantur, sed non conuertuntur. ibid. n. 21. 22. & eorum intuitu potest effari Prædicator illud Isaie: *In vacuum laborauit.* ibid. num. 25. 26.

IX. *Audiebat verbum illius.* Hæc utique mulier est sapiens, quæ audit & tacet: etenim de tali loquitur Salomon: *Mulier sensata & tacita.* hom. 32. numer. 19. 20.

X. *Sedens secus pedes Domini.* A sua conuersione Christus eam Seraphinis annumerauit; unde iisdem illam excipit blandimentis, quibus Seraphinos quos per se ipsum instruit. hom. 38. n. 115.

XI. *Sedebat secus pedes Domini.* Saluari non potes, nisi accedas ad pedes Christi si non possis illis multo assistere tempore, saltem postula, ut aliquo liceat assistere tempore, sic D. Chrysostr. & si sol esse nequeas stella esse conare. h. 24. n. 20. 24. Ex illis esto piscibus, qui alas habent, hortatur D. Gregor. ut saltus aliquos edas extra aquas. hom. 11. n. 13.

XII. *Martha autem satagebat circa frequens ministerium.* Vocatur frequens ministerium, quod in præparatione ciborum occupatur: tota namque vitæ mulieres hæc & similibus distenduntur, mane & vespere.

XIII. *Martha autem satagebat circa frequens ministerium.* Tam te loquentem audio, inquit D. August. serm. 26 de verbis Domini: *O beati, qui Christum in domum propriam suscipere meruerunt.* Ne queraris, inquit & hoc etiam tempore viuus: *Non tibi abstulit istam dignationem:* quandoquidem ut hoc illi præstare posses, se in persona pauperis tibi proposuerit, dicendo: *Quod vnix minimis, &c.* & lectu dignis probatur exemplis. h. 16. n. 13. vsque 16. sed eminet exemplum de Abraham: nam idcirco propriis ipse manibus, atque vxoris illis deservire voluit. h. 27. n. 66. & seqq. Idem quoque fecerunt Apostoli. ibid. n. 68. atque ideo attendas oportet pauperes: oculis fidei. h. 30. n. 24. 25.

XIV. *Domine, non est tibi cura, &c.* Contra sortorem suam Mariam Martha expostulat, at ipsa tacet, nec se mouet, sicut etiam fecit in domo Pharisæi. hom. 38. num. 116. quia didicit experientia quod suam Christus in se causam suscipiat ut propriam. ibidem num. 118. & hoc fauore ipsa gaudet & gaudebunt omnes electi ob imminente gloriam, quam dixit Isaia. hom. 38. num. 120.

XV. *Martha autem satagebat, &c. Domine, non est tibi cura.* Præclara dantur hic documenta. Sollicitudo Martha te docet: æquum esse ex parte tua ut sedulo sermas, & laute excipias Dei ministros, quibus omnem debes gratitudinem ut Tobias: unde Christus Martha sollicitam non reprehendit diligentiam: sed simul nos imbut, prædicatores non decere ut delectias sectentur: hoc etenim indicauit: *Potèr vnus est necessarium.*

*farina*: sufficit frustum panis, seu vt necessaria vice suppedientur, non autem deliciae: quocirca raro conuicia admittant Dei ministri, vt maiorem sibi acquirant auctoritatem, vt confirmat D. Hieronymus. *ibid.* num. 10 11.

XVI. *Optimam partem elegit sibi Maria.* Hoc dicens, supponit bonum esse quod agit Martha, atque per hoc differentiam exponit Ecclesiae suae statum: quorum alij sunt perfectiores, omnes tamen sancti: atque in omnibus nam potes operari salutem: haec etenim varietas est vestitus Reginae, de qua Pfalterium. *ho. 24. n. 19. 20.* & Sanctus potest euadere qui coniungatus est, si uiuat iuxta consilium Apostoli. *ibid.* n. 19. & se praeparet vt uiuat *secundum scientiam*, vt dixit D. Petrus. *h. 26. n. 26. & seqq.*

XVII. *Optimam partem elegit sibi Maria.* Adducit Ecclesia hoc Euangelium, vt in sensu mytico intelligamus haec uerba de B. Virgine, cum super hoc *Optimo* Latinus non admittat *Melior*: quia superlatiuum est, nihilominus quamuis Maria optimam partem elegerit, tamen melior ea fuit quam B. Virgo elegit: quia uis enim ea bona fuit, quam elegit Martha, scilicet actiua, & optima illa quam Magdalena, nempe contemplatiua, melior tamen ea est quam Virgo Deipara elegit, nam utramque sibi sumpsit, existens perfectè Martha & Magdalena simul. Perfectissimè recepit in alui sui demo Christum & cum Martha summà diligentia & sollicitudine illi seruiuit, lac illi praebens, panem eum inuoluens, atque de penu suo pauper & necessaria illi administrans: nec non eum Magdalena pedibus eius assidens imò & brachijs suis eum constringens, diuina illius & spiritalia percipiens eloquia, eadem quae Seraphim in caelo mentis tranquillitate: & hinc intellige qualiter eam Deus hodie in caelo suscipiat. Recepit illa Deum in optima corporis sui anima quae parte, atque eadem mensurà Deus eam suscepit ad optimam caeli partem: etenim passim nota est illa regula: qualis in Deo, talis tibi Deus futurus est. Discursus hic utilis est, & consideratione dignus. *h. 25. n. 50. vsque 61.* Atque ex his colligit D. Bern. gloriae locum ad quem hodie Christus Matrem suam exulit: *Nec in terra locus dignior uirginali uicini templo, in quo Virgo Christum suscepit, nec in caelo regali solio, in quo Christus Mariam sublimauit.*

IN FESTO S. BARTHOLOMAEI  
APOSTOLI.

**E**xit Iesus in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei. Luc. 6 Refert D. Lucas Euangel. quomodo Christus ad mundi subanganem illusterrimos exercitus sui duces nomi-

nauerit, & eruditissimos classis suae magistros, doctores scilicet Apostolos, qui fuerunt gloriae illius equales de quibus Propheta. *h. 23. n. 5.* Nubes sunt quae pluuia super terram demittere deberent, mota Spiritus sancti flamine *h. 27. n. 69.* Lapidés sunt in montibus quibus Gigantem prostrernat. *hom. 29. num. 11.* & victoriam obtinuit toto orbe celebrerrimam, quae nullà potest dari praeclearior. *h. 30. n. 45. vsque 47.* nam ex illis fuit D. Bartholomaeus.

II. *Exitus Iesus in montem orare.* Non egressus est ad orandum (vt ait D. Ambros.) propria diuina necessitate, sed ad nostram instructionem, vnde tempore Passionis suae orauit, quo doceat assumenda esse omnia orationis tempore tribulationis. *h. 26. n. 11.* Sanctus quando iudicis officio erat functus in causa adultera. *ibid. n. 12. vsque 14.* & potissimum nunc quando negotium offertur ita arduum, quale fuit, electis Apostolorum regi sui optimatum. *ibid. n. 8. vsque 11.*

III. *Exitus in montem orare.* Christus nullà perfusa necessitate ad orationem recurrit: ut ad illam recurre: haec etenim tibi tradita est, velut clavis thesaurorum Dei. *hom. 9. n. 4. vsque 8.*

IV. *Exitus orare.* Oratio remedium est vniuersae cordi laetificando, praesertim oratio longa, cum Deo colloquendo: hoc etenim est: *Pernoctans in oratione Dei.* *h. 42. n. 68. & seqq.* hoc vsi sunt Sancti in suorum remedium afflictionum. *ibid. n. 71. 72.*

V. *Erat pernoctans in oratione Dei.* Oratio manere fieri debet perseueranter, non statim ab illa recedendo. Vide notata die Lunae Litaniarum ad illud: *Si perseveraueris pulsans.*

VI. *Erat pernoctans in oratione Dei.* Primo significat, quod oratione seruienti valde orauerit, Patri humiliter placere studens, in se pauperes omnes & peccatores representans: nec enim aroma datur Deo gratius quam eorum oratio: & cum illi uoces clamant noctibus, nec in hoc Deo famuleantur, sed eorum Christus locum supplere, Patri quae gratias. *hom. 9. num. 27.*

VII. *In oratione Dei.* Tanto Deus tenetur deobsequio vt ab illo homines aliquid petant, vt thomachet ac sibi displiceat, quando nihil expetunt, & cum illi taceant pro illis Christus efflagitat. *h. 8. n. 4.*

VIII. *Erat pernoctans in oratione.* Optimus mediator, à Iob exoptatus, nam vt talis cum vtraque parte agit vt illas componat, noctu cum Deo, & de die cum hominibus. *hom. 26. n. 5. 6. 7.*

IX. *Erat pernoctans.* Graue Christo negotium iminebat, nempe electio supremorum Ecclesiae Praelatorum, qui reliquos iis debent antecelleste praerogatiuis, quibus Pastor oues, maximum officium, & necessario caeleste requiritur subsidium, vt praedictum eligat illi idoneos: nec enim datur vt sedeat, sed vt

opera exerceant potentia diuina eminentissima: mul-  
tisque tenent is ad quem saluum spectat electio, se  
Deo fermentis commendare, quatenus eum illumi-  
net: etenim eorum defectus imputari possent illi, a  
quo promitti esse perhibentur. h. 1. n. 33. vsque 43.

X. *Elegit duodecim, quos Apostolos nominauit.* Do-  
mine, tanto ministerio quod tantam requirit sapien-  
tiam & potestatem, homines eligis adeo stultos & im-  
micos? Vide notata in festo Ascensionis ad illud:  
*Euasit in mundum uisum sum, &c.* & in festo SS. Tri-  
nitatis ad hoc: *Euntes docete omnes gentes.*

XI. *Elegit duodecim. Petrum, &c.* Semper Euange-  
lizans, cum Catalogum recensent Apostolorum, Pe-  
trum statimur primicerium: quia Christus eum hoc  
loco statuit, ut notauimus in eius Festo.

XII. *Et Iudam qui fuit proditor.* Miror, quod præ-  
fatus Christus, qualis esset Iudas, quid ipse facturus,  
quem finem habiturus, illum assumpserit ea electio-  
ne, quæ Deum consulat, & iustigante Spiritu S. Quos  
eligit per spiritum S. Respondet D. Ambrosius fecit  
hoc in bonis suis & misericordie confirmationem:  
ut eum hæc visceribus eius est maxime propitia, per-  
mittere uoluit occasiones, in quibus patentius inno-  
tesceret. h. m. 17. num. 11. Eo sine hominem creauit  
peccabilem, passusque est peccare, & quidem ita mi-  
serabiliter, ut notat D. Hieronymus. hom. 18. num. 2.  
Ob eandem rationem permisit, ut filius prodigus  
paternas desereret aedes, & abiret, ut misericordiam  
ostenderet adeo perfectam ut de ea videantur Sancti  
uelle conuerti, iudicantes eam superabundantem &  
nimiam. ibid. num. 4. 5. 6. idque eodem modo ut Elias con-  
tra illam exposuisset: Attende quid faceret si modò vi-  
deret Iudam ad Apostolatium electum, & quando eum  
esset traditurus, illi diceret, sibi hoc impunitum, qui ta-  
le in se conuenit a sum, ferat, mirabilis est hac hy-  
perbole, quæ Dei demonstratur misericordia. ab. n. 60.

XIII. *Iudam, qui fuit proditor.* Elegit Iudam, eius  
præfatus traditionis scelus: tanta namque eius est  
omnipotentia, ut mala permittat, ex quibus bonum  
elicit. hom. 43. n. 2. 3.

XIV. *Iudam, qui fuit proditor.* Iudam assumpserit:  
eius etenim præuenerat malitiam & infernales cogi-  
tationes, ut illas sibi assumeret, suaque ex illis propo-  
sita resisteret, hoc etenim dixit piissima illa Anna:  
*Dominus scientiarum est, & ipsi præparantur cogitatio-  
nes:* etenim superba: Cæsaris Augusti cogitationes il-  
li inuenerunt ut nasceretur in Bethlechem: & prudens  
nascens uento uentur, quem ipse nec fecit, nec mo-  
uet, se illam carbassis apprehendens nam per hunc  
ad optatum ducit portum. hom. 23. num. 35. hom. 30.  
num. 19. hom. 49. n. 23.

XV. *Iudam qui fuit proditor.* Egregium est Sym-  
bolum diligens hortulani, nam ut aquam de puteo

hauriat mola aquaria mulam assumit obcecatam, &  
ipsam ille eligit, nec tamen quid agat, illa nouit, nec  
hydria, tamen aquam hauriunt, quam sibi ipse assu-  
mit, ut per eam hortus flores germinet & fru-  
ctus. Educenda erat aqua concilij æterni mortis  
suz: maledictam eligit asinam, Iudam, qui se Ducem  
extollit: *Dux eorum qui comprehenderunt Iesum:* per  
quem mortem & sanguinem eduxit Christi, quem il-  
le ut sedulus hortulanus direxit ad horti Ecclesie suæ  
fertilitatem. hom. 39. n. 28.

XVI. *Iudam, qui fuit proditor.* Oportet ut opera-  
rius materiam eligat proposito suo congruam, ut suam  
testetur sapientiam & manuum industriam: ita Chri-  
stus elegit Iudam, in quo probare posset duas emi-  
nentissimas virtutes humilitatem & charitatem, hu-  
militas ea est, quæ prima omnium in fundamento  
collocatur. Charitas in vertice: ut autem ambas has  
ostenderet virtutes, duos illos exercuit actus, unum  
quo pedes discipulis suis lauit, alterum quo carnem  
suam & sanguinem in cibum potumque tradidit in  
SS. Sacramento. hom. 45. nu. 17. sed potissimum eni-  
tuerunt in Iuda. ibid. n. 29. & seqq.

XVII. *Et Iudam, qui fuit proditor.* Quis non ob-  
stupescat, quod id quod tribus Apostolis in maximam  
cessit eorum felicitatem, Iudæ cessit ad animæ per-  
ditionem: nec enim omnia omnibus conueniunt, &  
SS. Sacramentum quibusdam est vita, aliis uero mors.  
ho. 2. n. 24. Imò hinc colligere potes miseram impio-  
rum calamitatem: etenim quod ex se optimum est,  
illis cooperatur in malum: sicut illis quod ex se pes-  
simum est, illis fit saluti: unde nec illis condolendum,  
nec his congratulandum. Optimum est hoc D. Chry-  
sost. argumentum. hom. 32. n. 41. vsque 45.

IN FESTO DECOLLATIONIS

S. IOANNIS BAPTISTÆ.

I. *Misit Herodes et tenuit Ioannem.* Marc. 6. Ob o-  
culos spectaculum proponitur admirabile,  
quale uix mundus uidit unquam: quo maiori  
inter natos uerbum caput abscinditur, ob rem adeo  
leuem, qualis est leuissimum puelle tipudium. Cepit  
illum Herodes, & in uincula carcerisque coniecit:  
eò quod prædicaret quæ Regi dici oportebat. Nihil  
ita Reges exacerantur quam ueritatem, similes etenim  
sunt uis. i. om. 34. n. 33.

II. *Misit Herodes et tenuit Ioannem.* Semper mo-  
lesta fuit ueritas peccatoribus & mundi sedatoribus,  
& malè exceptus fuit eius concionator, ut D. Hiero-  
nym. de seipso declarat. h. 22. n. 28. Et quia illam ex-  
pressè dixerunt, multi SS. occisi sunt. hom. 36. nu. 40.  
51. nullusque eam uult in domum suam recipere,  
sicut

sicut nec mulierem Leuitæ in Gabaa, h. 34. n. 41. sed qui illam peius excipiunt. sunt potentiores: sicut enim primo suam intendunt voluptatem, querunt qui sibi dicant mendacia & verba adulatoria. ibid. num. 52. Ut autem eis veritas intimetur, necesse est vt de paradiso deuantietur sicut Elias Ioram. ibid. n. 53.

III. *Misit Herodes.* Ioannes Prædicator erat veritatis, non nugivendus, non muliercula, quales sunt plures hom. 10. num. 41. Zelabat honorem Dei vt verus eius filius. hom. 28. num. 56. vsque 61. Perpendebat offensas Dei multò grauius quàm si sibi fuissent illatae. hom. 22. nu. 14. vsque 19. Nouerat peccatum labiorum in Isaiâ? quia Regem Oziam minimè redarguerat. ibid. nu. 5. 6. & hoc quoque non ignorabat, quod propter peccatum vniuersus Deus reliquos puniat, ibid. n. 11. Idcirco feruens animo corripiebat Herodem: imò quia plures hoc non facimus, nos in vincula non conuincunt h. 36. n. 41.

IV. *Misit Herodes et tenuit Ioannem.* Vide notata Dominica secunda Aduentus ad illa verba: *Cum auisset Ioannes in vinculis.*

V. *Non licet tibi.* Grauißimum peccatum est adulterium, cordis cæcitas: cum enim Herodes vxorem haberet propriam, non inferioribus conspicuam conditionibus, quam Herodias, illi tamen libellum desitit repudij, vt cum hac suis vacaret adulter voluptatibus. ho. 26. nu. 19. Crimen hoc est ira execrabile, vt contra illud Deus instituerit sacrificium zelotypiæ perpetuo confirmatum miraculo. ibid. n. 23. 24. & grauius per illud Deus offenditur: quia auctor est Matrimonij. ibid. num. 25. & potissimum in lege Euangelica: cum enim matrimonium sit Sacramentum, adulterium aliquod redolet sacrilegium. ibidem numer. 26. vsque 31.

VI. *Non licet tibi.* Quamuis in omnibus enorme sit adulterium, vt dictum est, grauißimum tamen est in Regibus: nam id acerbissimè puniuit Deus in Dauide hom. 26. n. 19. Et propter vnum adulterium quod Rex Abimelech intentauit, illum castigauit Deus morbo sterilitatis: & declaratur sufficere vel vnum adulterium, præsertim vnius Regis, quo totum regnum euertatur. ibid. n. 20. 21. 22.

VII. *Non licet tibi.* Turpissimum & maximè scandalosum erat Herodis scelus, fratris sui vxorem sibi assumptis in pellicem, erat etenim ipsa mulier regalis, & frater eius Tetrarcha primarius, & illustrissimus: huic sceleri aliud superaddidit non minus iniustum & scandalosum, quo tenuit Ioannem in vinculis: Principes enim illi sunt qui scelera committunt vt inuerecunda, ita turpia: vir popularis quem furatur: potè Princeps integram civitatem, imò regnum depopulatur: vir vulgaris committit cum muliere communi adulterium: sed Rex cum feminis sit.

cipibus & illustribus. hom. 35. numer. 19. 20. 21.

VIII. *Non licet tibi.* Non deesse poterant Herodi famuli, qui voluptatibus eius adeò illicitis ad maus deferuissent. tales etenim Principes seruos habent, qui Dominos suos in sceleribus soprabent comites & auxiliarios: vnde solemem in infernum ingressum cum Assur faciunt hom. 35. n. 22.

IX. *Non licet tibi.* Indubitanter Herodi non desiderabantur serui, qui nedum illum à sua non terrebant libidine cum vxore fratris sui, sed illum rauciores prouocarent; vt serui Pharaonis, illum excitantes vt accederet ad vxorem Abraham illaque abuteretur vnde Deus in illos seuerius animaduertit. hom. 35. num. 25. 26.

X. *Non licet tibi.* Conatus est D. Ioannes arguere Herodem, & prænoscens feritatem eius plurimum inuicem, non illum asperius obiurgauit sed verba blandioribus: vt enim ait D. Chryostomus *Verò est magis docentis quam reprehendentis* ho. 35. num. 52. 53.

XI. *Non licet tibi.* Vt fructum proferret reprehensio ad particularia descendit D. Ioan. veritatem in cæta in communi, omnibus quidem placet sed non proficit: nemo namque illum pro se capit, nec in modum suam, vult adducere: hoc etenim modò modò sta est. ho. 34. nu. 41. & necessarium est, quandoquidem eam in domum suam non adducat, nec reseruat quasi sibi dictam, cum illi applices in singulari. ho. 34. nu. 73. 74. & ho. 36. n. 19. & seqq.

XII. *Non licet tibi.* Hoc Herodem maxime impugit, quod arde nimis premeret. Placebat illi D. Ioannes, quando in generali loquebatur: *Libere auandiebat*, sed dum vrget & arguit in singulari: *Non licet tibi*, tunc visum irritauit. ho. 34. e. 53. quasi sum, teste Salomone, latroni furanti proposuit. ho. 40. n. 16. vsque 16.

XIII. *Cum dies opportunus, &c.* Cupiebat Herodias testante Euangelista Ioannem occidere, & cetera intentioni illius, & ipsius etiam Herodis ad hoc oportunus, nempe cœna magnifica & regia, qua Herodes diem natalis sui celebraret. Mirantur enim quòd cum Herodes liberè portaret occidere D. Ioannem tamen nec ipse, nec Herodias tale facinus ausuissent ardeare, sed occasionem capiant, & pallium aliquod peccatum etenim tantam ingerit verecundiam vt homo quantum libet effrons, illi quærat latibulum & periculum. h. 19. n. 67.

XIV. *Cum introisset filia ipsius Herodias.* Erat puella filia Philippi fratris eiusdem Herodias: vnde D. Chryostomus, Herodias expendit impudenter nam prodeunte in publicum hac occasione puella magis manifestabatur incestuosum eius adulterium, quasi de illo se iactabat: hoc etenim est incestuosum

mensi illitium : quod omnes in mulierem insurgant, si animi labor infirmitate, & se polluat adulterio, vt illi coorigit, de qua narrat D. Ioan. quam accusabant pharisei : in viris autem, nedum non arguatur, sed etiam in eo illi gloriantur : quorum infamiam conueniunt D. Hieronymus, & D. August. argumentis lectu dignissimis. h. 26. n. 33. vsque 37.

XV. *Es à me, si dimidium Regni mei.* Ecce quantum cum D. Chrysolomo promissum vt vnica vice medium offerat regnum: est etenim luxuria ignis cuncta consumens. Argumentum optimum. ho. 18. n. 34. 35. Parit in Davide, Salomone & Israclitis. ibid. n. 36. 37. & nominatum in Samson. Rarus hic est casus. ibid. n. 38. 39.

XVI. *Es contristatus est Rex.* Nulla subest illi difficultas, nisi quod quamuis per fidus ille gladio caderet D. Ioan. in eo ipso gravissimam sustineret poenam, & velut suspensus torqueretur ex vna parte considerans intellecto suo peccatum in quod incedebat, & oprans ex altera, pondere peruersæ voluntatis libidini suæ vacare: atque idest merito vasi Zachariæ comparandus inter cælum & terram suspensus. ho. 37. n. 47. & seqq.

XVII. *Contristatus est Rex.* In eo ipso quod illi gratia erat ac volupe dolorem sentiebat, quo à propria peccata conscientia. h. 37. n. 53. est hac percepta accersit animam percutiens: & hoc tibi quoque contigit. ibid. n. 64. 65.

XVIII. *Sed propter iurandum.* Vah te proditorum serupulu tibi mouet iururandi transgressio, nec tamen caput illi auferre times quo inter natos mulierum sanctorum non surrexit. Iuramentum non seruare in illo casu, ubi vt malum esset, sed nec erat obligatorium; imò potius sacrilega erat eius impletio: qui namque viui tribuit impletionem eius quod iuratur, Deus est, & granè dicimus sacrilegium cogitare, quod Deus non ad peccata compellat: nam idcirco D. Ambrosius, vt impium redarguit facinus Iepthe filiam suam sacrificantis, sub nomine iururandi Deo præstiti. Considera hic multos, quos Dauid appellat, mendaces in iuramentis suis: qui sibi serupulum mouent in iis quibus nullus est, nec tamen anguntur vilo serupulo in peccatis turpioribus. Laudatur serupulus, sed stultitia reprehenditur. h. 23. n. 15. vsque 19.

XIX. *Noluit eam contristare.* Quamuis propria non esset filia, tamen erat pellicis suæ, vnde eam diligebat ardentius, quam propriam filiam. O parentes, qui vestros vestros contristatis, offenditis Deum, atque vt illis placeatis, & eorum studeatis commodis, sapè iustitiam sanctorum aspicitis. Hoc primò perpendite quod vobis mala rependant, si quæ futuri vestrae mortis occasio, & aua damnationis. hom. 15. num. 24. Vos quoque coram diuino tribunali condemnabunt, si illos

non puniat & coerceatis, ne forte contristentur. hom. 23. num. 26. & sequentibus. Sicut ille qui bouem cornu petam non alligauerat. hom. 35. num. 23. Quinimò hoc ipsum occasionem præbebis, quâ vobis mortui domum referantur, si creditis Spiritui S. ho. 31. num. 32.

XX. *Sed misso speculatore.* Habebat ibi confestim ad manum, qui tam horrendam exequeretur iniquitatem: sicut Pater illius habuerat Herodes paratos plurimos ministros ad cecidem innocentium, qui ad quatuordecim millia exereuerunt. hom. 41. nu. 101. Atque per hoc tales soli non ingrediuntur infernum, sed magnâ stipante ministrorum caeterâ. hom. 35. numer. 22. 23.

XXI. *Dedit puella, & puella dedit matri suæ.* Quanto gaudio mul. ebatur impudica illa pellex, voti iam compos, nullo contradicente, quæ cælum ipsum iudicabat sibi propitium; & hoc ipsum indicabat iram Dei iam eius cœcibus imminere, vt peccatoribus immineret, quos suis patitur liberè vacare voluptatibus. h. 35. n. 28. vsque 36.

XXII. *Quo audito venerunt discipuli eius.* Ita Deus exceptit D. Ioan. inquit D. Chrysol. Primò, vt ex illo discamus patientiam, si persecutionem ab aliis vt Herode, patiamur: cum videamus illum fuisse inter natos mulierum insigniorem, & tamen ita vilipensum vt caput eius viliissima metetricis saltationi appenderetur. Secundò, vt nouerimus aduersitates, carenas, & mortes argumentum non esse indignationis sed amoris, cum illa tribuat amicis sibi charissimis. h. 32. n. 24. & seqq.

XXIII. *Quo audito venerunt discipuli eius.* Spectas hic D. Io. capite plexum, vt profana puella saltatio præmium recipiat, sed hoc tibi certo persuasum habeas, quod non inultum tantum euadet peccatum, sed dignum respondeb. t. culpæ supplicium; quocirca mortua est, gelu contritum transiens fluium; submergitur, & caput foris emicat, ipsa quasi tripudians suspenditur, donec glacies illi caput dissecet à corpore medium; qualis etenim Deo fueris in sanctis eius, talis & tibi futurus est; & diues epulo qui Lazarum passus est fame interire, ne mica illi panis erogando, fieri peribit æstuans in æternum, vt non sit qui guttam aquæ præbeat æstuanti. hom. 25. n. 50. & 58.

IN FESTO NATIVITATIS B. MARIE VIRGINIS.

**L**iber generationis Iesu Christi, Matth. 1. Vide notata in Festo Conceptionis.





IN FESTO S. MATTHÆI  
APOSTOLI.

**I. Vidit Iesus hominem sedentem in telonio** Matth. 9. Præ manibus hademus, opus omnino præclarum: interea quæ fecit Deus à creatione mundi: conuersionem nempe Publicani ita publici, ut seipsum recenserat inter Publicanos cauteriatam habentes conscientiam, & in puncto de titione inferni Seraphinum reddidit caelestem, & vitio tractu cupiditatem euulsi; quæ tam profundas egerat radices, ut totum eor ejus occuparet, quo factus fuit dumetum spinarum, & in paradysum commutat omnigenis floribus fructibusque redundantem. Quod si peccatorem conuertere vulgarem; istumque eum efficere. a Quis sit multo mirabilior, quàm cœli terræque creatio: quid erit peccatorem ad meliora reducere ceteris nequiores; & momento temporis Apostolum creare & Evangelistam. Hoc illud opus est quo Deus seipsum mirificè exultat. h. 25, n. 4-5.

**II. Vidit Iesus hominem, &c. Matthæum nomine.** Quis non stupeat, quòd in Festo huius Apostoli nobis Ecclesia ejus propalet crimina; nec enim id videtur ejus honori conducere, sed potius palàm eum infamia conspurcare: & hoc quidem bonum dicimus, quod ipsemet hoc faciat, proprio se nomine compellans: *Matthæum nomine.* Nam D. Lucas eandem describens historiam proprium Matthæi nomen non apposuit, sed nomen tantum vulgare *Leui*, nomen inquam, ita familiare, sicut modò Petrus vel Paulus. Ipse idem est qui proprium suum nobis crimen exponit vitii depictum coloribus, & hoc est quod in medium producit ipso die Festi sui: etenim præ reliquis intendit Dei gloriam, consolationem & utilitatem omnium peccatorum, totiusque Ecclesie, imò & proprium honorem. Vide notata in Conuersione D. Pauli supra. num. 2.

**III. Præteriens Iesus.** Primò præ oculis habet Evangelista, suum exarans crimen, idque exaggerans, Dei gloriam, est enim insignis, & hoc actu scaturiens. Primò quia hic eius excellit misericordia. Vide notata in Conuersione D. Pauli. numero. 3. Hic eius innotuit potentia. ibidem numero 4. Similiter patet fortitudo contra fortem armatum. ibid. numero. 6. Eius liquet industria: nam calamus assumpsit Matthæi quæ erat velut lancea Satane contractus eius & fermentationes scribendo quo illum confodiat, efficient Matthæum Evangelistam, insigniorem ostendens industriam, quam ea fuit ex qua Barnabas commendatur, ibidem numero 7. obtinuit hic victoriam quam, cecinit. David, conuertendo ex Basan. ibi. n. 8. Cor. at seipsum

Christus eo diademate quod Satan possidebat, multo præclarior quàm David sibi tulit & imposuit coronam. Mel. hom. ibid. n. 9.

**IV. Præteriens vidit hominem.** Secundò suum litteris manifestat Evangelista cœlus ad bonum Ecclesie, prorsus tamque consolationem: ut per hoc confiteretur peccator credatque firmiter remissionem esse peccatorum. In festo Conuersionis S. Pauli. numero. 11.

**V. Vidit hominem.** Articulus fidei maxime consolationis hic est de remissione certa peccatorum, hom. 18. numero 2. vsque 14. Hæc omnia nascuntur de triplici concupiscentia, ut dixit D. Ioan. prima concupiscentia est voluptatum carnalium, secundæ avaritiæ & superbiæ, tertiæ diuitiarum. homil. 21. numero 72. Grania sunt hæc omnia mala, sed veniunt Christus allaturus remedium. ibidem numero 73. Vt nobis testaretur omnia peccata habere remedium, ad meliora conuertit tres nequissimos peccatores, ipsosque reddidit eminentissimos Sanctos: Saulum allaturus à vitio superbiæ & arrogantia, quo dicebantur ipsans mirarum & cœdis: Magdalenam à vitio libidinis, cui ad os vsque immergebatur; Matthæum à peccato avaritiæ, quo tenebatur abforatus: quaterus omnigeni peccatores spem habeant, & eorum flagrant magistram, & speculum penitentia, sicut dicitur: statuit Sanctos variis ornatos virtutibus, quaterus ipsi præluceant exemplo, & dicatur: *Deus enim verbum, & vox nocti indicat scientiam.* ho. 3. numero. 5. 6. 7.

**VI. Præteriens Iesus, vidit hominem.** Tandem ad gloriam cedit eiusdem Apostoli Matthæi: tanto maioriore, quanto inter peccata difficilius auaritia superatur: est etenim laqueus Satane intricatissima, & quo maxime præualet. homilia 28. numero 36. vsque 44. tantoque fuit Davidis gloria præclarior, quanto Gigantis quem prostrauerat, virtutudo constabat potentius. Conceptus hic attribuitur D. Chrysolomo. hom. 38. num. 25. Ex quo probatur, ad gloriam cedere peccatorum, dum eorum peccata propalantur. ibid. numero. 24. Quotidò idcirco in die iudicii reuelabuntur omnia ad eorum confusionem, sed ad gloriam, postquam autem Dei hom. 6. n. 47. 48.

**VII. Vidit hominem sedentem.** Primò à seculo Evangelista culpæ suæ gravitatem, & abyssi exitum profunditatem, qua talis est, quæ Deus grauius obediatur, quia peccatum hoc directè diuinæ eius reprobatur essentia: eo quod avarus pecuniam Deum dicit statuat. Conceptus hic rarus est. homilia 28. numero. 33. tamque fortiter cor confringit ut illo seculo apprehenso, videatur quis spem omnem salutis amittit, vocaturque bene à D. Paulo laqueus diaboli, & confet Christus impossibile diuitem avarum saluati sunt hæc quæ discipuli maxime admirati sunt, & con-

possit amplius percellere. h. 28. n. 96. vsq. 40. Vitium hoc animam ad ima demergit. ibid. n. 40. 41.

VII. *Sedentem in telonio.* Cum auaritia vitium sit atq. perniciosissimum, non leuiter corde inharebat Matthaeo, sed radices in illo egerat profundiores, ita vt vulturarius esset & publicanus ex professo dataeque opera: nec enim vir erat, qui semel tantummodo contractum in exanimatum, sed erat hoc illi familiare, sui muneris, in quo auaritia non ita locum habebat, sicut adhiberetur in Dauid, quod Nathan Propheta vocat peregrinum, sed sicuter & continuo. hom. 38. numer. 26.

IX. *Sedentem in telonio.* q. d. ibi cor suum, animam & cogitationem fixerat, hanc enim emphasim insculpsit verbum *sedentem*. h. 38. n. 25. 16.

X. *Mattheum nomine.* q. d. publice notae erant eius vitiorum, & tormentationes, quem omnes vt talem habebant, & eo nomine cognoscebant, ac titulo, ita vt in tantam lapsus esset miseriam, vt iam se iactaret quod hoc nom. ne passim vt talis agnosceretur: horum numero censendus, de quibus Dauid: *Laudatur peccator*. h. 34. n. 57.

I. *Prateriens vidit hominem.* Tam orditur referre Christi potentiam eiusque misericordiam. Primo: dicit quod oculos suos in eum deflexerit multo praedicti mysterio, quam illos coniecerat in caecum a ueritate. Miratur forte quis quod illum aspexerit, quia quid in caeco quis videat? illum nihilominus inuitus est, vt diuitios suos testaretur oculos, eosque tales non esse, quales hostri sunt, quos tantum ibi conuicimus vbi quidquam spectamus nobis ad lucrum: Ipse vero illos coniecit vt aliquid daret, vnde vbi defectus est, quem suppleat. Si ibidem defectus aspiciat oculis corporis, hic illos videt oculis animae: & si ibi illos in hominem coniecerit pauperem, & lacrum quoad corpus, hic illos coniecit in abyssum iniquitatum in animam: quocirca sicut hic grauiores erant suppleudi defectus, ita se uentiori coniecit in illos affectus. h. 30. n. 25. vsque 28.

XI. *Vidit hominem sedentem.* Sunt oculi Christi spiritus uiuificantes: quales non aspicientes aspiciunt, ex magna misericordia iustificationem operando. h. 30. n. 1 & vsque 21.

XIII. *Vidit hominem sedentem.* Statu iacebat infelicitate prostratus Matthaeus, sedens corpore, sed cor eius respicebatur vt amphora Zachariae a duabus mulieribus introductus a suis milibus, vt illud in terra collocaretur Babylonis, ac perpetuae confusions: vna femina erat affectio terrenorum, & amor pecuniarum: hae enim lenissimas habet alas: altera erat animus obfirmatus erga pauperes: huiusmodi que poterant illi esse subditi: quocirca cor hoc respicebant ad sepulchrum, sicut dicitur anarum: Inuitus est uates Zacharias

amphoram illam, illi que condoluit, sed non succurrit. hom. 18. n. 27. & ho. 39. n. 19. Christus hunc intuetur, illi que subuenit: sunt etenim eius oculi, quales laudauit Pa. ter eius Iacob, vino fortis confortatus, & effectus producit struthionis effectibus insignioribus. h. 4. n. 38 h. 18. n. 52.

XIV. *Vidit hominem sedentem.* Cum Matthaeus o. pibus affatum praualeret, Christus autem omnium esset indigus, quis fortasse crederet, Christum intendisse in Mattheum, quo speraret sibi aliquid erogandum: sic enim mendici solent intueri ditiores, vt alter paralyticus D. Petrum & Ioannem. Imo potius hic omnino contrarie: nec enim Christus Mattheum respicit, nisi vt retribuat: cum enim peccus illius vberiori redundet misericordia, quam vbera lactantis, sicut haec non satagit, nisi qua ratione vbera effundat & exoneret: ita Christus non intuetur nisi vt suas communiat misericordias, quem Isaias proponit vt apparatum, quia non est qui illas recipiat. hom. 28. n. 28. Idcirco perpetuo praestolatur aduenientes. hom. 37. n. 17. Quis vero ad illum homines non accedunt, ipse illos indagat, vt illis misericordiam praestet: etenim thronus eius, soli comparatur cursu suum perficienti, nec aliquid recipienti, sed eroganti. hom. 41. numero 62.

XV. *Et prateriens.* Verbum hoc apponit Euangelista, vt eximiam ostendat Christi potentiam: cum enim sit actus ipsa caeli tetraeque creatione sublimior, cum tamen perficit quasi nihil ageret, hoc est transeundo: ita vt quamuis opus sit Deo valde proprium, modus tamen agendi illi magis proprie conuenit. Ita notat D. Chrysostr. h. 30. n. 3. 4.

XVI. *Prateriens.* Id leuiter transeundo tantum confert cordi beneficium, quid faciet si in corde tuo diuurnam traxerit moram: & quanta erit culpa tua, cum illum in S. Communionem sic habeas in te manentem si in te suas non explicet misericordias. hom. 30. numer. 14. 14.

XVII. *Mattheum nomine.* Proprium adseribit Euangelista nomen, ad grauiorem sui verecundiam: quia Sa. thide peccatis suis confundatur tam eximia, vt non sit poena illi conferenda: quia Deus eorum illis infundit cognitionem. ho. 38. n. 34. vsque 37. quod autem de tuis non confundaris, indicium est, quod illa minime cognoscas. ibid. nu. 57. vsque 60. Porro cum tanta sit verecundia, nullatenus tamen clarum dependet remedium: & sicut rationi conuenit, vt de illis confundamur, ita queque necessarium est illa distincte ad remedium, confiteri. hom. 19. numer. 62. vsque 63.

XVIII. *Mattheum nomine.* Ad maiorem seam agnominiara, se nominat Euangelista, etenim eadem illa

illa verecundia ipsum disponit ad remissionem suorum peccatorum obtinendam. hom. 38. num. 59. sed eo usque non perveniat ut tua verearis peccata confiteri: nam audivimus Spiritum S. consulentem. *Est confusio adducens honorem, & gloriam: unde te monet: 1<sup>ro</sup> anima tua, non confundaris dicere verum.* ibid. n. 54.

XXIX. *Matthaeum nomine.* Nullo evidentius sua confitetur peccata: atque in medium profert, quam iustus, qualis fuit D. Paulus: *Primus peccatorum ego sum, &c. Furdus, asphermus & contumeliosus.* D. Petrus, compulsi D. Marcum discipulum suum, ut patentius suam scriberet negationem, & eiusdem aggravantes circumstantias: etenim sic loquitur Spiritus S. *Iustus accusator est sui.* hom. 43. n. 45. Prodi nunc quoniam tuum illi des oportere peccata, tuumque nomen, etiam in secreto confessionis, similis fallaci Reginae. ho. 19. num. 64. 65.

XX. *Vidit hominem.* Hoc Dominum stetit: qui non solum attendit, quod usurarius esset, peccator, quod tunc in ipso nihil boni esset, sed quod homo esset: etenim corum minimus plus valet quam omnes caeli cum stellis suis, & tota terra cum suis mineralibus & divitiis suis; & hoc tui muneris esset, oculos conjicere in pauperem, quamvis non nisi plenus esset misericordis. h. 30. n. 21.

XXI. *Sequere me.* Domine, homini ut huic sic loqueris, feneratori, decepto i, & pauperum oppressori, ut te sequatur, huncne eligis regni tui optinatem: nihil enim ab illo sic alienum quam doli & fraudes: nam in omni regno tuo nec vnus invenitur, qui fraudem posset technamque componi. ero? ho. 37. num. 34.

XXII. *Sequere me.* An hunc tibi socias, missis tunc viris sapientibus, bonaque fama nonnullis? Virique nam Dominus est gratiae suae, & eligit, quemcumque voluerit. ho. 10. n. 31. h. 21. n. 27. 28.

XXIII. *Sequere me.* Paulo autem juvenis accesserat ad Dominum dicens: sequar te quocumque iteris, quem tamen Dominus respulit, & huic qui nec semel de illo cogitabat: praecipit: *Sequere me.* ratio est: quia non omnia omnibus conveniunt. ho. 21. num. 13. & sequentibus.

XXIV. *Sequere me.* Virum eligis, ita in mysteriis & veritatibus Dei ignorantem, & versipellem & expectum in mundi negotiis? Eligo. Vide quae diximus in Festo S. Andrae n. 3. usque 70.

XXV. *Sequere me.* Educat illum de libris rationum & partibus vltimarum, ad eiusdem vilitatem, & humilitatem, sicut D. Andraam de rebus evocavit. Vide in Festo sancti Andrae n. 11. 12. 13. h. 3. n. 11.

XXVI. *Sequere me.* De codicillis computas, elicit illum in loci prodromi, facit Evangelij, ut tunc a hoc scriberet sollicitudine, quanta illos, & eandem ad haec beatissimi

lucrum honorem spiritualium, & animarum, quae adhibebat ad lucram divitiarum temporalium: cum sint animae Dei divitiae eiusque facultates primant. h. 38. n. 118.

XXVII. *Sequere me.* Vide notata in Festo S. Andrae ad illa verba: *Venite post me.* n. 14. v. 10. 21.

XXVIII. *Surgens secutus est eum.* Indicavit Iulianus Apostata haec esse: quaedam animi levitatem, sed impie: quia virtutem Christi stupidus ignorabat. Vide in Festo S. Andrae n. 28. & sequentibus.

XXIX. *Surgens secutus est eum.* Sed nec agnoscent Iulianus ovium Dei conditionem, designaram in eodem Festo D. Andrae. n. 31. v. 10. 38.

XXX. *Surgens secutus est eum.* A surrente de voluio, libros omisi contractuum quibus ad perditionem rapietur: ita similiter ubi agendum, alligat de peccato, & eius occasionibus, quibus in illo reprobis. h. 10. n. 34. & seqq.

XXXI. *Surgens secutus est eum.* Hic eximia spectat Christi potentia: qua Matthaeum de turpissimo peccatore transmutat in sanctum eminentissimi. Vide quae diximus in Conversione S. Pauli ad haec Vade Anania.

XXXII. *Surgens secutus est eum.* Hoc inter propeua Christi prodigia caput attollit: nam Iosue, suo verbo solem detinuerit, avarum tamen non potuit cohibere, quem Christum movet ut vnico momento infinitam transeat distantiam. ho. 28. n. 34.

XXXIII. *Surgens secutus est eum.* Radium hinc emisit Christus quo videre potuit peccati sui gravitatem, quod statim exhorruit, tamoque periculosum est, ut morte ut statim egressus sit de loco, in quo illud committebat. Vide dicta in Conversione S. Pauli ad haec *Stupens ac tremens.*

XXXIV. *Fecit ei prandium.* Alius Evangelista dicit: *Convivium grande.* Per hoc ostendit quomodo esset beneficium sibi, a Christo praestato, magis quam Tobias Angelo, per quem lumen acceptat: etenim ipsum est eius memoriam habere, qui tali te curavit beneficium. h. 38. n. 8. 9.

XXXV. *Fecit ei convivium grande.* Non sicut dicitur ex se comitua, imo esse possunt sancta, & hinc multis de causis. ho. 16. n. 13. 24. & hoc tale sunt quae Dominus illud acceptavit, non ob delicias cibi copiosas, sed primò, ut hilaritatem ostenderet, quae post se fundebatur ob animae vnius lucrum, ut ostendit Petrus filij prodigij. ibid. namque nullus effulget dies, excepto illo, quo nobis singulari e conferet beneficium. ho. 10. n. 7. h. 42. n. 49.

XXXVI. *Fecit ei convivium.* Secundò: accipit illud convivium, ut in Matthaeo donum eorum quod illi tribu erat, & quoniam ignorabat quomodo principale convivium, quod illi praeparabat, non in a

de feculis instructum corporalibus, quam de corde suo conuictio, acque de hoc dici potest conuictio, quod accipitur, sicut illud Pharisæi propter illud quod Magdalenam illi præparabat multo lapidatus. ho. 38. num. 12. & seq.

XXXVII. *Videntes Pharisæi, dicebant discipulis eius: quare cum publicanis?* D. Lucas Euangelista dicit, quod hæc loquerentur obmurmurando: vide quæ dicta sunt Dom. 3. post Pentec. ad illa verba: *Eritis et ipsi publicani, &c.* Et murmurabant Pharisæi. Quæ omnia hic appost. è continent.

XXXVIII. *Dicebant discipulis eius.* Optimè vocat illud David, arcum prauum, & homines præposteros: quando namque iudicant errare discipulos, de ipsis apud præceptorem suum conqueruntur: & tunc quando Magistrum indicant deliquisse de illis apud discipulos querimonias deponunt. Conuetudo est hæc familiaris in mundo: dum enim in aliquo defectum notat, non illum pergis corrector, sed alius reuelat h. 22. n. 43. v. debantur apes esse sed se ipse erant, non enim aliud intendebant quam honori. Christi de rop. h. 23. n. 9.

XXXIX. *Quare cum publicanis manducas Magister vester?* Quare perditis conuictur peccatoribus? Si d. Hieronymo hoc quærent, idem & ipse responderet interrogatori ab ipso propositis: quare creauit Deus hominem peccabilem, & labilem, nisi ut suam in deo patefaceret misericordiam. h. 18. n. 2.

XL. *Quare cum publicanis?* Huic responderet D. Ambros. Adeo misericors est ut malis peccatoribus quod de ipso murmurant quasi faciente ea quæ dignitati sue videntur innoxia, quam quod in misericordia desinat. h. 18. n. 56.

XLI. *Non est opus valentibus medicus, sed male habitibus.* Quis non miteret Christi responsum: medicus enim conuenit infirmis, & expe. illius medicus, extremè laborantibus. Possemus & ipsum Dominum interrogare: Domine: non solum pendet à te infirmi & languidi, sed etiam sani & robusti: nec enim tantum peccatores & infirmos inflicta: & curas, sed etiam electis tuis das gratiam. Sic ut à te dependat non minus quam lux de radiis solibus: nam ibidem te solem lucemque mundi cognominasti, dixit etiam tuus Euangelista: *De plenitudine eius nos omnes accepimus.* Hæc verba vix valde mystica declarauimus apposite. ho. 33. n. 14. vsque 20. Insuper hoc conuoluit. Agitur: Sancti perperis te laudibus deprecant. h. 21. n. 49.

XLII. *Non est opus valentibus.* Verum est quod etiam iustus & sanctus sit ipse necessarius: sed propter ipsos non venit in mundum factus viator, sed quem peccatam quaeriturus & peccatores curaturus, hæc ratio inuicem iplabatur D. August. Domino loquentem;

non te Domine ad terram nostram detraxerunt benedicta, nec sancti ex eo quod sancti erant, sed peccatores eorumque grauissima peccata: quod ipse tateatur Apollolus. h. 38. n. 41.

XLIII. *Non est opus valentibus.* Per hoc responderet Dominus malitiam Pharisæorum, qui non permittebant peccatores ad se accedere: cum ebant enim eorum accessu se fore immundos idcirco murmurauit de Christo Simon, Magdalenam ad pedes eius conspiciens. Hebetes erant, ne sciens Christum fontem esse, qui reliquos emundans ipse non inquinabatur. h. 38. n. 43. Erat lux quæ loca pertransiens sordida nullam contraxit malitiam, imò illam consumpsit. h. 34. n. 13. tangens leprosum non fiebat immundus imò leprosum mundabat. h. 31. n. 67.

XLIV. *Euntes discite, quid est misericordiam volo & non sacrificium.* Dicitur quid indare voluerit Vages Olee, cuius est hoc oraculum, & dupliciter potest intelligi. Primo, interprete D. Hieronym. aliisque Sanctis. Vos vobis pertinetis, in eo cuius meam esse voluptatem, quod mihi sacrificia deditis, in tantum ut ea de causa filii vestris persuaseritis, ut desinat in illis quæ parentibus debebant cui contrarium vos docet Propheta. Gratus mihi est facere misericordiam peccatoribus, eorum sceleribus ignoscendo, gratiam meam illis tribuendo, quam quælibet sacrificia mihi à vobis oblata. Iudicabant nebulones illi de Deo sicut de nobis qui velut multorum indigi tantò sumus alactores, quanto munera sunt opulentiora quæ nobis offeruntur: quod ita patet in terrens Regibus ho. 41. num. 50. Plerò cum Deus pl. uisisset, nec vilius egeat, nequa illi dona non satisfaciant, quantum ad ipsum spectat, nisi quantum per illa præparatur ad ad misericordiarum illius receptionem: etenim in illas nobis tribuendo requiescere dicitur, sicut mulier cui vbera lacte turgenti, dum illa lactenti puero porrigit. ibid. n. 62.

XLV. *Euntes discite.* Secundus sensus est, quod Dominus illorum designet ruinam. Patres eorum inceperunt facere opera misericordie, sed illis defunctis intravit in peccata filiorum auaritia, & habendi cupiditas, quæ successi crudelis euasit, & hoc illi significat per eundem Prophetam in præcedentibus verbis: *Misericordia vestra, quæ si nubes matutina, & ros cito pertransiens.* Reprehendit Deus eorum peccata per Prophetas, dum illi sacrificia consecrant & plurimas offerant hostias, quibus toti intenti erant, non tam spectantes gloriam Dei quam propriæ inhiantes utilitati: quocirca illos Dominum rearguit, dicendo: *Peccata vestra, & Qui detrimis mensuram, &c. Reliquis qua grauiora sunt legis, misericordiam & fidem.* Copulat fidei misericordiam, sicut etiam Salomon coniunxerat: *Misericordia & fides vera te non deserant.*

hom. 30. n. 24. 25. Unde significat, si bene de Deo fen-  
toretis, intelligeretis id quod dixit, quod plaris fa-  
ciat, vt pauperibus sitis misericordes, quam non aua-  
ri in vicinis offerendis: quamuis enim in affectu a-  
moris, Deus esse debeat primus: in effectu tamen ope-  
rum, praecepit vt primo subuenias per opera miseri-  
cordiae habenti necessitatem. h. 23. n. 58. & seqq.

XLVI. *Misericordiam volo.* Praeclarior misERICOR-  
dia qua potes alicui subuenire, ea est qua saluti pro-  
spicias animae illius, tantoque dignior, quam succurre-  
re pauperibus victum illis ministrando corporalem,  
quanto praeualerit anima corpore: in quo fundat Do-  
minus praeceptum de correptione fraternae. h. 22. n. 3.  
v. 11. & n. 29. 30.

IN FESTO S. MICHAELIS  
ARCHANGELI ET OMNIUM  
SS. ANGELORVM.

I. *Accesserunt discipuli ad Iesum dicentes quis putas  
mater est?* Math. 18. Festum nobis celebra-  
ntibus omnium SS. Angelorum proponit Ec-  
clesia hoc Evangelium, in quo Dominus nobis insigne  
proponit beneficium quod ab illis accipimus: cum il-  
li sint qui nos custodiunt & defendunt, colique nobis  
mittit protectores, atque de illis nonnulli SS. Patres  
intelligunt, quod spes sint de quibus Christus, quibus  
vincam salutem tutamque conseruat. h. 17. n. 22. qui-  
bus ita circumcingimur, sicut dixit Zacharias, vt si  
Deus nobis oculos aperiret, sicut aperit Caezi, infi-  
mitas illi gratias ageremus, quod illos nobis mittat,  
& illis, quod nos custodiant. h. 18. n. 20. 21.

II. *Accesserunt discipuli.* Designauerat Dominus  
Petrum suum Ecclesiae suae & Regni caput: cum  
enim tributorum collectores accederent tributum  
exacturi, quod tantum familiae capita debebant, a D.  
Petro hoc exegerunt dicentes, vt Christus solueret  
didrachma, quod Petrus Christo significauit, cui in-  
iunxit vt ad mare pergeret, atque in primo pisce quem  
atit, heret iuueniet pretium pro tributo soluendum,  
& ait hoc pro te & me solue. Vt autem hoc audie-  
runt Apostoli, hinc intulerunt, quod iam Petrus vt  
caput & primus esset constitutus, & sicut adhuc  
imperfectiombus subiacebant, & affectibus regebantur  
terrenis, potissimum autem ambitionis: accu-  
sit illos diabolus, & data hac occasione illos ten-  
tauit: haec etiam eius est conditio, tuos conside-  
ra affectus & cordis inclinationes, vt oblata oc-  
casione v. lox accuriat te tentaturus. hom. 5. nu. 30.

III. *Accesserunt discipuli.* Quam festine data vel  
minima occasione Apostolos inuasi superbiae & am-

bitiois affectus: Natura nostra vt fomes, est in se  
posita, vt vnicum verbum sufficiat, quo petuere-  
mur, & ingens in nobis accendatur ignis: demon quo-  
que totis viribus sufflat, quare diligenti cura sollicita  
vixere nos oportet. hom. 4. num. 17. 18. Idem aliter  
timus in duobus fratribus Iacobo & Ioanne quos pri-  
mum enim Christum audiunt de sua ad Regnum cae-  
lestem professione, confestim inuasi illos desiderium  
primas occupandi sedes verba Christi modo a tanto  
ex parte asumentes. h. 1. n. 28. 29.

IV. *Quis putas maior est in v. gno caelorum?* Domine  
ne cui primum in caelo sedem accreueris: Obsequio  
scio, talem videns contenti iocundum orti inter vicos  
rae abiectionis, quis eorum ceteris in caelo magis  
imperaret. Men quidem iudicio poterat Christus  
dignari: iam enim legimus in Propheta, quod in ha-  
mine superbiae summeperet detestaretur. hom. 1. n.  
mer. 31. 32.

V. *Advocans Iesus paruulum.* Non illis benignis-  
simus Dominus indignatur, nostrae namque cognoscit  
sunt imperfectiones, nostrae que miseretur, vt Patre  
singulariter hunc permittit defectum, vt doctrinam  
fundaret in Ecclesia sua necessariam: nam idcirco pe-  
cata passus est in nonnullis, ad salutem aliorum, pa-  
rticulariter Ecclesiae suae Sanctae. h. 43. n. 2. 3. 4.

VI. *Advocans paruulum.* Non hoc te stantem  
si peccata notes minora in seruis Dei: nam illa exor-  
gulari consilio permittit in Apollolis suis. h. 1. n. 24.  
h. 24. n. 27. 32.

VII. *Advocans Iesus paruulum, &c. Nisi conuer-  
seritis.* Optima foret haec interrogatio: Quomodo  
possumus hoc fieri? vt quatenus magni sumus, oportet  
nos paruulos efficiamus? Eleganter dixit David Do-  
mini doctrinam segregatam esse a doctrina munda  
dinaria: Quis audivit inquam, quod vt aliqua de  
evadat & Regnum obtineat, necesse sit, vt loquor  
rem reddat, & requiem obtenturus quareat in bal-  
nes & ad altiora sublimandus, ad infima deputatus.  
h. 29. n. 6. v. 9. Sunt hi capilli nigri capitis Iponi  
enim illos mundus intelligit. ibid. n. 34.

VIII. *Nisi conuerfi fueritis.* Divina plane est illa  
instructio, quam Dominus praelegit, qua corda com-  
ponat Apostolorum, quos affectus tenuerant ambicio-  
sus, & duo dicit in quo praedicationem complectitur  
dit Evangelij. Primum: esse regnum caelorum nobis  
preparatum, & possibile nobis illud obtinere. Oportet  
beneficium: Tale: vt ipse venerit hoc nobis annun-  
tium annuntiaturus. hom. 41. n. 87. 78. Nolite  
candidatos & ambroses hoc regnum. h. 11. n. 9. 10.

IX. *Nisi conuerfi fueritis.* Secundum: quod in hoc  
ipso regno caelorum: mansiones laetaeque sint maiora  
& minora: hoc enim loco dixit: In domo Patris  
mansiones multa sunt. Dicit modo Apollolus: Non

aculis vidit, nec auribus audivit, &c. hom. 12. num. 17. Et si ille qui locum obtinet inferiorem, hanc habet gloriam quid de illo dicendum, qui loco refidet altiori? Vide dicta in festo SS. Philippi & Iacobi ad illa verba: *In domo Patris, &c.*

X. *Nisi conuersi fueritis.* Quia verò Dominum possumus interrogare: quandoquidem declarasset: nempe esse regnum caelorum nobis preparatum, atque in eo loca maiora & minora, nobis alia duo manifestaret. Primum; quis regnum illud intraturus sit. Secundum; quis locum obtenturus sit digniorem; utriusque questionis satisfaciunt: primæ respondet præcisè necessarium esse ut intraturus regnum caelorum, conuertatur in puerum, expellens superbiam nobis ab Adam hereditariam, & noua paruulorum mansuetudine resuscitans factus Filius Dei, illi similis sit in humilitate: hanc etenim venit nobis propositurus. Vide notata in festo S. Crucis ad illud: *Nisi quis renatus fuerit.*

XI. *Nisi conuersi fueritis.* Perpende verbum hoc. *Conuersi*, id est quasi nouos nos efficiendo; ut vnusquisque omisso eo quod erat, fiat alius, ut vas lere-mur, iuxta illud Salomonis, quod notat D. Gregor. *Veni impius & non vni.* hom. 38. n. 11.

XII. *Nisi conuersi fueritis.* Vt sapio idem dat illis respiciendum quod dederat D. Iacobo & Ioanni: *Sedere ad dextram meam, &c. Non est meum.* Conceptum hunc appositè declarat D. August. hom. 15. n. 44.

XIII. *Quicumque ergo humiliauerit se sicut paruulus iste.* Ad secundam interrogacionem respondet, quod ille locum obtinebit altiorem, & futurus sit maior in regno caelorum qui se profundius humiliauerit, & factus fuerit in terra omnium infimus; ita ut gradus altitudinis in caelo sumendus sit ex gradu humilitatis in terra; ac proinde potissimum dicit Christus se venisse ut hanc doceret virtutem humilitatis: etenim magnitudini eius quam habuit in terra, & merito eius, ac tibi inuicem eius exaltatio, iuxta D. Pauli testimonium: *Humiliatus semetipsum, &c. Propter quod & Deus exaltauit illum.* Et hoc David indicauit: *Quis ascendit super decusum.* li. 15. n. 10.

XIV. *Quicumque ergo humiliauerit se.* Hæc est altissima illa Philo. o. hia, quam mundus non intellexit, in quo ut aliquis locum assequatur primarium, se exaltat, & nobilitatis suæ buccinat eminentiam, potissimum autem diuitiarum abundantiam, sine qua nullus in mundo patet gratus ad altiora: quocirca diuitias nominat D. Ioan. substantiam huius mundi. hom. 16. num. 25. 26. Imò & hoc læuè nonnullos Christi præceptores, sed errabant nec credebant supremum celestis gradum obinendum per infimam in humilitatem; & hanc hodie proponit lectionem quam te oportet addiscere. Conceptus egregius. hom. 36. num. 37. & seqq.

XV. *Quicumque ergo humiliauerit se.* Habes hic iter ad caelum, & quo possis in eo esse maior; hoc etenim est quod in seipso Christus ostendit, qui nobis datus est in exemplum. hom. 37. n. 45. Cui si pares esse volumus in gloria, etiam pares nos esse oportet in medijs ad eam obueniendam. h. 15. n. 10.

XVI. *Quicumque ergo humiliauerit se.* Nescio quid Dominus dicere potuerit ad nostram consolationem efficacius quam quod modo audimus, media designans quibus caelos assequamur, & in eo magnifiamus; sunt etenim maxime facilia, & nostræ naturæ magis conformia quam possemus postulare; nihil enim sic homini naturale, quam humiliare se, à quo nihil sic alienum quam seipsum arroganter efferre. Conceptus hic notatu dignus. h. 15. n. 39. vsque 33.

XVII. *Quicumque ergo humiliauerit se.* Audi quam huic congruè loquatur D. Ioan. quod enim à nobis requiritur gratè non est, imò valde facile, si Deus à te requiret, ut quatenus caelum obtineres, diues fieres, aut doctus, aut stemperare illustris, aut ardua victor prælia superares, quam asperum hoc iter caeli esse ingemisceres; sed à te non postulas, nisi ut te submittas, ut de primatu non contendas, ut te talem celes qualis es; & quanto hoc diligentius facere studueris, tanto futurus sis in caelo sublimior. Utilitatem spirat hic conceptus. hom. 3. num. 10. vsque 14. Et dolendum est quod petente à nobis diabolo ad animæ nostræ perditionem, & descensum in infernum; ardua quæque nobisque factu difficilia, illa tamen tantâ animi voluptate faciamus. ibid. & ho. 25. num. 63. vsque 64. Et optimè hoc callebat nobilis ille de quo D. August. hom. 15. n. 74. 75. Et quadrant egregiè discursus de discrimine inter bona Dei & mundi: hæc etenim vana sunt, petique à nobis mundus labore in operosum ut illa nanciscamur; illa vero substantia sunt, & media à nobis exposcit Deus valde leui ut diximus. hom. 25. n. 73. vsque 88.

XVIII. *Quicumque ergo humiliauerit se.* Multum execratur Deus imperitiam, & sic ea cogitat ascensum, sic Deus descensum meditat; hoc enim est: *Deus superbis resistit.* hom. 8. n. 47.

XIX. *Quicumque ergo humiliauerit se.* Non tantum loquitur Dominus de caelorum regno, sed de regno suo nempe Ecclesia, & declarat, illum loco dignum fore meliori, qui fuerit ceteris humilior: hoc enim respondit duobus fratribus primarias ambietibus sedes ut sederent, adorarentur & colerentur. O discipuli mei, certe parum nobis, quare denique in regno meo dignitate; non eo animo ut ceteris vos extollatis, sed omnibus seruiatis; nec enim sunt regni mei primatus quales sunt terrenorum Principum: etenim *Principes gentium dominantur.* hom. 15. num. 33. vsque 37. si hoc attendas, intelliges sedes has; rima-

zias in regno meo potius esse fugiendas, quam quaerendas. ibid. num. 37.

XX. *Quatenus ergo humiliaveris se.* Praeclara nobis Posimus proponit documenta, ut in pueros transmutemur: quales non esse oportet, primo: quantum ad fiduciam in Deum tanta viuentes confidentia: quantum ad partium munus: a tribus suis: cum non minus sit nobis Pater caelestis felicitas quam carnales parentes. h. 27. n. 16. Vnde contra eum expostulat qui tali non pollet fiducia. ibid. n. 16.

XXI. *Sicut parvulus iste.* Secundò, parvulus nos esse continet in simplicitate: hanc etenim teste Christo oves non possident, ea quae dicit credentes, nec contra disputantes. hom. 37. n. 24. Et praecipua perficientes, nec illa discussione subicientes. ibid. num. 28. Potissimum autem fraudibus, sinistra intentionibus, & mendacis non versipelles, qui namque his vitur caelum non intrabit. ibid. n. 34.

XXII. *Sicut parvuli.* Tertio: pueros esse nos oportet cum Deo lachrymis agendo: illis indubie nos violentos ostendemus ad regni caelestis acquisitionem. hom. 38. n. 75-76.

XXIII. *Qui suscepit parvulum salem in nomine meo suscepit.* Admiror cum video hanc à Christo toties repeti sententiam: nulla etenim sapius in Evangelio repetitur: nostra etenim erat illi respecta inurbanitas & quod sicut iudicio sententiam ducimur; nam videntes pauperem tantum consideramus ea, quae patent oculis oblit. eorum quae dixit nobis, quod ipse sub persona veniat lateatque pauperis: ideo hoc repetit: nam veraciter dixit D. Hieron. cito virtutis bonique oblitiscimur. hom. 33. n. 25.

XXIV. *Me suscipite.* Divino certe consilio laet Deus in paupere ut tum valeas amorem erga illum testari illique in paupere servire. hom. 26. n. 13. Vide quae diximus in Festo SS. Trinitatis ad illud: *Ecce ego vobiscum sum.* Et in Festo Assumptae Virginis ad illud: *Suscepit illum in domum suam.*

XXV. *Qui scandalizaverit unum.* Cane ne scandaloso sis, nec aperias cisternam: et epim à te damnatum exiget eum, qui in illam incidit. h. 14. n. 2.

XXVI. *Qui scandalizaverit unum de pusillis.* Hic patet quantum faciat Deus vel abiectionem pauperem: qui cum homo sit, illi plus est quam tantum unum. hom. 30. n. 21. v. que 24.

XXVII. *Qui scandalizaverit unum de pusillis.* Tanta est animae nobilitas, ut minimam eorum partem assumet Deus, quam Rex urbem regni sui primatiam: etenim regna Dei sunt animae. hom. 10. n. 2. 3. Sunt illae eius divitiae & gloria, tamque fert moleste, si vel unam & minimam earum perderis ac si oculos eius offenderis: Hic tu paulisper siste, qui aliam provocas ad illicita, & c. hom. 38. n. 118.

XXVIII. *Expedit si ut suspendatur.* Ecce quia horrendum ei supplicium, qui scandalizat, vnamque perdit animam: sicut & supremum servavit illa primium, qui illi vnam lucratus fuerit. Conceperit tamen tibi serva. hom. 22. n. 45. & seqq.

XXIX. *Necesso est ut veniant scandala.* Permittit Deus scandala, & peccatores qui seruis suis accipiunt his movent persecutiones (hos etenim peccatores scandala vocat, ut apud alium Evangelistam loquuntur, quod *Auferes de regno suo scandala*: ) ad servum suorum utilitatem: vnde in tantum illa scandala permittit, in quantum seruis suis cooperantur in bonum. Conceperit hic redolet Theologiam. hom. 21. numer. 25.

XXX. *Necesso est ut veniant scandala.* Necesso est lapidari, ut elaboretur, atque in adificio collocetur, et lapidatus: vnde hinc est quod Deus petrosos paratur homines, qui te expoliant ut E. au Jacob, orator Davidis: *Dum superbis impius.* & c. hom. 13. num. 36. & seqq.

XXXI. *Verumtamen va illi.* Habes hic magis mysticum, quod Christus de morte sua declarat, et pedire ut moteretur, non autem ut illum occiderent etenim eius occisio peccatum fuit, & infelices fuerunt illi, qui illum occiderunt, & Iudas qui illum tradidit, ut illi Christus praenuntiavit. hom. 39. num. 34. & seqq. Necesso fuit permittere scandala: ut esset Iudas & Caiphas, ob bonum quod ex eorum malitia sequebatur, licet illi hoc non intenderint, necesse est permittere Deum, ut sit aliquis qui te expoliet, et cui ret, quamvis va illi. ibid. n. 28.

XXXII. *Si manus tua vel pes tuus scandalizat te.* Aufer occasionem scandali & offendiculi, occidit enim grauius offentes. Nedium vult Dominus ut non offendas seu corrumpas, sed insu, et vites scandala, & manum tuam abscindas, si ipsa tibi sit offendiculus: nullus etenim in periculis securus est, & teneri tua euitare. h. 36. n. 27. vsque 32. Quod nisi feceris, non debet abscilueri Confessarius. ibid. n. 21. & seqq.

XXXIII. *Si manus tua vel pes tuus.* Hic multum est insipientia, quod cum alteri scandalo miser sit, tamen abscindit bona, faciendo elee mesiam, & alium in ruinam agant contra dicitur illiciti, linguam tuam abscindit, vel illam orationi impendit: Non agunt fortes Israel. hom. 30. n. 51.

XXXIV. *Videte ne constitatis & c.* Angelorum est Ecce quanti Deus faciat pusillos sic ut eius tibus debent Angelos in custodes, & singulis singulos praeciat. Perpende quantum Rex aestimaret qualem eorum, si singulis praeficeret Pastorem Curiae lux praeparat. Vincti non oportet Dei bonitatem à malitia elidit: vnde malis omnibus bona operatur Deus constitat unum contra unum, & duo contra duo. I. em. 31. n. 118.

IN FESTO SS. APOSTOLORVM  
SIMONIS ET IVDÆ.

Decem Lucifer plures diabolos qui nos tentant, sunt enim innumeri qui inter nos obambulant nos perdituri. hom. 5. numer. 25. Idcirco nobis Angelos statuit innumerabiles in custodia. Olim Synagogam custodiebant ut apes apiarium. Illam s[an]ctus deus d[omi]nus & ab eis intravit in Ecclesiam ex Genilibus congregatam. hom. 24. num. 21. & ipsa repletur Angelis qui inter nos versantur iuxta verum Zachariæ promissum. hom. 28. num. 20. 21.

XXXV. *Angeli eorum semper vident.* Circumcingimus Angelis, iam non est quod diabolum timeamus, illum etenim Christus victum prostravit. hom. 5. numer. 10. hom. 49. num. 11. vsque 16. Et præter hoc nos Angelorum comitatur custodia, qui nobis singulariter assistunt, postquam Deus factus est homo. hom. 76. numer. 3. & particulariter adstant, quando bonum aliquod facis opus, ut illud ad Deum deferant, eiq[ue] repræsentent: potissimum dum confiteris, comunicas, vel das elemosinam: illico namque opus illud sursum deferunt, ad nostram vtilitatem: ex quo collige, quantum illis debeas & præsertim quando oras assistunt tibi oris tui orationes assumunt, & coram Deo proponentes: si namque tales sunt ut par est, aroma sunt illi fragrantissimum, ut Tobie contigit, & declaravit D. Ioann. in Apocalypsi. hom. 9. num. 27. Ex quo colligit D. Bernard. reuerentiam iam, quæ te decet in oratione. Conceptus vtilis. hom. 42. num. 78. 79.

XXXVI. *Angeli eorum.* Cum sint Angeli natura nobilissimi: siquidem magna pars eorum ex superbia contrahitur, qui tamen saluati sunt, per humilitatem saluati sunt: quæ se Christo sibi proposito submiserunt. Conceptus hic est Rupertus: & iuxta maiorem vel minoram humilitatem fuit eorum exaltatio: sicut iuxta qualitatem superbie malorum, inflicta est eorum condemnatio. hom. 34. numer. 48. Sunt autem Angeli boni adeo humiles, ut continuas Deo gratias referant, ob eam quam illis contulit sua illos subdito fovens, ne caderent, ut alij ceciderant illis similes in natura: & qui similes fuerant in gratia. hom. 22. numero 49.

IN FESTO S. LVCÆ  
EVANGELISTÆ.

*Post hæc designavit Dominus. Luc. 10. Vide dicta in Festo Sancti Marci.*

I. *Hæc mando vobis ut diligatis inuicem.* Ioann. 15. Hoc Euangelium pars quedam est diuina illius concionis, quam Dominus in Cena perorauit, ad solamen discipulorum suorum, postquam eis pedes lauerat, & SS. instituerat Sacramentum, quod statuit quasi charitatis & amoris fundamentum. hom. 45. num. 27. satisque sufficiens eiusdem & pius & argumentum: quandoquidem in illo Christus amorem suum testatus sit adeo feruentem, ut ex vna parte se contrahens, quantum possibile fuit, ex altera se extenderit, donum elargitus, quo non poterat amplius, nempe se ipsum. ibid. num. 20. vsque 23. Amoris opus ita excellens, ut illi ipsi qui hoc accipiunt, non videantur credere. ibid. num. 23.

II. *Hæc mando vobis ut diligatis inuicem.* Scribit hoc D. Ioann. etenim in se suscepit verba scribere Domini suauiora, & blandiora: quandoquidem alij Euangelistæ primario eius opera conscripserant. hom. 27. num. 7. & absque dubio illa referens, dicebat quod postea literis tradidit: *Mandata eius graua non sunt.* Si Christus præcipere vellet odisse proximum, illum conculcare, illum occidere, illum jugulare, quisque obiceret, mandata illius graua esse ac molesta: sed illa non præcipit, verum suauia, & delendum est quod hæc nobis videantur graua: & cum diabolus præcepta sint difficillima, nobis videntur esse conuenientissima. Conceptus hic vtilis est. ho. 3. n. 10. vsque 14. & h. 25. n. 63. vsque 67. & experientia hoc dicit nobilis ille de quo D. August. ibid. n. 74. 75.

III. *Hæc mando vobis ut diligatis inuicem.* Leges conformes sunt pectori Legislatorum: pectus autem Christi amore plenum est, nostraque salutis desiderio: quocirca lex eius, lex est amoris. hom. 3. num. 10. hom. 40. num. 4.

IV. *Hæc mando vobis, ut diligatis.* Et. Sibi contrarij sunt Christus & diabolus: in huius schola doceatur amor sui ipsius, hic regnare debet: ex quo tres filij procedunt, quos declarat D. Ioan. hom. 41. n. 71. 72. & seqq. sed in classe præsidet amor Dei, qui nos impellit, ad amorem proximi, curam salutis illius & commodi. hom. 22. numer. 1. qui namque proximum non diligit, nec etiam diligit Deum, ut ait D. Ioan. ibid. numer. 3. 4.

V. *Hæc mando vobis, ut diligatis inuicem.* Nobis incumbat proximo in stro consulere, illi que dno præstare: benefacere, eiusque sufferre in perfectis, ad dno hæc nobis Christus idem præterbit medium, quod ipse habet, ut illa hominibus conferret: Hoc autem.



antem medium amor fuit, quo nos dilexit: per ipsum tanta nobis bona contulit, ut traderet nobis quicquid possidebat, ut patuit in Cena, in qua se ipsum tradidit: quam obrem dixit D. Ioann. *Cum dilexisset suos.* *Ecce in finem dilexit eos.* q. d. extendit amor extremum potentiae suae. hom. 45. n. 3. 4. Et ex eodem amore nostras suffert imperfectiones: quae quantumvis magnae sunt, nos attamen expectat, agitque quod ait Theodorus: *Retrahit cogitans.* Excellens mysterium. ho. 37. n. 22. 23. Quinimo processit ulterius, ut etiam nostra sibi peccata malaque imponeret pro illis satisfactoris: atque idcirco vulneratus fuit in omnibus corporis sui naturalis partibus: quia in se suscepit omnes mystici corporis iniquitates. hom. 17. num. 5. vsque 9. nostraque suscepit penas in horto. hom. 41. num. 37. & seqq. et morem etiam nostrum, & mortis tristitiam, ut nos redderet animosiores. ibid. nu. 59. vsque 61. & hoc conformiter oraculo Isaiae, & patuit in D. Andrea. ibid. n. 62. vsque 66. hic igitur amor est, qui confert beneficia, malaque sustinet.

VI. *Hac mando vobis.* Ut idem proximo nostro faciamus, iniungit nobis, ut illum amemus: faciet enim amor in nobis, in ordine ad ipsum, quod fecerat in ipso in ordine ad nos; hoc namque paucis verbis ante dixerat: *Hoc est praeceptum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos.* Primo etenim amando proximum, illi beneficiae & tantum quantum fuerit amor: nam iuxta D. Gregor. *Operatur, magna si est, si autem operari renuit, amor non est.* Per hoc ostendit Abraham quod Lot diligeret, & Moyses fratrem suum Aaron. hom. 24. n. 38. Ac hoc argumento probat D. Ioan. defectum amoris in te. hom. 16. n. 11.

VII. *Hac mando vobis.* Secundus amoris effectus hic erit, perferre proximi sui defectus & imperfectiones: hic etenim eas quantumvis magnas dimittit & extenuat, sicut odium eas extollit & aggravat, quantumvis exiguas. hom. 23. n. 11. 12.

VIII. *Hac mando vobis.* Proponit Dominus hoc mandatum eo modo, quo reddat illud facile, etiam respectu illius quod videtur adeo difficile, amare scilicet inimicum: quia sicut Dominus, multi, quod illi debetur, amoris, conignationem facit; nec tamen difficile est solvere per conignationem alterius, cui ex te nihil debes. ho. n. 3. n. 14. 15.

IX. *Hac mando vobis.* Applanat Dominus omnes difficultates, quae possent occurrere in dilectione proximi, imò etiam inimici, dicendo: *Hoc est praeceptum meum, & ego vobis hoc praecepto.* hom. 3. numer. 16. & sequentibus.

X. *Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit.* O quam unum hoc est sanctis solamen, dum odio habentur, & graues patiuntur persecutiones, dum considerant Christum eandem pertulisse,

cum talis tamen esset, tantaque praestitisset beneficia. Praecedat nos, est etenim exemplar à Patre nobis propositum, quod securè imitemur, via namque iustitia ea est, qua illum sequimur. h. 37. n. 41. & h. 38. n. 50. Nam idcirco ut auguror, Magdalena seipsam capillis suis pedibus eius alligavit. ibid. num. 38. si quando te non videris exorsum, & vexatam ut Christus erat: tunc sola namque vera est illa via, quam ipse ingreditur. hom. 33. num. 40. & seqq.

XI. *Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit.* *Memento sermone mei, quia non est servus meus Dominus suo.* Nihil sic memoriae iustitia Christus commendavit, voluitque ut alta mente retineremus, quia hoc: *Non est servus maior Domino suo.* Hoc te docebit, qua eundem sit ad caelum. hom. 17. n. m. 10. Et per hoc compefcuit duos illos fratres Iacobum & Ioannem. ibid. n. 11. vsque 14.

XII. *Si de mundo fuissetis, mundus quod suum non diligeret, &c.* Similes rationes pro posuit Christus quibusdam suis cognatis mundanis: *Non potest mundus odisse vos.* Ecce. hom. 36. n. 49.

XIII. *Si de mundo fuissetis.* Mundus sceleribus mendacis regurgitat: hoc enim dixit D. Ioan. *Tunc mundus in maligno positus est:* & nihil mundanus pro veritate est execrabilis. hom. 34. n. 41. 42. & velut in illos commouentur, qui illos veritate coangustant. ibid. num. 32. veritatem à longè cupiunt. hom. 34. n. 50. Insuper hinc patet multis predicatoribus dici potest, quod sint de mundo; quia illos mundus diligit. hom. 36. n. 50. n. 12.

XIV. *Si me persecuti sunt, & vos persequantur.* Idem quod ego, debetis predicare, & eodem quo ego Augustinus ostendit: quod si ego ex illo mihi commouentur inimicos, & me crucifixuri sunt, ne cogitatis quod vos si auis excipiant: nam eo ipso quo frequentius curare volueritis, contra vos iritabitur. hom. 21. numero 18.

XV. *Hac faciens vobis, quia non nouerunt Latine.* Vide Dom. Ascensionis ad eadem verba.

XVI. *Ut impleatur sermo.* Ecce. *quia odio habuerunt me gratis.* Contrarij fuerunt amor Christi & odium Iudaeorum: nam Christus ab eis malum recipere bona rependebat eosque diligebat, illis beneficiae distributionibus, quas David commemorat. hom. 41. n. 41. 42. illi vero bona recipientes mala remittebant unde odium eorum vocatur iniquum. *Es odio magis oderunt me.* Quapropter sicut amor illius erat caritativissimus, sic erat eorum odium maximum execratorium. hom. 35. num. 11.

IN FESTO OMNIUM SAN-  
CTORVM.

I. *Videns Iesus turbas ascendit in montem.* Matth. 5.  
Habenus hodie ex vna parte Euangelium vni-  
uersale, quod multas complectatur ad cœlum  
vias: atque ex altera omnes celebramus Sanctos vel  
exemplaria, qui vias illas perambularunt. Hi per  
has, illi per alias ingressi sunt; ita vt plenam habeamus  
doctrinam, vt pote confirmatam exemplis, sicut  
est doctrina Mathæos, quæ docens ex vna parte do-  
ctrinam in materia figurarum, ex altera illam illustrat  
exemplis: vnum & alterum nobis hodie proponit Ec-  
clesia, vt tibi ostendat qua tibi perendum sit ad bea-  
titudinem in Euangelio, & tuas rescindere excusatio-  
nes exemplo Sanctorum: vnde meo iudicio proponit  
nobis hodie Christum in monte Thabor, vt illum vi-  
det Moyses in monte Pharan; qui hinc deferebat in  
manu sua ignea legem, & illinc milia Sanctorum.  
h. 6. n. 36. Tibi persuade quod hodie tecum Chri-  
stus ascendat tribunal rationem à te legis suæ expo-  
siturus: namque conuincens ex ipsis Sanctis igna-  
nam. ibid. num. 37.

II. Præcipit hodie Ecclesia, vt oculos attollas, eos-  
que in legiones illas dirigas gloriosas quasi turmatim  
dispositas, quedam vexillum erigunt paupertatis, alia  
lachrymarum, illæ perfectionis; ita namque illas  
considerare te oportet, vt David indicauit: *Sicut fa-*  
*milias.* h. 6. n. 53. & dicas cum Balaam quando legio-  
nes vidit Tribunal populi Dei; sub signis suis consi-  
derantes: *Quam pulchra tabernacula tua Iacob.* Sic  
eum iterum D. Ioann. in Epistola Tribus illas uobis  
spectandas proponit, & dicit: *Quam pulchra taber-*  
*nacula tua Iacob!* h. 12. n. 42. 43. porro ne ita stultes-  
cas, vt ille miserimus, qui male viuens, vt vnus ex il-  
lis mori desiderabat, & eadem posse frui gloriâ, quâ  
illæ gaudebant, quod nihil erat aliud, quam velle as-  
sum cum cauda pauonis. h. 37. n. 46.

III. Proponitur nobis hodie status gloriæ Sancto-  
rum tantorum, & tam diuersorum graduum, vitæque  
formarum, quibus in mundo vixerunt, quatenus sciant  
omnes, quod in quolibet Ecclesiæ status sit certa  
beatitudinis; nec enim vult Deus omnes ad eundem  
contingere viuendi modum, cum omnes non omni-  
bus conueniant. h. 24. n. 19. 20.

IV. Hodie postulat Ecclesia, vt lumina sursum at-  
tollas, & sinem attendas, in quem te Deus creauit: te  
namque cœlit gloriæ candidatum & cum sit aliquid  
ita sperans omne naturæ desiderium, possis eo per-  
uenire: nam idcirco tibi Sanctos proponit; nam si  
peccator sis, peccatores fuerunt, si coniugatus, & ipsi  
*Hieron. Bap. de Lanuzza, Tpm. 1.*

quoque; si diues sis, vel pauper, tales ipsos fuisse no-  
uimus. h. 11. n. 9. 10. Et hoc D. Paul. indicauit: *Elias*  
*homo erat similis nobis.* h. 24. n. 41. h. 38. n. 6.

V. Desiderat Ecclesia vt omnem vitam nostram  
recte componamus, nobis hinc obiciens labrum aqua-  
rum limpidarum doctrinæ Euangelicæ, & illinc cir-  
cumquaque specula; eaque tot, vt singuli reperiant,  
quid vitæ suæ dirigendæ conueniat. Sunt ibi mulieres,  
quæ fuerunt infirmæ, sunt & viri libidine polluti,  
Sancti vitæ puritate innocui, alij qui latebras & se-  
cessum elegerunt, &c. h. 38. n. 4. vsque 8.

VI. Ingens hodie sit oportet nostrum leuamen-  
tum, cum tot videmus Sanctos fratres nostros, suo  
nos hortantes exemplo, quinimo & suo adiuuantes pa-  
trocinio; sunt enim vt stellæ, quæ non solum terræ  
lucē sua fauent, sed etiam suis influxibus; & ij potis-  
simum Sancti, qui nobis magis sunt cogniti; vel quia  
ex eodem solo nati, vel ob particularem deuotionem,  
nec enim amorem perdunt naturalem, quo vnusquis-  
que sibi maximè propriis afficitur, vt patet in Abra-  
ham, Moysē & Hieremiam; quæ de causâ expedit vt  
particulares quosdam habeas tibi addictos, eosque co-  
las, vt notat D. Thom. ho. 24. n. 38. & 41. Et si recur-  
rente anno, festa celebrando Sanctorum in particula-  
ri, eorum fidamus intercessioni; quanto magis hodie  
debemus omnium niti suffragiis; quod si hoc efficacē  
est oratio Sanctorum. ibid. nu. 39. vsque 46. & multo  
magis oratio communitatis in terra; quid de illa di-  
cemus tot innumerabilium in cælo regnantium circa  
fontem misericordiæ. Hoc lego apud D. Chryso-  
stomum. ibid. num. 46. 47.

VII. *Vidit Iesus turbas, ascendit in montem.* Narrat  
Euangelista maximam confluisse multitudinem, eo-  
rum qui dispersi vagabantur, vt oves sine Pastore, ex  
eo quod Sacerdotes & Pharisei suis deficiebant offi-  
ciis; vnde mille pleni necessitatibus & infirmitatibus  
oppressi concurrebant ad Dominum: ipse vero oculo-  
los in urbem direxit. Sis o Domine benedictus: qui  
sic oculos in pauperes conicit & miseros si namque  
talem esse hoc sufficit, vt illos diues mundi non aspi-  
ciant, sane sufficit, vt tu illos beneficus intuearis. h.  
10. n. 51. Clare patet quod oculi sint diuini: & per  
contrarium constabit oculos Anti-Christi esse huma-  
nos. hom. 30. n. 15 vsque 18.

VIII. *Videns turbas.* Oculos conicit in turbas, vi-  
densque multos pauperes, infirmos, languidos, mise-  
ros, non in longum, sicut tu; subsidium protraxit h. 30.  
n. 24. sed auxiliatus est statim, considerans, illos esse  
homines manu sua diuina creatos; quorum mini-  
mus cœlo terræque præponderabat. ibid. num. 21. Il-  
los oculos suos firmavit, nouam illis respirationem  
vitæque impertiens. ibid. numer. 18. sunt enim vt  
dixit Iacob ipso vino & pulchriores & fortiores, ad  
robora-

robolandum. hom. 18. numer. 52.

IX. *Videns turbas*. Dominus ita communiter oculos suos modestè deflectebat; vt numerari possent vices quibus illos atollebat; vnde quasi quid singulare hoc notant Evangelista: quanto strictius tu teneris tuos componere, per quos mors ingreditur. hom. 27. n. 5.

X. *Ascendit in montem*. Quis hic fuerit mons, & quam apposire illum Dominus elegerit, exponitur. hom. 24. num. 23.

XI. *Ascendit in montem*. Subiit in montem excelsum seortum, vt etiam fecit gloriam suam manifestaturus, cum hæc enim sit adeo à terrenis aliena, ad illum se, edit. h. 11. n. 12. h. 12. n. 15. 16. Doctrina, etiam quam docturus erat ab eâ longè discrepabat, quam mundus docet, idcirco vocat eam David segregatam: nec enim recipitur in locis publicis, & communi hominum conuersatione. h. 29. n. 6. 7. 8.

XII. *Et cum sedisset*. Prædicaturus Dominus doctrinam refert, tanquam Magister eiusdem principalis, sic enim dixit: *Vnus est Magister vestrorum*. no. 14. num. 38. ad finem: vt etiam ostenderet suorum prædicaturum & ministrorum auctoritatem: cum enim restanti sit momenti, & officio fungantur Legatorum tanti Domini, ipsorum est sedere, aliorum vero stare; hanc doctrinam optimè declarauit Leontus Episc. ibid. n. m. 27. 28.

XIII. *Cum sedisset*. Testari voluit Dominus quam serio nostræ utilitatis peragat negotia, satis diuersè à te, qui eius obsequia sic leuiter pertinans. h. 38. n. 15.

XIV. *Aperiens os suum*. Videtur hæc circumstantia superflua, quod os suum aperuerit docturus: non est tamen. Primo: quia Dominus non solum verbis sed etiam operibus docet: vnde Isaias aures & oculos à nobis postulat, ho. 5. n. 1. Secundo: vt indicet verba, quæ locutus est, præ meditata fuisse, & non loqui ceperit sicut nonnulli, qui sua non aperiunt ora, sed bilis & passio: & vt probaretur quam ab hac liber esset Iob aduersitatibus oppressus: Spiritus S. hanc eandem ponit loquendi formulam: *Post hæc aperiens Iob os suum*. Tertio: vt desiderium Iob imeret: *Viam domus meæ dicitur Deus secum, & aperires labia tua tibi*. h. 12. n. 41. Quarto: vt illud Davidis oraculum perficeret. *Fulgura tu pluuia fecit*. h. 29. n. 6. & propter alias etiam rationes. hom. 41. n. 80.

XV. *Aperiens os suum*. Hanc in singulari ponit Evangelista circumstantiam, vt hanc confirmet doctrinam, quam Dominus erat prædicaturus, quia mundi iudicio valde repugnabat. Dicturus erat, pauperes esse beatos, iniurias remittendas, pro inimicis orandum; atque vt firmum haberemus in executione fulcrum, nos præmonet dicendo; hæc omnia fuisse proprio eius ore præcepta. Ex quo primo cor nostrum seducimus, considerando quoniam sit ille qui talia iniun-

git. h. 3. n. 16. vsque 27. Secundo, vt ceteris responderemus, quando quidquam faceremus mundi censuræ contrarium; coronam nobis ex Dei præceptis imponendo, vt dicitur. h. 3. n. 38.

XVI. *Aperiens os suum*. Ecce completum Davidis vaticinium. *Aperiam os meum &c. Eructabo absinthium*. 1a. Olim fuerat Deus locutus de regno cælorum, figuris, tropis & similitudinibus; modo vero aperto ore, & voce canora promulgat regnum cælorum. h. 41. num. 78. Et quamuis verbum *Eructabo* videatur indicens; mysterium tamen est; tantà namque Christus voluptate publicabat regnum cælorum, vt illud per os tanta protulerit abundantia, quanta ille qui stomachum eructando euacuat, vnde toties audis repetiturum. *Beati, beati: Regnum cælorum*. Conceptus hic sublimis est. ibid. n. 80. vsque 84.

XVII. *Aperiens os suum*. Venit Christus à Patre suo missus æterno, vt mundo eius nomine nuntia proponat. *Qua mihi mandauit Pater, hæc loquor in mundo*. Poterant equidem homines timere, quid ipse dicturus esset; quia eo ipso quo Propheta quilibet accedebat, verba propositurus, omnes timore percellerant; cum semper ex Dei nomine minas intarent, ob peccata hominum infligenda, quæ multo grauiora erant quam vnquam fuerant, vnde mea lenitentia minas timere poterant acerbiore; porro tantum ab illis abest. Christus, vt pleno gurgite promissa effundat Regni cælorum, & his & illis. h. 41. n. 43. 44. hoc est illud: *Eructabo absinthium*, de quo ante diximus. ibid. n. 80. vsque 84.

XVIII. *Aperiens os suum*. Considerat Deus testamentum vetus hominibus antiquis, successibus veteris Adam. Erat testamentum infirmum & terrenum. hom. 41. num. 77. Sed nouos nos homines citans, & filios suos, nouum condit testamentum in electis sanctum promissis, vt ait Apost. ibid. num. 80. adeo præclaris, vt *Nec oculus vidit &c.* sunt etenim de beatitudine & Regno cælorum. Beati: Regnum cælorum. hom. 12. n. 17.

XIX. *Beati pauperes spiritu*. Domine, quantum nos iustificat primum verbum *Beati*, tantum nos percutit secundum; *Pauperes*, nihil enim sic iudicio mundi repugnat; si namque beatitudo status est, in quo omnia simul possidentur; paupertas tantum ab hoc abest, vt cum illa omnia bona deficiant; nam idcirco nunciantur substantia huius mundi, quia nullum est accidens quod non in illa fundatur. h. 16. n. 25. Item obici potest de eo quod subiungis. *Beati qui lugent*. Vt namque sint laetitia, de lo est, & non gloria. Docturus hanc doctrinam tam oppositam mundi beatitudinis, congruè extra mundum in deserta recessibus. h. 20. num. 7. & conuenienter tua dixit sponsa capillos nati cotui nigredinem exprimere. ibid. n. 34.

XXI. *Beati* Laudetur Dei misericordia, qui nobis venit reuelaturus, qui perfectè beati sint; & viam ad cælum. Hoc ita omnem creatum superabat intellectum, vt non esset qui illud assequeretur: Vnde sponsa rogabat, vt hoc illi sponsus reuelaret. h. 14. n. 7. Ad hoc venit factus columna, nos tota securitate ad terram ducturus promissionis. h. 33. n. 39. Et necessarium erat; quia diabolus in variis viis duces statuerat, quibus homines ad tartara deducebat. ibid. n. 42.

XXII. *Beati pauperes. Beati qui lugent.* Dum tuam Domine doctrinam percipimus de ore tuo vt fluuium aquarum, effluentem; meo suffragio piscis quidam inmanis proficit qui nos deuoret cum Tobia. Sed studium nobis est consilio Angeli, nempe vt illum euiceremus: ibi namque salutem lucemque inuenimus; cum regnum cælorum hic lateat absconditum. hom. 3. n. 46. vnde nos esse oportet de numero eorum, qui lyceis valent oculis, nec nos solo fini ducamus inuenta oculorum, *Sicut equus & mulus.* hom. 11. n. 7. Idcirco hanc doctrinam suis inculcat Apostolis, qui summi erant Ecclesiæ suæ dices, vt bolos illos duriores commolentur, eosque blandos facerent ad animatum alimentum. hom. 3. n. 2.

XXIII. *Beati pauperes.* Venit Christus nos eandem datus & prætensores efficiens cælorum, hoc etenim nostræ debemus intentioni oculisque proponere. h. 1. n. 10. Et quia statim viam rogaremus, instruit nos, quali qui nouit illam; & cum multas indicet, omnes tales sunt, vt singuli illam quam voluerint possint intrare, ad ingressus nobis beneficium. Si namque viam oculi diuitias assignaret, quid pauperes facerent? Si valetudinem; qui infirmi seruirentur? In medio illas statuit: vt per eas intrare possint, tam hi, quam illi; & cuique liberum est quamlibet ingredi; vt nec ius habeat amplius ad cælum diues quam pauper, nec famus quam infirmus; sed prout quisque hæc media fuerit amplexatus. hom. 21. n. 22. *Beati pauperes spiritum.* An hinc exordiris, & paupertatem vt primam istius viam? Vtique quia pauperes ceteris sunt ad cæli consecutionem aptiores. Non regnat Deus in animabus aliquis ab illis accipiens, vt terreni Reges. hom. 41. n. 59. sed tribuens illis, seque ipsis communicans, nec non sua effundens bona, thronus etenim regni eius similis est throno solis; & hoc modo in hac vita regnat in animabus per gratiam, & perfectè regnabit per gloriam, dans, & implens omnia animæ vacua. Plaudite mysterio. ibid. n. 62. 63. Affectio ad terram hinc Dei communicationi ponit obstaculum, nominationem autem bonorum cupiditas quia namque hæc bona nolimus accipere, quem idcirco sustentum detinemus iuxta Isai. hom. 18. n. 28. Itaque quanto magis spiritus fuerit à bonis terrenis euacuatus, tanto magis eris dispositus, vt Deus in te perfectè domine-

tur: hoc etenim est regnum cælorum. ibid.

XXIV. *Beati pauperes.* Primi quibus offertur regnum cælorum, & Beati vocantur, pauperes sunt: etenim nihil sic odit Deus ac pecuniam est namque idolum, quod eum ad æmulationem prouocat ardentissimam; pecunia namque illi in mundo suam tollit diuinitatem. Agnosco hic D. August. h. 28. n. 33. Nemo dubitat quin Deus hoc ferat ægerimè, quod Deos præter ipsum adores alienos: solus etenim esse vult, & hoc primicerium statuit mandatum. *Non habebis Deos alienos,* ibid. num. 30.

XXV. *Beati pauperes.* Attende quam libenter suum tradat Regnum. Quandoquidem hoc primò omnium offerat pauperibus. Si hoc non nisi diuitibus erogaret, & nobilibus, & robustis beneque sanis, quid reliqui facerent? Ostendit Rex inuitans ad nuptias desiderium suum, vt illis fruerentur, præcipiens adduci pauperes, claudos & mutilos. Tantam mirare misericordiam, quod pauper laceris vestibus possit esse Rex cælorum! Cum ad illud obtinendum non petat bona terrestria, sed primo loco eos admittat, quibus hæc magis deficient. hom. 12. numer. 24. Optimè solabatur D. Ioann. iustos his verbis: *Filii, nondum apparuit, quod erimus.* hom. 30. num. 23. h. 37. nu. 58. hom. 41. num. 75.

XXVI. *Beati pauperes.* Nostro semper Christus commodo prospexit, quia verò principale consistit in operibus charitatis erga Deum & proximum, formam nobis reliquit quæ illa excitarentur, atque eo sine pauperes esse permisit, in quibus seipsum statuit, vt unico actu Deo pauperi subueniremus, & idcirco toties se nobis offert in paupere. hom. 16. n. 13. Vt illos magni facias, & oculi tui in illos dirigantur, illisque tibi in bonum beneficias, atque idcirco dixit eos esse vellores & portarios, qui te in cælum recipiant; nunc autem eos altius extollit, cum dicat futuros illos cælorum Dominos ac Reges, cum in illo sint regnaturi. Vide dicta Dom. 8. post Pentecost. ad illa verba: *Vt recipiant vos in æterna, &c.*

XXVII. *Beati pauperes spiritum.* Videtur Dominus diuites omnes contristare, omnesque pauperes lætificare, si enim illis solis promittat Regnum cælorum, hos fausta fors, illos infausta complectitur. Vt autem hoc non ita capias, addit Dominus *Spiritum.* Pauperes affectu & spiritu. Videtur enim illud spectare Salemonis: *Spiritus queritur, & in respectu illius benedicetur.* Nec enim te opere diuitem condemnabit nec aliam actu pauperem saluabit: multos enim notimus pauperes, de factis tales, quorum tamen cor ardet auaritia & cupiditate: & multos miramur diuites, quibus pectus est ab omnibus diuitiis absolutum. Deus cor inuetur. hom. 1. n. 18. vsque 24.

XXVIII. *Beati pauperes spiritum.* Diuitia ex se malè non

sunt, nec etiam desiderare moderatas. hom. 16. nu. 8. Imo potius Sanctis fuerunt virtutis instrumenta, vt Abraham; egressus enim est peregrinus recepturus atque in domo laudis excepturus. hom. 27. nu. 67. 68. Hoc autem nocet perditque animam, diuitem esse animam, id est, habere diuitias temporales cordi inrietas, vt habebat diues ille auarus. hom. 16. numer. 16. hic enim laqueus est diaboli, de quo dixit Dominus, diuitem non posse intrare in Regnum caelorum. hom. 18. num. 37. 38.

XXIX. *Beati pauperes spiritu.* Paupertatem petit Dominus voluntariam: hanc enim habere potest diues, vt dictum est, & multo magis pauper, violentiam efficiens voluntariam, exemplo Lazari ad portam diuitis. hom. 16. nu. 40. & 46. sic etiam fecit bonus Lathro: hoc etenim est filios illegitimos facere legitimos. hom. 44. num. 27.

XXX. *Beati mites.* Ne credideris omnibus hanc esse virtutem. Dicuntur mites, qui cum possint vindictam sumere ab offensoribus, non tamen sumunt, sed cor erga suos gerunt blandum & pacificum; unde proprie hac illis conuenit beatitudo, qui iniurias sufferunt, nec commouentur ira contra contumeliosos, qualis fuit Dauid, qui Deo suam proponebat mansuetudinem, qua factus est totius Regni tui Dominus, seipsum conferens tenerissimo ligni vermiculo: hac virtus principaliter in Christo replendit: *Mitti sum.* hom. 41. num. 8 & 93.

XXXI. *Ipsi possidebunt terram.* Tangit ill. d. Dominus quod diximus de Dauid, qui mansuetudine sua sibi tribus omnes subiecit, & pacifice regnum omnium illam possedit: insuper & hac virtute suos armauit Apostolos, vt totum mundum sibiingeret Evangelio: hoc enim egit, dum eos mittit sicut oues, & Paulo, es, & Christos quod dixit Mi. hazas. hom. 41. n. 91. Sed hic Dominus non sul. lit, nam per terram, illam intelligit quam Dauid inscribit terram viventium ad quam eminentissima & tutissima via est mansuetudo & patientia calumniarum: ex quibus principium sumpsit illa gradatio Apostoli: *Tribulatio patientiam operatur.* hom. 32. num. 23.

XXXII. *Beati qui lugent.* Vix aliquid diuinis gratius est oculis quam lachrymarum non esset propter damna temporalia, sunt enim instructio & stultitiae, vt dixit E. deas. h. 38. n. 31. vsque 38. sed quae ob peccata effunduntur: haec namque valeant disponere adTERNAM consolationem, quae caput collidunt draconis, qui nos grauius & fortius affligit, quam aquae maris gubri. ibid. n. 77. Animam creant thronum Dei; ipse namque eam solatur, & limpidius emundat quam aquae torrentis Cison. ibid. n. 80. quas Deus tanti facit, vt etiam aquas puras magnificat, quia similes sunt lachrymis, Nota mysterium. ibid. n. 74.

XXXIII. *Beati qui lugent.* Sua peccata; tam enim efficaces sunt haec lachrymae, vt etiam crederet Pharisaeus, quod Magdalena esset in abyssu peccatorum, & per virtutem lachrymarum iam facta esset Sera. h. hom. 38. num. 109. Iam in alteram esset mutata mulierem. ibid. num. 110. 115.

XXXIV. *Beati qui lugent.* Quia se dolent capiuos in hoc calamitoso mundo, dicuntque cum Dauid: *Hec mihi, quia incolatus meus est.* Ipsi sunt viri generosi & sancti. Quos Deus ab Angelo mandauit ligari, qui peccata plangunt populi, & desunt officari Dei, & cum illis nequeant mederi, super illis dolent, & deprecantur Deum. h. 22. n. 26. 27.

XXXV. *Ipsi consolabuntur.* Eo ipso, quo peccata desunt, & quidem lachrymis, anima mundatur, solatium in ea sequitur ineffabile, & ab omni laborate cruciatus, quo peccator velut suspensus torquetur. hom. 37. numer. 47. & ab eo, quo à propria premit conscientia. ibid. num. 53. 54. & i. h. animae h. de ordinatione. ibid. num. 59. & iam particeps in consolationis & gauisij vitae aeternae. i. item numero 57. vsque 67.

XXXVI. *Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam.* Esuriere & sitire iustitiam, est illam desiderare, atque vt omnes boni sint & sancti; & haec proprie est zelus honoris Dei: qui velut filij eius optant omnes illi feruentius & feruentius famulentur. Et summopere latantur dum vident Deum honorari, & coli, atque in eius iniuriis grauius quam in propriis affliguntur. hom. 22. num. 24. & hom. 28. num. 65. 66. quibus maxime incumbit hoc zelo feruere, Principes esse, dicimus, honoris diuini defensores, sic enim h. 28. tam eos Dauid. hom. 28. num. 58. Amare debent iustitiam velut sponsam charissimam. hom. 35. num. 14. Et hoc saepius facit vt serui Dei commoceri inordinate videantur, eius honorem protegentes: de quo singularis est apud D. Chrysostr. exaggeratio. h. 28. numer. 59. 60.

XXXVII. *Beati misericordes.* Merito mites propositur misericordibus; quia a cordis mansuetudo disponit ad misericordiam: etenim eius opera fieri conuenit cum benignitate. hom. 12. n. 53.

XXXVIII. *Beati misericordes.* Insignem Deum rogatiuam contulit misericordibus: nec hoc modicum est quod eos esse beatos asserat, ad tantam eis est honoris dignitatem, vt fari liceat, quod Deum ipsum nutriant eiusque medeantur necessitatibus: vnde colligit D. Chrysostr. quod Deus per hoc illos aliquid amabat, quam si traderet illis potestatem resuscitanda mortuos. hom. 30. num. 33. & iam crebro diximus, quod se Deus statuat in paupere, ipsi que recipiat, quod egero distribuitur. hom. 16. n. 13.

XXXIX. *Ipsi misericordiam consequentur.* Secutum

tibi pollicere Dei misericordiam, si fueris misericors: Quia ea potissimum ratione se pauperem effecit, se fuit in paupere, quatenus te dante ipse occasionem habeat tibi dandi: iuxta illud *Matth. 12. 43.* Et hoc agit tibi ad honorem & utilitatem. Primò, tibi ad honorem disponens ut id quod tibi gratuito tribuit, videaris lucratus esse ex iustitia. *ibid. nu. 45. vsque 50.* Secundò: pro mensura quã fueris misericors egeno, tibi quoque futurus est: unde te ipsum mensuram reddit, misericordie, si namque multum concupiscas, multum poteris obtinere. Documentum hoc insigne, firmatumque exemplis *ib. n. 50. vsque 61.*

**XL. Beati mundo corde.** Fundamentum beatitudinis hoc est, habere Deum intus in anima, nam idcirco iusti in hac vita dicuntur beati. *hom. 37. n. 58.* ut autem Deum in illa possideas, requiritur cordis tui à peccato munditia: hoc etenim Deum ab illa propellit. *hom. 13. num. 2. vsque 31.*

**XLII. Quoniam ipsi Deum videntur.** Hoc maxime referre dicimus ut anima habeat de Deo cognitionem, etiamque videat n. yllera, si mundum habeat cor, hoc est voluntatem ob magnam vitiolem, quam habet cum intellectu. Theologicus, et hic conceptus. *h. 29. n. 52. & 199.* Insuper eius immunditia disponit ad fidei naufragium, per quam Deum cognoscimus, ut subtiliter exponit D. Gregor. Nyssen & alij SS. *hom. 37. num. 60.*

**XLIII. Ipsi Deum videntur.** Sicut effectus h. e. est peccati libidinis immundie, quod hominem disponat, ut diabolus eum possideat, & exerceat. *ho. 18. n. 43.* Ita effectus est munditie virginialis, coelestem adipisci hunc, quam diaboli fugiunt. *ibid. nu. 44.* & arescente senore Jacob, mutatur illi nomen in Israel, id est, *Videtur Deum.* *h. 21. n. 72.*

**XLIII. Beati pacifici.** Pacificos appellat iniuriatum & oppressionum remissores, de quibus sic David *Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus:* nec enim te patientem vocabunt, quia inter amicos sedatus vitis & pacificus es: his qui tibi assicuntur, sicut nec mansuetus dicitur, nisi qui data occasione qua provocatur raris inuenitur, ut patet in David, & in Christo, & paulo superius dictum est, ad illud *Beati misis.*

**XLV. Quoniam filij Dei vocabuntur.** Audis hic singulare premium pacificis indultum, in iuratum remissionibus; sic enim iterum Christus hoc repetit: *Digne inimicos vestros etc.* ut sitis filij Patris vestri. *h. 1. n. 17.* & hoc illos premium consequuntur, quia ut aliquis sit filius Dei, duo requiruntur. Primum remissio peccatorum suorum. Secundum infusio gratie, & ad remque disponit esse pacificum, remittendo iniurias. *h. 1. n. 48. vsque 57.*

**XLV. Quoniam filij Dei vocabuntur.** Diversa est

hæc pacificorum beatitudo ab ea quã est mansuetorum ut declarat D. Thom. sed in rei veritate tantillum differunt, ut eadem videatur beatitudo; sed repetit Dominus vno & altero modo, ob magnam, quam in nobis iuvenit difficultatem, parcendi inimicis, peccandi iniurias, & ignoscendi, est etenim maxime arduum legis sue mandatum *h. 3. n. 4.* sed duo addicit illi præmia. Primum mansuetis, datur possessio terræ; nihil enim mihi ostenderit quo facilius cor subiciatur & possideatur inimici, quam illi bene faciendo ut patuit in David cum Saule *ibid. n. 31. vsque 34.* Secundum pacificis promittitur esse filios Dei; donum diuinæ potentie supremum, ut diximus.

**XLVI. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam.** Non sunt beati illi omnes qui persecutiones patiuntur, sed illi qui illas perferunt propter iustitiam, hoc est propter virtutem, sanctimoniam Deique obsequium, ut enim verè dixit D. Gypria. *Martyrem non facit poena sed causa.* Et quanto fuerit persecutio propter eminentiorem iustitiam, tanto futura est beatitudo præclatior eius, quæ illam eius gratia sustinet. Unde infames non erant Martyres, quamvis publicè dedecorarentur ignominia, sed beati, atque idcirco vocatur Christi mors beata: quia fuit inflicta propter iustitiam; & hanc voluit ipse confirmationem ante mortem suam declarari, ut liquido constaret mortem suam beatam esse, & nos propter illam *h. 3. n. 23. 25.*

**XLVII. Beati qui persecutionem patiuntur.** Licet relativa sint agere & pati nihilominus nihil sic hominis promouet damnationem, quam agere contra iustitiam & sanctitatem, bonosque persequi, nec similiter est maioris quidquam meriti, quam pati; nam quantum fuit peccatum occidere Christum, tantum quoque fuit meritum, mortem perferre. *h. 39. n. 34.* Et idem fit iudicium de SS. Martyribus, quantum namque tyranni grauiorem ex martyrum persecutione damnationem sibi comparant, tanto martyres gloriam perferendo tormenta sublimiorem sibi cumulauerunt, sicut Jacob ex Esau, & in singulis eorum illud impletur de psalterio. *Dum superbi impius incenditur pauper.* *h. 23. num. 35 36.*

**XLVIII. Beati eris cum vos oderint homines & persecuti eris, & maledixerint.** Ecce generale hic sagenam, cunctis tribulationibus amore Dei toleratis devorandis aptissimam; omnes etenim nunc Christus verbo beatificat; quatenus si monilia bonaque quaeramus, quibus dicemur, cum patientia recipiamus, imo quaeramus aduersitates, dicit etenim illis nos reddet beatos, hoc confirmat illas in se assumens, omnesque perferens, quo opere illas beatificat. Conceptus hic auctore Damasceno scribitur. Unde nunc Sanctis quanto grauiores sunt tribulationes tanto sunt chariores. *h. 35. nu. 9. vsque 12.* Et omnes in se Dominus suscipiens *199.*

tiam ad cœlum, eas nobis reddidit per faciles. ho. 15. num. 10. vsque 14.

**XLIX.** *Beati eritis cum maledixerint &c.* Canonizat summus Pontifex Christus, & beatificat aduersitates, & declarat illas esse talenta, quibus ditiora comparantur lucra: quandoquidem cum illis & per illas Regnum Dei possideatur, vnde illas tribuit iis quos diligit, & quibus dare disponit Regnum suum. ho. 32. n. 27. Illi autem quem in illo vult ceteris altius extollete, grauiore immittit tribulationes & persecutiones. ib. n. 73. & quo pede hæc augentur, etiam potest spes augeri secutior gloriæ Dei ibid. n. 27. & seqq.

**L.** *Beati eritis.* Hæc sunt octo illæ beatitudines, quibus Angelus vnâ superaddit: *Beati mortui qui in Domino moriuntur*, hæc enim non est particularis sed illis octo generalis. h. 13. n. 40.

**L1.** *Gaudete & exultate, quia merces vestra multa est in celo.* Non negat Dominus, quod hic non tubernat eius gratia laborantibus & patientibus, imo hoc ipsum asserit: *Centuplum accipiet in presenti, & in futuro vitam æternam*; nam in rei veritate, nunc in hæc vita tribuit illis in ipsis tribulationibus & angustiis quoddam gloriæ principium. ho. 30. n. 48. Et hoc dixit Dominus de ouibus suis, quod iam in hæc vita principio fruatur gaudij vitæ cœlestis. ho. 37. n. 57. & seqq. Sed præmium magnum: *Merces magna in celo repletur*, vbi Deus erit omnia in omnibus, vt exponitur. h. 12. n. 23 & seq. h. 41. n. 63.

**L11.** *Merces vestra.* Laudate Deum: cum enim sit omne nostrum bonum, & omne nostrum meritum ab illo procedat eiusque gratia, titulum tamen illi tribuit iustitiæ; hoc enim significat *Merces* vt ait D. Paul. desiderans vt quidquid in nobis & per nos operatur, & quidquid nos eius gratiâ fultî agimus, totum nobis profit. h. 17. n. 36. Insuper nos honorat, dum dici vult, quod nos hoc lucrati sumus, in quo se demonstrat perfectè liberalem. Discursus hic tribuitur D. Chryl. ho. 25. n. 46. vsque 50.

#### IN COMMEMORATIONE FIDELIVM DEFVNCTORVM.

**I.** *E* Vangelium quod cantatur pro Defunctis. *Dixit Martha ad Iesum. Domine si fuisset hic.* declaratur. h. 32. n. 52. & potissimum id quod multi solent dicere cum Martha; Si hoc fecissemus vel aliud, talis non fuisset mortuus, quam rationem explodit Spiritus S. ibid. num. 56. Magnam adferunt consolationem verba quæ Christus dixit Marthæ; *Resurget frater tuus.* Nulla namque eorum quæ mundi Sapientes protulerunt, eò vsque perueniunt, licet plurimos de hoc argumento libros conscripserint. ho. 32.

num. 57. vsque 60. & potissimum hæc parentes solentur, quibus charissima pignora moriuntur, imo quælibet cui excidit quem diligebat affectuose. hom. 31. num. 63. & plures adferuntur rationes, cur Deus illi filium auferat, vel alium tibi addictissimum. ibid. numer. 65. 66.

**II.** Memoria mortis nobis conducit plurimum nostras refrenemus dissolutiones, & anxias in nobis excitemus sollicitudines. h. r. n. 42. vsque 45. Hoc spiritu quodam cœlesti declarauit Philippus Secundus Rex Hispaniarum, cognomine Prudentissimus, in illo colloquio quo filium suum Regem Philippum hoc nomine tertium admonuit, quem omnes à vitæ perbitate bonum acclamant; iam Sacramentum Eucharistiæ vnctionis suscepturus. h. r. n. 45. Et hoc vnum precatur diabolus, vt longe à nobis mortis auferatur moriam; vel quia iuuenis es, vel quia delictorum meritis, vel quia diuitiis abundas, ad medicinas tibi comparandas. hom. 31. n. 12. Huic adlabora, ne tibi memoria excedat sententia Salomonis. *Vanitas vanitatum.* Discursus memoria dignus ib. n. 8. vsque 11. Oculos conice in defunctum tibi propositum, de illa namque proloqui licet. *Defunctus.* adhuc loquitur numer. 11.

**III.** Memoria mortis ventus est occidentalis, & locustas de Ægypto emundauit. h. 31. n. 12. Memorem hanc diabolus à te non tepellat; alioquin peribis vixit Amos. ib. n. 16. Nemo vitam habet securam, quia procedit Deus sicut cum vicino pomorum, quem hoc ostendit Propheta. h. 31. n. 17. & experientia confirmat in Alexandro Mag. ib. n. 19. & constat in quodam defuncto nobis obiecto.

**IV.** Vita securior, quæ columnæ videtur firmamenti, minorem habet constantiam quam navis. Mylitarium hoc exposuit Machabæus. h. 31. n. 22. Et vt dixit D. Iustinus Martyr, dum tibi baptizando candelæ in manus traditur, significatur vt te ipsum attendas quæ iam moriturum. ib. num. 26. Vicinior est iuueni nati quam seni, & quamuis, paradoxum videatur, arguetur tamen probatur notari digno. h. 31. n. 28. vsque 30.

**V.** Gentiles defunctos non sepeliebant in eis, ad hoc eos etenim vt pestiferum quid excrebatur, nobis autem mortui sunt salutis medicina, vt fuit D. Iacobus Anachoritz. h. 31. n. 53.

**VI.** Diligentia in sepeliendis mortuis adhibenda, quæ nostrorum corporum testatur miseriam. hom. 31. n. 33. Non sunt auius proicienda defunctorum corpora. ibid. n. 38.

**VII.** Dum sollicitè mortuos terræ mandamus, eodem protestamur resurrexerunt, sicut Abraham. h. 31. n. 43. Illa recondimus in locis sacris, ad quæ accuratè recurrimus pro virtutum exercitio. hom. 31. n. 44. Olim Sacerdotes non comitabantur fratres suos

FESTORVM

sanctum, quia per hoc censebantur immundi: nunc quidem bene, ut pateat noui gratia testamenti: nam ab eis ut caetera mortuorum Sacerdotes inficiant, imo potius ipsi Sacerdotes defunctis auxiliantur. h. 31. num. 52.

VIII. Vocatur sepultura *Supremus honor* quia supremus honor, quem possunt homines defunctis impendere, is est, ut eos ad sepulchrum comitentur: exinde eos sua opera comitantur, nominatim autem opera misericordiar. h. 31. n. 53.

IX. Magnum adfert commodum sepeliri in Ecclesia, sed ad multa obligat, ut testantur casus quos refert D. Greg. h. 31. n. 48. & seqq.

X. Reprehendi non debent lacrymarum moderatae in morte propinquo. h. 31. n. 60. Imo Christus Lazarum deiecit mortuum. h. 32. n. 65. 68. cor plorando alleluatur. Notat hoc. D. Ambr. & fuerunt lacrymarum D. Aug. singulares in obitu matris suae, & D. Bern. mortuo fratre suo. ibid. n. 72. 73.

XI. *Beati mortui qui in Domino moriuntur.* Habes hic bonae mortis definitionem, quae est in Domino, quam bene declarauit D. Aug. & eleganter D. Chryl. h. 13. n. 37. vsque 40.

XII. *Beati mortui qui in Domino moriuntur.* Christus omnes proposuit beatitudinis, & hanc inter illas non legimus. Et merito: est enim beatitudo generalis, quae cunctis illis est annexa. *Beati pauperes spiritus, si in Domino moriuntur.* *Beati mites, si in Domino moriuntur.* h. 13. n. 40.

XIII. *Beati mortui.* Obiecit D. Ambr. quæstionem: utrum mors censenda sit inter nostra bona, vel inter nostra mala sed concludit cum sententia illa de caelo. *Beati mortui qui in Domino moriuntur:* nunc enim vita, talis est, ut summa sit beatitudo, illam finire: vnde quidam à mortuis reuocatus, elegit magis mori & deueniri in Purgatorio quam remanere in hac vita. h. 32. n. 70. vsque 73.

XIV. *Beati mortui qui in Domino moriuntur.* Nulla bona mors est, nisi in gratia Dei, licet omnibus fruatur mundi: delictis: sed nec ulla mala est si sit in gratia, quamuis inter canes quis exspiret, ut probatur in diuina Epulone & Lazaro aliisque exemplis memorata. h. 16. n. 32. vsque 35.

XV. *Beati mortui qui in Christo moriuntur.* Talibus mors est beatitudo, etenim tribulationum illis finis est, ut requiescant à laboribus: sic infante est malorum mors, nam in illa omnia eorum gaudia terminantur. h. 16. n. 35. 46.

XVI. *Beati mortui, qui in Domino moriuntur.* Ut beatus sis in morte, corare Deo placere, ut eius propicius honori, & amicitiam tibi copulet: si namque voluntas delictis vel pecuniis adhæreat, erit infelix mors tua, qualis fuit Sifacæ. Documentum animo

renouat. homil. 13. numer. 55. 56.

XVII. *Qui in Domino moriuntur.* Multi sunt diabolus annexi, ut erat prodigium, ita ut nec verberibus illos à se diabolus possit expellere. h. 18. n. 45. 46. Quomodo de hoc dici poterit, quod morietur Deo annexus? h. 13. n. 56. vsque 64. Et multis accidit quod Sauli cum Amalecite ibid. n. 64. & seq.

XVIII. *Beati mortui qui in Domino moriuntur.* Vivere sine Deo, & cum illo velle mori, stultitiam sapientiam Balaam h. 37. n. 46.

XIX. *Opera enim illorum sequuntur illos.* Tantum opera illorum sequuntur illos: etenim facultates, diuitiae & amicus non ultra sepulchrum comitantur. hom. 31. num. 53.

XX. *Opera illorum sequuntur illos.* Opera quae fecerunt illos sequuntur, vnde expedit illa fecisse in vita? nam ipse Christus dixit: *Me oportet operari, & dum dies est.* hom. 30. n. 39. & conueniret ut formicam imitaretis, & impleres Christi consilium, monentis, esto contentiens aduersario tuo, dum cum illo per mundum ambulas. h. 34. n. 30. & seq.

XXI. Magna est obligatio animabus succurrere defunctorum per suffragia: sunt etenim acerbissimas Purgatorij poenae, si namque in hac vita propter peccata venialia Deus pluribus annis permittat infirmitates & tribulationes, quid ibi faciet propter multa peccata mortalia, quae quamuis remissa sint quantum ad culpam, non tamen pro illis satisfactum est quoad poenam? h. 10. n. 32. quid plura? tibi continuo acclamant: *Miseremini mei &c.* Et si conspiciens hic aliquem pereuntem quoad corpus teneatis illi per elemosinam succurrere corporalem, quanto magis animae patienti? Ad holidem hic cadit argumentum D. Ioannis

*Qui videris fratrem suum necessitatem habere. & claudis visceribus suis.* h. 16. n. 11. Et hinc vinculum colligimus fraternitatis: ut per omnia. h. 22. n. 4. Et hoc tibi persuadeat, quod sicut illis fuerit misericors, ordinabit statuetque Deus, ut & ipsi futuri sint tibi misericordes. h. 25. n. 30. vsque 61.

IN FESTO VNIVS MARTYRIS, IN COMMVNE.

**S**I quis vult venire post me, abnegat semetipsum. Matth. 16 Duo continent omnia Evangelia, quae leguntur in festis particularium Martyrum. Primum eximiam adfert consolationem: statuitur enim Christus ut eminentissimus Magister nos docens viam caeli, & declarat nobis illac perire ingressum. Secundum nos perterret, vias designando; dicit etenim eas esse crucem, mortificationem vitae, ipsa ut mortuum esse. Merito potuit David haec docere.



doctrinam vocare separatam, & alienam ab omni mundi commercio. h. 29. n. 6. Similiter & sponſi ſui capillos eſſe nigros inſtar corui. ibid. n. 3. 4.

I. *Si quis vult venire poſt me.* Ardua doctrina ea eſt quam Chriſtus nobis ad primum in claſſem ſuam ingreſſum proponit & meo iudicio non minus illa nos periret quam piſcis Tobiam, eum, vt videbatur, deuoraturus; ſed Angeli ſequamur conſilium eumque exequiamur, ac totum inueniemus nobis ſalociferum. ho. 3. nu. 46. Hoc ſit oportet officium prædicatorum, qui velut dentes Eccleſiæ, bolos comminuere duriores, vt comedi, digeri, & eſſe poſſent alimento. ibid. numer. 2.

III. *Si quis vult.* Venit Chriſtus, nos candidatos reddit Regni cælorum, illud mundo manifeſtans, vbi clarè numquam fuerat auditum. hom. 41. n. 87. Nobis regnum hoc propoſuit, aſſerens à nobis poſſe comparari. h. 11. n. 9. 10. Quia vero ſtatim occurrebat illa quaæſtio proponenda, per quam viam nobis eſſet eò veniendum; illique dicendum erit. *Oſtende mihi viam in qua ambulem;* ſtatim illam nobis demonſtrat non ſolum verbis, ſed ipſum ſtatuens anteſignanum: vt columenam filiis Iſrael, dicendo. *Si quis vult &c.* hom. 33. numer. 39.

IV. *Si quis vult.* Grauius angebatur ſponſa, deſiderans non aberrare à via quietis ſponſi ſui: difficile etenim eſt eam inuenire: nam ex vna parte homines, quorum nullus eam perambulauerat, multum delirabant. hom. 14. num. 7. 8. atque ex altera, ducès ſtatuert diabolus, qui omnes rectè ducerent ad tartara perituros. hom. 33. n. 42. His adiunge viam eſſe anguſtam, & ad aberrandum facilem, vt dixit Angelus Eſdræ. ho. 33. num. 40. 41. Ingens nobis præſtat beneficium, dum nobis hanc viam oſtendit verbis, & ducatu, nam præcedens ſic nos hortatur. *Hæc eſt via ambulato in ea.* ho. 15. n. 10. ho. 33. n. 43. promiſſum ſuum complens. *Erunt oculi tui videntes præceptorem tuum.* h. 15. n. 1.

V. *Si quis vult.* Exorditur loqui Dominus duobus verbis non paræ conſolationis. Primum eſt: *Si quis;* eſt enim ita generale, vt neminem excludat; & hæc eius eſt miſericordia; cum enim omnibus non ſit poſſetas ad terrenas obtinendum dignitates; illam nobis tribuit, quâ cuncti Regnum cælorum nanciſcuntur; pauperes, diuites, nobiles, plebei, coniugati & continentis; nec culpam inieceris ſtatui, dicens te non poſſe in eo ſaluari, obſtaculo tibi eſſe ſitias, curamque familiæ. h. 2. n. 2. ho. 24. n. 19. 20. Imo ipſi milites ſaluari poſſunt tot tamen occaſionibus, & impedimentis intricari. h. 2. n. 7.

VI. *Si quis.* Neminem à Regno ſuo & gratia ſecludit, quantum eſt ex ſe nam quoad hoc, tantum poſtelt iuſtius, quantum ſanus & pauper quantum diues nec vnus potiori quam alter iure præualeat. ho. 21.

nu. 22. Vult autem vt miniſtri ſui de hoc agant abſque vlla acceptione perſonarum. Conceptus hic ſolatur pauperes & iuſtius. ho. 2. n. 20. 21. 22.

VII. *Vult.* Hoc eſt ſecundum verbum ſummi legamenti: oculos etenim ſuos in voluntatem noſtram confirmat. *Poſuit oculum ſuper corda illorum.* h. 1. n. 11. Voluntas pondus eſt Sanctuarij. h. 38. n. 15. Et quantum magnum ſit opus, niſi voluntas adſit, niſi illud facit, ſicut illud Nabuchodonosor. hom. 1. num. 20. h. quantumuis exiguum ſit, tanti facit quantum eſt actus voluntatis, nam idcirco etiam voluit Chriſtus morte occumbere plane voluntaria. h. 41. n. 20.

VIII. *Si quis vult.* Præclarum beneficium, oculis in noſtram conuicere voluntatem; nam illud quod nihil eſt, tantum poteſt creſcere quantum volentem faciendo inuentionem oculorum de qua Salomon. ho. 1. n. 22. Hæc eſt meſura quam vidit Zacharias, in qua Deus oculos firmauerat. h. 25. n. 51.

IX. *Si quis vult.* Tuæ voluntati tuam committis ſaluacionem. h. 10. n. 33. Denique ſi non ſis plerumque gratiâ, doniſque cæleſtibus, ratio eſt quod illa non præſtas. ibid. num. 39. imo Deus quaſi anguſtatur, quia tibi oblata renuis accipere. ho. 23. n. 28. h. 37. n. 17.

X. *Si quis vult.* Tu conſideres, quod ipſe et præ ſua tibi abundanter proſpexerit, vt nihil tibi deſit, vt proteſtari poſſit. *Non plus ultra.* ho. 17. n. 29. & merito dixit Moyses iuxta Apoſtolum. *Prope eſt certum ore tuo.* h. 10. n. 38. h. 44. n. 41.

XI. *Si quis vult.* Magnam attende benignitatem, nec enim nos vult vi cogere, nec eſt domus euſtremis coactorum, ſed aula nobilium liberorum. ho. 16. n. 20. Naturæ noſtræ iura conſeruat integra, cui nemo poteſt vim inferre, nec tota potentia inferri. ho. 3. n. 35. quod ſi tu ipſe non conſentias, & velis; nullatenus tibi præualebit. Scribit hoc D. Gregor. expolians Iob; *Conuulſerabit lumbis meis.* h. 37. n. 70.

XII. *Si quis vult.* Tanto nos honore vult Deus ſicere, cum enim nos non vocauerit, nec conſentiam quo nos creatur, petierit, eum tamen expoſcit vt nos filios ſuos efficiat, & ſaluet, hoc etenim illo modo præſtantius eſt; agitque hoc negotium, per modicum ſulſus ſocietatis. h. 10. n. 33. 34. & h. 24. n. 48. 49.

XIII. *Si quis vult.* Tanto amore noſtrum iudicium bonum, vt in omnibus quæ facit, illud attendat, & cum ita ſit, quod quæcumque bona agimus, eius ſunt dona gratiæ, quinimo & ipſe contentus efficiat noſtræ voluntatis; tamen à nobis illum eſt ſignat, ubi titulum noſtris aſſignans operibus, quæ velut à noſtra voluntate peracta, licet ad iuuare eius gratiæ Regnum eius mereantur & vult vt illud velut noſtra morte conquiſitum poſſideamus, oſterdens ſe in perfectione liberalem: Conceptus hic optimè quadrat ingenio D. Chryſ. h. 25. n. 45. & ſeqq.

XIV. *Si quis.* Iam ipse quod sui muneris erat, ab-  
soluit, in quæ ad te spectant perage. ho. 15. n. 23. Cla-  
mavit, quod ex te præstaretur aduenientes. hom. 37.  
n. 17. Ne sis eam impudens, ut illum expectantem de-  
latis. ibid. n. 19.

XV. *Si quis vult.* Certum est quod Deus ab æter-  
no quosdam prædestinaverit, alios autem reprobaue-  
rit; porro mysterium hoc est profundum, nec à te  
penitus, ut illud intelligas, sed credas. hom. 37. nu. 7.  
vsque 12. hoc autem oportet te intelligere, quod Deus  
te non condemnabit, si tu non volueris. ibid. n. 12. Et  
qualis fuerit tuæ motus voluntatis illum, talis erit &  
illius ad te, iuxta illud Iob; ea quæ geruntur in terra  
rationem statuunt agendorum in celo. ibid. num. 14.  
vsque 17.

XVI. *Si quis vult venire post me.* His verbis tertiam  
alijungit rationem consolatoriam; quia quis ille sub-  
ditus qui non sibi ducat honori Regem suum sequi  
precedentem? Tantopere cupiebat nos Deus ducere in  
caelum, ut ipse inde venerit se ducem nobis præbitu-  
rus. hom. 33. n. 39 vsq. 42. de quo disputat eugenius D.  
Aug. expendens agemonis artificium, qui ut homini-  
bus plinam redderet victorum viam, illis duces pro-  
ponit Deos qui teneta illa triuerant, iudicantes illi  
rem esse omnino claram, quod homo censeret faultum  
esse, si per illam ingrederetur viam, quam Deus suus  
fecerat ingressus. ibid. n. 42. vsq. 46. Idcirco Deus no-  
bis hoc promittit, venturum se esse pastorem, ut oves  
sua dux antecedit. h. 38. n. 50. 51.

XVII. *Venire post me.* Delirat peccator, & iter suum  
aggredditur non attendens quo vadat, designatus per  
potentiam Ezechielis; hunc enim oculis crebant ob-  
scuros. Magna calamitas. Ut autem scias, quò vadas,  
statuit se Christus antesignanum h. 18. n. 25 vsque 28.

XVIII. *Abneget semetipsum.* Vsque modo omnia  
verba spirant lenimen, ut dictum est, sed sequentia ter-  
rorem, nominatim autem hoc primum. *Abneget semet-*  
*ipsum.* Si totum bonum meum consistat in me confer-  
tando, totum inde mihi damnum emanabit; in me ab-  
negando, & si ego mihi deficiam, & denegem necessa-  
ria quis mihi subueniet? ut enim Spiritus S. ait, *Qui*  
*sibi nequam, cui bonus?* Miror doctrinam hanc. Incipit  
Dominus pro fundamento statuere illud quod dixit  
Nicodemo, necesse esse ut à vertice capitis vsque ad  
plantam pedis immutemur, & noua natura renalca-  
mur. Vide nota in selto S. Crucis ad illud. *Nisi quis*  
*renatus fuerit, non potest.* ibid. 7. 8. 9.

XIX. *Abneget semetipsum.* Primum principium hoc  
est, ut definas esse quod es, ut dixit Samuel Sauli. ho. 15.  
n. 44. & ideo dixit Propheta quod dies legis Euangeli-  
cæ, dies esset occisionis, quæ in te vita carnalis & A-  
damus sit interficienda. h. 38. n. 110. 111.

XX. *Abneget semetipsum.* Non Deo satisfaciant vi-  
deri, *Saps de Lanuza, Tom. I.*

tulorum omniumque sacrificia; nam nec illud de Isaac  
acceptavit, sed propriæ voluntatis cordisque sacrifi-  
cium, hoc etenim fuit quod tantopere perpendit in A-  
braham. hom. 23. n. 72. & hoc ipsum sacrificium quod  
Christus obtulit infinitè Deo Patri acceptum, erat in-  
tegra voluntatis suæ resignatio. h. 36. n. 31. & hoc in-  
dicauit dum in oratione vtrumque flexit genu, fuit ete-  
nim perfecta voluntatis suæ Patri subiectio, dum suam  
abnegat dicendo; *Non mea, sed tua fiat voluntas.* Con-  
ceptus hic est D. Hieron. declarans, qualiter te pro-  
prium oporteat abnegare voluntatè. h. 42. n. 68. vsq. 90.

XXI. *Abneget semetipsum.* Non tibi prohibet Deus,  
ne tua fiat voluntas, & affectus, optando vel petendo  
hoc aut illud tibi beneplacitum, vel fugiendo hoc vel  
illud tibi molestum, sed ut illi neges quod postulat,  
& facias admittere quod non concupiscit: denique ut  
faciendo contra id quod ipsa postulat, agas quodcumq;  
fuerit secundum Dei voluntatem. ho. 4. n. 9. h. 42. n. 86.

XXII. *Abneget semetipsum.* Non poscit Deus ne  
voluntatis tuæ sentias motus, appetitus & affectus rã-  
tioni legique Dei contrarios: nam etiam Sanctissimi  
illos sentiunt, sed ut reipsum abneges, & hoc quod à  
reipso postulas secundum tuam concupiscentiam, quod  
si tu non concedas voluntate deliberatâ illud quod pe-  
tit, imo neges, nullum est peccatum, sicut nec est me-  
ritum, nisi in eo quod voluntate determinata vis &  
operans, unde ne scrupulis angaris, quia petitiones vo-  
celque sentis impotenti exactoris, si animosè has illi  
recales: talis futurus es de quo Iob. *Vocem exactoris*  
*non audit.* Vaccis illis merito comparandus, quas boa-  
tus & mugitus vitulorum exactorum à recto tramite  
non retraxerunt. h. 4. n. 10. Tandem nota nullum esse  
peccatum, ubi non est libera voluntas, quæ consentiat,  
h. 22. n. 66. vsque 72.

XXIII. *Abneget semetipsum.* Hæc tua est calami-  
tas, quod diabolus te ipsum carnemque tuam assumat  
ut te perdat, ea mediante agens sicut per Euam ut A-  
dam ageret in ruinam: denega illi quod postulat, si  
namq; hoc minime feceris te supplabit. h. 4. n. 19. 20.

XXIV. *Abneget semetipsum.* Tuam abnega volunta-  
tem: ex se est inordinata, nec eam statuas primiceriam;  
etenim quia hoc Pharisæi facere voluerunt, illos Chri-  
stus appellauit, generationem peruersam, & præpote-  
ram. h. 8. n. 28. vsque 35.

XXV. *Abneget semetipsum.* Tuam abnega volunta-  
tem, illam diuinæ subiciens; per hoc enim fiet, ut  
suam Deus tuæ submittat, ut patet in Moyse. h. 24. n.  
33. & seqq. Per hoc obtinuit Christus quod ait: *Data est*  
*mihi omnis potestas.* Quia scilicet voluntatem suam ex  
parte inferiori abnegauit.

XXVI. *Abneget semetipsum.* Tibi in commodum agit  
hoc Dominus, quod tibi hoc præcipit: nihil etenim tibi  
est perniciosius quam tuam sequi voluntatem, quam  
Y y D. Bern

D. Bern. vocat bestiam crudelem, feramque pessimam &c. ho. 8. n. 32. 33. Idcirco illum defleuit Hieremias, qui propriam suam sequitur voluntatem. h. 18. n. 21.

XXVII. *Abneget semetipsum.* Dixit Christus: quod vultus eius iam principio gaudent vitæ æternæ, & hoc, quia sequebantur non propriam, sed Pastoris sui voluntatem, qui namque hoc agit, iam principium gaudiorum possidet cælestium. h. 8. n. 33.

XXVIII. *Abneget semetipsum.* Adeo inordinata est nostra voluntas & appetitus, vt illi concedendo quod rogat nos agat in ruinam ita vt inter alia supplicia, quibus se Deus iratum ostendit quibusdam peccatoribus, hoc vnum sit, quod voluntati eorum permittit quodcumque voluerint, suasque liberè sequebantur voluptates vsque in finem. hom. 35. n. 28. vlg. 34. atque vt singulare promittit beneficium, quod populo suo habenas iniiciet, vt sua non impleat desideria ib. n. 34. 35.

XXIX. *Tollat crucem suam.* Hic secundus est gressus, qui non minus perterret quam primus. Declarat Dominus gratiam noui testamenti: quæ non tribuit quietem, sed crucem vsque ad mortem in illa. hom. 15. num. 27. quia crux est, quæ secum coniunctam habet gloriam. ib. d.

XXX. *Tollat crucem suam.* Crucem posuit in Euangelio suo tanquam fundamentum, cui gloriæ aedificium innititur. h. 15. n. 19. Cæleste mysterium, quod nec Christi quidam cognati comprehenderunt. ho. 36. n. 35. vsque 39.

XXXI. *Tollat crucem suam.* Nullus status est à cruce liber, maior vel minor, secundum eius onus. Nec vult Deus vt grauiorem tollas crucem, quam etiam propriam; sed dolum est quod tibi crucem velis imponere status maioris. vnde cum illis corruis in terram, vires non habens tantæ cruci ferendæ sufficientes; etenim certum est, quod operarius. crucem terre non possit status nobilioris, nos ipsi contra nos ipsos pugnamus, & vltra vires onera uobis imponimus. ho. 27. n. 62. vsque 66.

XXXII. *Tollat crucem suam.* Hoc nos agit in ruinam, timor nempe perdendi vitam vel bona temporalia. Vult Christus vt sic ab omni timore absoluti, ac si ad mortem effemus damnati, & nos ipsos consideremus vt iam crucifixos. ho. 43. n. 33.

XXXIII. *Tollat crucem suam.* Non à te deposcit Christus, vt Crucem suam seras, hæc etenim admodum grauis fuit: hæc namque ceterarum tulit pondere, nec aliquis in mundo tanta quanta ipse pertulit, sed nec omnes simul; nam vt pati posset formauit illi Spiritus. S. corpus omnium corporum maximè passibile. Nota conceptum h. 25. n. 21. h. 42. n. 49.

XXXIV. *Tollat crucem suam.* q. d. porta crucem ex parte tua, ipse namq. ex parte sua eam tollit tibi auxiliando. Solus ipse, crucem suam portauit, vt dicere potue-

rit. *Tortular calcami solus.* h. 44. n. 22. & nihilominus tibi succurrit in ferenda tua. Vide quæ diximus in P. 3. Matthiæ ad illud *Toll te iugum meum super vai.*

XXXV. *Tollat crucem suam.* Mirabile documentum, vt tollas crucem tuam, hoc est, tuas aduerfarias, morbos, inopias: tolle illas, age quod conuult. D. Hier. & fac de necessitate virtutem, h. 9. n. 47. Et necessitate ac inuitabiles calamitates fac voluntarias, quod est quasi legitimare filios illegitimos, ad exemplum Lu. tronis. h. 44. n. 27. & seq.

XXXVI. *Tollat crucem suam.* Mandata Dei rationi valde conformia, & à nemine plus petit, quam illi sit possibile: nam sicur non contentus est quodlibet qui plura potest, det modicum, sic nec vult quodlibet qui modicum potest, praestet multum. h. 17. n. 37. 42. Non est diabolo similis, qui asperissima quæque crudelissima exigit. h. 25. n. 64.

XXXVII. *Tollat crucem suam.* Quandoquidem bene suam pro te portauit, cum tanta esset tantique grauis: non multum erit, vt tu pro te ipso, & propria salute tuam tollas. h. 15. n. 10.

XXXVIII. *Tollat crucem suam.* Non tibi sufficit dicere, Christus crucem suam batulauit pro te, & pro omnibus, quam enim ita sit, egit hoc crucem suam, quod sibi agendum incumbat; superest vt tu quæ tui sunt muneris, exequaris. h. 15. n. 21.

XXXIX. *Tollat crucem suam.* Fuit crux Christi: omnibus generalis, sed eam fac tibi particularem, eam applicando & tibi conformando, vt dicas cum D. Paulo *Christo confusus sum crucis:* nam idcirco crucem assumpsit adeo latam, vt tibi quoq. daretur locus. h. 15. n. 21.

XL. *Sequitur me.* Per hoc omnem tollit Christus difficultatem circa prædicta: vt enim ante diximus, nihil enim esse potest sublimius, quam hominem pro Deum suum: nam hoc titulo diabolus mundum perturbat, vt præmonuimus. h. 33. n. 42.

XLI. *Sequitur me.* Sic benedictus Dominus, qui præire voluit cruce sua onustus, & omni gen. tribulationibus, ac cruciatibus, vt illis omnem auferret durtitiam & amaritudinem, & illas in se assumens in extulit & honorauit, vt diuinum illis esse tribueret, eorum deificans, vt verbo vtar D. Damasceni. quocirca diximus illis infudit suauitatem, vt non solum non differret, sed etiam delegeret Sanctos: nec illis quidem equum esse in mundo delectabilis. h. 36. n. 9. vlg. 12. ho. 42. n. 59. in experientia vidimus in D. Andrea ibid. n. 62.

XLII. *Es sequatur me.* Venit Christus vt esset exemplar nostrum, in esse gratiæ & gloriæ, vt fuerat in natura peccati & pœnæ. h. 37. n. 45. Potissimum exemplaret in gloria: quia eam in nobis efficere debet eo modo quo peracta fuit in hoc mysterio. Proferendum est hic Theologicè conceptus. h. 12. n. 20. vlg. 26. Sic exemplar est in gloria, sic esse debet in via ad illam.

non enim alia ad illam pater via, quam ea quam ipse  
causatur. h. 15. n. 10. Et duos illos fratres Iacobum &  
Joannem aliud intendentes ab errore reuocauit. ibid. n.  
11. Et hæc ratio fuit cur pati uoluerit, ut uidelicet no-  
bis tutam panderet viam iuxta illud D. Petri: *Christus*  
*passus est pro nobis, uobis relinquens exemplum.* ib. Et hinc  
formatepores circinam, ut tibi pateat uirum rectam  
ingrediaris viam, ut faciebat D. Rudensindus. ibid. 2. 4.

XLIII. *Sequatur me.* Ipse præcedit, nobisque asse-  
ritur quis sit terminus finisque crucis: nam idcirco de illa  
differens concinno gloriam illi coniunxit suæ resurre-  
ctionis. h. 15. n. 27.

XLIV. *Qui enim uoluerit animam suam saluam fa-  
cere perdat eam. &c.* Audis hæc doctrina separata est.  
Dix enim sunt vitæ in homine: una animalis, qua ho-  
mo cum animalibus conuenit: altera spiritualis, in qua  
conuenit cum Angelis. Si unam uelis conseruare, ne-  
cessario perdes alteram & si cures unam, oportet ut al-  
teram negligas. Mandam uiram suam diligant carna-  
lem: unde perducunt spirituales animæ propriam, serui  
vero Dei, omnino faciunt contrarium. h. 2. 3. n. 23.

XLV. *Qui amat animam suam.* Caro repugnat spi-  
ritui, nec in unum possunt conuenire: si regnet caro, pe-  
rit spiritus. In hoc consistit remedium, ut cohibeatur  
uita carnis illam mortificando. Perterruit Nabuchodo-  
nosor quod uiderat cælo decretum circa arborem il-  
lam, ut exstingeretur, & vinculo ferreo cõstringeretur,  
cui Daniel exposuit, in hoc consistere Regis reme-  
dium, & in hoc tuum quoque consistit, ut carnis uitæ  
uitam mortifices. Uilis est hic conceptus h. 1. n. 3. 8. Per  
hoc uiuet spiritus, nam comprimendo carnem, uicia  
reprimuntur. ib. n. 11. exurgit de cælo cogitatio. ibid.  
n. 13. & dona obtinentur cœlestia. ibid. n. 15.

XLVI. *Qui amat.* Descendum est quam timidi ui-  
tam mortificemus carnis, ut quodlibet nos terrorem  
moueat: nec tamen metu percellant etiam difficulte-  
ria, ut illi placeamus. h. 1. n. 17. Miles non es ad pug-  
nam spirituales congruus: talis oportet te esse, quales  
suerunt sancti illi inuenes in Babylonia. h. 43. n. 33.

XLVII. *Qui amat animam suam.* Perdit nos dia-  
bolus per propriam nostram carnem, & eiusdem  
handis de nobis triumphat: unde necesse est illam  
mortificare, illoque uti stratagemate, quo Eleazarus  
prosteruendo elephantem, ex quo inimici bellum po-  
puli Dei mouebant atrocissimum. h. 15. n. 20. vsq. 23.

XLVIII. *Qui odit animam suam in hoc mundo, in ui-  
tam æternam custodit eam.* Hoc Christus intendit, ut vi-  
tæ æternæ merita conquiramus, & hoc nobis consu-  
lit. *Non seruite uobis his seruus in cælo.* h. 1. n. 37. vsque  
40. Ita desiderat ut vitam tuam disponas, ut eam ad  
æternam vitam conserues: nam sicut illud quod de ho-  
nis tuis pauperibus elargiris, non hoc perdis, sed in  
cælo conseruas, ita quod uitæ tuæ in terris auferis, de

deliciis, voluptatibus, & lenociniis, hoc illi conseruas  
in vitam æternam, augmento profus infinite. Ita La-  
zarus inuenit illud quod hic de voluptatibus carni suæ  
ademerat, ut diuiti epuloni respondit Abraham: unde  
sicut totum hoc quod in terra thesaurizas, in illa per-  
diturum est: ita quidquid carnis impendis deliciis, pe-  
diturum est, ut patuit in diuite epulone. hom. 16. n. 35.

XLIX. *Quid prodest homini, si uniuersum mundum  
lucretur, anima uero &c.* Finit principalis, ad quem  
nos Deus, creauit, fuit beatitudo: atque idcirco nobis  
animam infudit beatitudinis capacem; si hæc perda-  
tur, actum est de omnibus. Quid prodesset multa pro-  
curate ornamenta, & odorifera unguenta corpori, si  
caput illi amputetur? Gloria principalem obtinebit  
sedem in anima. h. 12. n. 24. Ex illa in corpus & sen-  
sus redundabit, uelut torrentes quos commemorat.  
Vates Isai. ibid. n. 26.

L. *Quid prodest homini.* Quis ualorem & dignita-  
tatem exprimet animæ? minimam illarum plurius Deus  
facit quam Rex ciuitatem Regni sui metropolim. ho.  
20. n. 2. 3. Et sicut non potest illi grauior iniuri igno-  
minia & iniuria, quam illi animam perdere, sic gratius  
illi non potest præstari obsequium, quam illi uel uni-  
uersam lucrari. ho. 22. n. 55. & seqq. Hoc est regnum illud  
quod Christus æterno suo tradet Patri, scilicet animas  
itaque sunt illi regnum maximi illius Regis ut Chri-  
stus ait: *Regnum Dei intra uos est.* ho. 41. n. 63. Hinc  
magna tua patebit stultitia quam committis quando  
illam tam flocci facis, uendis, & tradis diabolo. Tu  
index esto, an tantillo Regnum Regis uenderes. ap-  
pende pretium, quod Deus pro illa tradidit. h. 25. n. 23.  
Vide Dom. in Albis ad illud: *Mitte manum tuam in  
lacus meum.*

LI. *Quid prodest homini?* Animo reuolue quod non  
nisi unam habeas animam: qua perditâ, omnia tibi pe-  
rierunt. h. 5. n. 25. h. 31. n. 54. 55.

LII. *Quid prodest homini si lucraretur uniuersum  
mundum?* Contingit peccatoribus id quod Iudæis nam  
per quod vitam suam conseruare studuerunt, illam  
perdiderunt, & quæcumque conseruationi suæ muni-  
menta quaesierunt, illis omnia fuerunt hæc detri-  
mento. ho. 39. n. 18. vsq. 23.

LIII. *Quam commutationem dabit homo.* Verè di-  
xit Dauid, peccatoribus staretas esse mendaces, quibus  
iniuste res appendunt & quæ graua sunt, illa ut leuia  
considerant, & quæ leuiora uentis sunt, illa ut valde  
grauiâ perpendunt: unde mutationes faciunt valde  
stultas. h. 10. n. 24.

LIV. *Filius enim hominis uenturus est.* Ecce quid a-  
nimam debeat suggerere, præmium nempe adeo præ-  
cellens regni cœlestis quod nobis promittit: si namque  
Regnum in somnis ostensum tantopere Iosephum ani-  
mauit, quanto magis uerum regnum, quale nouimus  
esse

esse ipsius Dei: h. 11. n. 3. Considera præmium illud, & tibi crucem reddet faciem ibid. n. 4. vsque 12. ho. 12. num. 7. vsque 20.

## IN FESTO VNIVS MARTYRIS.

I. **N**isi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit. Ioan 12. Notavit D. P. Chrysol. eminentiam Magisterij Christi Domini: enim enim Incarnationis eius mysterium adeo sublime sit, vt de ipso dixerit Propheta: *Nec oculus vidit. & D. Paulus asseruerit esse persuasum difficillimum. Predicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, Gentibus autem salutem.* hom. 34. nu. 1. & 12. Illud tamen declarat adeo domesticis similitudinibus, iisque rebus quas manibus tractamus, vt est illa fermenti. hom. 41. nu. 68. & nunc illud exponit vt maxime communi, nostrisque oculis conspicua, qualis est granum frumenti: quod nisi terra corruptur, ibique moriatur, nullum adfert fructum.

II. *Nisi granum frumenti.* Altissimum est nostræ redemptionis mysterium, quod non consistit in credendo tantum quod nobis Deus tribuerit vitam, nostra restaurauerit mala, nobisque omnia Dei bona conquisierit: sed etiam quod hæc fecerit per mortem, & ignominias, hæc etenim est omnipotentæ eius virtus, quæ rebus contrariis quoad oculos carnales operatur id quod vult & præcendit, vt enim ex D. Iohanne intelligimus. *Quod factum est in ipso, vita erat.* ho. 30. n. 43. vsque 48.

III. *Nisi granum frumenti.* Christus moriendo nostram operatus est redemptionem, paupertate, inbruitate & cruce; quia sic gloriæ Dei nostroque honori expediebat. h. 36. n. 5. vsque 9.

IV. *Nisi granum frumenti.* Sicut fructus grani tritici, & eius renovata & luxurians nativitas consistit in eo quod cadens in terram moriatur, ita Christi exaltatio, & sanctus quem reulit, consistebat in morte eius nam idcirco canit psalmographus. *Ascendit super occasum.* hom. 15. numer. 20. vsque 12. D. u. na profecto philosophia, quam nec eius affines intellexerunt, & emitto conuenit vt nos illam capiamus. ho. 36. r. m. 37. vsque 40.

V. *Mortuum fuerit.* In eo salus non existit mundi, quod Iudæi Christum occiderint, sed in eo quod ipse mortuus sit vt declarauit Spiritus S. in sententia ore prolata Caiphæ, dicentis, *Expedit vt vnus moriatur.* h. 39. n. 34.

VI. *Mortuum fuerit.* Hoc magnum fuit Dei consilium, qui exactione adeo sacrilega, qualis illa fuit Iudæorum, mortem eduxit adeo proficua, agens vt prudentissimus hortulamus: qui animal sumit obvela-

tum & canales sine iudicio, vt aquam extrahat quæ gatae arbores horti sui fructus adferunt abundantem. h. 39. num. 28.

VII. *Multum fructum adfert.* Cogitabant Iudæi perdere Christum, & nedum illum non perdidissent, imo potius hinc Deus opus elicit quod intendebat iuxta Isaia vaticinium *Ducam caecos per viam, quos nesciunt.* h. 25. n. 35. h. 39. n. 30. 31.

VIII. *Multum fructum adfert.* Sibi Iudæi presiderunt, quod occidendo Christum, & sepultura tradendo, iam omnino esset consumptus, nec intellectum eius in hoc diuinam consiliteret renovationem, quæ de sepulchro cum noua vita resurgere, qua de caelo ab Isaia dicitur gloriosum. h. 49. n. 10. Et hic vita est infinitorum granorum, nascitur enim vt in celum tenderent, iuxta figuram quam D. Petrus exprimit de Abraham. h. 39. n. 36.

IX. *Multum fructum adfert.* Quis fructus emerget de Christi morte productos: de laboribus nostræ nara nata quies est, de eius ignominias nostra nauit gloria, de eius morte nostra surrexit vita, vbi ne sibi respondeant illud *Ecce mulier, & illud homo.* h. 38. n. 121.

X. *Multum fructum adfert.* Considera fructus morte Christi germinantes. h. 39. n. 37. vsque 49. h. quod supra diximus sexto die Veneris Quadragesimæ illud. *Expedit vt vnus moriatur.*

XI. *Qui mihi ministrat, me sequatur.* Non esse debet melior serui quam Domini conditio: & tandem adferre debet granum quod nascitur, quam quod mortuum erat, si fructum ferat, sicut illud. h. 15. n. 10. & dicitur.

XII. *Me sequatur.* Vide quæ diximus in præcedenti Evangelio ad illud. *Sequatur me.*

XIII. *Qui amat animam suam.* Habes hoc in primo Evangelio.

XIV. *Qui sum ego, ille sit & minister meus.* Explicat h. e. Christus gloriæ magnitudinem, in qua conuerserunt magni. ho. 12. n. 40. 41. Vide quæ dixi in antecedenti Evangelio ad illud *Sed quis mihi ministrauerit?*

## IN FESTO PLVRIMORVM MARTYRVM.

I. **D**escendens Iesus de monte. Luc. 6. Ascendit Dominus vespere præcedente in montem, in quo totam noctem in oratione transiegit. Mane elegit Apostolos, & primò illis prædicauit, delectans status, & officij dignitatem: quod illis imponebat, deinde descendit ad planiora ad pedem montis, vbi multitudo magna eum venientem expectabat. Exactè officio fungitur mediatoris inter Deum & homines. ho. 26. n. 5.

II. *Descendens de monte.* Velut fluuius Iordanis, vt

agnas effunderet doctrinæ saluberrimas. homil. 24. numer. 2. 3.

III. *Stetit in loco campestri.* In loco stetit omnibus communi: etenim omnes admittit, & omnibus patet diuinitus & pauperibus. Non est cur eum tibi appropies, moque statui. Vide dicta in Euangelio: *Si quis uult uirgine.* Ad eadem uerba.

IV. *Omnis turba quæbat eum tangere.* Hoc uerbo significat Euangelista cunctos summa deuotione motos accessisse: nec enim dicuntur Christum tangere, nisi qui illa fermentes accedunt, ut hoc ipse declarat in eo quod ait, quando mulier sanguine fluens eum tenuit. hom. 1. n. 18. 19.

V. *Et ipse eleuatis oculis.* Super hæc uerba, & quæ sequuntur in Euangelio uide notata in festo Omnium SS. Petrus & Pauli.

## IN FESTO CONFESSORIS PONTIFICIS.

I. *Homo quidam peregrinatus proficiens uocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua.* Math. 25. Demonstrat Euangelium Dei liberatatem, qui nobis manu adeo effusa sua diuidit & communicat bona: ut omnia nobis tradiderit, ut illis nostram negotiemur salutem & gloriam: hanc enim solam ipse præ oculis habet. Ut autem nos ad hoc impellat, nobis assensit se strictam à nobis rationem exacturum de negotiatione, seruos bonos & fideles remunerando, negligentes autem & desidiosos puniendo: hanc autem conuersionem ad uerum uitæ suæ terminum distulit, ut tanto tenacius inhaereret memoria, nam finem imposituræ prædicationi bibeo ante mortem suam, hanc nobis proponendo exactionem, quam à nobis exiget, expediens erit, ut *Finem loquendi otiosus pariter audiamus.* hom. 6. n. 10. 11.

II. *Homo quidam peregrinatus proficiens &c. tradidit illi bona sua.* Hoc primum Dominus intendit, ut scias, bona quæ possides diuinitus, dignitatum, sapientiarum &c. tua non esse, sed illius, nam illa tibi ad negotiandum tradidit. Consideratio hæc multis utilis est. Vnde notata Dom. 8. post Pentecosten, ad illud: *Homo quidam habebat uillicum &c. Quasi dissipasset bona ipsius.*

III. *Tradidit illi bona sua.* Lauda insignem eius liberalitatem, etenim omnia sua, bona tradidit, & Deus hoc ita effusus fecit, ut nullum habeat bonum, quod tibi non communicauerit ecce quam te sibi habeat deuotum, ut fieri possit. *Non plus ultra.* hom. 17. numer. 29.

IV. *Tradidit bona sua.* Tu ipse perpende utrum in Deo bonum aliquod acueris, quod tui non tradide-

rit; dedit caelos, terram, Angelos, & Apostolos. hom. 34. n. 28. Et hoc ipse Christus confirmat in hæc uerba: *Nonissem misit filium suum.* Quod audiens D. Paulus adiungit: *Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum.* Confer illud: *Tradidit.* D. Pauli, cum illo: *Tradidit bona sua,* huius Euangelij: *Quomodo non estam cum illo omnia nobis donauit.* hom. 17. n. 44. 45.

V. *Tradidit illi bona sua.* Tibi Deus tradidit omnia bona sua ita abundanter, ut illis circumualletis & circumcingaris, & meliori ratione quam Ioseph dicere possis. Dominus meus omnia mihi tradidit & c. quomodo possum peccare in Dominum meum. hom. 45. n. 11. 12. 13.

VI. *Tradidit illi bona sua.* Poterat iuste Dauid honorari animam suam, ut Deo benediceret, quia illam bonis suis coronauerat: & is cui hæc sepes deest, quia Deum offendit, ueris diabolus quam homo nuncupandus est. h. 17. n. 32.

VII. *Vni dedit quinque talenta, &c.* Non omnia uni largitus est, ne ille, quia omnia reciperet, ex multitudine superbiat, & ceteri ex inopia deficerent: nec omnia omnibus tradidit: quia non esset qui negotiaretur: sed illa uarie distribuit, imposita singulis obligatione negotiandi. Vide cur quidam sint sapientes, alij ignorantes, ut omnes negotientur, illi docendo, hi adificando: eadem ratione diuites sunt & pauperes: ex qua Theodoret. diuinam tuorum providentiam. hom. 16. n. 7. 8. Et hoc profequitur postillimum respectu diuitum, cui Deus copiosiora tradidit terræ talenta. ibid. nom. 9. 10.

VIII. *Vni dedit quinque talenta, alij uero duo, &c.* In hac uita Deus omnia non tradit talenta: imo potius non est aliquis cui non aliquid deficiat: hoc enim nobis sic expedit: Quia licet in hoc mundo tot sint in singulis hominibus defectus, illi tamen sic affertur, nec illo uolumus egredi: quid faceremus, si singula omnia talenta possiderent: ita D. August. argumentatur. hom. 24. n. 25. 26.

IX. *Vni dedit quinque, alij duo.* Non creauit nos Deus in hoc mundo quasi in termino, ubi quieteremus, & semper moratamur: tantum nos in illo statuit, ut nostram operaremur salutem: hic enim finis est, quem Philosophi non intellexerunt, adeo filosofos, copiosos imo sapios proficientes discursus circa finem, in quem Deus hominem creauit: quem Dominus nobis exposuit, dicens eum esse, ut nobis celum lucraremur: unde illa tradidit singulis talenta quæ sunt necessaria, & magis conducunt eius acquisitioni: nec omnia omnibus congruunt: nam cum hoc quo saluatur ille, hic conuenit naturæ. Et sic conuenit moribus, & infirmitas, ut excolunt D. Pauli. ho. 24. n. 26. & sequitur quod ita conuenit Apostolis, ut erat meliora.

Y y 3

doctus. h. 41. n. 96. 97. Et tibi conuenit languor, qui te lecto prostratum deinceps. ho. 14. n. 28. Argumentum hoc vtile est. Alteri prodest valetudo: vnus cum simplici saluatur ignorantia, alius ex sapientia condemnatur &c. Quocirca non omnibus omnia quadrant talenta, & tibi persuade, quod tibi Deus tradidit, esse tibi maximè conueniens. h. 2. n. 24.

X. *Vni dedit quinque.* Deus auctor est omnis boni, & omne bonum ab illo procedit: sed non omnibus omnia concedit, hoc etenim cælo reseruat. Mysterium hoc est sublime Theologia, & quod nostrum inflammare deberet desiderium, considerando nobis in hac vita tanta deesse bona & talenta; ibi vero complebitur illud Apostoli: *Eris Deus omnia in omnibus.* hom. 12. n. 30. 31. h. 41. n. 63. 64.

XI. *Vnicuique secundum propriam virtutem.* Hæc verba diuersimodè explicantur; sed finaliter significant, quod singulis dedit totum illud quod illis erat necessarium, quo salutem suam operarentur. hom. 17. num. 29. 30. Itaque nullus conuenit petest Deum illi destitisse, & non toleranda fuit serui vnus huius Domini impudentia, qui Domino culpam adscribebat, quod nihil lucratus fuisset; cum mera eius esset & damnanda negligentia, vt bene Dominus ex eius verbis confirmat. hom. 37. n. 51. 52.

XII. *Vnicuique secundum propriam virtutem.* Plura Deus vni quam alteri tradit talenta; quamuis enim nos creauerit æquales in natura, quosdam tamen in loco statuit superiori, alios vero ad inferiorem depressit, ad bonum & conseruationem mundi. ho. 14. num. 3. vsque 7.

XIII. *Vnicuique secundum propriam virtutem.* Mirare suauem Dei dispositionem, qui non exigit à singulis nisi secundum propriam virtutem, nec ad plura te vult obligare quam possis, nec ad amplius lucrum, quam est tuum talentum; nec ad largiores elemosinas, quam tuæ sint facultates. hom. 17. num. 37. Non crudelis est vt diabolus qui granissima quæque postulat, non tantum tuis conformia viribus, & naturæ rationali, sed quod eidem plane repugnat, vt esse nomen, proprios sacrificare filios &c. h. 25. n. 64.

XIV. *Vnicuique secundum propriam virtutem.* Per hoc vult Dominus vt ordinate mundus dirigatur, disponendo talenta & bona secundum propriam cuiusque virtutem; hoc enim est quod mundum agit in ruinam, quod aliqui velint expensas facere viribus suis superiores, & opifex manarius mercatori in his æquiparari, & hic vno in dignitate consulto. h. 27. n. 62. vsque 66.

XV. *Vnicuique secundum propriam virtutem.* Multis aures præbui mihi loquentibus & quasi contra Deum expostulantibus, quod illis nullum erogaui talentum, etenim opibus non abundant, nobiles non

sunt, salute non valent integra, palmum terre non possident sibi proprium, vbi pedem figant, & morerentur. O te diuina prorsus ignorantem inquit D. Chrysostom. hæc sunt meliora talenta, & quibus lucra conquiruntur eminentiora: nempe tribulationes, penæ, languores, quia in domo Dei lucra diuina non tam agendo quam patiando comparantur. hom. 32. num. 27. Vide Dom. Sexagesimæ ad illud: *Fructum referunt in patientia.*

XVI. *Vnicuique secundum Græc.* Talenta in domo Dei ceteris eminentiora sunt aduersitates, quæ legigè Tob his verbis exponit: *Si bona suscepimus Græc.* ho. 32. n. 27. vsque 31. vnde videbis illa familiaribus à Deo amicis concessa. Tu iudica, numquid Apostolus plures tribuit census, opulentas baronias; non illos concessit nisi morales angustias, extremam paupertatem, anxias necessitates, & plures quam te limo notati mundo: quibus negotiati sunt & lucrati nihil minus quam totum Dei regnum. ibid. n. 23. vsque 27.

XVII. *Vnicuique secundum propriam virtutem.* Principua talenta sunt tribulationes & infirmitates: nec illa videmus, quia carnis tantum oculis cuncta inspicimus, quocirca nobis Apostolus oculos optabat quasi lynceos, qui sub terra præterlabentem detegat aquam. hom. 11. n. 8. 9. h. 32. n. 21. 22.

XVIII. *Vnicuique secundum propriam virtutem.* Ne dixeris: Deus nulla mihi tradidit talenta; erunt etenim in magnum tibi commodum illa, quæ tu digni defectus, morbos, paupertatem, si reddideris illa voluntaria, vt fecit Chanaanæ, grauem illam calamitatem quæ laborabat, & ignominiam quæ à Christo notabatur; illis etenim tantum lucrata est, vt Dei voluntatem suæ subiecisse videatur. hom. 9. num. 47. 48. Ita quoque iatro fecit opera sua spuria legitimando. h. 41. n. 27. Et hic lucrandi modus Deo perplacet vt patitur hæc. hom. 9. n. 49.

XIX. *Negotiamini dum venio.* Ne credideris tibi datam à Deo dignitatem vt sedes oriosus, nec te Pastorem instituit, vt deses quiescas, lacte lanæque gaudens, sed vt cum illis omnibus negotieris, quas tibi commendauit, nam ideo dicuntur talenta, quod non licet grandem significet bonorum quantitatem, graue enim significat onus, & hoc apprime declarat contextus in Regibus. hom. 15. n. 33. vsque 37.

XX. *Negotiamini dum venio.* Animæ vocatur Dei hereditas: tanti namque illas facit, vt ostendat ea esse principalem eius partem, illas autem si quis tetigerit, tangit pupillam oculi eius. hom. 38. n. 118. Sunt illi chariores & digniores quam ipsi regibus ciuitates. h. 20. n. 23. & h. 21. n. 55. quocirca illis animæ super illas diligenter vigilent, & tantum telectantur, vt illas reddant virtutibus & meritis perfectiores, vnde Prælatum talentum est grane, quod ele-

ganter exprimit mitra Præfulum, & angulix D. Gregorij. h. 15. n. 37. vsque 43.

XXI. *Negotiamini.* Ne tibi persuadeas d. dines, quod tibi Deus sua tradiderit bona, vt quiescas desidiolus, illa cuncta digerens nullâ curâ sollicitus per elemosinas tuam negotiandi salutem: nam in illum finem tibi quotidie mittit pauperes, vt lucreris, illos morum bonorum efficiendo vectores. hom. 1. nu. 39. illo quoque mediõ Dei consequaris misericordiam: qualis etiam fueris erga pauperes, talis & tibi Deus futurus est, vt diximus in festo omnium Sanctorum ad hoc *Dei miserordes*. Sufficenter te posset instruere finis diuitis epulonis infaustus. hom. 16. nu. 5. Quia vero Dominus tuam nouit circa hoc duritiem: hoc confirmat resuscitando mortuum. ibid. nu. 4. adducit illud de alio illo diuite, cui Deus cum abundantiam largitus fuisset bonorum, credebatur hæc omnia sibi soli concessa, vnde sic animam suam adhortatur: *Anima mea habes multa bona* &c. hom. 39. numer. 16. hom. 40. num. 5.

XXII. *Negotiamini dum venio.* Bonus Dominus qui bona sua dist. abuit seruis suis, vt cum illis quæstum faciant, fiantque diuites, & saluentur. Satis multos huiusmodi, qui leuis suis occasiones exhibent tantum vt perdat corum animas, cum quibus in æternum damnantur, & occasio sunt causæque damnationis amborum: vnde solemnem intortum facient in infernum illis associati. h. 35. n. 12. 23.

XXIII. *Negotiamini dum venio.* Ecce ratio ob quam tibi Deus sua largitur bona: & si non licitum facere cum illis in eius obsequium, sufficiens sit causa perditionis: quid est, si quis illa contra Deum ipsum incitauerit, vt multi faciunt, qui Deo bellum inferunt in istem bonis, quæ illis conferit, atque in hoc consistit eorum negotiatio: h. 35. n. 16.

XXIV. *Negotiamini dum venio.* Multi sunt qui bona Dei recipiunt, non vt illa dent ad mensam, sed dilapident, vt fecit Prodigus: nam accipiens bona sibi à patre tradita, omnia luxuriosus abligiuit, suamque pendisse substantiam. O fatui nobiles, & diuites illi similes, qui bona Dei inutiliter expenditis, vt in vacantes impudenter quæ tota vestra consumitur substantia. Perpende quod si ille, qui lucrum ex negotio non tenuit, bona non adaugens sibi à Domino tradita, damnatus inter it, quid tibi timendum, qui redem non conseruas vt ille, talentum tibi à Deo concessum, sed illud permicosè disperdis? hom. 18. num. 23. vsque 37.

XXV. *Negotiamini dum venio.* Hoc officium exigat à Prælati Deus, vt pecuniam suam expendant cambio & vltæ: hæc etenim licita sunt, imo necessaria, quantum sunt detestabiles quas committis in facilius temporalibus, nec aliud à te postulat,

quam te suas elargiri pecunias, nam in se suscipit illas à te cum vltæ lucroque repetere: ita vt prædicatori tantum incumbat tibi Dei pecuniam erogare, nempe verbum Dei: nam eius à te rationem exigere, Deo referatur, & lucrum prædicatoris consistit in prædicando vt decet: qui nullum licet referat emolumentum, securum illi suum est præmium. Deus à te verbum hoc exigit quod recepisti, & quem cum eo quæstum fecisti. Sic D. Chrysof. hom. 22. num. 33. 34. 35. hom. 49. n. 28. 29.

XXVI. *Pergrè profectus est.* Eleganter exprimit mysterium saluationis: etenim præcipuum, cum quo decet nos eam operari sunt opes & pecunia Dei; sed faciens ipse quod sibi faciendum incumbit, dicitur profectus esse, ostendens, quod tuum est, tibi faciendum. hom. 15. num. 23. 24. Saluatio tua iustus est sociatus. h. 10. n. 33. h. 24. n. 48.

XXVII. *Pergrè profectus est.* Nunquam Deus longè à nobis abest. *Non longè est ab vnoquoque nostrum,* & particulariter, cum tali modo largiatur sua bona Deus, vt ab ipso dependant, non tantum in constituendo illa, sed etiam in conseruando, sicut pendet à sole lux, sed dicitur quod abeat, quia nos relinquit adeo liberos, ac si mille leucis à nobis distaret. h. 17. n. 42. h. 18. n. 20.

XXVIII. *Pergrè profectus est.* Hoc tibi inter alia maxime profectet, si Deum semper haberes presentem, non tantum vt opera tua dirigeret velut ad vltimum finem, sed etiam vt idem te moneret, quatenus prudenter cauteque te gereres, non faciendo coram oculis eius & Angelorum, quod coram me vel alio quolibet agere non præsumeres homine: & hoc ex Moyse & Dauide discimus. h. 1. n. 30. & h. 26. n. 15. 16. Et hoc medio vsus est Ioseph in prægnanti sua & periculo occasione. ibid. n. 16.

XXIX. *Post multum vero temporis, venit Dominus.* Qua veritate dicitur post multum venisse temporis: cum omne huius vite tempus adeo modicum sit, vt etiam dixerit Iob. *Breuis dies hominis sunt,* h. 1. num. 47. Et de hoc inter alia Deus te monet, tempus tuum exiguum esse, vt per hoc te reddat sollicitum: *Tempus breue est,* dicebat D. Paul. hom. 36. n. 42. Et hoc maxime diabolus reddit anxium vt tuam procuret damnationem, quod sciat, quia modicum tempus habet. ibid. n. 46. vsque 49. Quomodo ergo dicitur: *Post multum temporis.*

XXX. *Post multum vero temporis.* Quid hoc est Domine, multum temporis dicit? An ergo ignoras, quod ex eo tantum, homines maiorem sument licentiam perseverandi in peccatis suis, nam ex ea ratione in diebus Noë illam sibi acceperunt, sic vt Deum compulerint præfixum eis terminum viuendi præscindere? hom. 31. num. 30.

XXXI:



XXXI. *Post multum vero temporis.* Nulla latet hic difficultas, nisi quod tempus breue est, & quamuis in se longum sit (quod tamen non est) illud Deus ita modicè tribuit, vt non concedat nec habeas ex eo securum aliquid, nisi vnum iustitias; vt eo modo tantò diligentius illud conferues, tanquam rem pretiosam. h. 36. n. 43. & nihilominus dicit Dominus, tempus esse multum, quia phrasi tua loquitur, tibi namque persuades illud habere te ita superfluum, vt quæras quibus illud oriosè transigas, imo quibus perdas; quod grauius deplorat D. Bern. ibid. n. 42.

XXXII. *Post multum vero temporis.* Vocat illud multum, quia tuo iudicio multum est; nam te dabo- lus fallit, tibi hoc firmiter persuadens, & decipiens vt astutissimus peccator. hom. 36. nu. 43. Si Ioseph tempus habens ex diuina reuelatione securum, non passus est ex eo vel punctum perire, colligens triuicam; & si diabolus timens ne tempus illi finiatur, dum minus de illo cogitat, ita sollicitus est; addisce quid tibi sit agendum. ibid. n. 44. Cave ne tibi contingat quod Regi Balthassar. ibid. n. 48.

XXXIII. *Post multum vero temporis.* Multum temporis tibi est, quo tuum lucreris remedium & salutem; quandoquidem momento temporis te possis reparare; & vna lachryma valeas omnia tua peccata demergere; multo efficacius quam aquæ maris rubri praualerunt ad demergendum Pharaonem. ho. 38. n. 78. Si valeas vnicò instanti efficere, cum tot & tot habeas horas, multum tibi superest temporis; idcirco dixit Propheta: *Vocabit contra te tempus.* Tempus etenim quod tibi largitus est abundanter, seruire debet faciendæ penitentia; sed nouis illud impendis sceleribus, vt illa in Apoc. hom. 35. num. 37. tunc ex nunc; quamuis enim damnatis in inferno videatur breue totum illud tempus quo vixerunt, ipsis testantibus. *Nos nati contempno desuimus.* hom. 1. nu. 47. nunc tamen longum censetur quo tu viuis, quandoquidem vno instanti, quod ex illo habuerant, suam obtulerunt saluare animam.

XXXIV. *Venit Dominus seruatorum illorum, & posuit rationem cum eis.* Hoc continua Sanctos custodia detinet vigilantes, cum seruent Dominum venturum ad iudicium, atque ad hoc perpetuo vigilet, vt dixit Hierem. hom. 34. num. 61.

XXXV. *Venit Dominus.* In pluribus concionibus, quas Dominus his diebus habuit, idem hoc declarat: in alia namque parabola sic ait: *Venit Dominus seruatorum in hora, qua non sperant;* etenim te Deus pramonet, quod inexpectate sit rapturus, & dum minus cogitas; nam quando hoc contingeret, diere non poteris, te non fuisse pramonitum, denique si horam mortis tue scire desideres, illam tibi Christus reuelat, dicens: *Qua hora non punitis.* Quocirca dicit

Spiritus S. stultam esse rationem illius, qui dicit non parabam, quod ita me motus, motusque innaderet. Documentum notatu dignum. h. 31. n. 18. vsque 22. hoc etenim Dominus indicauit in parabola de virginibus, dicens: *Media nocte clamor factus est, Ecce sponsus venit.* Quæ te capiunt velut in mulcicula, de qua vates Ainos. hom. 36. n. 47. 48.

XXXVI. *Venit Dominus seruatorum illorum.* Hæc consideratio futuri iudicij, in quo Dominus venturus est, & omnes in illo comparituri, summo Sanctos timore percellit. hom. 6. num. 2. Quam si quotidianam haberes, anima tua mundior fieret à peccatis eius Naaman à lepra ex aquis Iordanis. ibid. n. 4. Ideo hoc Deus magis explicitè hominibus à mundi exordio proposuit. ibid. n. 7. vsque 11.

XXXVII. *Posuit rationem cum eis.* Habes hic re- institutum sit extremum iudicium, vt Deus rationem exgat ab omnibus & etiam rationem reddat agiminiis mundi, quod modo videtur omnino iustitiam & peruerum; hoc est: *Posuit rationem cum eis.* hom. 6. n. 19. vsque 35.

XXXVIII. *Posuit rationem cum eis.* Nescio quomodo esse possit maior stultitia, quam cum seruant reddendam rationem Domino ita seuerò, vt quædam condemnet, non quia Domini bona perdidit, sed quia cum illis nihil superlucras est, tamen tanta vanitas incuria, vt his non studeamus componendis rationibus, cum valde contingens sit & pro- um; illa te hac nocte exig. ndas sicut ab altero diuites, cui dicitur est: *Itac nocte reperent animam suam.* Imitari debe- remus Ruth & formicam. h. 34. n. 30.

XXXIX. *Posuit rationem cum eis.* Perpende vobis *Posuit rationem cum eis.* q. d. illas exigi cond- nate & rationabiliter, non enim exigit Deus eadem ab omnibus fructus: ab illo namque qui plura recipit, plura requiruntur. h. 17. n. 17. vsque 42.

XL. *Posuit rationem cum eis.* Ratio & computus osti- tuenda sunt: fructus & proventus Deus à te cono- rum postulat quæ tibi tradidit, & eius quod pro te in- nauit: fructus etenim ex illis non referens dno- nationem incurres grauiorem, quam fructus & Ratio Balthassar. h. 17. n. 46. 47.

XLI. *Accedens vnus dixit: Domine, quinque colata &c.* Ecce alia quinque superlucras sum. Iste dicit quod lucratus ipse sit alia quinque talenta: & D. Lucas eandem proponens parabolam, dicit, quodque dixerit: *Domine, mna tua decem minas acquiriti.* Totum lucrum attribuit talentò, & pecunie Domini sit, pro vniuersum deuotus gratia mysterium: quoniam namque principaliter, operatur & lucrum facit: quauis dicit posset quod tu cum illa lucreris, vniuersum tamen habet doctrina, ipsam esse que tecum negotiatur facitque quæstum; sic enim latet D. Paul. Rom.

339. *Id gratia Dei mecum.* His conuenienter insignes prosequuntur materias Theologicas. hom. 29. num. 42. vsque 47.

XLII. *Euge serue bone & fidelis.* Verbum hoc *Euge*, animum signat excitatum congratulantis alteri: nihil enim ita Deum lætificat, quam videre nos lucris opulentes vt dixit Moyses. hom. 10. num. 7. hic etiam finis est quem intendit, atque hic est ardentium eius terminus & scopus desideriorum, & hoc verba ista significant: *Quis det cor salem habere mentem.* hom. 41. num. 65.

XLIII. *Euge serue bone & fidelis.* Ita lætatur, & seruo congratulatur, ac si totum ille fecisset, cum tamen ita sit, quod totum Domino sit adscribendum. Ipse namque talenta tradidit, vires & fauorem suum: & nihilominus extollit quod nos facimus ac si hæc hæc nostris fuissent pecuniis & diligentia comparata. Nullas eloquentior prædicator, nec qui melius aliquem laudet, quam Deus seruos suos, magnifica tendo illud exiguam quod faciunt: nam vt Aristoteles celebret encomium, videntur illi verba deficere: vnde sic ait: *Quia fecisti rem hanc.* hom. 2. num. 42. hom. 3. num. 48.

XLIV. *Euge serue bone & fidelis.* Mirate Dei celsitudinem: etiam titulum tribuit iustitiæ ei quod ex mera sua procedit misericordia, famulos suos honore afficiens, & designans se velle, vt gloriam, quam illis tribuit, attendant tanquam suo sibi-marte conquisitam; per quod nos honorans se probat perfectè libentem. h. 25. n. 45. vsque 50. Vide in festo D. Petri ad illud: *Ego dico tibi quia tu es Petrus.*

XLV. *Euge serue bone & fidelis.* Optimè duo illa coniungit, esse bonum & fidelem; pariter namque graduntur bonitas & veritas seu fidelitas, quia vero bonitas antepere vbique deficit, etiam deficit in mundo fidelitas & veritas. h. 34. n. 39. 40.

XLVI. *Euge serue bone & fidelis.* Bonum appellat illum & fidelem; quia seipsum ex bonis Domini sui superbiis non extulit, vt Lucifer; hic enim se Dei domini arrogans extulit, atque ideo de illo dicitur: *In ueritate non stetit,* tales quoque fuerunt superbi Philistini, & ex parte etiam Adam, illi fructus non referentes gratitudinis. ho. 17. n. 16. Talis arguitur fuisse Saul arcum erigens triumphalem, manumque suam illi superstitiens. h. 29. n. 46. Diuinæ manus negotiationem adscribe, vt Dauid. ibid. nec sis vt Assur. Rex & dicas: *In fortitudine manus meæ* ibid. n. 24.

XLVII. *Supra multa te constituam.* Nihil Dominus singulare declarat & præmium nominatum hoc valet exprimeret, idem fecit Iaias. hom. 11. num. 23. & declarauit illud Pauli gradatione oculorum, aurium, & cordis. hom. 12. n. 17.

XLVIII. *Intra in gaudium Domini tui.* Hac lo-

quendi formâ, manifestat Dominus gloriæ magnitudinem vt luculenter expendimus h. 11. n. 31. 32. 33.

XLIX. *Intra in gaudium Domini tui.* D. Luc. eandem exarans parabolam, narrat accessisse seruum dicentem: *Domine, vna tua feci decem mnas.* Cui Dominus respondit: *Es tu eslo super decem ciuitates.* Deinde progrediens vterius in ponendis rationibus, auferens talentum illi, qui nullum ex illo fructum retulerat, & præcipiens illi dari, qui cum suo decem fuerat lucratus; auditur à seruis obloquentibus. Domine, habet decem mnas, vel talenta: his concessis, remanserunt illi quinque prima sibi à Domino ad vitam concessa, & illi quoque decem manserunt quæ lucraturus erat: & illi decem manserunt ciuitates & hæc est conclusio: quod quicquid nobis impertit Deus ad commodum, & quicquid ex illo lucratur, totum nobis remaneat, vt nihil inde Deus sibi comparet, quam nostram tantummodo utilitatem. ho. 17. n. 34. vsque 37. & appositè dixit Propheta: *Excursa, ecce Rex tuus venit tibi.* hom. 41. n. 59. vsque 68. Insuper quicquid à nobis sumpsit, totum nobis contulit ad salutem. ibid. n. 68. vsque 71.

## IN FESTO S. CONFESSORIS PONTIFICIS.

I. **V**igilate, quia nescitis, qua hora Dominus uenurus sit. Math. 24. Optimè qua-trat festo Confessoris Pontificis hoc Euangelium, in quo Christus nobis præcipit, vt perpetuis instemus uigiliis; quibus namque hoc maxime incumbit, sunt Prælati: sunt enim *Vigiles qui custodiunt ciuitatem*; nec solum tenentur uigilare pro se & per se, sed etiam pro aliis & per alios. Conceptus hic depromitur ex D. Hieron. h. 45. n. 38. 39.

II. *Vigilate.* Est hoc Euangelium pars illius sermonis, quem Dominus fecit bi-duo vel tri-duo ante mortem suam: nam ex industria ingressus Dominica Palmarum Hierusalem moram traxit in illa prædicando vsque in diem Iouis & Parasceues, quo die oblatas fuit: figuram adimplens Agni, quem quintiduo ante abducebant in ciuitatem & domos, quo tempore inter ipsos domesticos balando ambulabat à quibus erat immolandus. h. 41. n. 18.

III. *Vigilate.* Specialiter prædicatum nem illius quadratum, vel quinquatum duobus complexus est punctus. In primo Iudæos de graui conuincebat iniquitate, quam commiserant, illum in pleno concilio mortis reum proclamantes. Hoc fecit in parabola de uinea, & in iustis ad nuptias quas Rex filio suo preparauerat. Secundum ac principale fuit: iudicium præntiare uenturum, strictamque in eo reddendam rationem.

INDEX CONCIONATORIVS

rem. Eo sine proposuit parabolam de talentis, de decem virginibus, & finem imposuit concioni suae dicens clare & distincte historiam de iudicio, qualiter venturus sit iudex, quae ratione omnes populi comparari sint, quomodo sententia pronuntianda bonis in laudem & malis in damnationem, concionis autem hic erat epilogus: *Ibunt hi in supplicium aeternum, in fiam in vitam aeternam.* Quam ut concilio more nolito concludit, hic per gratiam, & ibi per gloriam. hom. 6. num. 10. Pars huius sermonis complectitur hoc Evangelium, in quo nobis praecipit vigilandum. Insignis est haec misericordia, qui namque nos sic praemonet, tanquam serio non libenter nos comprehendit locordes & incurios. h. 13. n. 2. 3.

IV. *Vigilate.* Tenemur sedulo vigilare cum inimicos habeamus perpetuo vigilantes ut nos perdant, qui cum sint adeo potentes, sicut etiam innumeris. Discursus hic excipit te. h. 5. n. 23. vsque 28.

V. *Vigilate.* Quae ratio fuit haec admodum difficilis, cur Deus tantos relinquit nobis inimicos spirituales in mundo: nam ex opinione Origenis de illis dicitur, quod sint: *Sicut arana maru.* hom. 5. num. 25. Videtur hoc enim paternae illius repugnare providentiae, sicut repugnaret patris, si multos permitteret inimicos ubi filium suum habet, sed certum est illos a Deo non relinqui nobis ad damnum, sed ad multam nostram utilitatem. hom. 19. n. 2. 3. & potissimum illos permittit duabus de causis. Prima sit, ut ordinari ad Deum confugeremus, & nos ab illo non separaremus, rogantes illum ut nobis subveniat, & vires tam crudelium inimicorum roborumque confringat: nam id tantum possunt quod ipsi posse permiserit. h. 5. n. 3. h. 19. n. 3. Secunda: ut perpetuo vigilemus: nam idcirco dixit D. Petrus. *Sobrii estote & vigilate in orationibus, quia adversarius vester est.* Ratio D. Ambrosii proponitur. ibid. n. 10.

VI. *Vigilate.* Non tantum obligamur vigilare ob praedictam rationem, sed potissimum ob eam quam Dominus inimat: *Quia nescitis quae hora.* Et absque dubio sollitios nos debet reddere istud iudicium, quod fiet cum sententia, quae fixam habebit executionem, omni est positae appellatione & iudicio, in quo Deus iudex sedebit. Cuius tantum cogitatio D. Hieronymus ossa terere concubebat. hom. 6. num. 2. & cum illud Proconsul Fessus non crederet, illo tantum auctore contra iudicium. ibid. num. 3. Omnis tua foret salus, si hoc committere perpenderes; maiores etenim effectus in te operaretur quam aquae Iordanis in Naaman. ibid. numer. 4. vsque 7. fuit hoc articulus magis explicitè propositus à principio mundi, & quo Christus suam abolevit praedicationem: quatenus frater potentiori libertorem hominum vincendi dissolutionem retranseret. ibid. num. 7. vsque 12. Et si obligatio

reddendi rationem Regi saevito nos reddat autior quanto magis dum eam reddere Deo tenemur? ita D. Gregor. hom. 6. n. 64.

VII. *Vigilate quia nescitis.* Licet sufficiat scire futurum esse iudicium cum stricta executione, verum quod nos magis reddere debet anxios hoc esse dicimus, quod Dominus nobis praenuntiat, eius nos horam ignorare Divina fuit haec providentia statuta ad nostram utilitatem. Nota discursum. h. 6. n. 40. 41.

VIII. *Vigilate, quia nescitis.* Desiderium omnium uniuersale hoc est, quo David flagrauit, ut mors suae horam praenosceret, *Notum fac mihi Domine, non enim memini:* & mihi persuadeo singulos vestram multa duros: ut horam hanc sciretis; sed iam vobis eam intimabo, vel melius dixerò, Christum autem est enim sapientia aeterna, & illam probe nouit, de qua vobis eam futuram mortis horam, quam nescitis cogitatis: *Qua hora non putatis.* Concepit memoria retinendus. hom. 31. n. 20.

IX. *Vigilate.* Per hoc inter alia nos diabolus perdat quod nobis vitam spondeat securam: & pessimam quod quamuis nobis sit moriendum, non tamen tam cito. Haec causa est cur sceleribus tuis negligens dormias ut dixit Amos: *Elongantes die malum,* appropinquantes solio iniquitatis. hom. 31. num. 21. vsque 24. Praemonet te Dominus certà doctrina, ne tibi filius nescis etenim horam quae Dominus venturus est, quo quae veniet ut fur, hora minus expectata & importuna; nam vicius in desert, de quo Amos, & te comprehendit ex inopinato, ut Balhasarum, & Alexandrum Magnum. h. 31. n. 17. vsque 21.

X. *Vigilate, quia nescitis.* Ne fidas adoleverit tua, nec vitam tuam arbitris ita firmam ut coarctam esse dixeris; te namque praemonet Christus, quod eam vel modicus ventus ut nauim rapiet inspinato. Documentum hoc dico solidum. hom. 31. n. 22. vsque 28.

XI. *Vigilate, quia nescitis.* Verba haec proprie iuvenes magis tangunt, quam senes, cum hi pessimè quotidie mortem suam timere, quia peccata Domini promouent Aduentum, ut patuit in eo quod contigit in diebus Noe. hom. 31. num. 28. haec autem frequentius iuvenes committunt: atque per hoc dum mirant de morte cogitant, & Aduentum Domini, crederè profuunt, quod tunc veniet, iuxta regulam quam ipse statuit: *Qua hora non putatis filius hominis venies.* ibid. num. 31. 32. 33.

XII. *Vigilate, quia nescitis.* Hinc Dominus rationem proponit quae nobis manus pedesque stringat quod si diabolus ut leo rugiens, circumeat, nos perdimus, nec momento temporis quiescat; quia nescit horam in qua nos Dominus est vocaturus, & scit quod si tunc eius euadamus manus numquam amplius nos

fit capitur; quanto magis continet te vigilare, qui nescis horam Aduentus Domini; si namque paratus non sis, actum est de te in aeternum. homil. 31. numer. 42. vsque 46. *Vt tibi misero, te etenim diaboli ut in mulpula comprehendet nihil tale cogitantem, vt pramonuit Vates Amos. ibidem num. 46. vsque 49.*

XIII. *Vigilate, quia nescitis.* Non tantum te vincit ratio Christi verbo tenus hoc tibi dicentis, sed etiam ad quod opere compleuit; etenim *Sciens quia venit hora sua.* Primò disposuit ea quae ipsum tangebant, ascendens tribunal; quanto magis hoc tibi competit. Qui horam ignoras? *Vigila vt Ruth,* & formicam iugitare. hom. 34. num. 30. vsque 34. *vigila & intra in tribunal cum Domino, tuos omnes sensus & potentias ostendens: Quis ex vobis arguet me de peccatis? am enim tui praedixit Apostolus, quod si vt oportet rationes tuas iustas, te que ipsum iudicaueris, non iudicaberis. ibidem. 29.*

XIV. *Vigilate, quia nescitis.* Ne vos Deus inopinato comprehendat: audistis etenim ex Iob, *Si repente intraret, quis responderet ei?* h. 32. n. 52.

XV. *Vigilate, quia nescitis qua hora.* Haec Domini sententia tanto tremore Sanctos percussit, vt non audeant se in peccatum dare praecipites: quia qua hora quia peccatum committit mortale, lata est contra eum sententia, & nescit, vtum immediate venturus sit Dominus, nec tempus illi ulterius daturus. h. 13. n. 41. 42.

XVI. *Vigilate, quia nescitis qua hora.* Ex hac Domini sententia metu deberent omnes concuti peccatores; quia peccatis suis sunt quasi clausi afixi, & veniente Domino repente, non possunt se facilius expedire. h. 13. n. 53. 54. multis contingit id quod Sifara, & petteret visio S. Theresiae. ibid. n. 55. 56.

XVII. *Vigilate, quia nescitis.* Attende peccatorum insipientiam: cum enim horam ignorent Aduentus Domini, peccatis suis inhaerent perniciores: & veniente Domino, dum minus cogitant, multus accidit ipso gubernatori, cuius tormenta bellica sunt clavis obfirmata. hom. 19. num. 56. 57. Tales appellat Haisas delatores, qui criminum suorum nocuos multiplicant, nam accedente Domino, inexpectato, vires illis non sunt quibus illos explicent. homil. 13. numero 58. vsque 64.

XVIII. *Vigilate, quia nescitis.* Caue ne tibi contingat quod Pharaoni: adfuit enim derepente Dominus, cuiusque taliter apprehendit, vt retrogradi non posset: nec etiam quod Sauli, qui computum suum non bene disposuerat. h. 13. n. 64. & seqq.

XIX. *Vigilate, quia nescitis.* Cum diem praenosceret Ioseph futura sterilitate is, paratus fuit ab illo die, vt in tempus hoc colligeret triticum, scilicet toto septennio precedente. hom. 36. numer. 44. Et Noë cum

tempus venturi praesciret diluuij sibi à Deo reuelatū, confestim se praeparauit, nec in horam distulit. Vide quid tibi sit agendum, qui illam ignoras. hom. 38. numer. 42. vsque 45.

XX. *Vigilate quia nescitis qua hora.* Haec Domini nostri est misericordia, modicum tibi temporis elargiri, nec statim te in flagranti comprehendere delicto: quod si Dauidi non concessisset. D. Petro, & D. Paulo, quid actum fuisset de illis? *Patienter agit propter vos, asserit D. Petrus. Caue tibi, ne tempus, oc rebus tuis disponendis, vitaque emendationi concessum eum irritando consumperis. h. 35. n. 36. 37.*

XXI. *Vigilate, quia nescitis qua hora.* Moram trahit Dominus. Quo tempore peccas, peccatum tuum contra te vociferatur postulans iustitiam, & illico proponit Deus illam executioni mandate; sic contigit Caino: nam eius crimina contra ipsum vociferabantur: & Niniitis, de quibus testatur Deus: *Ascendit malitia eorum coram me.* Et hoc Deus denouit Nabuchodonosor in illo quod audiuit: *In sententia vigillum.* hom. 13. num. 41. nihilominus conuenienter dixit Theocritus, quod Deus diutius differat, ne te rapiat incuriam: *Retrahae cogitans.* Discursus hic ad oculum demonstrat Dei misericordiam. hom. 37. numero 22. 23.

XXII. *Si siveret Pater familias qua hora sur venturus esset. Vigilet.* Dicta confirmat Christus argumento indissolubili. Si praescias venturos hac nocte fures, si horam quoque; illi principaliter & diligenter inuigilas; porro si illam nescias tota nocte peruigil peruehas; & hoc est, ex iudicio D. Gregorij, quod Dominus intendit, dicens se vt furem venturum, & horam tibi non indicans, ad perpetuam compellere te vigiliam. hom. 6. n. 41.

XXIII. *Quis putas est fidelis seruus & prudens etc. vt des illis cibum in tempore.* Declarat Dominus, quod quamuis teneantur omnes excubias seruare, multo tamen strictius Praelati, quos Deus vt ministros suos constituit super familiam suam: *Quem constituit Dominus super familiam suam, vt des illis cibum in tempore.* Creat illos superiores; vult etenim eos esse in domo sua ad bonum eius regimen, magna namque fuit eorum amentia qui sustinuerunt, quod quandoquidem omnes simus in natura aequales, etiam esse debeamus in potestate. Error hic est intolerabilis: nam statuit Deus ministros suos *Super familiam suam.* Ita Theodoret. hom. 4. num. 5. 4. Et hoc voluit Deus intelligeretur de omnibus legibus, sed potissimum E. angeli a. ibid. num. 56.

XXIV. *Seruus quem constituit super familiam suam.* Tradidit nobis Deus Praelatos visibiles, cognitos, ad quos vnusquisque recurreret pro cibo sibi necessario. *Vt des illis cibum in tempore,* ad non leuem

familia sua solamen & securitatem. hom. 14. n. 9. nec vult Angelos ordinare huic officio. ibid. n. 10. vsque 16. Vide dicta in festo S. Petri ad illud: *Super hanc Petram*. Huic etenim intentioni seruiunt.

XXXV. *Seruus quem constituit Dominus super hanc familiam suam*. Eleganter exponit Dominus, officium Prælatorum hoc esse, vt serui sint; atque in domo eius, is qui dignitate præcellit, debet etiam obsequio præcedere: quocirca Prælatos non extollit, vt sedent, vt fufius explicatur. hom. 13. num. 33. vsque 39. Bene hoc intellexit D. Gregor. cum electus in summum Pontificem hoc nomen assumpserit: *Seruus seruatorum Dei*. Quo circa fiebat amariùs iam electus. ibid. num. 39. vsque 43.

XXXVI. *Vi det illis cibum in tempore*. Maxima indiget prudentia Superior, & qui curam habet animarum, suo tempore subueniens, metens, & conformans quid vnicuique sit dicendum: quia nonnullos relinquire debet vt perditos, nempe hæreticos, qui vigore & supplicis sunt adducendi. hom. 22. n. 21. In aliis tempus exspectare debet opportunum, sicut Ionathas in ordine ad patrem suum Saul. ibid. n. 38. 39. 40. & tempora considerare opus est, vt agit medicus respectu infirmi. ibid. n. 45.

XXXVII. *Seruus quem constituit super familiam suam*. Potestate fulget Prælati super familiam Dei, quocirca teneris illum reuereri, nam etiam supremi Principes tenentur stare coram illis. h. 14. n. 27. & iniurias, quæ illis irrogantur, Deus vt proprias luit. ibid. n. 31. vsque 34. tanti quæ est eius potestas, vt ei tenearis obedire, iuxta illud Christi præceptum: *Omnia quæ dixerint vobis. &c.* ibid. n. 34. 35. Vide in festo S. Petri ad illud: *Quodcumque ligaueris*. n. 23. vsque 31.

XXXVIII. *Super familiam suam*. Vigiles sunt super familiam Dei, quos custodes constituit: *Vigiles qui custodiunt civitatem*. Vnde rationem ab illis exigit singulorum qui de hac familia perierint, eritque adeo rigorosa prout Spiritus S. declarat nonnullis verbis, quæ D. Gregorio metum incutiunt. h. 13. n. 42.

XXXIX. *Super familiam suam*. Magna sollicitudine vigilare conuenit Prælati pro subditis, Iudicibus pro Republica, Patribus pro familia: nam defectum ab illis ratio repositur, quasi eorum essent rei. hom. 23. num. 6. vsque 9. Et Prælatum, Patrem & Dominum qui domesticos suos non cohærent, Deus puniet, sicut osim eum, qui bouem cornuperam non restituebat. hom. 35. n. 24.

XXX. *Quis puerus est fidelis seruus &c. vt det cibum in tempore*. Quid cogitas o diues, tibi datæ diuitias vt tibi remaneant? Scito te seruum esse & econominum Domini; nam tibi traditæ sunt, vt illas in pauperes distribuas ex familia Dei; nam hi curæ illius committi sunt, nec aliam habent ratam portionem, nisi

illam quam illis per manus vestras elargitur. h. 14. n. 7. vsque 10. Si dispensator fueris infidelis, Deo iniuriam facies. ibid. n. 10. Vide Dom. 3. post Pentecost. ad illud: *Homo quidam habebat. V. l. cum.*

XXXI. *Amen dico vobis super omnia bona sua constituit eum*. Ecce quoniam sunt, qui præmia Dei tentantur ampliora, Prælati scilicet & ministri, qui dicuntur illi animas. h. 22. n. 55. 56.

XXXII. *Super omnia bona sua*. Quis gloriam explicet boni Prælati, qui Deo plures lucratus est animas: cum illis enim ingressum facit solemnem & festum in cælo: eo modo quo tertium Principem, qui sunt occasio quoddam multæ pereant, cum illis ingressum celebrant solemnem in infernum, vt dicitur Ezechiel. h. 35. n. 22. 23. 24.

XXXIII. *Super omnia bona sua constituit eum*. Pater hic quam procul reiciat Deus solutiones & compensationes quas homines fecerunt, quos mundus coluit vt liberales. Quos autem maxime tales noscimus, sunt Afluerus; hic enim Esther addidit diadema regni sui, & Herodes qui filiz saluatri Herodiadis idem iurauit: sed Deus totum suum & integrum promittit regnum, suaque omnia bona, vt vnus vnus desit, quodque illa dabit sequis fidelibus perfecte, vt illos super hæc sit constitutus, vt Dominos eorum absolutos. Tu iudica utrum sufficienter promissio, quæ seruus excipitur sit & vigilet. Regnum in somnis ostensum ita solemem reddidit Ioseph: quid igitur efficiet regnum integrum, immobile, ædificatum. hom. 11. n. 3.

XXXIV. *Super omnia bona sua constituit eum*. Hoc verbo declarat Dominus magnitudinem præmiij gloriae suæ, nam illam proprio nomine non indicentur, cum sit impossibile illam declarat modo quo potest meliori dicens: *Omnia bona sua*. Vide præcedens euangelium ad hoc: *Supra multa te constituum: in gaudium Domini tui &c.* num. 47. 48. 49.

XXXV. *Super omnia bona sua constituit eum*. Ecce qualiter seruos suos honoret; cum enim qui opus agunt opus sit diuinæ misericordiae, illi tamen tantum adferibi iustitiae, vt tanto magis honorentur. Ita notat D. Chrysostr. hom. 25. n. 45. vsque 50. Vide quæ dixi in festo S. Petri, ad illud: *Ego dico tibi, quia tuus Petrus*. num. 15. 16.

## IN FESTO CONFESSORIS PONTIFICIS.

**I**lmo accendit lucernam, & in abscondito posita neque sub modio. Luc. 11. Multa & admiranda documenta continere debet hæc Chrysostr.

gentes; cum illam ter istam verbis repetierit. Primò: ut refert D. Matth. cap. 5. in celebri sermone in monte, statim in principio, Apostolis suis: epitheta & nomina adhibens, quibus officij magnitudinem declarabat, quod illis iniungebat, nempe quod illos lucem mundi crearet. *Non accendunt lucernam neque sub modio ponunt &c.* Secundò: de seipso locutus ut legitur apud D. Marc. cap. 4. quando circa mare, plurima accurrense multitudo illi verbum Dei prædicat, docetque variis parabolis, & proposita illa celebri de seminatore, eiusque successu declarato, hanc tandem subiungit sententiam. *Nemo accendit lucernam.* Tertio: prout scribit D. Luc. quod habemus præ manibus, quando peracto illo famoso miraculo quo dæmoniacum, coecum & mutum curauit, illud conati sunt calumniis aspergere Pharisei, accedentes & alla maiora de celo petentes signa, nec non conuictis sacrilegis eorum blasphemis, aggressus est declarato, quo sine miracula faceret, ipsi quoque tales esse, qui non solum miraculis illum non agnoscebant, sed peruicaciores obsecabantur. Hoc exponit hæc parabola. *Nemo accendit lucernam.* Vnde primus sensus hic est, quod Christus de seipso loquatur, dicens, quoniam esset, in quem finem venisset, & quid rerum moliat. Primò declarat quoniam sit, vocans seipsum lucernam accensam. Persona Christi ineffabilis est, eiusque diuina mysteria, quia vero vno non possunt nomine comprehendere, illa multiplicat, pluribusque vitur, potissimum autem seipsum manifestat signo lucernæ accensæ, quæ tria complectitur: elychnium, ceram, quæ illud operit, & lacem superuenientem. Ita Christus animam conuincit corpus & lucem diuinitatis illi unitam: quo completur Prophetæ desiderium. *Propter Sion non tacebis, donec egrediantur ut splendor iustus eius, & Saluator eius ut lampas accendantur.* In Hebræo lampas idem est ac facula vel lucerna h. 33. n. 2. 3.

II. *Nemo accendit lucernam &c. lumen videant.* Hæc hic quo sine hæc lucerna accensa sit, ut scilicet tantum illumineat in tenebris inuolutum, quales Dauid egregis describit symbolis hom. 33. numer. 5. vsque 9.

III. *Nemo accendit &c. lumen videant.* Eff. Aus huius lucis fuit, quod homines Deum agnouerunt, & veram viderunt lucem: lux hæc erat non abscondita sub modio templi, nec limitata ad illum solum angulum latorem legis & Indæ, sed per totum dispersam undum. h. 33. n. 9. vsque 14.

IV. *Nemo accendit lucernam &c. ut qui ingrediantur.* Medium hoc ad illuminationem sumptit, clarissimos scilicet miraculorum suorum & doctrinæ radios, qui tales fuerunt, ut ipsi inuicti se victos facerentur. h. 29. numer. 13. & illi ipsi facti sunt prodigia, ea esse talia quæ totum possent mundum illuminare. *Omnes credent*

*in eum.* Et hoc ipsum illis dixit: *Opera quæ ego facio, testimonium perhibent de me.* Quocirca dum ab illo postulatur ut testimonium daret sui laudatiuum, & irrefragabile, respondit eis: lux ut seipsam manifestet, aliis non indiget testibus, quam propria sua luce. hom. 33. nu. 46. 47. per quod indicauit Dominus claritatem, quæ miracula sua diuinitatem suam affirmabant.

V. *Lucerna corporis tui est oculus tuus.* Quia verò Domino poterant obicere: si lucerna sit accensa, & lucis emittat radios, tunc nempe miracula, quid causæ est quod te Pharisei per illa non videant nec te agnoscant, sicut videntur & manifestantur sol & candela accensa per lucis suæ radios: Rationem esse responder, malam oculorum dispositionem, qui corporis tui sunt lucerna, per quos corpus tuum lumen accipit: quod si namque oculi lippis sint, nedum non recipient claritatem admodum lucem quæ corpus illuminetur, quantum ad clarior em lucem magis obtenebrabuntur, & corpus tenebris inuoluetur densioribus, & passibus procedes ita inordinatis, sicut ille qui in in tenebris ambulat. Hæc hic causam obquam Pharisei in tenebris manserunt: quia eorum oculi, quibus deberent lucem recipere, & qui deberent fieri lux quæ rectè suas dirigere actiones. corrupti erant ex peruersa voluntatis malitia: nani intellectus & voluntas congregiuntur simul, & voluntas corrupta, excecatur intellectum, sunt etenim mali affectus ut quædam oculorum lippitudo. ho. 29. n. 52. vsque 56. Vnde ad illuminationem intellectus, necesse est purificari voluntatem: hæc etenim est quæ corrumpit intellectum: hoc autem Dominus indicat: *Si autem fuerit iniquitas* hom. 29. numer. 36. vsque 39.

VI. *Lucerna corporis tui.* Dominus ut supremus Magister docet vnde damnatum hoc quod homo ut cæcus ambulat tot clarissimis lucis radiis circumdatus: & ratio est, quia oculos habet corruptos, & peruersum in iis humorem: hoc est, quantum intellectus ad lucem accedat veritatis, eamque cognoscat, malis tamen intermiscetur humor peruersorum voluntatis affectuum: vnde homo quasi suspenditur medius inter id quod cognoscit, & hoc quod vult: quantum enim bonum & veritatem per intellectum agnoscat, illam tamen per voluntatem excecatur, & hæc ita detinet intellectum, & malo suo humore sic excecatur, ut omnem amittat lucem, ut facit lippitudo, vel tubus obsecura in oculis semper accrescens. Bonus conceptus. h. 37. n. 47.

VII. *Lucerna corporis tui.* Audis rationem cur vna eademque lux miraculorum Christi quosdam illuminauerit ut ad amantes h. 2. n. 2. Alios autem excecauerit ut Phariseos ob voluntatis eorum malitiam, ex qua Christum non agnouerunt, bellumque intulerunt, qui à patre Jacob vocantur *Vasa iniquitatis bellantia* nam ex eo ipso, quo illum recipere tenebantur ut

Deum, occiderunt vt inimicum. ho. 39. num. 8. & seqq.

VIII *Lucerna corporis tui est oculus tuus.* Habebant infaulti illi cordis oculos, quibus recipere debebant lucem vt totum eorum corpus illuminaretur, malitiae nubibus inquinatos, & iudiis, affectibus fordidos, vnde miraculis Christi in illis lucencibus, videbantur eis modica, quocirca & alia postulabant maiora, non semel sed quater. ho. 8. num. 49. 40. Certum est quod Christus ea esset ipsis daturus, vt se manifestaret; si namque lucerna lucem non det, & sol radios non diffundat, se nequaquam manifestabunt. Ibid. ru. 41. sed sicut ille qui oculos habet lippos, vel nubilios, quando lux illis affulget, lucenam arguit eiusque accutat lucem, ac dicit eam sibi videri modicam, sic illi quoque faciebant. Miracula patrabat Christus propterea & contentientia quibus populum ad se conuocaret. *Vt qui ingrediuntur lumen videant.* Conceptus hic tribuitur D. Aug. Petebant illi signa maiora quasi defectus non videndi lumeretur ex modica luce, & non erat alius, quam oculorum eorum inordinatio, & hoc commune est, vt lux illis non esse videatur si quis mundantis mirabilia manifestat quae facit, nisi facta sint in aere. ibid. n. 44. vsque 47.

IX. *Nemo accendit lucernam. Et. vt qui ingrediuntur.* Iudicat Dominus de seipso locutus quod ex parte sua lucem omnibus infundat, & illum omnes possint accipere cuiuscumque sint status; nullam vult admittere personae acceptionem, sed melius ex illa communicabit, qui mundantes habuerit oculos. Vide supra Euangelium de vno Martyre: *si quis vult venire post me;* Varios leges conceptus huic proposito conuincit.

X. *Nemo accendit lucernam.* Secundus sensus est, quod Christus loquitur de discipulis suis, quibus eadem dixit vt. b. in sermone in monte, vt nauimus in principio. Venit Christus illuminaturus mundum, & seipsum quasi lucernam accensam publice exposuit, radios emittens doctrinae & miraculorum, vt dictum est. Ascensurus erat in caelum vt beatam illam illuminaret civitatem, & sic illam conspexit D. Ioan postmodum sibi ab Angelo demonstratum: *Lucerna eius est Agnus.* Ne vero maneremus tenebris obvoluti, nobis reliquit non vnam sed multas lucernas accensas. Primae fuerunt Apostoli, quibus in caelum ascendens intinxit, vt in vnum conuenirent, & expectarent donec caelestis descenderet ignis; & lucernas has accenderet. Contigit hoc in festo Spiritus Sancti nam descendens super illos, singulos eorum accendit: *linguae tanquam ignis, sedisque supra singulos torum,* atque per hoc illos reddidit lucernas accensas vt omnes illuminarent venientes ad Ecclesiam. Singularis fuit hoc beneficium. Homines coeci erant, incognitione Dei & beatitudinis, & cum hoc tanti referat, mul-

tum anxia erat sponsa, lucernam postulans quae illam illuminaret. hom. 14. nu. 7. 8. & suauem hic mirare Deiprouidentiam, quae nobis reliquit non vnam sed multas, nempe Apostolos eorumque successores & quamuis multa sint, vna tamen dicitur *Lucerna.* Obviamtatem doctrinae, fidei, Sacramentorum, & supernae potestatis vniuersum Pontificis. ibid. num. 9. vsque 27. vide dicta in festo. S. Petri ad illud: *Adhuc est lucerna mea.*

XI. *Nemo accendit lucernam.* Dominus ad mundum illuminandum faces accendit, quae magis coarctant ex terra & luto, quam cetera, homines idiotas &c. Vide nota in festo Ascensionis ad illud: *Euertit in mundum vnusum sum.* & in festo SS. Trinitatis ad illud: *Euertit doceri.* & in festo D. Andree ad illud: *Veni ad me, faciam vos Ec.*

XII. *Nemo accendit lucernam.* An non aptius dicitur tuis Ang. los, nam lucernae fuissent clarioris; exprobat nobis candelabrum visibile, & magistros latere visibiles, vt tunc viuere non oculo hab. 14. n. 14. n. 13. vsque 16. Vide nota in festo S. Petri ad illud: *Super hunc petram. n. 19. vsque 29.*

XIII. *Nemo accendit lucernam.* Dominus hoc munus tuis commendat Apostolis? Aduerte, quod illos toti mundo capitales exponas inimicos, non enim esse potest grauior hostis latroni: pientia sub vmbra noctis obsecutae, quam ardens lucerna eius oculis exposita hom. 40. num. 12. vsque 16. Mundus sub oculis adeo infirmis, vt nihil sic exerceat ac lucem veritatis, ita vt illum impugnet a quo per illum illuminatur, quod eleganter expendit D. Hieron. hom. 28. numer. 28. Excipit mundus veritatem sicut Gaba moherem Leu. 24. quae prostrata corruit in platea. hom. 34. num. 42.

XIV. *Nemo accendit lucernam.* Sicut ministri quos Dominus statuit, eius suppleat locum, illos praenonet ipsis idem euenturum quod sibi: nam illum exortati sunt, quia vt lucerna sumpsit officium sibi proprium lucem effundere clariorem, & hoc ei exortati mortem. Quando a ludaeis coram Pilato accusatus, illum hic interrogat, quod esset eius munus? respondit, esse lucernam, & ita, lucere dicendo veritatem. Hoccine tibi, munus assumpsisti: breui te videri crucifixum. hom. 22. nu. 28. ho. 43. num. 36. Insurgunt homines velu oculi contra lucernas lucentes vt Hierodes; h. 34. n. 53. & hoc mihi persuadet illas quae modo sunt, clarum non habere lucem, cum enim mundus oculi tan a obscuretur lippitudine, ex illa non effundit. h. 36. n. 49. vsque 52.

XV. *Vt qui ingrediuntur lumen videant.* Lucem nominat opera bona & sancta, quae D. Paulus testatur opera lucis, quia ex natura sua ad omnium recedunt oculos: sicut e contra iio opera mala dicuntur opera

tenebrarum. Hunc conceptum lego apud D. Chry-  
sost. hom. 19. n. 67. 68.

XVI. *Ut qui ingrediuntur lumen videant.* Hoc vi-  
dere debet populus in Prælato, lucem virtutum; &  
non tenebras peccatorum; imperfectionum & defe-  
ctuum, nam ideo vult Deus ministros suos à populo  
separatos, quos non videat nisi in pulpito vel in alta-  
ri, sicut in candelabro. h. 21. n. 46. vsque 50.

XVII. *Ut qui ingrediuntur lumen videant.* Par est  
ut Prælati sic vniuersæ luce præfulgeant, ut nullæ in  
ipsis tenebræ arguantur: hoc autem indicat D. Paulus  
cum præcipit, ut sint irreprehensibiles; verbum hoc  
refertur ad Hieronymum, quo ostendit grauem obliga-  
tionem quam secum trahit Prælatura, Peccatus, &  
religiositas Superioris. hom. 15. num. 37. vsque 43. &  
hæc patet, quam farum sit onera prætereendere &  
prælaturas ambire ad sedendum, & honorem asse-  
quendum. ibid. n. 33.

XVIII. *Lucerna corporis tui est oculus tuus.* Docet te  
Dominus, qualiter hac luce debeas illuminari, nempe  
si oculos habueris mundos, sunt enim candelæ, quæ  
lucem recipientes illam toti corpori & animæ com-  
municant; hoc est ut ad recipiendam lucem oculos  
tuos lenes ab omni passione & affectu mundos.  
Quando ad concionem festinas, sancto accedat desi-  
derio, & simplici cum intentione ex doctrina profici-  
entis, non solum intellectum habens dispositum, sed  
etiam voluntatem hæc enim spiritum in causa. Ne  
tibi contingat quod dixit illi apud D. Antonium Pa-  
dram. h. 29. n. 13. & quod miser Pharisæus, qui non  
bene dispositus habebat oculos intellectus & volun-  
tatis, unde non nisi admirantes obsecrati sunt ab. n. 21.  
& in vobis nullum referet Dei minister fructum, ut a-  
liquando conqueri possit, *in vacuum laborant*. ib. n. 25.

XIX. *Lucerna corporis tui.* Si vis illuminari, hoc  
age, ut mundi sint oculi tui intellectus & voluntatis;  
ne his similit illis, qui rogantes à Christo ut eos illu-  
minaret, ipse hoc faciente, sava in illam arripuerunt.  
hom. 37. num. 35. & hæc tua est ruina, quod accedat  
hecem acceptus oculos habens plenos nubibus tuo-  
rum affectuum & voluntatis. Conceptus hic visus est  
& oppositus. ibidem vsque numer. 38. Et hæc dispo-  
sitione consummum in potentioribus requiritur. ibid. nu-  
mero 38. 39.

XX. *Nemo accendit lucernam.* Christus illas accen-  
dit lucernas, unde & sine studio sapientes euaserunt  
magno planè miraculo. Ne tu hoc præterenderis, sed  
magnum exigunt à te studium ut prædices & minister  
sui Dei. (Mitor hic D. August. hom. 29. n. 11. & præ-  
sentum seruens oratio, ut Deus te adiuuet ad opus per-  
agendum sine illo etenim nihil efficies. Argumentum  
hoc sumitur ex arcana Theologia. ibid. n. 14. vsque  
ad. hom. 43. n. 16.

XXI. *Lucerna corporis tui est oculus tuus.* Alius  
quoque sensus his verbis dari potest, quo intelligamus  
Christum esse lucernam accensam, eamque esse quæ  
corporis oculos illuminat, per quos capimus Præla-  
tos, illi namque sunt qui lumen à Christo recipiunt,  
& per ipsos illuminatur corpus Ecclesiæ: nam illos  
statuit in ipsa velut oculos qui illuminent, & ita sub-  
iicit totam Ecclesiam ut ab illis doctrinæ lucem acci-  
piat. Fusc materia hæc tractatur. h. 14. n. 9. & seq.

XXII. *Si oculus tuus simplex fuerit.* Si Prælati &  
superiores, qui sunt oculi Reipublicæ, ut par est sint  
dispositi, nec affectibus ducantur visum turbantibus,  
totum corpus lucidum erit: sicut turbatis lumina-  
ribus cæli, tota continuo terra turbabitur. hom. 39. nu-  
23. vsque 26. Et hoc patet in populo Iudaico cuius  
oculi nubibus inuidiæ, cupiditatis & ambitionis cali-  
gabant. ibid. num. 13. vsque 18. atque ex hoc totum  
Reipublicæ corpus interit. ibidem numer. 18. vs-  
que 23.

XXIII. *Si oculus tuus simplex fuerit.* Hic liquido  
constat quid referat Prælati bonitas & sanctimonia;  
Non habens aliquam partem tenebrarum h. 14. n. 36 &  
hoc Spiritus S. indicauit. *Probata virtus corripit insti-  
pientes* h. 35. n. 21.

XXIV. *Si fuerit simplex oculus.* Si fuerit nequam to-  
tius corpus tenebrosum erit. Omnis bona directio  
actionum corporis, pendet ab oculis, qui si cæci  
fuerint, totum corpus necess. ro tenebrosum erit, &  
præcipit expositum. Ideo verusitua diaboli potis-  
sima, quæ homines ageret in ruinam, ea fuit, ut in o-  
culos populi vitios constitueret omni scelerum genere  
depravatos, ad laborans ut eos tanquam Deos colerent,  
cui se Christus opponit, oculos nobis tribuens huius  
corporis Ecclesiæ lucidos, sanctos nempe Doctores &  
Præfules. h. 33. n. 42. Illuminant illi peccatores, qui ut  
cæci nesciunt quo vadant sicut filius prodigos & alij,  
quos præfigurauit Ezechiel oculis ambulans obclusis.  
hæm. 18. nu. 25.

## IN FESTO S. DOCTORIS.

I. *Vos estis sal terra.* Matt. 5. Venit Christus dia-  
bolo bellum illaturus, qui mundum iam occu-  
pauerat, eumque expulsum, sibi mundum  
hunc æterno suo Patri subiecturus, ut declarauit in  
parabola de forti armato. hom. 19. numer. 26. quod cir-  
ca constat exercitus, militesque conserbit. Fecit hoc  
ascendens in montem & præmissa longa oratione, in  
qua cum Patre suo totam noctem transegit. eos ad-  
monuit, docens nos quam necessaria sint illis adio-  
nibus sit oratio hom. 16. nu. 8. & facta hac denomi-  
natione, declarata illis officium quod conueniat, ut  
sunt



sint Duces exercitus, nec praelium agent tormentis bellicis, lanceis, aut gladiis, sed eo modo quo stellæ, quæ vocantur exercitus Dei, Hoc illis exponit per nomina illis attributa falis lucis. &c. h. 47. n. 14. 15.

II. *Vos estis sal.* Extollit Christus vexillum, vt diabolus exterminet, qui per peccatum regnat in mundo: quia vero hoc tripliciter committitur, malitia, ignorantia, & infirmitate, tria Apostolis suis nomina attribuit his directe opposita. h. 22. n. 1. Tres hæ peccatorum species designantur per triplices infirmos apud piscinam. h. 10. n. 17.

III. *Vos estis sal terra.* Obicitur quomodo tanto mysterio populum eligit adeo elumbum, ignorantem, & abiectum? Quis forte dixerit magis expedite exercitus constare Angelorum, vel mundi doctorum, vel eiusdem Monarcharum. Vide varios de hoc conceptus in Festo Ascensionis ad illud. *Euntes in mundum universum prædicare.* Et in festo SS. Trinitatis ad illud. *Euntes docete.* Et in festo S. Petri ad illud. *Super hanc petram &c. Et tibi dabo claves.* Et in festo S. Andree ad illud. *Venite post me, faciam vos &c.*

IV. *Vos estis sal terra.* Lauda præclaram Dei misericordiam, etenim illi vires non deficiunt vt faciat quodcumque voluerit, & sicut create poruit, imo & creavit mundum, nullâ in auxilium sibi adscita creaturâ, illum similiter posset reparare, omnesque homine iustificare, nihilominus ad hoc opus eorum assumit operam, quod omnipotentia suæ fuit supremum, ipsa oratione præcellens ob rationem D. Aug. h. 25. n. 4. 5. vt per occasionem haberet gloriam illis dandi præclariorem, ex qua non parum honorentur, dicentes cum Apostolo: *Dei adiutores sumus.* Itaque maxima opus misericordiae, quam illis confert, habere vult titulum iustitiæ ad ipsorum hominum gloriam. h. 25. n. 48. 49.

V. *Vos estis sal terra.* Primò indicat, quam separatos illos oporteat esse à mundo eiusque negotiis: etenim eo ipso quo ad illa reuertuntur, dissolventur sicut quamvis sal ab aqua educatur, nihil tamen sic illum destruit, quam si ad illum reuertatur. h. 21. n. 46. vique 50. Prædicatores sint oportet, ex consilio D. Pauli, segregati ab hominibus, vt sal ab aqua ibid. n. 48. & ratio lapsus D. Petri ea fuit, quod cum sal esset, se aquis iniiceret. h. 43. n. 39.

VI. *Vos estis sal.* Sal conficitur recipiendo plenissimè radios solis, & hi maximè necessarii sunt prædicatori Euangelico: quia opus quod illi faciendum incumbit, perficere debet virtutem secum trahendo diuinam, illic Deo assistente vt effectum operetur, sicut Moyse contigit ad petram. h. 29. n. 11.

VII. *Vos estis sal.* Tota virtus & actiuitas salis procedit à sole, & hac indiget Prædicator & Minister Euangelicus, quia ei negotium est cum corde humano

& libera voluntate, in qua nulla creatura potest efficaciter operari nisi solus Deus, sine cuius assistentia vacuum laborat. Prædicator: vnde sequenti opus illi effloratione ac primo seipsum exponat vt aquam radice solis, qui reddent illum salem: tale dat illi sapientia consilium, h. 29. n. 14. vique 18. & hoc ex mente D. Aug. indicauit David his verbis. *Nisi Dominus adiuuauerit domum.* h. 43. n. 16. & 53.

VIII. *Vos estis sal.* Magna pollet sal viuacitate, & quamuis sit aliquis mundi robustissimus, si vulneribus eius sal iniicitur, effectum operabitur: tales etenim decet vt sint ministri Dei, homines & verbo & opere qui potentissimos mordeant & exurant, nec sint eliminati vt dixit Deus Ezechieli. h. 8. n. 48. Ex talium defectu multa vulnera canero insciantur, non enim sal sunt vt putredinem consumant. h. 10. n. 47.

IX. *Vos estis sal.* Sal viuacitatem habet magnam, h. sicut ait Tertull. duo in vnum congesta, que vitantur contraria: ex vna parte molliem habet aquam, quæ statim dissoluitur, ex altera parte fortitudinem habet & viuacitatem ignis, vt ignis videtur extenuari. Talis par est vt sit Minister Euangelicus, ex vna parte mollis & blandus peccatoribus compatiens, rogatus pro illis, illos demulcens, procedens ex consilio D. Pauli. *In spiritu lenitatis.* h. 22. n. 49. non baculo terrenis, sed enim baculo reuincit puer sed facias id quod Eliseus ibid. num. 44. vique 47. Non indignans peccatores vt Pharisæus Magdalenæ. h. 38. num. 104. & sicut Pharisæi adulteræ. h. 26. n. 41. Attrahendus est benignitate vt Christus allexit Samaritanam, h. 25. n. 89.

X. *Vos estis sal.* Si quidem ex vna parte feruore dobeat minister, Euangelicus benignitatem erga peccatores qui conuertuntur: ignis tamen feruorem ostendat viuo inardescens zelo pro honore Dei ex eo quod ignis charitatem spiret & gratiam, qua reddatur honor Dei: & erga peccatores peiuicaces sit rigidus, & illi opponat se generose flagellum arripens, si necessitas id exposulet ad exemplum Christi. h. 28. num. 48. & 59. 60.

XI. *Vos estis sal.* Domine populi significatus quoque nomine: *Aqua multi populi multi.* Si populi aquæ sunt, & discipuli tui sal, illos destinans ad populum, quid hoc aliud est quam quærere vt dissoluantur & consumantur; hoc est quod intendit; nam sicut sal in aquam vt illi sapor addatur, & illam potest capere aqua, resoluta sale, eiusque d'pendio, ita minister mittit discipulos suos vt aquas hominum in seipsum saporem ingerant, & ita ipsi dissoluantur, vitam suam perdant; etenim hoc medio Eliseus aquam dantis iniecto sale suaves reddidit & fructiferas. Hoc patet quam desideret Deus vt aquæ id est homines curentur, cum vt illud fiat, periculo exponatur vitam amicorum sibi maximè familiarium, & restitui ipsi

fadent & laborent vsque ad mortem, vnde viuatis. ho. 17. n. 42. Et quid hoc tantum, vt Christus hoc modo suos mittat discipulos, quandoquidem ipsum factum silem Pater miserit, vt eius resolutione, morte dico, saporem gratie consequeremur? Vnde dixit D. Ang. *Dilexisti me Domine plusquam te &c.* ibid. n. 44. 45.

XII. *Vos estis sal terra.* Ecce munus Apostolorum, & predicatorum Apostolicorum saporem illis infundere qui non habent, idcirco dicuntur dentes Ecclesie quorum officium est masticare bolos diuine legis duriores, vt deplurari possint & digerant. h. 3. n. 2.

XIII. *Vos estis sal.* Est sal lym bolum prudentie, & melius illa magis indiget quam Prælati Euangelici: quia diuersissimi sunt iubeckii & humores, & non omnia res eorum conueniunt; imò potius quod vni satisfiat, alterum offendit, & quod vnum sanat, alterum infirmat. hom. 2. num. 23. Idcirco iudicauit D. Greg. Nazian. nullam artem maiorem requirere prudentiam; quod a dicitur confirmat similitudine. ho. 10. num. 34. Et hinc patet difficultas, quam inuoluit officium Prælati, nempe vt non fedet, sed dissoluitur vt sal vt saporem aliis infundat. Hoc argumentum late deducitur. ibid. n. 33. vsq. 43.

XIV. *Vos estis sal.* Mundus repletur amaritudine, & sufficit habere peccatum, quo omnis boni tollatur gustus; nam idcirco dicitur: *Radix amaritudinis.* hom. 37. num. 17. & sic est, vbi namque peccatum refidet, perfecta non potest esse dulcedo ob contritatem ventris intellectus, cum deprauato voluntatis affectu, quæ animam quasi suspendit. hom. 37. num. 47. Iam peccator particeps est tormentorum inferni ibid. num. 53. vsque 55. & ita iudicauit D. Paul. mundanos vete primos esse omni suauitate, & crucifixos. ibid. num. 63. Desiderat Christus vt aquæ illæ hanc amittant amaritudinem, & dulcedinem acquirant gratie: idcirco statuit salem, doctrinam scilicet Euangelicam, quæ totum dulcorat, melius quam farina Elishæ in olla. ho. 36. n. 11.

XV. *Vos estis sal.* Optat Dominus vt vitæ cibos manducemus, nempe tribulationes, mortificationes, penitentiam, iniuriarum & paupertatis tolerantiam &c. Nihil palato nostro amarior. Ad hoc mittit salem. Apostolos dico & Ministros Euangelicos qui latius Euangelij nuntius hoc reddant delectabile ostendendo, tribulationes illas, aduersitates, & pœnas vian sternere ad beatitudinem per quam Christus ingressus est, nec iustum esset vt melior sit serui quam Domini fortuna. h. 15. n. 10. vsque 14.

XVI. *Vos estis sal.* Suauitatem dare te conuenit aduersitatibus, probans eas esse periosas. atque sub illis gloriam abscondi, nam idcirco Iob illas vt thesauros inuestigabat. h. 15. n. 14. 15.

XVII. *Vos estis sal.* Hoc nomen primario conuenit

Christo, est enim auctor gratie, quæ anima Deo delectatur. Hunc salem posuit Deus, vt Elishæ, in vase nouo purissime suæ humanitatis, sicque illam iniecit in aquas quibus mundus non gustauit amariore, pœnarum, iniuriarum, crucis, & mortis, & per hoc eas ita sapidas dulcesque reddidit, vt nihil sit illis inueniendus, ita vt nunquam satientur illis iusti; hoc etenim est quod dixit D. Damascen. quod Dominus Descenderit pœnas & cruces, illas sibi assumendo. Mysteriorum hoc summam redolet Theologiam. ho. 36. nu. 9. ho. 42. nu. 59. vsque 62. & confirmatur in D. Andrea. ibid. n. 62. vsque 66.

XVIII. *Vos estis sal.* Christus Apostolis nomen hoc salis adscribens, etiam ab illis rogat, vt ipsi suo exemplo amaris illis aquis dulcedinem infundant; etenim subditis valde facile est, facere quod à Prælati actum conspiciunt; nam idcirco diabolus illos statuit peruersos, vt homines compelleret, vt tanquam bonum iudicarent quod ipsi faciebant. h. 33. n. 36.

XIX. *Quod si sal euauerit, in quo salietur?* Si in sale sapor euanescat, cæcos erit adeo inutilis, vt nulli sit vsu aptus. Aquæ suauitatem gustumque infundet Prædicator in eo quod ipse non habet, & si talis non sit, qualem esse par est, quidquid prædicauerit, cecidit in eius confusionem, quia in quo reprehendit & condemnat alios ipse condemnabitur, idcirco D. Paulus à discipulo suo Timotheo peulabat. *Cura teipsum exhibere ministrum inconfusibilem*, id est. *Irreprehensibilem.* hom. 15. numer. 37. Si namque habeat aliquid in quo sit reprehensibilis, vocibus eius Echo respondebit, quæ grauius terreatur quam Aegypti, hom. 23. num. 41. 42.

XX. *Quod si sal euauerit.* Meo iudicio ins perdit corripienti & vtendi sicut sal, qui saporem perdit virtutis: proprium etenim peccatum ei os oppilabit, vt talem quod vidit Zacharias. ho. 34. n. 26. 27.

XXI. *Vos estis lux mundi.* Primò dicit: *Vos estis sal.* Ob bonitatem, & deinde lux ob doctrinam: etenim ægrè potest quis habere lucem, qui non fulget bonitate, potissimum circa mysteria cælestia, & fidei, quæ voluntatem requirunt bene dispositam & ita multos conspicimus Sanctos qui nullo præmissio studio maximam in intellectu lucem obrinuerunt, quæ de bona voluntatis dispositione dimanabat. hom. 29. num. 52. vsque 59. & accidit vt crescente pondere peruersæ voluntatis, lux extinguatur intellectus, sicut multis contigit hæreticis. h. 37. n. 40.

XXII. *Vos estis lux mundi.* Hoc nomen *Lux* proprie conuenit Christo, & hoc ei adscribit Diuus Iohannes *Erat lux vera*, & ipse protestatur: *Ego sum lux mundi*, & mirabiliter illi quadrat. h. 31. n. 3. & vt talis apparuit in mundo repleto tenebris, sub quarum præsidio liberè per illum vagabantur fere tartareæ. ibid.

Heron, *Sap. de Lanuz.* Tom. I.

n. 3. Et sicut lux vera cepit has fugare feras. ib. n. 9. Sed quia ascensus erat in cœlum, reliquit Apostolos suos & successores, ut locum eius quasi suppletes, officium illius obirent, atque idcirco creavit eos velut soles, & illuminavit ut adamantes. h. 2. n. 2, 3.

XXIII. *Vos estis lux mundi.* Domine, si illos ut lucem status mundum illuminantem, ipsos arbitror ut perditos: neque enim mundus quidquam ita prosequitur ac lucem, sicut nec est aliquid quod gravius irriter latronem, ad vmbra tenebrarum noctis rapientem, quam faciem illi succensam opponere. ho. 40. n. 12. vsq. 16. Vide discursus in Evangelio præcedenti: *Nemo veniens lucernam ad illud; Lumen videant.*

XXIV. *Vos estis lux mundi.* Denotat Dominus opus ab ipsis patro. inante divina sua gratia perficiendum, nempe mundum illuminare, dissipare ex illo tenebras idololatriæ; hoc vnum inter opera præclariora per illos Christus effecit. h. 33. n. 9. 10.

XXV. *Vos estis lux mundi.* Per illos illuminari debebat mundus in cognitione Dei, iuxta illud Isaia vaticinium. *Parum est &c. Dedit te in lucem gentium &c. usque ad extremum terre.* h. 33. n. 11. 12. 13.

XXVI. *Vos estis lux mundi.* Domine, nonne satis fuisse illum per Angelos illuminare vel saltem per viros scientiâ conspicuos? Voluit Christus divina sapientia suam testatam facere potentiam cum mediante luto lucem mundo cœcipienti infudit; ut pateat salutaris virtus, nempe lux sapientiæ efficaciam. hom. 40. n. 45. Vide dicta in Ascensione ad illud: *Euntes in mundum universum,* & in festo SS. Trinitatis ad hoc: *Euntes docete omnes gentes.* & in festo S. Andree circa hoc: *Venite post me &c.*

XXVII. *Vos estis lux mundi.* Hoc vestri muneris est esse lumen mundi, absolute omnibus, illud doctrinæ vestræ & Sacramentorum communicando; nulla habitata personarum acceptione, non aliquem quasi dultem præferendo, nec alterum ut pauperem postponendo. h. 2. n. 20. 21. Vide dicta de vno Martyre ad illud: *Si quis vult venire post me.* Varios hic invenies conceptus proposito servientes.

XXVIII. *Vos estis lux mundi.* Omne mundi detrimentum consistit in tenebris, & quod peccator ambulat in caligine nesciens quo vadat, nec attendens funestum suum exitum, progrediens velut vas Zachariæ, & Ezechiel oculis obvelatis. ho. 18. n. 25. vsque 28. ho. 38. n. 31. Conceptus hic utilis est. Remedium in celaret si lux illi proponatur, statum eius illi revelando. Sic egit Christus cum Magdalena & D. Paulo. ho. 38. n. 39. 40. Vide notata in festo Conversionis D. Pauli ad illud: *Circumfulsit illum lux de celo &c. Et stupens ac tremens.* n. 19. vsq. 24. n. 33. vsq. 38.

XXIX. *Vos estis lux mundi.* Ratio cur homines manibus complicatis hæreant otiosi, nec operibus eos ap-

placent virtutis, est, propter tenebras, sic palpabiles quales fuerunt in Ægypto, quibus iuxta S. Scipionem ita defixi tenebantur, ut se de loco non moverent. Minimum oculi vera non deregunt gloriæ bonæ: etenim eorum respectu quasi tenebris immerguntur, necesse ergo est, ut illos illuminetis, & his illa bona revelata. *Nec oculus vidit, nec auris audivit &c.* Cum enim sit homo adeo cupidus & amicus bonorum, hæc agens, periculosè se exponet, & fortunam tentabit: hoc præcipuum est Ministrorum Evangelicorum officium, horum bonorum manifestare magi iudicem, huius Regni celsitudinem; quod si vnum Ioseph ostendit in somnis illi portui cor accendere, quid hæc alia non efficiant, oculis visis manifestis? Proinde munus est Prædicatorum in ordine ad hoc illuminare, & quodque ad dexteram nauigij sagenam exaudere. h. 1. n. 2. vsque 12. Bona sunt hæc adeo præclara, & tale præmium alas ingerat boui ad volandum. ho. 1. n. 7. vsque 20.

XXX. *Vos estis lux mundi.* Declarat Dominus sacerdotum & ministrorum Evangelicorum præstantibus excellentiam: tam infirma pollebant illi potestas, ut tangendo mortuum, vel immundum quiddam, cominarentur, h. 31. n. 67. Et hoc ita, ut nec permitterent eis vel mortuum comitari sub pena immunditatis. h. 31. n. 52. Porro Apostoli & ministri Evangelici successores eorum tanta pollent potestate, ut sim velti lux cui propria est tanta puritas, ut luum & ætherum non pertransiens non macule ur. h. 4. n. 13. Et sunt fratribus similes, qui non solum non inquinant, quinimo quæ se ridda sunt purificati. h. 38. n. 103.

XXXI. *Vos estis lux mundi.* Multi licet sint Apostoli, non illis tamen dicitur: vos estis lux mundi in plurali, sed in singulari, lux: quia licet plures sint, vna tamen est lux, hoc est vna fides, & vna doctrina. h. 14. n. 16. vna cathedra. ibid. n. 18. vsque 23. vsque ad vnum Iohannem. ibid. n. 23. eadem Sacramenta. ib. n. 23.

XXXII. *Non potest civitas abscondi supra montem posita.* Hoc est tertium epithetum datum Apostolicæ Civitatis in sublimi posita, pagens infirmis omnibus ad remedium. Inter alia hoc vno magis indigebat mundus. cathedra, nimirum visibili, ad quam posset remoto omni dolo confugere pro vera doctrina & cognitione & via cœli in veris Sacramentis, remanent animæ; & habere in eâ magistros visibiles quos possent & in vno atque in altero consulere seculis fratribus: hoc nobis proponit ad dolorum nostrorum remedium dans nobis Apostolos præceptores adeo visibiles, ut sit quasi civitas in excelso fundata. h. 4. n. 7. vsque 17. Vide quæ diximus in festo D. Petri ad illud: *Super hanc petram.*

XXXIII. *Non potest civitas abscondi.* Crande Deus in lege veteri concessit beneficium, res civitates re-

designans: quamvis multi essent quibus ista ciuitates non poterant impertiri remedium, nec omnes illud in his inueniebant; sed hæc Dei maxima est misericordia Evangelij, quâ nobis ciuitates concedit refugij toti mundo parulas, in quibus omnes remedium inueniunt, siue exceptione personarum, aut culpâ. Beneficium hoc tale est, circa quod discursus proferrunt vitales in festo D. Petri ad illa verba. *Tibi dabo clauis.*

XXXIV. *Non potest ciuitas abscondi.* Admodum inopes erant ciuitates quæ olim Deus designauerat peccatoribus ad salutem, quandoquidem eò tantum accedebant, vt morbos declararent & vulnera, nullo tamen in eis efficaci inuento languoribus remedio. Venit hunc conceptum, ad quem reduco festum antiquam expiationis peccati. Porro ciuitas quam hodie Christus proponit de Apostolis suis, & ministris Evangelicis, ita cunctis abundat, vt perfectum dare queat peccatis culpisque remedium ex virtute Sacramenti penitentiae, & thesauri indulgentiarum. ho. 1. n. 19. n. 47. 58. 59.

XXXV. *Non potest ciuitas abscondi supra montem posita.* Viri Apostolici ciuitas sicut in monte situati altiori, ad designandam altitudinem quæ in vita & moribus illis conuenit præ ceteris eminior; vt enim dicit D. Hieron. tantò debent aliis præcellere, quanto pastor omnibus. h. 15. n. 34. Imo Christus indicauit eos esse debere Deos. h. 43. n. 39.

XXXVI. *Ciuitas supra montem posita.* Hæc illis competet vt ciuitas sint in montis altioris vt olympi vertice collocata ad quam non accedant motus & turbationes ex vaporibus terræ; sed ipsa nubibus, tonitruis, & tempestatibus concussa, ipsi quiete perfruantur placidissima. ho. 19. n. 21.

XXXVII. *Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio.* Ecce quare Deus illos creet lucernas, atque illis lucem suam communicet, videlicet vt eam ceteris communicent. Deus etenim dolenter fert vt quis sibi talenta retineat, quæ illi distribuit. Vide dicta in Evangelio de talentis, & in præcedenti Evangelio ad hæc eadem verba. *Nemo accendit lucernam.*

XXXVIII. *Non potest ciuitas abscondi supra montem posita.* Minister Evangelicus stare debet in monte præcellio loco proprio orationis, illum equidem ascendere debet ante prædicationem, diuinam implorans gratiam, vt efficaciter in cordibus liberis operetur, siue qua nullas in illis operatur efficaciter. Hoc mihi conuulsi Spiritus S. ho. 29. num. 14. 15. Eadem cum Eilther fundat orationem, quam expendit D. August. Ibid. num. 16.

XXXIX. *Supra montem posita.* Similiter esse debet supra montem sapientiae & doctrinæ SS. Doctorum, quæ est re motus sublimis, in quo sedere debet vt fortitu-

dine polleat iuxta illud Salomonis. *Sapientiam antiquorum exquisit sapiens.* ho. 29. n. 14. Et notandum est, quod siquidem primas illas lucernas Deus de tenebris eduxerit, ad omnipotentiam lux demonstrationem, teste D. Paulo, qui tamen nunc esse debent lucernæ, hanc sibi lucem oratione multa & studio necesse est vt assquantur. Sic mirabiliter D. Aug. ibid. nu. 13.

XL. *Sic lucent lux vestra coram hominibus.* Ni fallar, Christus sibi contradicit quia statim in eadem conuisione præcipit bona opera fieri in abscondito: sed nulla hic inuoluitur contradictio, imo doctrina est elegantissima. h. 1. n. 27. 28. Oportet eò modo bona opera facere, vt ea hominum oculi non intueantur, nisi ad gloriam. ibid. n. 29. vsque 33.

XLI. *Qui fecerit & docuerit.* Optimè coniunxit Dominus doctrinam actioni, quia ad docendam actionem multum proficit. ho. 14. num. 36.

XLII. *Qui fecerit & docuerit.* A ministro Dei nihil amplius exquiritur quam bona opera facere ad obsequium Dei, diuinam eius legem custodiendo, & virtutum eius atque opere completum ostendendo Evangelium; bonamque tradere peccatoribus doctrinam eoque admonere, nam per hoc suo satisfaciunt officio, & præmium suum nanciscuntur in finem, licet peccator ad meliora non conuertatur: nam hoc illis satis fit. ho. 22. n. 34. 35.

XLIII. *Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur.* Non video quod Dominus potuerit amplius extollere præmij dignitatem, quam his verbis. Multum est magnum esse in aula Regis potentissimi, & tantò hoc dignius est, quanto Rex vel Regnum fuerit eminentius. Tu iudica num potentior esse possit Rex aliquis ipso Deo, vel Regnum opulentius ipso celo. Hic optime quadrat D. Pauli gradatio. *Nec oculus vidit. &c.* ho. 12. num. 17.

XLIV. *Magnus vocabitur in Regno caelorum.* Expende in celo omnes esse magnos: vnde quod Dominus dicit, quod mandati transgressor sit futurus minimus in Regno caelorum, significat quod eo non intrabit, quia ibi nulli sunt minimi, minor etenim magnus est, vt dixit Isaias. *Minimus erit in millia.* Quod per piscationem Apollolorum designatur. Sapit hoc intellectum. D. Aug. h. 12. n. 40. 41. Si igitur ibi omnes magni sint, qui ibi magnus vocabitur, inter magnos magnus erit.

XLV. *Qui fecerit & docuerit.* O quam rarum hoc præmium dandum à Deo ministris suis Evangelicis animas illi conquirentibus: etenim earum minimam plus facit Deus quam Rex præcipua Regni sui metropolim. homil. 20. numer. 2. 3. Et sicut nihil sic rependit Rex, ac ciuitatis alicuius aut Provinciae acquisitionem, ita nullum seuerius calligat, quam Gubernatorem perfidum, qui hosti tradidit

trad. sit civitatem: ita Debs. Conceptus hic ab elegantia & utilitate commendatur. hom. 22. num. 55. & seqq.

XLVI. *Magnus vocabitur in regno calorum.* Animæ sunt Dei hereditates, facultates, imo & gloria teste Apollolo. Quocirca nih. tanti facit ac earum lucrum, sicut nec quid fert molestus quam earum iacturam. hom. 38. num. 118.

XLVII. *Magnus vocabitur in regno calorum.* Regnum Dei sunt animæ, de quo sic D. Ioan. *Facili nos Deo nostro regnum.* Nec est Dei regnum, vt Regnum terrenum: nam horum celsitudo crescit ex illis quæ à subditis accipiunt. ho. 41. n. 59. v. 62. Nihil ipse sumit ab animabus, nisi regnare in illis, & dare illis ac communicare, vt enim summum est bonum, eius hæc est inclinatio vt se communicet, & tunc lætior conquiret quando se latius communicat, velut auis ouis incubans; & sicut ignis, si sensu polleret, violentiam pateretur, si suum non posset calorem communicare, & quasi requiesceret, si cui illum communicare: vnde non quiescit Deus in vlla mundi creatura, donec creasset hominem: eò quòd aliæ creaturæ non sint capaces recipiendis bonis eius supernaturalibus gratiæ & gloriæ. Idcirco dicitur quod regnabit in animabus se perfectè illis communicando. Discursus hic profundam redolet Theologiam. hom. 41. num. 62. v. 63. Hoc dato, qui lucratur illi animas, lucraretur illi regnum, eumque extollit. ibid.

XLVIII. *Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur.* Proponit Vates Ezechiel nonnullos primarios peccatores, qui aliis ad ruinam lapides fuerunt offensores, dicens, quod solemnem cum illis ingressum faciant in infernum; ibique omnes illos circumcingunt, cruciatu illorum poenali, multiplicantes. Ita considerat D. Hier. Anim infinitis circumvallatum, quæ se h. perdidit doctrina, & contemplari possumus Mahometi & Lutherum. h. 35. n. 22. v. 15. Hæc posita portione illos perpende quorum curæ est animas lucrati, quod multis stipati cœlum intrabunt, ex quibus illis gloria accrescet accidentaliter, nam idcirco D. Paulus nominat à se conuersos, coronam suam quibus honoratos in die iudicii coronabitur. *Corona mea in die Christi.* Quanta torquebitur poena in illo die perfidus Mahometi tot carnis scolis circumcinctus ad nominis sui dedecus? & quanta D. Paul. gloria decorabitur tot sanctis eius opera conuersis circumstipatus?

XLIX. *Qui fecerit & docuerit.* Domine quidquid tui faciunt ministri nonne hoc donum est tuæ gratiæ? Grata fuit singularis illos eligere, reddere idoneos, & quemcumque effectum in animabus operati sunt, tuo adscribens hic est concursus te cordibus earum loquente, quando illi corporis aures pertingebant. h. 29. n. 21. Si ergo totum hoc tuum sit opus quæ ratio vt illis

propter hoc mercedem rependas? Hæc Dei est misericordia, sed nobis ad honorem hoc eo modo dispartitur, vt titulum habeat iustitiæ, se demonstrans perfecte liberalem. Ita iudicat D. Chrys. h. 25. n. 45. v. 50. Vnde dicta in festo S. Petri ad illud. *Ego de co tibi, quia tu es Petrus.* Et quæ diximus de talentis in ultimo libro ad illud. *Izra in gaudium Domini sui.*

L. *Magnus vocabitur in regno calorum.* Si tantum Deus illos faciat, quia tunc consulunt saluti, quam pluris tu illos facere deberes, propter effectum operum in te operantur. *Propter opus eorum.* Sic monet D. Paul. teneris illis non minorem exhibere gratitudinem, quam Tobias Angelo à quo lumē receperat. h. 3. n. 8.

## IN FESTO S. ABBATIS.

I. *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te.* Matt. 19. Dominum accesserat adolescentis à 16 annis affatum diues, qui salutis suæ præferens desiderium ab illo per cunctatur: *Quid faciendo vitam æternam possidebo tui Dominus: Serua mandata Regni tui.* hæc omnia à iuuentute mea studeose custodisti, sed modum mihi præscribis quo perfectus sim, & premium in cælo referam amplissimum. Respondit Christus: *Si vis perfectus esse, vade vende omnia que habes, & da pauperibus.* Quo audito iergerat. nihil enim in cor diuinit vlerat, quam eius monere denarios h. 21. n. 41. hæc d. ta occasione Christus discipulos suos à sequitur de difficultate quæ diues saluabitur. ibid. 11. Porro D. Petrus addit quæ Christus adolescenti dixerat. *Vende omnia que habes tui, & habebis repositum in cælo.* His attendit, & occasionem iudicæ. Non oportet tantam, quæ premium sciat sibi fuisse, eo distipulo à Domino dandum, qui hoc opere complicitus est: eorum licitum est Sanctis pro bonis suis operibus operari premium, illudque procurare, sunt enim mercedis, vt dicit Iob, & qui talis est, oculos suos conuertit premium, vt eius consideratione se ferius amoretur quoniam & ipse David oculos coniecit in premium Saulis propositum, vt tunc d. feruentius in arcem contra Goliath descenderet. h. 12. n. 10.

II. *Ecce nos reliquimus omnia.* Perpendit D. Chrys. quod quamuis Christus Dominus noster et nos adverte sanctimoniam, Deiq; famularum, & peccati confessionem impelleret, vltus sit terribi la mentis poenæ proponendo inferni sempiternas: sapienter tamen suauiter nobiscum egit, magis frequenter, alliciendo premium, & tantum vt infernum voce tantum interdum addiderit: sed cœli propoetion quoddam oculis obsecra Transfiguratione sua & valde familiaris erat illi de cælo concio: nec enim semper stipitibus agnoscendi sunt peccatores, sed recte ad dexteram frequentat citionem. h. 11. num. 2. Hæc est illa piscatio, in qua

filices capiuntur & certo numero. Loquitur hic D. August. hom. 12. n. 40.

III. *Ece nos reliquimus omnia* Feruentem in obsequio & sequela Christi se sensit D. Petrus audiens ingens illud primum, quod Dominus adolescenti spondet, atque ut animum hunc excitaret à Domino rogat, quandoquidem ipse aliisque eius affectu iam hoc perferant, & præter hoc, cum fuerant secuti, quale primum tantumque consequeretur? nec Dominus hanc repulit interrogacionem, sicut illam ante propositam, quis maior futurus esse in regno celorum, quoniam consilium est primum illud pendere eialque reuoluerit magnitudinem, quo mens excitatur: si namque regnum in somnis præostensum tantum potuit ioseph operari, quid regnum efficiet oculis promissum excitatis? hom. 11. num. 2. 3. Oculos conice in templam illud, sicut in illud Ezechielis ibid. n. 4. vsque 12.

IV. *Ece nos reliquimus omnia. Quid ergo?* &c. O gratias spes vires ministrat! *thesaurum magnum in celo*, de quo Christus adolescenti bouem ad volandum excitat spes præmij, ho. 12. n. 7. vsque 13. Omnia superat, quæ mundus possidet, vnde non declarat hoc Dominus in rebus terrenis, sed dicendo: *Sedebitis super sedes* &c. ibid. num. 15. Et indicat hoc Apostolus subij gratatione oculorum, aurium & cordis. ibid. num. 17.

V. *Ece nos reliquimus omnia. Quid ergo?* Non posset animus D. Petri tanta bona concupiscere, quæ omne sperant desiderium, nisi prius Dominus oculos eius illuminasset, ad ista bona cognoscendum illi hæc declarans, sicut declarat adolescenti, eius roborans voluntatem ad eorum desiderium. h. 12. n. 13. 14. hoc enim est enim illud donum, quod nobis præstat, extendens vt sumus filij Dei no que creans hereditatis coelestis regni candidati. h. 11. n. 9. 10. Et consilium feret, si putas esse alarum, eo aliquando tuas attollens cogitatione. ibid. n. 13.

VI. *Ece nos reliquimus omnia.* Primo indicat D. Petrus discrimen fiat. endum esse præmiorum, plura facientia plura esse reddenda. Vnde dicta in festo SS. Apostolorum Philippi & Iacobi ad illud: *In domo Patris mei manserunt multi sunt.*

VII. *Ece nos reliquimus omnia.* Sanctissime Petre, Christone dicis vt attendat gratiam eius gratia fecerit: An ignoras illud Spiritus S. *Cecit eius super omnes vias filiorum Adam: vt reddat unicuique*, &c. Ad hæc noli quod tibi dixerit quod vsque ad verbum otiosum obseruet de eo rationem in die iudicij peturus? Eto securus: nec enim ad passum progredieris in eius famulatu, quem non numeret, vt bene dicit Iob: *Gratus meus dimiserasti.* Et stulta fuit eorum quamuis qui querebantur quod Deus eorum non

attenderet obsequia, & satis patenter ostendit hoc, dum adeo sincere perpendit acta Magdalene. ho. 38. nu. 113. Nemo pius dubitat quin omnia sint Deo cognita, sed plurimum ipsi placet, quod homines ad illum recurrant agantque cum eo sic, vt velit quod coram eo consistentes cum eo conferant, & necessario atque occurrentia proponant, aliquando suas illi suggerendo tribulationes, ac si Deus illas ignoraret. Ita fecit Ezechias obfessus à Rege Sennacherib. hom. 32. n. 35. & ho. 42. n. 72. Alias peccata sua & miseria illi proponendo, ac si Deus illas minimè videret, rogando veniam, vt David: *Delictum meum cognitum sibi feci.* ho. 19. nu. 62. vsque 67. Et sicut illa quæ dicebat: *Vide Domine & considera.* h. 32. n. 36. Modo opera bona exhibendo ad eius facta obsequium, vt præfatus Ezechias: *Memento Domine, quod ambulauerim in conspectu tuo, & quod rectum est in conspectu tuo fecerim.* Nec enim pater aliquis ita delectatur, quod filius accedat ei placidissime locutus, vt Deus. hom. 42. numero 71. 72.

VIII. *Ece nos reliquimus omnia.* Optimè Petre, meâ quidem censura, incongrue loqueris: nemo enim relinquit quod non habet, & cum omnia non possideas, sed non nisi lacram namque ac rete disillum, multum abes à regnorum, dominiorum omniumque renungatione. Congrue loquitur D. Petrus, & propositum Dominus admisit, dicens: *Vos qui reliquistis omnia.* Sciebat Petrus cui loquebatur, nempe Deo, qui co. da intuetur, qui quod hic fit & intenditur, vt iam factum accipit: quia sicut coram Deo vt sis homicida, sufficit esse corde & voluntate, multo magis vt dicatur quod omnia dimiseris, sufficit, quod omnia corde & voluntate reliqueris: & hoc fecit D. Petrus: nam eo modo quo nauim quam habebat, dimisit propter Christum relinqueret Regna & Monarchias si ea possideret, h. 12. n. 18. vsque 35. hæc doctrinam apponit declarat D. August. h. 41. n. 29.

IX. *Ece nos reliquimus omnia.* Sapientissimus fuit Petrus, cum nouerit inuentionem facere oculorum, de qua Salomon, quam si tu similiter nosces, tibi id foret utilissimum. Exeruit hanc Abraham, tantum meritis in coniugio ac D. Ioannes in virginitate. hom. 1. num. 23.

X. *Ece reliquimus omnia, & secuti sumus te.* Patrum refert, inq. it D. Hieronym. Petrum omnia reliquisse, nisi hoc secundum adiungeret: multi namque Pii oisphi facultates & possessiones abdicarunt, vt quietius viverent, vt Grates Thebanus hom. 128. n. 40. hom. 42. nu. n. 88. Et multi mulieribus ac filiis renungiarunt, quia horum cura eos torquebat vt prosequitur D. Hieronym. in comp. ndum redigens tractatum Theophrasti. hom. 24. num. 9. Sed hoc primum habet, qui omnia deserit vt Christum sequatur, illaque



etque impedimento feruat. voluptatem rescindens in cunctis appetitibus, deliciis, bonis, & dignitatibus. Vide in festo Omnium SS. ad illud Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. n. 46. 47.

XI. *Reliquimus omnia & secuti sumus te.* Insignem Petrus ostendit cordis eminentiam non reliquisse omnia que possidebat, alterius gratia, qui Deo eiusque regno fuisset inferior. Hæc in Abraham commendatur, fxit Deus & in te. ho. 1. n. 25, 26.

XII. *Ecco nos reliquimus omnia, & secuti sumus te.* Quid ergo? Petre, quid inde Christo commodi, quod omnia reliqueris, cumque secutus fueris? An non melius fecisses, si omnia tua illi nauica deculasses? Valde male nobilis Regem accederet, dicens illi Domine, vidi te pauperem, & adsum tibi socius ad hæsurus: & omnes meas dimisi diuitias: sed bene adesset ille, qui multos secum adiuuaret subditos & milites, dicens: his omnibus adsum lanceis tibi seruiturus. Nouit D. Petrus cum quo agat, etenim apprime cognoscebat illum, quod Rex sit terræ regibus valde dissimilis: hi namque nolunt vt subditi vacuis manibus accedant, imò potius illi sunt gratiores, qui plenis accedunt manibus: sicut enim ex se nullam habent celsitudinem, illam à subditis coguntur emendicare ho. 41. num. 59. vsque 62. Hic autem Rex subditos habere non vult vt aliquid ab eis accipiat, sed vt largiatur, & in hoc regni illius stat summa celsitudinis, quod bona sua subditos quibus imperat, elargiatur ibid. numer. 62. vsque 65. Quocirca illi melius accedunt, & festinius excipiuntur qui accedunt animo à terrenis expeditio- ri. Vide dicta in Festo Omnium SS. ad illud. *Tea- ri pauperes spiritu.*

XXIII. *Ecco nos reliquimus omnia & secuti sumus te, quid ergo?* Bone Petre, nonne expediret vt aliquid tecum adferres, quo gratius à Christo reciperetis in classem suam? Non ignorat, quam promptus sit Christus vt bona sua gratis tribuat, vt quod pro illis non exigaturum, argentum, & opes tuas; imò potius hic melius excipitur, qui pauper accedit: nota etenim illi est hominum conditio, qui ita terrenis inhant, vt dum illis cœlestia gratis datur, si bona eorum opes- que pro illis exigentur: hom. 28. num. 28, 29. & hoc dolendum est, quod diabolo peccante ab illis qui ad ipsum accedunt, opes eorum salutem, & vitam: nam hæc omnia Prodigus eius seruitio dedit: ho. 18. nu. 28. vsque 37. & nihilominus illum fame passus est ad suile interire, quem idcirco à suo non repulit obsequio ibid. nu. 45. vsque 47. Et nihilominus accurrunt illi homines gratissimâ liberalitate profusissimi. Conceptum hunc ne prætereas. hom. 25. n. 64.

XIV. *Ecco nos reliquimus omnia, & secuti sumus te.* Habes hic vitæ Apolliticæ compendium: omnia te.

linquere, expeditum esse & liberum ab omnibus, que diuinum impediunt obsequium: vnde qui in presentia Ecclesia viam hanc secabantur, manu miscebant si coniugati erant, vxores. hom. 24. num. 15. quia matrimonium ex se obitaculo est, ne quis se totum tradat Deo. ibid. num. 9. Et ex eo quod Sacerdotes Euangelici ad hanc tendere debeant perfectionem, continent coguntur matrimonio, quod commune fuit Sacerdotibus veteris legis. ibid. num. 7. Sed potissimum relin- quenda sunt diuitiæ: hæc namque sunt quæ obiciunt hominem remorantur, ne ad Deum coniugiat: non potius hæc Dei volunt Dominium occupare, quoniam illas Deus particulariter amulatur. Vide dicta in Festo SS. ad illud. *Beati pauperes spiritu.*

XV. *Ecco nos reliquimus omnia, & secuti sumus te.* Diuitiæ in se mala non sunt, & hoc primario peritur, vt ex eis relinquantur: sicut enim esse potest pauperis corporis cum corde cupiditate flagrante: sic esse potest et auaritia vacuum in magna bonorum temporum abundantia. Vide dicta in eodem Festo ad eadem vult *Beati pauperes.*

XVI. *Amen dico vobis, quod vos.* Tanta sunt que Deus promittit D. Petro, vt incipiat à communi in iuramento: videtur enim impossibile quod homo terreno, qui quicquid agit nullius est momenti, se Deo quidquam prodest, estque ejus respectu ac nunquam fuisset, integrum suum addicat regnum, & videtur illos velle sibi statuere collaterales: Cum *sedes filius hominis, sedebitis & vos.* Quando namque promittit Abraham, quia res erat tanti ponderis, à iuramento incepit: *Per me metipsum iuravi.* Cum enim opus esset adeo præclarum quod Abraham fecit, nihilominus videbatur incredibile tale addici præmium in inæquale, quantum Filius Dei differat à filio Abraham: quanto magis mirari debemus hoc Dominus promissum factum D. Petro eiusque condiscipulis: iure merito hoc vatis dicere licebit: *Cum feceris miracula ut sustinebimus* h. 45. n. 32. Ad confirmationem præmissi iusturandum: etenim hoc idem Latroni præstitum. ho. 44. num. 12.

XVII. *In generatione cum sederis filius hominis.* In mundi renouatione quando noua cum natura nascetur. Loquitur Dominus de mundo sicut de homine: ita vt componatur, requiritur vt denuo nascatur. Mundus est incompotus & dissolutus, atque in illo apparet vetus Adam, necesse est vt renouetur, & conueniat in ordinem religantur. Hoc fiet in die iudicii. h. 6. n. 29. vsque 25. Vt autem hoc fiat mundum creatum ad limpidum, vt omnes quicquid in eo est, videatur. ibid. num. 38. vsque 42.

XVIII. *Cum sederis filius hominis, sedebitis & vos.* Ecce quam singulare hoc promissum. Dicere potest Dominus: *Vos autem dixi amicos,* cum eos ita pariter per-

reclat aclus adeo excellentis, ubi proprij. & merito : cum ipsi fuerint amici adeo veri vt nihil habuerint quod Christo, & propter Christum non traderent. hom. 3. num. 45. & seqq.

XX. *Sedebitis & vos super sedes duodecim.* In supremo illo iudicio omnes sancti erunt iudices contra peccatores quandoquidem vita sua sancta, malam eorum condemnabunt : hi etenim sunt illi libri, quos dixit D. Ioan. aperientes ex quibus Deus improbos condemnabit. Sic lego apud D. August. hom. 6. nu. 35. v. 38. Nec hoc multum est, quandoquidem Christus dicit ludæos in die iudicij à Ninivitis & Regina Saba condemnandos : sed Apostoli iudicabunt vt iudices, quorum actus notatur cum dicitur quod sedebunt, per quod eorum patefcat auctoritas. homil. 26. numero 41.

XX. *Sedebitis super sedes.* Non loquitur Christus, inquit D. August. de Apostolis tantum personaliter : quia ibi non aderat D. Paulus, qui tamen seipsum indicibus illis annumerat, dicens : *Angelos iudicabimus* : & certum est ibi sedem illi non deturam, sicut nec ceteris, sed quod nomine Apostolorum intelligat omnes illos, qui vitam duxerunt Apostolicam, sint viri, sint mulieres, vt ait D. Thom. mu. do. ten. n. 1. n. 1. & se pauperes propter Deum efficientes atque ad exemplum Apostolorum vitam suam eius dedicantes obsequio. Quanta tunc futura gloria D. Petro, D. Paulo habere coram se in iudicio adstantem Nerone : & D. Iacobi Baptistæ Herodem : & D. Catharinae Martyri Regem Maximinum : & vndecim millibus virginum ? quod si hæc rite perpendemus : homines exanimæ current vt tan. u. bonum adipiscerentur, vt diximus, mortem dantis & Lazari trutinantes. hom. 16. num. 34. Itaque faciet Christus cum suis SS. Apostolis, & viris Apostolicis, quod sicut illi Pater ad singulare præmium concessit esse iudicem omnium, sed eorum singulariter à quo iudicatus fuit & damnatus ( hoc mysterium Iob indicauit. hom. 6. numer. 1. ) Ita Christus Apostolis tribuet : vt iudices omnium essent, nominatim tamen sint eorum, à quibus vt rei iudicati sunt hic & affecti Martyrio. homil. 16. num. 47.

XXI. *Et omnis qui reliquerit. &c. Gentium accipiet in hac vita.* Alij Evangelistæ clarius hanc exponunt sententiam, quodque Christus dixerit : *Gentium accipiet nunc in hoc tempore & in futuro.* &c. Difficilia sunt hæc verba, sed in illis gratia declaratur Evangelij, quæm explicat D. Bernard. & patet in S. Anapio Monacho. h. 40. n. 48. v. 31.

XXII. *Gentium accipiet in hac vita. & in futuro vitam æternam.* Duabus manibus Deus suis succurrit : etenim huius vitæ necessaria illis subministrat, atque in altera vitam tribuit sempiternam. hom. 27. n. m. 2.

Mentitur diabolus dicens : quod Deus sibi seruientes fame sinat emori. ibid. & hom. 5. numer. 31. Secuti sunt qui Deo seruiunt : non enim eos patietur fame languescere : nam quia hoc illi non considerunt Moyses & Aaron eodem modo in illos animaduertit. hom. 27. num. 8 & seqq. Et patet experientia in SS. Monachis, quibus relicto mundo prospicit : atque de hoc plurima legimus miracula de SS. Abbatibus : & propter vnâ rem cui renuntiarunt, plures tribuit illis eminentiores, nempe Monasteria, & propter fratres quos dimiserunt, substituit illis alios, digniores & meliores, scilicet Religiosos, &c.

IN F E S T O S. C O N F E S S O .

R I S .

I. *Sini lumbi vestri præcincti, &c. Luc. 11. Venit Christus Reipub. fundaturus ex vitis Sanctis, cuius iustitiam fuit homines Sanctos reddere, per hoc illos disponens, vt gloriam assequantur ad quam fuerunt creati. Conuenit hoc iustitiam Domino tali, qui nos prædestinavit : Vt essemus Sancti & immaculati.* homil. 34. num. 34. vnde eius hæc fuit cura fundare leges quibus perfecti tales essemus. Hoc agit in hoc Evangelio doce. do qualiter omnino ois sancti fiamus. Homo tria respicit, seipsum, proximum suum & Deum : docet nos quomodo ex adamus sancti in ordine ad omnia, quantum ad nos, nostros cingendo lumbos, quæ ad proximum operibus præfulgendo lucis : & in ordine, ad Deum expectando : tria hæc D. Paulus innuit : *Sobrie & iusto, & pie viuamus.* Et respondit hoc Dominus Propheta qui salutis suæ auditus scire volebat quid esset sibi agendum : *Ostendam tibi, &c. diligere miser coram, facere iudicium & solertem ambulare cum Deo tuo ho. 1. n. 2.*

II. *Sini lumbi vestri præcincti.* Intelligit D. Greg. per lumbos affectus motuque carnis rostræ : & inde fieri debet reparatio, vnde ortum est damnum. Hoc principium ducit à carne nostra quam assuit diabolus Spiritum perditurus sicut visus est Eva qua Adam prosterneret. Opus est primo illam mortificare. hom. 5. numer. 19. 20. & cum illa agere quod fecit Eleazarus cum elephante ad Sanctorum exemplum. ibid. num. 21.

III. *Sini lumbi vestri præcincti.* Hoc est nostræ salutis principium mortificatio carnis rigorosis ieiunij, si quisque penitentis : & quam vis videatur expandere, tamen in hoc nostræ consistit salus vt dixit Daniel Nabuchodonosor quando ostensa fuit illi arbor rescissa, cuius radicem annulo forti aræo & retro constrinxerunt ho. 1. nu. 3. ita fecerunt Ninivites ibid. numer. 7.

IV. *Sini*



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN



IV. *Sint lumbi vestri praeinisti.* Primum & principale remedium ostensum Nabuchodonosor fuit constructio radicis arboris annulo ferreo & aereo : & hoc idem demonstratur. hom. 1. n. 8.9. nam hoc significat, quod ieiunium, mortificatio & poenitentia, vita comprimit. ibid. n. 11. preparat ut cogitationes in caelum erigantur. ibid. n. 13. 14. nec non te disponit ut rotem caelestem accipias. ibid. n. 15.

V. *Sint lumbi vestri praeinisti.* Lugendum est quod ita timeamus carnem nostram ejusque affectus praertere, nam omne quod redoleat mortificationem, perterret nos, cum tamen alia quaecumque nos minime percellant: habemus ni fallor duo corda cum elephante. hom. 1. n. 17. non est quod timeamus, illa enim mortificatio & compressio etiam faminis est utilitatis in eo quod ipsa maxime desiderant, quod est eam promovere venustatem ut probat D. Athanasius. ibid. n. 16.

VI. *Sint lumbi vestri praeinisti.* Hoc inter cetera tibi incumbit ut affectus motusque carnis tuae refraines: quamvis enim verum sit quod illi primo prodeant & te non cogitante, tamen necesse est ut illico illos comprimam manuque incicias, sicut fecit Iacob Esau quando primus natus est, ipse vero posterior: nam plantam pedis eius manu tenebat, qua fratrem detinens: hoc non minimum est supplicium, quod Deus hominibus permittit ut liberè suis vacent carnis affectibus, sibi perniciosi: quocirca dum taliter vivunt legendi sunt ut reprobi cum filio prodigo liberè paternis excedente laribus. h. 18. n. 21. & solide declaratur qualiter Deus suam erga aliquem declaret indignationem, permittens ut suos liberè sedetur appetitus: & magnam econtra testetur misericordiam dum illos cohibet & refrinat. h. 35. n. 28. vsque 34. & probatur Dei misericordia cum populo suo, in eo quod ipso etiam inuito desideria eius represserit: sic tibi cum carne tua agendum. ibid. n. 34. 35.

VII. *Sint lumbi vestri praeinisti.* Necessarium est ut in actionibus vestris cauti sitis vestrosque lumbos praeringat, nec vivatis pro vestra libidine, sed in verbis vestris operibus & gressibus sitis admodum prudentes & timidi. h. 23. n. 17. & quamvis hoc laudabile sit, omnem tamen in hoc vitare stultitiam. ibid. n. 18.

VIII. *Sicut lumbi vestri praeinisti.* Affectus illos carnis vestrae praeringat: quia illis diabolus vitur, & attendit quisnam prodeat & se ostendat ut illico manum inciciat volque perdat. h. 5. n. 30.

IX. *Lucerna ardens in manibus vestris.* Hoc est secundum quod Christus requirit in ordine ad proximum opera scilicet misericordiae & nominatim elemosynas spirituales & corporales in beneficium proximi tui: haec intelligit D. Ambrosius. oleum esse, quod quia defuit virginibus fatuis, interierunt. h. 16. n. 3.

X. *Lucerna ardens in manibus vestris.* Curam facias oportet proximi tui: ad hoc enim tenetur discipulus Christi: nam sui tantum curam gerere, convenit discipulo Satanæ. h. 22. n. 1. & illi dandum est quo indigerit, & quod illi dare tu poteris in operibus spiritualibus & corporalibus. ibid. n. 3. 4.

XI. *Lucerna ardens in manibus vestris.* Opera lucis in manibus vestris. Opera virtutum dicuntur opera lucis ex singulari ratione. h. 19. n. 52. haec lucere debent in manibus tuis, ne sis sicut virgines fatuae quae lucere voluerunt oleo alieno. h. 37. n. 42.

XII. *Lucerna ardens in manibus vestris.* S. Iulianus Martyr ait: dum nobis in baptismo candela traditur, quasi monemur ut post ipsos consideremus qualis sit animam exhalantes: talibus enim candela traditur lucens, h. 31. n. 26. imò nos ipsos consideremus quasi mortuos & in pheretra depositos, velut Noe in arca sic lego apud D. Augustinum. h. 1. n. 48. atque in hac dispositione oportet nos semper mortem considerare propinquam: hoc etenim nos ad opera bona & bona compellat, & ad illa singulis horis augenda. nec nisi ad adhibendam diligentiam quam laudamus in Romæ & miramur in formicis. h. 44. n. 30. vsque 34.

XIII. *Et vos similes hominibus expectantibus.* Hoc est tertium à Domino propositum in ordine ad Deum. Plures fuerunt opiniones apud Philosophos inquirentes in quem finem Deus hominem in mundo constituit. Epicurus credebat quod ut delicis eius emerget Alij, ut aliquis esset qui solem inmeretur, sed exposit hoc D. Paulus dicens, nos hic vivere ut expectemus Adventum Domini, in quo ipse nos ad locum dicit ad quem nos creavit: *Expectantes beatam spem Christi.* que in hoc statim nos vult Christus ut sumus sumi: rati in Aegypto, illis enim praecipit ut praerant & facultatibus suis compactis in fasciculis, ceterisque dispositis, parati essent ea nocte qua egre de bellis, ut quam primum Moyses diceret: eia pergamus, penes continuo excederent. Vide quae diximus ad Evangelium: *Vigilate quia nescitis in Felto Confessio Penitentis.*

XIV. *Similes hominibus expectantibus.* Nolite tantum revelare horam in qua venturus esset, sed tantum dixit ut semper expectaremus, & sciremus eum Dominum temporis: atque hoc in eius cedingentibus quod sibi scientiam reseruet horae mortis vniuersaque & eiusdem pro beneplacito suo dispositio. h. 35. n. 38. atque per hoc radices in terram seminum sicut in eo loco illas non infigit seruus in quo perpetuo Dominum suum expectat ut cum illo prope diaur: & propter alias rationes quas indicamus in libro Pōitice ad illud: *Vigilate quia nescitis horam in qua veniet filius hominis.* De die illa & hora nescit, neque Angeli, neque filius hominis. h. 6. n. 1. h. 36. n. 1.

## INFESTOS, CONFES-

SORIS.

XV. *Beati serui illi, quos cum venerit Dominus, &c. faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis.* Faciet quod non videam me in toto E-

uangelio invenire verba, quibus tanta promittuntur; ut hinc: Si Christus promitteret seruis suis in hac vita, quod illos discumbere faceret, ipseque seruiret eis; iam meo iudicio hoc vidimus in cena, quando *Surgit a cena & misit aquam in pelvium, &c.* Sed quod dicitur quod existens gloriosus in caelo sedensque ad dexteram Patris gloria sibi debita conspicuus assurgit facietque illos discumbere qui in hac vita illi seruirent, illi que ministrabit ex vno loco ad alium transiens quasi seruis: *Transiens ministrabit illis*: quid amplius dici potest? Magna promisit Apostolis spondens quod accumbere illos faceret ad mensam suam quantoquidem sciamus quantum sit beneficium quando Rex aliquem suae mensae convivam assumit: sed multo praeclearius est spondere, quod in iudicio sedere faciet illos iudices sibi collaterales, ut dictum est in precedente Evangelio ad illud: *Sedebitis super sedes.* Porro dum ait hoc quod nunc, omnem superat sponditionem. Nihilominus valde convenit ei quod Dominus promiserat: quod scilicet faciet sanctis suis in caelo, quod ipsi fecerunt ei in terra: & quando eundem ipsi Christum in persona venientem pauperis ad domum eorum, discumbere fecerunt, & stantes illi multis eorum seruirent; his verbis omnimodam respondet correspondentiam: Hoc egit Abraham, adhas seruitur peregrinis, colique cogit discumbere: simul tunc & multi sancti. Vitilitatem habet hic conceptus hom. 27. num. 67. 68.

XVI. *Transiens ministrabit illis.* Ecce hic toties repetitur quod qualis tu Deo fueris talis & ipse tibi futurus est; teque ipsum in eo quod illi feceris, mensuram stantur eius quod tibi facturus est. hom. 25. n. 50. vsque 56. & ostendit in David, Lor, & aliis. ibid. n. 56. vsque 61. & hoc nostram redarguit negligentiam; quam vere tantam miramur, cum praecleara sint adeo praemia.

XVII. *Faciet eos discumbere, & transiens.* Non vult Dominus ut vera illa intelligamus prout sonant, sed significat ingens beneficium, sanctis suis a se praestandum in mensa gloriae suae: non enim erunt necessarij ministri qui seruiant: nam erit ipse Dominus qui illos iudicat, mensa erit ipse eiusque divina essentia: cibus erit ipse, lex erit ipse: qui corpori & animae subueniat, erit ipse: hoc nunc ut valde Theologicè dixit Apostolus: *Tunc euacuabit omnem potestatem & principatum & erit omnia in omnibus.* hom. 12. nuxer. 30. hom. 41. num. 36.

I. *Nolite timere pusillus grex, &c.* Luc. 12. Cum sciret Dominus suas illas oves infinitas esse & paucas, tuncque mundum in eas committendum, nec non occasionem habere timoris plurimam praesertim eas quae eius se tradiderant obsequio & sequela; timentes ne si tenuitarent in quae hic possidebant, fame deficerent: atque in persecutione sibi a gentibus excitanda, hoc quoque adiungeretur quod inopes essent, quodque tanto seuerius illos persequerentur, quanto viderent illos pauperiores conatur eorum animare: etenim milites sub eius vexillo militantes oportet ait ut sine violenti: nihil enim sic nocet in verba Dei iuranti quam metus: quocirca hunc illis auferre satagit. hom. 43. num. 33.

II. *Nolite timere.* Alias ipsos exhortatus est omnem adimens formidinem ex persecutione populorum commouendam: nunc autem illam illis adimit, causandam ex eo quod relictis opibus se pauperes esse conspicerent; est etenim pecunia substantia huius mundi eaque ablata omnia terrae corrumpit accidentia, sic ut nullas habeat homo vires, nullaque gaudeat defensione. hom. 16. num. 25. 26. 27. atque inde desiderantes Prophetae Aduentum Christi in illa forma, magis ad ignominias & opprobria composita, postulauerunt ut pauper adueniret. h. 41. n. 76.

III. *Nolite timere pusillus grex: quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum.* Hac ratione corda confortat Apostolorum: *Non turbetur cor vestrum, neque formidet; in domo Patris mei mansiones, &c.* Verè namque nihil sit cor excitat meumque, propellit quam magni spes praemij, vide dicta in Festo SS. Philipp. & Iac. ad illa verba: *In domo Patris mei.*

IV. *Nolite timere, &c. Complacuit Patri vestro dare vobis regnum.* Si Regnum in somnis exhibitum tantopere confortauit Ioseph & omnem ab eo metum propulsauit: quid aget regnum caeleste non somnium sed ab ipso Deo promissum? h. 11. n. 3. & vide notata. ibid. n. 4. vsque 14. h. 12. n. 7. vsque 20.

V. *Complacuit, &c. Dare vobis regnum.* Inquire omnes quos mundus coluit ut liberales, & considera verum simile inuenias promissum. Attende promissum Assueri, factum Esther: etenim iudicans se extremum impendere potentiae in promissis suis, obtulit illi, ut licet ab illo peteret diuinitum regni sui, continuo hoc ei traderet. Idem iurauit Herodes pellicis suae filiae: *Quidquid petieris dabo tibi, etiamsi dimidium regni mei.* Ecce quanta differentia inter illos reges & Deum; & inter illa regna, & Dei regna & diuina

B b b diuina

dim illorum, & totum Dei regnum. Totum suum regnum decreuit tibi dare mera sua liberalitate totum singulis. Argumentum est Theologiae Superioris. ho. 22. n. 23. vsque 26. h. 41. n. 63.

**VI. Nolite timere quia complacuit Patri vestro.** Tentat diabolus & ait, quod si Deo seruias mundusque valdeles fame interibis: etenim hanc Christo proposuit tentationem. hom. 5. num. 35. & ita respondebant nonnulli vati Hjeremix: si Deo seruiamus, fame languebimus. hom. 27. num. 1. Hunc Christus metum expellit, dicens primo, Deum esse nostrum Patrem, quodque singulari consilio Christus hoc nobis beneficium contulerit quo cum eius venia illum sic toto corde inuocemus, vt nostram excitaret fiduciam in petendo necessariam, nec enim maior est villa quam filij erga Patrem suum. hom. 42. n. 83. 84.

**VII. Complacuit Patri vestro.** Est Deus Pater vester, & pro vobis mundum creauit, sustentat animalia & plantas, imo multos peccatores, inimicos suos & infideles, o quanto minus vestro deerit alimento! hoc venerat argumentum. h. 27. n. 16.

**VIII. Nolite timere: complacuit Patri vestro.** Offenditur Deus si quis illi seruicium, non distinet sibi ab illo regnum esse dandum, dubitet tamen vtrum vitae huius necessaria sit largiturus. Idcirco puniuit Ananiam & Saphiram. Nota casum hom. 27. num. 8. 9. 10. Insuper Moysen & Aaron. ibid. spes tua excitecur considerando, qualiter subuenit Danieli. ibidem numero 11.

**IX. Nolite timere quia complacuit Patri vestro.** Expende verbum *Complacuit*, quod significat per meram suam gratiam, absque vilo tuo merito, imo etiam te non cogitante: insuper qui mille annis antequam fuisses, & per totam aeternitatem decreuit tibi dare regnum launi te praedestinando. Hic enim non desieret quin tibi tam exigua sit largiturus, quae sunt vitae tuae necessaria. Ex defectu considerationis huius rationis multi praetimore corruerunt, & omnem spem abiecerunt, ita Rex Asia cui dixit Propheta: *Suauiter nimis egisti* hom. 27. num. 43. 44. Vide dicta Domin. 14. post Pentecost. ad illud: *Nonne anima plus est quam corpus.*

**X. Complacuit Patri vestro.** Mera fuit Dei gratia velle tibi regnum suum dare, te primum adducere ad hoc Ecclesiae suae regnum, vt ex hoc militante sustollat te ad triumphum hanc: nec enim illum tua merita compulerunt, nec ratio suberat cur te potius quam alterum eligeret in China vsq. Turcia. hom. 17. nu. 14. 15. Nulla dies transeat quin non propter hoc Deo gratias agas, ne te peniat sicut Adam & Philosophos. ibid. 1. num. 16. & 1. 99.

**XI. Pusillus grex.** Quam pusillus erat ille grex quem Christus elegit: pauci erant, pauperes & idio-

tae, atque in hoc suam ostendit potentiam per ipsius triumphum referens de fortissimis, sapientissimis, potentissimis, nobilissimis, & mundi ditissimis. h. 30. n. 41. Vide notata in Festo Ascensionis ad illud: *Exeruit mundum vniuersum.* Et in Festo S. Andr. ad illud: *Venite post me & faciam vos &c.*

**XII. Venite quia possidetis: Facite vobis sacculos qui non veterascunt.** Miram Dominus doctrinam docet, nec enim credat ille qui sua omnia pauperibus largitur, eorum se paria curam: imo potius sibi ipsi illi in perpetuum lucratur & conseruat, hic impletur illud Dauidis: *Qui replet in bonis desiderium tuum.* homil. 33. numero 26. Vnum ex illis est esse diuites, & nostras seruari facultates. Nullum ad hoc aptum medium quam opes in sacco conicere pauperum: nec enim illi vnquam tibi veterascent. Primum quia in se Christum continent, hic enim se inter illos praesentat, receptique quacumque dederis. hom. 11. num. 13. vsque 16. Quocirca pauperem considerat oculis fidei hom. 30. num. 24. 25. sic illos considerat Abraham alijque sancti. hom. 27. num. 67. 68. Imo et ipsi Apostoli. ibid. n. 68.

**XIII. Facite vobis sacculos.** Secundo pauperes sunt sacculi sed tibi: nam tibi particulariter illos meretur Deus: quatenus in illis reponas quod tibi sit profuturum: quod enim his non commendaueris non tibi profuturum est sed hereditibus tuis, illisq. qui tibi nihil in re dependunt gratiam. h. 1. n. 37. 38. atque eo sine tibi pauperes mittit, vt illis mediantibus tibi thesaurizet. ibid. nu. 39. 40. Et hoc est quod Dominus addit: *Facite vobis sacculos, &c. Thesaurum non desinunt in calis, quo sur non appropriat, nec sine corrumpit.*

**XIV. Facite vobis sacculos.** Maxime tenetur Christo qui nos docet qualiter bonis ipsis corruptibilibus & aereis lucremur aeterna, & ponderis infiniti, melius quam illi se deuidios iudicauerit Socrates quem gentiles Romae Deorum albo inscripserunt quod ex sordibus & stercore domum doctusset cui messem colligere copiosam. h. 27. n. 74.

**XV. Facite vobis sacculos.** Offenditur non parum Deus quod agricola suam fiat terrae facultatem, & in illam eius manibus diffidas, dando elemosynas: quae nanque eas recipit: noueris igitur nullum hoc esse certum lucrum. h. 27. n. 76. 77.

**XVI. Vbi enim thesaurus vester est, &c.** Hoc est quod Dominus praetendit corda scilicet nostra eradicare de terra, vt illa caelis insigamus vbi namque thesaurus tuus est, ibi est cor tuum. Vbi tibi miseris, quia namque in mundo tuum habes thesaurum, ibi est & cor tuum, vt confirmatum est in diuina, de quo D. Augustinus Paduanus & hinc est quod veniens ad concionem in Ecclesiam exiguum referas fructum: quia cor habet in mundo & facultatibus. homilia 29. numero 23. & 106.

Septem contingit quod Pharisæis, vt audiendo sermones, admitteris sed non conuertaris. *ibid.* num. 21. Vide quæ diximus die Cinerum ad illud: *Vbi est The- saurus tuus.*

INFESTO S. VIRGINIS.

I. *Simile est regnum caelorum decem virginibus,* Math. 25. Fuit hæc parabola quasi finis prædicationis Christi, qui ingressus Hierosalem Dominus a Palmis ibidem quintiduo moram traxit vsque ad mortem suam, vt supradictum est in Festo Confessoris Pontificis ad illud *Vigilate.* est in Festo parum coram: eius Iudæos qui eum morti adiudicabant; scilicet hæc parabola quasi vltima concionis eius pars vt illam teacius memoriter infingeremus; vt aliquid maximi momenti quo ad perpetuas excitemur vigi- las. *hom. 6. num. 10. 11.*

II. *Simile est regnum caelorum.* Nostræ saluti maxi- me conueniens est timor Dei. *hom. 6. num. 1. 2.* & ni- hil sic potest eum excitare, quam id quod nostram tangit salutem: nam hæc ea est sollicitudo quæ san- ctis magis affliguntur. *hom. 37. num. 2.* & considerare quod Deo reddere debeamus rationem: nam ex his- toria tantum imaginatione David totus contremuit. *ho. 6. n. 2. vsq. 7.* & bene hoc Daniel declarauit. *ibid. n. 12. vsque 21.* erique maior si huic adiungas id quod Dominus postulat, vt nimirum ex hac parabola intel- ligamus quod venturus sit inexpectato: vide supra E- uangelium. *Vigilate quia nescitis quæ hora.*

III. *Simile est regnum caelorum decem virginibus, &c.* Quotiescumque quod cum Euangelium sit lex amoris, primum opus quod Christus fecit se mundo manife- stans, actus fuerit timoris, flagellum manibus suis ar- ripiendo templique cedendo profanatores: similiter & quo eiusdem Euangelij finiuit prædicationem: et- erum agit de timore iudicij; itaque principium & fi- nis spectant timorem; & merito; quia fundamentum amoris vt stabilis sit & non temerarius, est timor po- tissimum illi qui cor habet abiectum, quale habent miseræ filij Adam, qui nisi virgam videant, sunt inso- lentes. Nota conceptum. *hom. 28. num. 5. & seqq.* & hinc patet ratio quare Dominus à flagellis inceptit, & Enem imposuerit hæc parabola nos perterrens; quod in à pectore suo blando & amico est alienum. *ibid. num. 2. vsque 5.*

IV. *Simile est regnum caelorum decem virginibus.* Loquitur de Ecclesia quæ dicitur regnum caelorum ob rationes à Sanctis expensas, & fideles dicuntur Virgines: non quia coniugati non pertineant ad Ec- clesiam, quinimo status matrimonij sanctus est, vt vi- demus in Enoch & Noë, &c. *hom. 24. num. 17. vsque 21.* sed propter integritatem fidei; dum enim Syna-

goga illam custodiebat, dicebatur, *Virgo Israel:* quã- do vero ab illa deficiebat, arguebatur vt *Adultera & fornicaria;* & etiam propter singulare mysterium; nempe quod anima per fidem Deo desponsetur & hoc desponsorium nullam in anima corruptionem o- peretur sicut terrena in corpore desponsatorum: imo vero mundiciam & integritatem Virginibus proprias; & hoc zelo animarum flagrabat Apostolus quas inge- bat corruptas per idololatriam, violatas, traditas dia- bolo, sponso corruptori, quas desponsare desiderabat Christo; hic etenim sponsus, eiusque sponsalia, illas crearent castissimas Virgines: *Emulor enim vos, &c. despondi vos uni viro Virginum castam exhibere Christo.* q. d. notate quod vos desponderim viro celeberrimo, Christo scilicet vt animas singulorum Virginum red- dat castas & mundas nam tales Deus vult animas in hac Ecclesia suæ republica quæ sint Virgines; eo namque sine illam insinuat, intendens non vt animæ Virgines violentur, sed potius violatæ Virgines eua- dant & mundæ. *h. 34. n. 3. 5. 5.*

V. *Decem virginibus quæ accipientes lampades suas.* Virgines erant vocatæ & inuitatæ ad sponsi nuptias. Hic considera Christianorum felicitatem; nam idcir- co dicuntur *Vocati* eo modo quo dixit Apostolus: *Vocauit nos vocatione sua sancta.* Nos creauit candidatos & prætensores regni caelestis. Quantum hoc est be- neficium! *h. 11. n. 9.*

VI. *Decem virginibus quæ accipientes.* Magna fuit hæc puellarum felicitas vocari ipsas, & expectare vt sponsi nuptiis fruantur. Multæ erant ahae, sed has in particulari sponsus inuitauit ex mero suo beneplaci- to, & hoc nobis indulget ad suam nos vocans Eccle- siam, omittis aliis infinitis, nam illi tantum qui in ea sunt expectare possunt iniquitatum fruitionem; qui namque fidem habent Iesu Christi spe certa fulgent: quia *fides est substantia rerum sperandarum.* *h. 17. n. 14.*

VII. *Decem virginibus, quæ accipientes.* Quando D. Ioann. ostendit Angelus locum nuptiarum sponsi, illi- que dixit multos ad illas inuitari, vocemque audiuit: *Beati qui ad eorum nuptiarum agni vocati sunt,* ad pe- des se prostrant Angeli sibi talia demonstrantis no- u. que annuntiantis; quanto magis decet nos esse gra- tos caelesti sponso, qui nobis has demonstrat nuptias, atque ad illas inuitat merà suâ gratia. *hom. 11. n. 1.* Iu- dicauit D. Paulus nos ad perpetuam ob tale donum teneri Deo gratitudinem. Illi gratias age ne tuam puniat ingratitude sicut Adam & Philoophorum. *h. 17. n. 16. vsque 22.*

VIII. *Decem virginibus, quæ accipientes lampades.* Habes hic descriptum Christianum: Virgo est qui cum lampade expectat vt sponsi potjatur nuptiis. Lam- pas fides est, quam D. Petrus vocat lucernam accen- sam, quæ nos in nocte illuminat; quia fides docet

nos & declarat in quem finem nos Deus creauerit, atque in mundo stauerit: circa quod multi errores leguntur apud Philosophos: quidam dicebant hominem à Deo in mundo constitutum et eius deliciis bonisque gauderet, talis erat Epicurus: alij vt esset qui opera Dei contempleretur: nonnulli vt in hoc theatro essent perpetuae representationes: potro lucerna fidei nos illuminat: etenim docet nos cum Apostolo nos hic vivere: *Expectantes beatam spem*: talia namque sunt hæc bona vt illa non possemus naturali luce cognoscere, vt declarat D. Paul. *Nec oculus vidit*. h. 12. n. 17. vsque 20. nec illa tota natura creata desiderare, si precedente lampade fidei spes non adiungeretur quæ est eius fundamentum. ibid.

IX. *Accipientes lampades*. Optimè comparatur fides lampadi, cuius lux oleo fouetur, quo deficiente lux obscuratur: quia fides alitur & lucet charitate eiusque operibus: & quanto hæc amplius crescunt, tanto crescit & lumen fidei, prout videmus in sanctis: quanto namque maiori seruebant in voluntate charitate, tanto eiusdem mysteria clariùs agnoscebant, vt probatur exemplis. hom. 29. num. 56. Idque eo modo vt aliquando ex integro deficiente hoc oleo, fides etiam extinguatur: vt constat in multis Hæreticis. ibid. numer. 52. vsque 56. Itaque sicut oleum quamuis non accendat lucernæ lumen, tamen necessarium est ad eius conseruationem: ita charitas eiusque opera fides non accendunt: hæc etenim ex meta Dei procedit gratia: *Non ex operibus*, vt dixit Apostolus veram tamen mundam non conseruatur & pura sine charitate. ibid. & hoc significarunt lampades quas vidit Zacharias iuxta quas septem erant suffusoria oleo plena & dux oliuæ. hom. 30. num. 25.

X. *Decem Virginitibus, quæ accipientes lampades*. Expe dicit vt aliquoies hæc optimam perpenderes sortem, nec semper oculos in hæc temporalia deflecteres: nam præterquam quod habitus sunt difficilia, vt Dominus ostendit Samaritanis. hom. 29. n. 73. 74. Deus te non creauit ad res adeo abiectas vt dixit Salomon. h. 11. n. 1. Consultum foret finem tuum considerare iuxta consilium Abbatis Moyfi. ibid. n. 10. & pilæis esse alatus vt dixit D. Gregor. ibid. n. 12.

XI. *Quingue erant prudentes. Et quingue stultæ*. Declarat Christus quod in duobus ordinibus fideles Ecclesie sue comprehendantur: quidam enim saluandi, alij damnandi, quod exponit sub figura prudentium & stultorum: quia quicumque damnabuntur, ob stultitiam suam damnabuntur, vt dici possit illud Propheta: *Perierunt propter suam imprudentiam*. Idcirco ita laborat Christus vt illos prudentes. Idcirco tantum nobis ministrat saltem, synbolum prudentiæ, scilicet Apostolos & Sanctos Doctores: quibus hoc imprimis commendauit, vt de mundo stultitiam

eliminarent. Vide dicta in Festo Ascensionis ad illud: *Euntes in mundum vniversum*: & in Festo SS. Trinitatis ad hoc: *Euntes docete omnes gentes*.

XII. *Quingue prudentes acceperunt oleum in uasis suis cum lampadibus*. Declarat Dominus harum prudentiam in hoc notari quod sibi oleum comparauerunt: etenim hoc prudentia est officium, si lux adesse debeat, necessaria ad eius conseruationem comparare imprudentia & fatuitas aliarum arguitur quod oleum sibi non emerint. Verè iuxta D. Chrysostr. le fatuas ostenderunt: quandoquidem peracto potius & molestiori, in minori & leuiori defecerunt: quod principalis erat fecerunt, quia Virgines fuerunt de virginitatem suam seruauerunt illibatam nec hinc Christus in illis defectum redarguit: & hoc est quod adeo magnum, vt si ad castitatis custodiam multatam requiratur mortificatio carnis, perpetua vigilia, stricta solitudo & cautio: multo magis hæc requiruntur ad virginitatis custodiam. Lampades sibi comparauerunt, & impleto hoc magno, defecerunt in hoc paruo quod de oleo sibi minime prospexerint. Hæc est Christus fatuitas, qui impleto difficili & graui, languente in leuiori. Nihil ita operosum fuit in mundo, quam fidem Iesu Christi recipere, illam credere & hanc subiicere intellectum rebus adeo non probabilibus, ut necesse sit illum captiuare. Memento huius conceptus. hom. 29. n. 9. 10.

XIII. *Prudentes acceperunt oleum*. Patet hic imprudentia: nam peracto grauiori, minus negligente, maxima difficultas, quam mundas passus est, ea sine vt crederent hominem crucifixum esse Deum, in morte latere vitam, in cruce gloriam: hoc etenim afferit Apostolus mundo persuadeti posse difficilissimè. hom. 42. num. 27. hom. 44. numer. 25. idque taliter, vt cum Christus esset diuina sapientia, tantumque faceret mirabilia ad huius confirmationem illi tamen Iudæi fides adhibere noluerint: ita vt mirus sit tantam eorum præsuppositis talibus operibus incredulitatem. hom. 34. num. 43. tantum opus perfecisti ad iudicium Dei gratia, fidem hanc recipiens, tuum submittere intellectum illumque captiuans, libertatem tuam relaxans & cohibens insolentiam: hæc autem tua est libertas, vt superato difficiliore, animum abicias in faciliore: etenim credens sub gloria latere crucem, crucem tamen exhorrensas, & credens diuitias æternamque requiem abscondi sub aduersitatibus, illas tamen in lingua nam idcirco dixit D. Chrysostr. gentiles sibi non potest persuadere quod Christiani credant id quod dicunt credere. ibid. n. 44. vsque 47.

XIV. *Prudentes Virgines acceperunt oleum*. Prudentes fuerunt: nam supposito quod conuenienter adhiberunt & cum lampadibus expectarunt, sibi comparauerunt quod minus erat difficile, quod aliq non fecerunt

quorum symbolum fuit vxor Lot quæ regressa de Sodomis, ubi suis vacabat voluptatibus, quod summum erat quod facere poterat, minus non perfecit; nempè ne caput reflecteret: & idcirco conuersa est in statuam salis, vt nos prudentes efficeret. ho. 8. n. 49.

XV. *Quinque fatua.* Stultæ fuerunt quandoquidem non argumentabantur, quod si expectarent, de necessariis sibi debetur prouidere: & hæc ea est mulierum insipientia, quas Spiritus S. vocat animas indisciplinatas: non enim dilcurrunt nec circa id quod credunt, nec id quod audiunt à prædicante. hom. 29. num. 21. 22.

XVI. *Acceperunt oleum in vasis suis.* D. August. per oleum humile intelligit cognitionem beneficiorum Dei: quæ quia defuit Angelis, perierunt & similiter superbi Philosophi teste D. Paulo. ho. 29. num. 51. atque idcirco tu peribis; quia receptis Dei misericordiis in donis naturalibus & supernaturalibus, illis te extas, & receptis opibus pauperi non succurris, nobili tua progenie pauone non imitaris vt pedes tuos contempleris. hom. 17. n. 16. quinimo aliquoties iisdem ipsis donis à Deo tibi concessis illum offendis. ho. 35. num. 16. vsque 22.

XVII. *Acceperunt oleum in vasis.* Necessaria sibi procurant, & quia dispositio rationum cum Deo, maxime refert, hanc præueniunt ad exemplum Ruth & formicarum. h. 34. n. 31. vsque 34.

XVIII. *Acceperunt oleum in vasis suis.* Magna fuit hæc prudentia oleo vasa sua replere, proprio nimirum; non autem agere sicut fatuæ, quæ oleo lucere veluerunt alieno; frequens hoc valde est in mundo, fulgere velle ex alienis prædecessorum suorum operibus. h. 37. num. 42. vsque 45.

XIX. *Acceperunt oleum in vasis suis.* D. Ambros. eam opinionem communi Sanctorum per oleum intelligit misericordiam eiusque opera, sed potissimum e-  
leemosynam, hanc etenim Deus diuitibus reliquit in peccatorum suorum remedium, & quidem conuenienter; statim etenim adiungit Dominus historiam de iudicio, in quo tantum producit in publicum opera misericordie iustorum quibus in præmium regnum tribuit cæleste, & eorum defectum in reprobis ob quem illos condemnat. ho. 6. num. 56.

XX. *Oleum in vasis suis.* Hæc est illa promissio tibi facta; sed particulariter diuitibus; etenim propter hanc eius defectum te Deus cum diuie epulone damnet. hom. 16. nu. 7. vsque 16. hanc tibi tradit prouidentiam in tuorum remissionem peccatorum cum modo alia non facias opera penitentiae; hoc designatur in lampade oleo abundanti quam vidit Zacharias. ho. 30. num. 25.

XXI. *Moram faciente sponso.* Conquerebantur aliqui in diebus D. Petri, quare Deus tantopere tardaret,

quandoquidem semper illos perterebant dicentes: Tam venit, propè est iudicium, & respondet; Patienter agit propter vos nolens aliquos perire, sed omnes ad penitentiam remeri. Magne tribuitur hoc Dei misericordie modicum expectare modicumque tempus enlargiri. hom. 35. num. 36. & quamuis peccata tua illum urgeant, procrastinat tamen, ne te perdat iuxta illud Theocritus retrahat cogitans sic explicant D. Ambr. D. Hieron. D. Chrysost. hom. 37. num. 22. 23. caue tibi ne sis ita peruersus vt hæc mora tibi sit occasio peccata multiplicandi, sicut illi fuit de qua conqueritur in Apocalypsi. ho. 35. nu. 37.

XXII. *Moram faciente sponso.* Expectat te Dominus vt dixit Isaias. h. 37. n. 18. ne tu sis ita impudens vt ex eo ipso illum detineas expectantem. ibid. numer. 19. 20. 21.

XXIII. *Moram faciente sponso.* Qua veritate dicimus tardare Deum, si tam brevis sit hominum vita? vide quæ diximus in Euangelio de quinque talentis ad illud, Post multum verò temporis venit Dominus.

XXIV. *Dormitauerunt omnes & dormierunt.* Quo tempore sunt in hac vita, omnes dormiunt hoc est cadunt in delicta; sed de bonis dicitur quod dormiunt; quia eorum delicta leuia sunt sicut somnus eius qui dormitat, quibus hæc Deus delicta permittit vt eos in humilitate conseruet. ho. 15. n. 45. h. 24. num. 27. similiter quia ad vnâ vocem quâ vocantur, in se reuertuntur; sunt enim oues Dei, sicut Magdalena. hom. 38. n. 41. nec fixum habet in illis locum ipsum peccatum, sed est vt peregrinus, sicut Nathan de peccato David explicauit. ibid. numer. 26. de reprobis dicitur quod dormiant, quia se tradunt somno peccati sine vlla formidine & ita profunde obdormiunt: vt licet multipliciter illis acclametur, non tamen currant non recordentur, vnde merito comparantur ollæ immundæ Ezechielis, quam hic non potuit emundare. Is. 25. n. 30. & argento reprobo Ieremiae. h. 23. num. 49.

XXV. *Dormitauerunt & dormierunt.* Prudentes pleno non se tradiderunt somno, sed dormitauerunt; sicut ille qui expectat: nam uigil adstat quatenus paratus sit, timens ne singulis horis & momentis veniat Dominus. Fatuæ verò socordes obdormierunt, sibi persuadentes vt quid certum quod Dominus non veniret: nam hoc significauit Dominus in alia parabola eidem proposito conueniente, de malo seruo qui expectans Dominum ad somnum se recepit dicens: *Moram facit Dominus meus.* &c. & hæc fiducia, siue potius præsumptio occasio est vt somno peccati obdormias. Etenim hoc tibi in ore frequens est: est mihi tempus sufficiens, sanus sum & hac præsumptuosa fiducia sustinui; peritiam in peccatis tuis perseueras, longoque tempore obdormis. vt Dei patientiam fatigares. v. de aris. ho. 37. n. 20. 21.

XXVI. *Media nocte clamor factus est.* Tu iudicium clarius poteris loqui Christus & verbis apertioribus tibi prædicere, se venturum inexpectatò. Non desiderat iudex comprehendere latronem si præmonet illum de hora quæ venturus est; & adagium habet: qui te præmonet non te decipit. hom. 13. n. 2. 3.

XXVII. *Media nocte clamor factus est* q. d. horâ minimè expectatâ & importunâ, audita vox est eorum qui præcedebant dicentium: Jam venit Sponsus: etenim hora in quâ quis dormit minus sollicitus: est mediæ noctis hora. Argumentum expenditur ho. 36. n. 47. & vide supra dictam in Evang. de Pontifice Confessore; *Vigilate ad illud; Ne scitis qua hora Dominus veniet.*

XXVIII. *Tunc surrexerunt omnes Virgines illæ.* Ita Christus loquitur de hora mortis singulorum, sicut de hora iudicij, & eleganter describit angustias quibus mali in hora mortis affiguntur, dum se vident sine lumine & ornatu necessario ad recipiendum sponsum, & hoc melius capimus ex eo quod quotidie oculis conspiciamus, & peccatoribus contingit, dum enim minus cogitant, morbo se legunt oppressos morali, audiuntque vocem intonantem: *Eccc Sponsus venit.* Quales tunc turbationes, quales tunc paritur cor eorum angustias: Quanta tunc oleum quærendi sollicitudo, illudque à Virginitibus petendi prudentibus: ut nihil celebrentur, instituantur peregrinationes: & orationes servorum Dei, quibus animæ eorum negotium rite disponatur, ecce quod tunc diximus quod ita negligenter vivens, in hora mortis his dolebit te obturum angustis & in te Davidis illud implebitur, quod clavis confixus morieris. ho. 13. n. 53. 54. tibi que id quod Sifara contigit. Conceptus hic tibi horrorem incutiat ibid. n. 55.

XXIX. *Date nobis de oleo vestro.* Hæ sunt angustia peccatoris in hora mortis, illi que accidit quod gubernatori qui ab hoste circumcinctus luget tormenta sua bellica clavis obfirmata. ho. 13. n. 56. 57.

XXX. *Date nobis de oleo vestro.* O fatuus! an igitur hac horâ quaeritis quod vobis erat ita necessarium? merito tales vocat Isaias delusores ho. 13. n. 58. illi que prædicat quod morietur in peccatis suis: quando quidem tot consiliis à se nodis, sine dubio non solvendi sunt unico instanti nisi summa difficultate ibid. num. 61.

XXXI. *Date nobis de oleo vestro.* Quandoquidem vsque modo distulistis oleum quaerere, non illud invenietis: satis patet quod illud quaeratis hora mortis, ostendentes quod vos peccatorum poeniteat, sed vobis evaniet ut Pharaon, & nisi suo tempore peccatum occideris dum vivitis, ipsum vos tunc occidet, sicut Amalecites Saulem hom. 13. n. 64. & sequentibus.

XXXII. *Date nobis de oleo vestro.* Quam diligenter quaerebat Antiochus oleum misericordiae sed illud

non invenit in hora adeo misera. Horribile est hoc exemplum. h. 35. n. 8. 9. h. 38. n. 46.

XXXIII. *Venit Sponsus & quæ parata erant intraverunt cum eo ad nuptias.* Non dicit intraverunt ad nuptias illæ quæ tunc parata erant: etenim valde difficulter tunc in hora mortis legitimus fieri potest apparatus: quæ requiritur ut homo sit sibi valde præfens, & sicut dixit Tertullianus, non qualibet satisfacit poenitentia, sed illa quæ est Myrrha probatissima. h. 38. n. 46. tunc in illa hora omnes turbatae sunt potentia, & quæ videntur quod infernus nonnulla verba & rationes proferat ad animæ suæ salutem; attamen illa non intelligit videturque magis echo quam vera vox. ho. 11. numer. 55.

XXXIV. *Quæ parata erant.* Ne differat in illam horam præparare quæ necessaria sunt: nam etiam vult illa Christus prævenire; tuncque consilium ut cum adversario rem componas antequam ad tribunal accedas. ho. 34. n. 30.

XXXV. *Et clausa est ianua.* quamdiu vitis potius habet Deus apertas, ita ut qualibet horâ tibi poteris illum accessus ut misericordiam ab eo postules: denter admodum à te: nam ut Deus tecum agat, oportet occasionem. ho. 36. n. 40. 41. Sed finita hæc vita *Clausus est ianua*, sicut illis quicum sponso ierant, numquam enim egredientur: ita & illis qui tunc miserunt, etenim numquam ingredientur: & hoc Abraham epuloni asseruit. *Magnus chaos inter nos & vos positum est, ut non possint & c.* Ecce hic honorum in gloria æternitatem: etenim conducit ad illam, sciam fore perpetuam hom. 11. n. 34. & malorum in panna, quarum maxima erit, eiusdem æternitas. Hæc tunc alia terrebat summopere D. Basilium, si que hæc audita te non moveant, quod ipse te iudicet omni salutis expertem. hom. 6. n. 64.

XXXVI. *Novissime veniunt & reliqua Virgines accedentes Domine Domine operi nobis.* Accedunt illæ facti diues epulo ad Abraham: *Abraham miserere mihi* quod quid enim petijt amentiam redolebat & stultitiam. ho. 16. num. 47. & seq.

XXXVII. *Amen amen dico vobis: nescio vos.* Clausa est ianua: quia imprudenter estis & stultæ: inquit etenim domum stulti non ingredientur. Excellentiam hic attende status beatorum: non enim illum ingrediendur Virgines imprudentes, iuxta illud Prophetarum: *Solum imprudentem non videbitis* ho. 12. n. 34.

XXXVIII. *Amen dico vobis: nescio vos & c.* Nihil potest esse gravius insipientia quam transacta vita caritatis, velle sponsi gaudere nuptijs cum prudentibus: fuit hæc stultitia Balsam & eius qui sibi persuadet venienti posse alinum cum cauda pavonis. hom. 37. n. 44.

## IN FESTO S. MVLIERIS.

**I** Simile est regum calorum: thesauro abscondito in a-  
 Matt. 13. Continet hoc Evangelium tres pa-  
 rabolas: de thesauro abscondito, de gemma perdita, &  
 de signa: quibus Dominus altiora declarat mysticis: nec enim omnibus sunt obuia, & ita credit D. Chryf.  
 hom. 48. in Math. quamuis enim Dominus turbæ  
 predicasset multasque propoluisset parabolas, de se-  
 minante, de fermento, de grano sinapis & de zizanijs,  
 secutus cum Apostolis has illis expositorum ad eorum  
 iustitiam. tres alias superaddidit huius Evangelij. In  
 duobus prioribus sublimis declarat nostræ iustificatio-  
 nis & saluationis mysterium quod Dominus sic ope-  
 rat, ac si nos nihil in hoc operaremur, & in tertia  
 quasi opus hoc à sola nostra penderet diligentia. In  
 primo de thesauro quem casu prospero inuenit homo,  
 gratiam declarat diuinam: etenim illam nuenit, no-  
 stris non adscribitur diligentis, sed casu & optimæ  
 sortis de qua sic Apostolus: *Sorte vocati sumus.* In se-  
 cunda de gemma pretiosa, quam Mercator indultriâ  
 sua stodioque inuenit, declarat nostram requiri dili-  
 gentiam, ut cum talentis Dei negotiemur ex quo patet  
 nostræ negotiorum iustificationis iussum esse Societatis  
 hom. 10. n. 33. atque ad Dei manum, qui nobis hunc  
 reuelant thesaurum requiritur ut nostra quoque acce-  
 dat cooperando h. 24. n. 18.

**II.** Simile est regnum calorum thesauro. Multis re-  
 bus S. P. P. Hoc thesauri symbolum attribuerunt,  
 sed diuinam intelligamus gratiam, quæ thesaurus est  
 adeo dices, ut maiorem Deus non habeat, in omni-  
 bus omnipotentia suæ thesauris: quia per illam ho-  
 mines tribuit esse filij Dei iuxta sententiam D. Pet.  
 Thesaurus est quia illam habens, totum possidet Deum  
 qui est: *Omnis bonum*, quia sicut nulla potest maior  
 esse paupertas, quam ubi hic thesaurus deficit, ita ma-  
 iore esse non possunt diuitiæ quam ubi hic possidetur,  
 & ita intellexerunt hoc Israelitæ. hom. 13. num. 5. 12.  
 vsque 17. imo aliquid huius gentiles intellexerunt dum  
 Deus suorum clavis confingebant. ibid. nu. 17. & in lucta  
 sua declarauit Iacob. ibid. nu. 20. vsque 23. & expecta  
 est synagoga iudeorum ibid. n. 23.

**III.** Simile est regnum calorum thesauro. Thesaurus  
 est gratia Dei per quam totus Deus possidetur, vnus  
 inuentus & vnus in personis idem ipse quem beati  
 possident, ut declaratur similitudine adamantum. ho.  
 37. num. 58. sicut per peccatum homo possidet in ani-  
 ma sua n. a. orum abyssum: quia peccatum equus est  
 per quem Diabolus in animam ingreditur. ho. 19.  
 num. 15. & operatur effectus mortis & inferni ibid.  
 num. 13. 18. 20.

**IV.** Thesaurus abscondito in agro. Sicut opulentissi-  
 mus thesaurus est possessio Dei per gratiam in animas  
 ita summa miseria est per peccatum Dæmonis in ea  
 inhabitatio: multoque grauior quam si in corpore,  
 dumtaxat moraretur prout varijs probatur exemplis. h.  
 19. n. 20. 21.

**V.** Simile est thesauro abscondito. Hic itaque multo  
 melior est quam lapis Philosophalis quem Philosophi  
 constringunt qui lotum & lapides suo contractu conuer-  
 tit in aurum: hoc agit gratia Dei: quidquid enim a-  
 git ad Dei gloriam, hoc efficit vitæ æternæ merito-  
 rium, etiam comedere, bibere, dormire, ipsas tribula-  
 tiones & pauperiem, quæ te inuicem tibi contingunt,  
 additque illis pretium infinitum: ut patet in Chana-  
 nna & mendico Lazaro ho. 9. n. 47. & in S. Latrone h.  
 44. n. 27. 28. ubi hæc deficit nihil est quo Deo placeat,  
 ut declarat D. Paulus locutus de charitate comite gra-  
 tiæ: quia opera sine illa, vitam non habent, & potest  
 hoc declarari per nomen illud quo natus Heli filium  
 suum appellauit ho. 13. n. 7. 8.

**VI.** Thesaurus abscondito in agro. Declarauit Chri-  
 stus in his concionibus quod mundus sit campus: *A-  
 ger est mundus.* Circa quod aduertit potest: quod quo  
 tempore hoc in mundo viuimus periculo subiacemus  
 ne messis adhuc in agro ab animalibus, auiibus, nebu-  
 la, grandine deualletur & similes multos videmus in  
 mundo qui multa meritorum congregata n. esse, tam-  
 tandem vel nebula vel grandine peccati cordibus eorum  
 superincidente perdidit ho. 4. nu. 12. vsque 19.  
 quod declarat Prop. eta. loel verbis illis quibus expo-  
 nit id quod agro sæpe contingit, quicum instar horti  
 floreat, superincidente grandine velut desertum sterile  
 efficitur. Ante ipsum quasi hortus voluptatis, & post  
 ipsum solitudo deserti h. 19. n. 11. hinc collige præcau-  
 tionem periculorum & sollicitudinem quæ tibi ab illis  
 est cauendum, in quibus nemo securus est: etenim ut  
 hoc ostenderet Christus, ipse ea declinauit. Hunc re-  
 tine conceptum. ho. 36. n. 16. vsque 29.

**VII.** Thesaurus abscondito in agro. Dixit Isaias ven-  
 turum Deum sed latenter, cuiusque dona fore abscon-  
 dita: *Erit quasi qui absconditur à vento.* Quod Septua-  
 ginta sic legunt: *Oculians sermones suos* sub nomine:  
*Sermones* non tantum verba capit sed thesauros & se-  
 cundum hoc veniens in mundum suos videtur velle  
 thesauros abscondere primo suspensus: etenim diuinita-  
 tem suam sub nostra occultat humanitate, diuitias suas  
 in nostra paupertate, & gloriam in nostris lacrymis  
 ut illi dicere potuerit Propheeta. Verè tu es Deus ab-  
 sconditus, ibid. & hoc ipse Dominus exposuit similitu-  
 dine fermenti absconditi in farinae satis. Insigne  
 mysterium ho. 41. n. 70.

**VIII.** Thesaurus abscondito in agro. Latet hic  
 thesaurus Christus absconditus in mundo sub ro-  
 stris



stra humanitate ob rationem quam Deus Moysi declaravit. hunc veneror conceptum. h. 41. n. 75. 76.

IX. *Theſaurus abſcondito in agro.* Sicut ſeipſum abſcondit, ſic etiam gratiæ ſuæ theſauros, abſcondit gloriæ ſuæ gratiam ſub paupertate, & gaudium ſub lachrymis, & gloriā abſcondens ſub aduerſitatibus. h. 11. num. 15.

X. *Theſaurus abſcondito in agro.* Aſcendit montem; & officium ni fallor obit occultatoris ſuorum theſaurorum, regni ſci celeſtis ſub paupertate, conſolat. omnis æternæ ſub ſteribus, ſaturitatis ſub fame & ſiti. Illos theſauros ita latentem abſcondit, ut illos oculi ſapientiffimorum mundi non detexerint: unde ſic orabat Apoſtolus, ut Deus concederet nobis oculos illuminatos, quibus illos inueniremus, & eſſemus ſimiles illis quos Hiſpani vocant Zahori, qui ſub aridiſſimis locis aquarum fluentia manifeſtant. h. 11. n. 7. 8.

XI. *Quem qui inuenit homo.* Nota vim verbi: *Inuenit*; quod ſignificat forſuito inuenire id quod non quaerebatur. h. 28. num. 44. & declarat Dominus quod inuentio huius theſauri tux diligentia & inquisitioni non ſit attribuenda, ſed eius gratia: tibi namque dicit: *Inuentus ſum à non querentibus me* optima forſ hęc tibi eſt quā Deus tibi tuos reuelat theſauros, dans tibi ius & media ad illos obtinendos: etenim hęc omnia ex mero eius proueniunt beneplacito, qui hoc tibi conceſſit ut illis inuenias, non Mauro, non Chineſi, cum tamen non plura tu quam illi haberes merita. h. 17. nu. 14. 15. ob hoc illi gratus eſto, ne tanto te priuet bono. ibid. n. 16. & ſeq.

XII. *Quem qui inuenit homo.* Magna eſt hęc Dei miſericordia & felicitas hunc theſaurum inuenire. Ne tibi ſidas in peccato perſeuerans præſumens quod illum inuenies quotieſcumque uolueris: nam ſicut illius inuentio casualis fuit iuxta vim verbi. *Inuenit* ut patet in eo qui illum inuenit, proſpera eius fortuna: ita fieri poterit ut hęc tibi bona forſ deficiat, nec illam tibi Deus largiatur, ut contigit Eſau de quo ſic Apoſtolus: *Non inuenit locum poenitentia, quamuis cum lacrymis inquiſiſſes illam.* Conſer illud: *Inuenit homo* huius Euangeli cum illo: *Non inuenit* de Eſau: ſicut enim inuentio theſauri mere forſuita eſt, non eſt mirum quod illi deficiat qui fuerit ut Eſau h. 38 n. 46.

XIII. *Quem qui inuenit homo.* Huius theſauri inuentio forſi tribuitur diuinæ miſericordia: time ne propter tua demerita ea tibi denegetur ſicut aliquibus iuſte denegatur. h. 13. nu. 43. 44. Et male conſidit illam in Dei miſericordia inuenire, qui peccata multiplicans aut in eis perſeuerans, illam non meretur. ibid. num. 50. ſi caue tibi ſicut D. Petrus de Simone Mago timuit. h. 43 n. 60. 61. 62.

XIV. *Quem inuenit homo, abſcondit.* Neſcio melius hęc verba declarare quam argumento eius quod

videmus in Sanctis: etenim quanto magis hunc inueniebant theſaurum, tanto illum latentius abſcondebant, quia quanto magis deteguntur diuitiæ ſub paupertate, quiet æterna ſub mortificatione & gloria ſub cruce, tanto magis video quod ſe reddant pauperiores, carnetemque actus morti ſcient, & poenitentis inueniebant, iudicantque mundum tanto longius eos abeſſe à diuitijs conſolatione & gaudio: & quanto magis proficiunt in cognitione horum theſaurorum quot illos Deus reuelat, tanto magis arripiunt pauperem & neceſſitatem, & diligentius quaerunt tribulationem: ſic ut qui unum ex illis videt, iudicat nullum poſſe hunc poſſidere bonum nullaque poſſiri conſolationem. Confirmatur hoc exemplis. h. 15. nu. 14. nominantur autem Iob ibid. num. 15.

XV. *Quem qui inuenit homo abſcondit.* qui hunc inueniunt theſaurum, de nouo illum abſcondunt nouis poenitentis: quanto namque hęc magis accoſcunt, tanto ſunt de huius theſauri fruſtratione contentiores: hęc etenim ſpei portam aperiant. h. 32. num. 13. & tanto ſe credunt beatiiores, quanto diligentius hunc theſaurum laboribus, perſecutionibus, & agone inueniunt abſcondunt. ibid. nu. 14. vſque 27. Et clare hoc manifeſtauit Iob, ſicut vxori ſuo verbis illis iudicauit, quibus illam allocutus eſſe perhibetur, & D. Sicutas illi quibus. D. Laurentium ibid. num. 27. vſque 31.

XVI. *Pro gaudio illius vadit & uenit &c.* Quod gaudium explicet animæ, quod in hoc theſauro percipit: Tamen eſt ut omne ſuperet quod eſſe poſſit in mundo, quocirca ille qui hunc theſaurum inuenit, omnia bene credit impenſa, ut gaudium illo peſſimam. Hoc experientia & exemplo nonnulli martyres teſtificati ſunt: h. 30 n. 48. & præſertim Arnulphus Alouichus: & hęc doctrina meretur notari. ibid. n. 49. 50.

XVII. *Pro gaudio illius.* Hoc eſt illud gaudium quo bona conſcientia exultat: quando hinc occurrunt coniecit in theſauri magnitudinem, quem inuenit Dei miſericordia, ſecura conſidit ſpe ſe aliquando illum adepturam: de qua ſic. D. Paulus: *Sp̄s gaudens.* Vitalis eſt hic conceptus. h. 37. n. 61. vſque 64.

XVIII. *Vendis vniuerſa qua habes.* Si vix habuerat pauca poſſideret bona quæ ſufficiens non eſſent pretium ad agri cõemptionem, in quo lateret theſaurus: qua ratione illum ſibi compararet? Hęc Deſiderata eſt miſericordia ut illud ſufficiat quod habes. Non eſt ut diabolus crudelis, qui quandoque à te poſſidet ea quæ tuas ſuperant vires: Deus autem quod eſt laudandum tuam virtutem: inſuper dolendum eſt: quod cum tanta tantaque à te diabolus extorſit, illa carere quilibet offeras, nec Deo tribuis quod ipſe à te requirit cum ſit tux conueniens potentia. h. 21. num. 49. vſque 67.

XIX. *Vendis omnia qua habes.* Iam ex D. Gregorio

admiramus: *Nostra quantumcumque parua Deo sufficiunt.* Sicut à nobis nostra non flagrat quasi ijs indigeat, sed ve cum illis cor illi radamus, placet illi quodcumque quisque potest: & sicut ab illo qui modicum potest, non multum exigit: ita ab illo qui multum potest, modicum illi non sufficit. h. 17. n. 37. vsque 42.

XX. *Vendit omnia quæ habet.* Vide dicta in festo S. Abbatis ad illud: *Eccc nos reliquimus omnia.*

XXI. *Iterum simile est regnum celorum homini negotiatori.* Sicut in prima parabola Christus explicauit negotium nostræ salutis primario pendere à sua misericordia, quam concedit cui placuerit, ita hæc secunda proponit nostram requiri diligentiam: etenim Deo ex parte sua faciente quod ad eum spectat, ex parte nostra nobis est cooperandum, & illud Domini verbum iudicant: *Consummatum est.* h. 15. num. 23. 24.

XXII. *Homini negotiatori.* Conuenit hoc illi quod Dominus seruis suis imperauit quibus bona sua tradidit: *Negotiamini dum venio.* Vide supra in festo Pontificis de talentis, ad prædicta verba.

XXIII. *Inuenta una pretiosa Margarita, dedit omnia sua.* Proprium homini est, quaerere Margaritas: etenim naturali ducitur desiderio obtinendi bona, & potissimum beatitudinem, eo modo quo Theologi declarant. Hæc margaritas inuestigarunt Philosophi, & mundi potentiores, sed pretiosam illam non inueniunt, veram nempe beatitudinem: quia illam Deus eis non reuelauit ex occulto suo iustoque iudicio, & ob eorum peccata, ita vt etiam huic negotiatori casus fuerit fortunatus quod pretiosam illam margaritam inueniret, bona scilicet gratiæ & gloriæ: nam illa fides manifestat, quocirca Dominus in secunda parabola. Eodem vtitur verbo: *Quem qui inuenit, quo vsus fuerat in priori thesauro.* *Quem qui inuenit homo, sublimius indicans mysterium:* nam etiam in nostris spiritualibus negotiationibus, præter nostram diligentiam quantumuis magnam, necessaria est misericordia Dei, & efficac eius gratiæ subsidium, sine quo hæc bona manifestari nequeunt, nec tali efficacia hæc pretiosa quaerit Margarita, vt re ipsa inueniatur. Mysteria hæc summam redolent Theologiam designata in eo quod sit Propheta de Orione & Arcturo. h. 43. n. 57. vsq. 62. Vide quæ paulo ante diximus ad illud: *Quem qui inuenit homo.*

XXIV. *Iterum simile est Regnum celorum sagena missa in mare &c.* Hæc est tertia parabola, & ad Apollolos dirigitur, illis iniungens vt rete emittant quo cunctas capiant, nihil solliciti, vtum hic futurus sit bonus, & alter malus: hæc etenim diuisio fiet in fine: *Separabis malos de medio iustorum, & separabis eos ab iustis.* hoc namque præcipitur ministro Euangelico, vt ipse conetur omnes piscari, atque in gremium Ecclesiæ introducere, considerans, hic non posse sciri, quis bo-

nus sit vel quies reprobos. Non sit ex parte ministræ defectus, quandoquidem ex parte Dei nullus sit, omnes etenim vocat. Vide dicta in festo Ascensionis ad illud: *Prædicare Euangelium omni creatura.* Et in festo SS. Trinitatis: *Omnes docete omnes gentes.* Itaque patet, Deum omnia necessaria ministrare ad tuam salutem: & si te perdas, culpæ tuæ imputabitur. ho. 17. num. 19. vsque 32.

XXV. *Elegerunt bonos in vasa, malos autem foras miserunt.* Nota verba Saluatoris: quæcumque sint in Deo actus æterni prædestinationis & reprobationis, non dicit, quod quosdam in vasa collegerint quia erant prædestinati, & alios foras emisissent quia erant præsciti: sed quod aliquos collegerint, quia boni, alios autem reijecerint quia malierant: quia quod ad cælum tu colligaris, vel ad tartara deijcitur, ex bonitate tua vel malitia provenit. hoc mysterium D. Aug. vtiliter exposuit. ho. 37. n. 12. vsque 17.

XXVI. *Omnis scriba doctus similis est homini patrifamilias.* Concludit Dominus dicendo quod minister Euangelicus proferat noua & vetera. D. August. intelligit verus & nouum testamentum: illud erat timoris, hoc autem amoris. Ambo prædicanda sunt. Illud erat testamentum operum, multorum sacrificiorum, quod à D. Paulo vocatur: *Lex factorum:* hoc autem testamentum est gratiæ: ambo hæc duo requirunt: gratiam Dei, opera nostra: nam: *Qui sicut se sine se* (vt ait D. Augusti.) *non saluabit se sine se* ho. 10. n. 33.

## IN FESTO DEDICATIONIS

## ECCLESIAE.

I. *Ingressus Iesus perambulabat Iericho.* Luc. 19. Cum Dominus à Hierusalem discessisset (quia cum Principes morti addixerant) declinauit in terram Ephrem: vt ostenderet quod sponte sua se traderet in mortem; ipse reuersus est, vt solemnem institueret ingressum in Hierusalem dominica Palmarum, per illam profectus accessit Hiericho illi in via occurrenti, non vulgares in illa largitus misericordias: ostendens se velle tollere maledictionem illi à Iosue imprecatam, quam incurrit Hiel de Bethel. ho. 38. num. 48. nominatim autem ibi operatus est vnum præ ceteris perillustre miraculum, quo Zacchæum publicanum ad meliora conuertit: qui non solum talis erat, sed etiam inter eos præcipuus: *Princeps publicanorum & ipse diues.* Vide circa hæc quæ supra notauimus in festo S. Matth.

II. *Ingressus perambulabas Iericho, & ecce Princeps Publicanorum &c.* Vt nobis magnitudo miraculi innotescat, describit Euangelista, qualitas huius peccatorie:

Ccc corie;

Edis: vnde dicens nobis, quod Dominus Iericho intraverit, & perambulaverit, quasi videt, Evangelista, quod oculos in Christum eiusque gressus conijciamus: nam merentur conspici & attendi, quocirca nos ab eo divertit, & vult ut hominem in vrbe illa commemorantem consideremus: *Ecce homo*. Notus erat ex nomine civitatis, & dicebatur Zachæus, à duobus descriptus: primum quod ex se dives esset: aliud quod ita pecuniarum esset avidus, ut divitijs, quibus asuebat, & que opulenti non contentus: *Ipsè dives* insuper lucris inultis, & vicijs eas augere conaretur, tantum eis accumulandis studium impendens, ut inter Publicanos vltimos primus censeretur. Non repugnat honori Sanctorum eorum peccata exaggerare & in publicum profere, quibus fuerant iniquitatis: quinimo necessarium est ad Dei gloriam: nostrum & totius Ecclesie emolumentum. Vide dicta in Conversione D. Pauli num. 1. vsque 14. & in festo S. Matthæi nu. 1. vsque 11.

III. *Princeps Publicanorum & ipse dives*. Dicendo quod dives esset, declarat omnes cogitationes eius, studia, & cor divitijs esse immersa, sicut etiam scribitur de diuite Epulone: *Homo quidam erat dives*. ho. 16. num. 16.

IV. *Princeps Publicanorum & ipse dives*. Cum avaritiam opibus turgeret, tantà nihilominus avaritia flagrabat, ut eas studeret lucris adeo inultis abundanter accumulare, ut Princeps esset fœneratorum. Hoc supposito videtur spem omnem salutis amisisse, sicut ille qui in laqueum incidit diaboli, nempe avaritiam: nam ipse Christus quasi damnatum reputat, qui in illum lapsus fuerit. ho. 28. n. 36. vsque 40. Et convenit illi quod expendit D. Basilius de diuitie adolescente ad Christum accedente. ib. n. 40. 41.

V. *Ingressus Iesus perambulabat*. Evangelista opus declarat, quod Dominus in hoc vno perficit: ad hoc primo trahit quod hoc fecerit ambulans, sicut etiam cœcum illuminavit præteriens, & quia talia facit in animabus perditis opera pertransiens, qualia facit ubi in eis sedem fixerit: h. 30. n. 13.

VI. *Quærat videre Iesum quis esset*. Absque dubio eo momento quo Christus intravit Iericho radium aliquem diuinæ suæ lucis in cor misit viri huius cum velle non posset videre Christum idque bono affectu, sine eius gratia, ut dixit amicus ille Iob: *Neque enim est in hominis potestate, ut veniat ad Deum*. hom. 18. n. 52. hoc diuinæ lucis suæ radio excitavit in illo desiderium videndi eum: vnde hoc ardentè optabat: nam hoc significat: *Quærat videre Iesum, nec potest quia pusillus erat*. Incipit Christus cor eius accendete, velut Euseus pueri cadaver. h. 25. n. 88.

VII. *Quærat videre Iesum &c. Et ascendit in arborem sycamorum*. Statura pusillus erat, & corpore exi-

gnus, sed magnus & infamis peccator, ut erat Publicani, & hanc credo rationem esse, quod quærat solet mundus reuereri diuites, & accedentes locum cedere, & transeuntibus viam aperire, huic tamen viam non aperuit ut Christum videret, quasi vellet eum ab eius gratia repellere: nam si fallor, illi contra quod cœco ad ingressum huius civitatis, etenim illum Domino vocante, illi ipsi remorati sunt, qui modo Zachæum, nec ad hoc locum concedebant: quo non obstante Dominus illum clementer intravit: est enim suæ gratiæ Dominus, & cui placuerit, illum infundit. Ratio hæc sumitur ex D. Bern. hom. 10. n. 32.

VIII. *Quærat videre Iesum & non potest*. Turba illum præpediebat, licet dives esset: quia palam omnes tanto consuebant affectu Christum visum, ut ille qui viribus præpellebat, propius accederet, sicut de Salomone scribitur: *Vniuersa terra desiderat videre vultum Salomonis: & hæc ratio erat, quia Christus omnes miraculis & beneficijs afficiebat: nam infra paucos dies, dum captum illum audiunt, videtur crucifixum, omnes eum deleverunt*. ho. 31. n. 5.

IX. *Ascendit in arborem sycamorum: & sycamum Iesus vidit illum*. Quando Christum contempserunt turbam totamque Iericho nobilitatem obumbrantem & oculos sursum atollentem, ubi dicitur Publicanus: si quid sapio suspicari: & tunc tunc possumus, ne forte severiori illum plederet suspicio: quæ semper toruo vultu diuites intuebatur, exferunt: solo, quo pecunias persequitur, videtur enim quod in corde hominis supplantet eas diuinitatem, vnde nos legimus, quod flagellum arripuerit, nisi cœca iherosolimites. Conceptus hic dignus est D. Aug. ho. 22. n. 33. vsque 36.

X. *Suspiciens Iesus*. Coniecit in eum oculos suos Publicanum deleteret, viuum relinquens Zachæum: sicut fecit in Magdalena, & cum enormibus facit peccatoribus, quinimo cum ipsis Ninivitis, iam enim tempus aduenerat occisionis, ut dixit Isaias. ho. 38. n. 11. Et sicut eius oculi sunt vivificatores in illo cœca ditatem occidens, qua mortuus iacebat, illum vivificavit, vitam illi gratiæ elargiendo. hom. 30. num. 13. vsque 21.

XI. *Suspiciens Iesus*. Vide circa verba hæc argumenta quæ protulimus in festo S. Matthæi ad illud: *Prostrans Iesus vidit hominem sedentem in selano*.

XII. *Suspiciens Iesus*. Etenim certum erat, quod cum Zachæus tanto studio contendisset videte Iesum, Dominus suos etiam oculos daret, opera in illum cœca daret, est etenim speculum, quod te videntem ipsum quoque videt. h. 25. n. 50. 51. Confirmatur in Abraham. ibid. nu. 52. vsque 56. In David Loth & alijs. ib. n. 57. vsque 61.

XIII. *Zacchæe festinans descende; quia in domo tua oportet me manere.* Quid ais o Domine: an tibi hoc expedit, an vero illi? Num forsitan ex diuitiis eius tibi postulas aliquid? An nonnullis indiges ducaris? hæc enim tanta bonitas est, ut tanto studio nostrum sectetur commodum, ut id quod nobis conducit, dicat sibi conuenire. hom. 21. numer. 42. Vide notata in festo S. Marci ad illud. *Rogate Dominum messis.*

XIV. *In domo tua oportet me manere.* Illi, dicit, expedit: quia eius desiderium in nostra non fertur bona, nec enim illis indiget, nec ut suis medeat malis, quibus nullis opprimitur, sed ut sua bona largiatur, nostrisque malis consulat: etenim misericordis plenus est, atque in eo delectatur filias effundat, sicut mulier cuius vbera lacte turgent dum puer adest qui sugat: ita dicit hic: *Oportet me etc.* sicut paulo post dicebat de iumentis: *Dominaus his opus habet.* hom. 41. numer. 65. vlt. 71.

XV. *In domo tua oportet me manere.* Tanto flagrat desiderio, Dominus salutis tuæ, ut illud quod ipsi conuenit se petat ac si sua salutis sic expeditur: sicut eandem ob causam fructus expostulat vineæ. hom. 17. numer. 31. 36.

XVI. *In domo tua oportet me manere.* Tantopere Deum delectat in anima morari, ut dicat sibi hoc conducere, idque saliter ut ab illa non discedat nisi quasi digitibus expollus. h. 13. n. 25. vsque 31.

XVII. *In domo tua oportet me manere.* Donum singulare quod ipse seipsum inuitet ad prandendum in domo Zacchæi. Alias rogauit illum ad conuiuium Pharisæus, nec admisit, licet importunè rogatus, nisi quando futurum erat ad conuersionem vnus peccatoris nam ad huius confirmationem quod hoc in conuersione desideret, ipse se inuitat, vbi confluxuri sunt peccatores, & emendandi: ex quo clarè confunditur Ioviniani epulonis blasphemia. h. 38. n. 12. & seq.

XVIII. *Zacchæe festinans descende.* O beatorum peccatorem. An te Deus rogat? Intellige quod hoc ipse tibi dire proposuerit: etenim iam dixit Propheeta. *Vt faciat opus suum, pergrinum opus eius ab eo.* Ita egit cum Samaritana. h. 25. n. 43.

XIX. *In domo tua oportet me manere.* Deus intrat petendo à Zacchæo: ostendens se perfectè liberalem erga eum, eumque se velle honorare, titulum illi tribuens iustitiæ, quod merè adscribendum erat Dei misericordiz, quatenus illum honoraret. Ita lego apud D. Chrysol. h. 25. n. 45. vsque 50.

XX. *Et festinans descendit.* Statim descendit festinans bona sua perniciosa proposita, quibus impletur infernus, quia statim illa executioni mandata non sunt: illos vero qui prudenter faciunt, sic David delectat: *Sicut sagitta in manu potentis.* hom. 18. nu-

mer. 55. Vide in festo S. Andree ad illud. *Contuluo fecerunt cum.*

XXI. *Festinans descendit.* Non sicut is, qui Dominum expectantem detinet. h. 37. n. 19. 20. 21.

XXII. *Suscipit illum gaudens.* Intravit Iesus domum eius, eamque gaudio repleuit. Sibi repugnant Christus & diabolus. Hic secum trahit infernum, omniaque eius tormenta: quocirca replet illis domum quam ingreditur. Christus gaudium est cæli, vnde ubi ingreditur, maius adfert quam verba possunt exprimere. ho. 19. n. 13. vsque 31. Et idem prosequimur: hom. 37. nu. 51. vsque 57. Ineffabile est gaudium, quo fruuntur animæ ad quas Deus ingreditur. ibid. nu. 37. vsque 67.

XXIII. *Suscipit illum gaudens.* Merito miramur, quod Domino seipsum inuitante ad domum Centurionis, hic tamen eius ingressum subterfugiat, dicens: *Domino non sum dignus.* Et Zacchæus, nedom se non excusat, sed eum gaudio magno suscipit accedentem. Ambo prudenter fecerunt ex diuersis moti considerationibus. hom. 2. no. 45.

XXIV. *Suscipit illum gaudens.* Satis multi ex vobis qui hic adstantis, dicent, quod idem fecissetis, si fuissetis in illo tempore, & Christus domum vestram ire voluisset: sed respondet D. August. idem hodie potes facere, illum sub specie pauperis in domum tuam recipiens. Vide quæ diximus in festo Assumptionis ad illud. *Mulier Martha nomine excepit illum in domum suam.*

XXV. *Murmurabant Pharisæi.* Plenis organis murmurabant: eo quod cum Zacchæus Princeps esset Publicanorum, accurrerent ad illum, cum eo parenti sumpturi, qui ceteris erant nequiores, magisque diffamati. Vide notata in festo S. Marthæ ad eadem verba. n. 34. vsque 46.

XXVI. *Ipsè stans dixit; Domine ecce dimidium bonorum meorum.* Firmo stetit pede, id est stans. ut notat D. Ambros. ho. 38. nu. 47. Et declarat Evangelista robur & fortitudinem, quæ stetit ut peccata sua prosterneret, contereret, & deleter nominatim auitem auaritiã, à qua captiuus detinebatur. Hoc vult Evangelista ut consideremus ad gloriam Zacchæi: nam sicut adscripsit magnitudinem gigantis auaritiæ à qua deiectus iacebat, amplior nunc creuit eius gloria, dum eum exhibet stantem, & in micem eius pedibus substratum: eo modo quo David gigantem Goliath prostrauit auferens illi caput. Erat peccati corpus, instat gigantis, cuius caput erat auaritiã: hoc erat capitale vitium regnans in hac domo: ecce qualiter illud conculcet. *Stans.* Conceptus hic prodit de S. Chrysol. ho. 38. n. 25.

XXVII. *Stans.* Veram hic attende conuersionem eorum qui se violentos ostendunt, quos Christus di-

rapere regnum caelorum, & quibus Deus spiritum infudit robutorum, de quo Isaias: nam sicut fortis stetit sectatus auaritiam, ita nunc fortior stat inharens iustitiae. h. 38. nu. 48. 49.

XXVIII. *Domine ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus. & si quid aliquem defraudauit reddo quadruplum.* Haec est perfecta satisfactio; nam statim Zacchaeus incipit iniuste parua restituere, non solum in quantitate, quam abstulerat, sed in quadruplum: quamuis enim verum sit quod in conscientia satisfaceret idem restituendo quod defraudauerat, seipsum tamen iudicem instituit, seipsum ad id condemnans ad quod non tenebatur, donec a iudice iudicè condemnaretur. Hoc igitur verum est remedium medicinam adferre, ubi malum erat, etenim male satisfactio retinendo, licet plura legas rosaria & facias celebrare missas. Imitare Zacchaeum; qui fuit ex fortibus Israhel. ho. 30. nu. 51.

XXIX. *Si quid aliquem defraudauit reddo quadruplum.* Ut video voluit seipsum condemnare, sicut David nesciens contra quem loqueretur, seipsum condemnabat; ad integram satisfactioem: *Quam reddet in quadruplum,* qualiter hoc perfectum explicatur hom. 26. num. 19.

XXX. *Domine dimidium bonorum meorum do pauperibus, & si quid aliquem defraudauit.* Incipit largitione elemosynarum: etenim saepe diximus hoc esse remedium ad remissionem peccatorum. h. 30. n. 25. Sic enim extendere debet manus diues ut suorum scelerum obtimeat indulgentiam. ho. 30. n. 25. Sed nota, quod fieri debeant ex propriis, & non ex alienis: nam asserui Zacchaeum ex propriis fuisse locupletem & insuper multa possedisse male parua, ex propriis erogabat elemosynam, & male parua in quadruplum restituerebat, etenim Deo non placent elemosynae ex furto direptae; imo sunt ei detestabiles, sicut oblationes cum detrimento tertij. hom. 23. numer. 55. vsque 57.

XXXI. *Hodie salus huic domui facta est.* Credit Caietanus omnes qui in domo erant à Christo fuisse iustificatos, vitam illis fidem de sua persona infundente: si namque accedendo ad domum Reguli, solum per miraculum quod in ea à longe patrauit, filium eius sanitati restituendo: *Credidit ipse & domus eius tota.* Melius hoc in domo hac efficeret, cum in illam tam libenter intrauerit, ad salutem peccatorum, qui ad illam confluxerant: & hoc Christo familiare fuit, ut quocumque intraret, omnia suis impleter misericordis. h. 45.

XXXII. *Hodie salus huic domui &c. eo quod ipse sit filius Abrahæ.* Dicitur Abraham pater credentium; & accedendo Zacchaeus erat filius Abrahæ, viam fidei eius collatur magnitudo, in qua similis fuit Abrahæ;

cuius fides potissimum se prodidit in suscipiendis in domum suam peregrinis; ex quo ipsi ea manarunt beneficentia, quae ibidem illi promissa sunt. h. 27. n. 67. Ita que sicut exultit fides Centurionis, sic etiam Zacchaei magnificat; tantam in eo fidem, quantum in Abraham commendans; nemo etenim sibi seruos et legantius deprædicat, quam ipse. ho. 2. num. 42. Et attribuit fidei illius Dominus opus quod in eo, ut in illa domo fecit, quia prodigia illius & dona in fidem aliorum conceduntur. ho. 27. n. 32. vsque 40. h. que idcirco tam pauca in domo tua peragit, obditum scilicet viam tuam fidei. ibid. n. 41. vsque 44.

XXXIII. *Eo quod & ipse sit filius Abrahæ.* Confundit Dominus Pharisæorum incredulitatem contra ipsum obloquentium ostendens Zacchaeum ipsi esse sanctiorem; cum ipse mutatus esset in filium Abrahæ in eo quod principaliter in Abraham prædicatur prope fidei: ipsi vero manerent filij Abrahæ tantum secundum carnem; & idem discernit quod est inter spiritum & carnem, erat inter filiationem huius & illorum in ordine ad Abraham, quodque melius quam illi, posset dicere: *Filij Abrahæ sumus.* Ignorantibus potest respondere sicut Pharisæo murmuranti quod Magdalenam reciperet, ostendens illa Zacchaeum multo illis esse sanctiorem; non enim iam peccator erat sed sanctus, in quo declaratur peccatorum virtutem, & gratia suae efficaciam. ho. 38. num. vsque 122.

XXXIV. *Ipsa sit filius Abrahæ.* Probat Christus Pharisæis periculum eorum esse iudicium, ostendendo Zacchaeum esse peccatorem; iam enim ab ita longe distabat, ut ledere posset proximus Abrahæ, ut legitimus eius filius, illum iudicando non ex præteritis operibus, ut illi iudicabant, sed ex presentibus: & ut sapio, eandem date voluntatem, quam in casu Centurionis, quando dicitur: *Muli veniens & recumbens cum Abraham & filij autem regni euicentur foras.* hom. 38. num. vsque 115.

XXXV. *Filius enim hominis venit querere.* Dedit hoc responso, quo dixit in conuersione D. Matthei: *Non est opus ualentibus medicus &c. Etenim ipse quid est &c.* Vide in eodem festo.

XXXVI. *Hodie huic domui salus facta est.* Hodie mutata est domus hæc in domum salutis, & cantat hoc appositè Ecclesia in Dedicacione templi hæc etenim est legitima templi definitio. *Dum saluus h. 7. num. 40. 41.*

XXXVII. *Hodie salus.* Domum habebat Deus in caelo sua maiestate dignam: verum tamen ad nostrum solamen & salutem, domum possidere voluit in terra. In eum finem illam elegit in Synagoga, & fixum sibi statuit locum in eius templo.

FESTORVM.

de illo ob non tolerandas populi nequitias; ingressus est Ecclesiam Christianam, atque ad maiorem nostram opportunitatem, particularem domum in singulis locis elegit, ut illum tanto habeamus magis ad manum presentissimum nostris indigentis remedium. h. 24. n. 21. 22.

XXXVIII. *Hodie huic domui.* Templum domus est salus: quia in illo Deus adest modo quodam singulari. h. 28. n. 18. Quocirca licet fieri possit oratio in omni loco, tamen templum locus est propriè dedicatus orationi. ibid. n. 21. vsque 34.

XXXIX. *Hodie huic domui.* Sedente Deo in templo, vel in domo sua, replet illud Angelis ut particulari signo hoc ostendit Zacharia; quocirca locus est omni timore & reuerentia dignissimus. hom. 28. num. 10. 11.

XL. *Hodie huic domui.* Multum efficax est oratio, sed maxime ea est quæ fit in Ecclesiis, ad quas fideles confugiunt. h. 28. n. 21. Et potissimum Sacerdotes. Hic agnosce D. Chrysostr. h. 24. n. 46. 47.

XLI. *Hodie huic domui salus.* Templum domus est salus: quia in illo Deus adest modo quodam singulari ex assistentia Christi in SS. Sacramento, in quo notamus prerogatiuas in ordine ad Synagogam: in qua Deus tantum erat in vno templo, nempe Hierosolymis, cum expressa prohibitione, ne alia haberent templa, nec extra illud offerrent sacrificia: quocirca illi qui illa volebant offerre, nisi in vltimis mundi pugnis morabantur, eo tenebantur proficisci; deinde

tantum in figura aderat ibi Deus in propitiatorio & arca; hic autem verè ac realiter præsens est sub speciebus panis & vini, & non solum in vno loco, sed in quibuslibet Prouinciis, Regnis, ciuitatibus & locis in Ecclesia, & in qualibet ciuitate, in multis Ecclesiis, & in qualibet Ecclesia in multis altaribus iuxta vatis Ioëlis oraculum. hom. 17. num. 41. & Malachia. hom. 33. num. 11. 12.

XLII. *Hodie huic domui salus facta est.* In templo salus est pro viuis per Sacramenta, & pro defunctis per suffragia, quæ in illis fiunt; & magnæ adscribendum est misericordix quod fideles possint in illis sepeliri ad eorum nostrumque beneficium. hom. 31. n. 46. 47. Quamuis notandum sit quod particularem requiras dispositionem in eo qui in templo sepelitur, vt grauius confirmatur exemplis. ibid. n. 48. vsque 52.

XLIII. *Huic domui salus facta est.* Sunt erecta templa ad honorem Dei, nostramque vtilitatem; vnde illa supra modum coluerunt Imperatores Theodosius & Valentinianus quorum notanda pietas, & singulare D. August. argumentum. h. 28. n. 24.

XLIV. *Domui salus facta est.* Si templum ædificetur in domum salutis, ad quam videtur Deus confugisse, quia illum homines de mundo suis exturbant sceleribus, quisque iudicet quanta futura sit malitia Deum in illis offendere, & ibidem laqueos tendere, vt ait Propheta, & esse lamiam. Conceptus hic vt consideratione, ita vtilitate præclarissimus est. ho. 29. num. 14. vsque 18.

Pro Festis Sanctorum in singulari vide Indicem materiarum sub nomine *Sanctus*: nam in illo multa notantur de pluribus Sanctis particularia.

